48 Quis autem locus† tribuat immunitatem talibus damnatis, vel criminosis. Dic, quōd locus ad diuinum cultum de cōsensu Episcopi, vel superioris adifica tus, quamuis non consecratus, licet nō dum sint in eo diuina officia celebrata. Ita Guilel. & Imola, in d.Cle. 1, licet Inn. in cap.pen. de immun. Eccles. dicat, q; fit necesse vt sine diuina officia celebrata. Quod puto verum. Secus dicit Inn. in simplicibus, & priuatis oratorijs, quāvis sint ibi celebrata officia diuina: quia illa nō habent dictum priuilegiū. De palatio autē Episcopi, & statua praefecti vrbis, an idē sit quod de Ecclesia, dic, quōd in hoc attendi deberet consuetudo, prout not. Innoc. in ca.inter alia.

49 de immunit. Eccles. Sed quid si quis stans ex tra cemiterium per mātellum, vel aliud trahit quem de cemiterio, vel Ecclesia, dic quōd offendit immunitatē Ecclesię; nam & si sic traheret clericū, incideret in canonem, cap.numer. de senten. excom. Zabar.in cap.fin. q.2.de immunit. Eccles. Sed quid si quis commisit maleficium † in Ecclesia, & deinde confugit ad aliam, nunquid gau- debit immunitate, dic q; non: quia cum vna sit Ecclesia in toto orbe, iux. illud. cano.6. vna est columba mea, licet sint particulates ecclesiæ, qui iniuriam facit vni, facit omnibus, licet de consuetudine apud aliquos aliter scrueret. Turreci in c.dissimil. 17.q.4. An vero gaudeat priuilegio delinquenti, si fuerint Iudei, † pagani, vel excommunicati. dic q; sic. c. Iudas, & d.c.dissimil. nam canones generaliter loquuntur, & dicunt nullum confugientem ad Ecclesiam de bere inde extrahi, nisi sit publicus latro. Hoc enim priuilegium non est datum tantum intuitu, & fauore confugientium, cum saepè pessimi defendantur intuitu, & reverentia loci sacri, propterea idem dicit Guilel. Concord. Innocent. & Bar. per l.1. C. de his qui ad

Eccleſ. confug. Zabar. in e.inter alia, de immun. Eccl. Sed quid si gaudentes immunitate ecclesiastica fuerint inde ab Ecclesia extracti, & ducti ad carcerem secularem. Dic quōd debent restituī Ecclesie, sicut in alijs restitutorijs iudicijs, vt extr.de restit.spol.cap.sæpe. Ita Oldr. confi. 154.de immun. Eccles. & ali sumptibus Ecclesiæ, 17. q.4. c. sicut antiquitus. & cap.dissimil. Bart.in authen. do mand.prin. §. sed neque, in f. Immo iudex si scit aliquem captum in Ecclesia, debet cum relaxare, et si nemo id alleget, licet enim ex officio supplete, ita no tabiliter dixit Rom.conf.217. Sed quid si quis confugiat ad corpus † Christi, cum desertur in via ad infirmum, an gaudeat immunitate, & per Ecclesiam sit defendendus. Dic quod sic: cum nihil sit maius hoc sacrificio, cap.nihil.de consecra.dist.2. Tunc etiam, quia si statua praefecti saluat hominē, multo magis corpus Christi, quod est maius, & dignius omnibus, 1.q. 1.c.muti. Et hoc verum de currentibus ad corpus Christi. Si vero homicidis, vel latronibus in captivitate existētibus portatur corpus Christi, talibus non subveniunt, vt à carcere liberentur, licet propter hoc sit iustitia executio differenda, & sic potest intelligi 13.q.2.cap.quis situm est.arg.de conseer.dist.2. c. omnis homo. & cap.tribus: quia in primo casu confugientem ad se in libertate reperit, & ipsum saluat: in secundo vero seruum, & captiuum. Vnde & talem dimittit, ne videatur omnino damnare iustitiam, de hōe per Doct.in cap.sane.de celeb.miss. Morder.in elem. 1. de pen. & remis. Holt.in c.sane.de celeb.miss. qui dicit, quōd opinio, quæ habet, quōd confugiens ad corpus Christi, dum desertur in via, sit defendendus per Ecclesiam, & gaudeat immunitate usque ad sanguinis effusione, ita etiam tenet Archid. & Doct. in d.c.sane.de celeb.miss. Fel.confi. 3. Duodecima. † Licet sacramentum p̄nitentia nulli hominum sit denegandum, 24.q.2. c. legatur, vbi nulli hominum

claudenda est misericordia. Ad idem facit 42. dist. c. quicquid camus. Hinc Romana Ecclesia dicitur liberalis, c. ledes. in princ. de rescript. quia non claudit gremium redeunti. l. vlt. ad fin. C. de sum. Tri. C. de Episc. & cler. l. si quis in hoc. & 23. q. 4. c. duo ista. Tamen quan doque non est dandum à grauius peccatis subito reuertentibus, de penit. di. 1. c. in actione. Rursum, nec impénitentibus danda sunt sacramenta: non enim dandum est sanctum canibus, de penit. dist. 1. c. nonnulli. Et venia non est concedenda nisi se corridentibus, vel corrigerre volentibus, c. legatur. 24. quæst. 2. tex. in cap. quod quidam de penit. & ro mis. Vnde in errore persistentibus præter denegationem sacramentorum, est deneganda sepultura ecclesiastica, c. quibus, 13. quæst. 2. Hinc negantibus male ablata restituere, vel præstare cautionem cum potuerint, sacramenta sunt deneganda, capit. super, de rapt. Neo etiam sunt danda à grauibus peccatis subito reuertentibus, de penit. dist. 1. c. in actione. pariter non sunt danda contra interdictum prælatorum. dist. 32. c. ppter, §. porto.

## S V M M A R I V M .

- 1 Catechismus & Exorcismus debent precedere baptismum. & catechismus quid.
- 2 Catechismus precedere baptismum quare debet.
- 3 Catechismus quid. & propter tria inveniens est.
- 4 Credo, quod profertur à baptizando, quid significet.
- 5 Parvini anteueniuntur ad baptizati instructionem.
- 6 Obligatio pueri qui sit per patrinum, an sit propriæ vocum.
- 7 Exorcismus in baptismo non est prætermittendus, qui sit per presbyterum.
- 8 Baptismum quatuor præcedunt, & quid significant.
- 9 Vacilio triplex est circa baptismum.

De Catechismo, & Exorcismo.  
Cap. II.

**O**NSEQUITENTER consideran dum est de singulis sacramentiis in specie, & primo de baptismo. Verū quia Catechismus, & Exorcismus, disponunt hominem ad baptismum, & sunt eius quædam t̄ p̄ambula, vt probatur per tex. in c. siue parvuli, cum decem seq. de consacr. distin. 4. Ideo prius videamus de ipsis. Sciendum est igitur, quod nullus absque catechismo, & Exorcismo baptizari debet, ut fidei primum catechumenus accipiat rudimentum, capante de consecrat. dist. 4. Catechismus enim Græcc. Latine dicitur instruatio. Vnde catechizare instruere est, vt de symbolo, & rudimentis fidei. Vnde etiam catechumenus dicitur audiēs, siue instrutus. Sed Exorcismus de Græco in Latinum dicitur abiuratio. Ut Exi ab eo in mundo spiritus. Ita Archid. & Turres. in d.c. siue. Sed modo ad decisiones deveniamus, quatum prima.

Catechismus, qui est instructio circa fidei t̄ rudimenta, & circa generalia fidei, que etiam rudibus sunt necessaria, ad sciendum, conuenienter debet præcedere baptismum, siue adultus sit, qui baptizetur, siue puer. & ratio est: quia baptismus iuxta S. Tho. in 3. par. dicitur sacramentum fidei. Ideo merito requiruntur à baptizando ea, quæ sunt de necessitate fidei, & hæc tria sunt scilicet, fidei suscepitio, fidei professio, & fidei obseruatio. Et ideo propter hæc tria catechismus inuentus est, in quo sit instructio de articulis communibus distincta ad fiduci susceptionem, sit etiam responsio ad fiduci professionem, & ad fiduci obseruationem. De hac responsione habetur in cap. prima, de consecrat. dist. 4. Quia vero t̄ adultus peccatum proprium habet, & per se credere possit, requiruntur hæc ab eo de necessitate, & per se ipsum responder. ead, dist. cap.

## De Catechismo, & Exorcisno. Cap. II. 7

cap. cum pro parvulis. At in partuulo, qui nec peccati actuale habet, nec per se accedere potest, requiruntur ab eo de congruatate, & ideo etiam catechizandus est ex ipsa generali consuetudine universalis Ecclesiae. & sit instruatio mediante alio, hoc est Patrino, cui committitur puer instruendus, & ipse loco eius confessionem, & professionem facit. Vnde Patrinus non respondet in persona propria, sed in persona patuuli, c. queris, ead. dist. ver. difficillimam.

4 Et est sensus cum dicit † Credo. i. Sacramentum fidei presto sum accipere, in persona pueri loquens, vt August. exponit. Vt secundum Dionys. Verbum Credo, potest referri ad id, quod futurum est. Vt sit sensus, Credo. i. quando ad perfectam statem veniam, fidei con sentiam, vel alio modo, vt sit sensus. Credo. i. dabo operam ad hoc quod credat. Et in hoc ipse puer obligatur: quia non est inconveniens, vt unus alium obliget circa illa, ad quae omnes tenentur, vt dicit Archid. in cap. ante catechizandi, num. 3. & Turret. in e. ante baptis. de consecr. distin. 4. An vero Patrinus etiam obligetur, patebit in sequen. decisione.

1 Secunda Pattini, † qui suscipiunt ali quo's de sacro fonte baptismi, tenentur ad eorum instructionem, si necessitas imminet doctrinæ eorum; probatur per tex. in cap. vos ante omnia. de consecr. dist. 4. Nam dicuntur fiduciissores, cum pro pueris in catechizando, & baptismo respondant, & spondeant. Necessestas vero tunc imminere dicitur, quando pueri cum infidelibus conuerterentur, prout erat in primitiva Ecclesia. Vel si parentes pueri essent suspecti de infidelitate. Vel si puer inter infideles conuerfaturus esset. Et ita potest intelligi tex. in d. cap. vos ante omnia. Secus si nutritur inter catholicos Christianos, vel quia parentes pueri Christiani sunt, quia tunc satis probabiliter posset estimari quod cum in fide nutritur, & quod fidem addisceret ab ijs quibusque

utitur, Archid. in d. cap. ante catechizandi.

Tertia. Dicimus supra in prima decis. nu. 4. quod obligatur puer per Patri-nū. Huiusmodi tamē obligatio † non est propriæ votum, quia votum propriæ est de eo, quod est supererogationis. Extento tamē nomine est votum, quia est voluntaria obligatio. Vnde super il-lud Psal. Vouete, & reddite. dicit glos. quod votū emititur in baptismo. Non tamē facit duplex peccatum venien-do contra: quia non obligatur postea magis, quod prius, de necessitate, sed de bono, & aequo, Astens. lib. 4. tit. 2. q. 5.

Quarta. Baptismum preuenire debet non tantum catechisinus, † sed etiam exorcismus. de consecr. dist. 4. c. siue par uuli. vñque ad c. illud. quia per exorcis-mum assistente sibi virtute diuina, potes-tas diaboli expellitur à baptizando. Quare non debet aliquo modo preter-mitti, nisi in necessitate, qua cessante, debet suppleri, vt solemnitas, & vnitio ritus fuetur in Ecclesia. Ita D. Tho. in 4. dist. 6. q. 11. art. 3. q. 1. Debet etiam baptizandus catechizari, & exorcizari per presbyterum, c. sacerdotes, de conse-cratis. dist. 4. Quid autem significat ea, quæ sunt in Catechismo, & Exorcismo. Dic quod exsuffratio significat expul-sionem maligni spiritus, & boni intro-ductionem. cap. siue ead. dist. Salis lini-tio, significat gratiam, & sapientiam. ea. dist. ca. sal. & præseruationem à corrup-tione, & putredine futurorum pecca-torum, cap. eis hinc. cad. dist. Saliuæ con-tactus circa aures, & nares, significat sensuum spiritualium apertioem, cap. postea, ead. dist. Vnctio olei in pectore & scapulis, significat legem Dei, amo-rem, & charitatem, atque deuotam su-biectionem, c. deinde, & c. præsentia, ead. dist. Et hac præcedunt Baptismū. Sed tria, quæ sunt post baptismum, scilicet christinatio in vertice, significat Christi gratiam in mente, & conformi-tate. ca. postquam, cum duobus cap. seq. ea. dist. Cerci impositio, significat fidei & morum claritatē. Vt ista candida, in-nocentia

# Decis. Aurearum Pars II. Lib. I.

nocentia restitucionem. c. post baptismum. cap. accepisti. ead. dist. Haec Arch. in cap. sue. nu. 3. de consocr. dist. 3.

Quinta. Vnctio triplex fit circa baptisnum. Tysna ante, quæ dicitur ad catechumenos, fit in signum pugnat contra inimicos, sicut athlete inunguntur. Secunda fit post baptisnum de christmate in vertice, vt sicut per ablutionem aquæ significatur emundatio à peccatis, ita per christmatis inunctionem in vertice significatur gratia collata in mente ad bene operandum, vt odor boni exempli ad alios diffundatur. Tertia fit in Confirmatione, de qua postea dicitur loco suo.

## S V M M A R I V M .

- 1 Baptismi species tres.
- 2 Baptismus sanguinis, & flaminis andicatur sacramentum.
- 3 Baptismus fluminis, vel flaminis, aut sanquinis, qualiter siant.
- 4 Baptismi sanguinis excellentia ponitur in septem.
- 5 Baptismus fluminis dicitur sacramentum fidei, & penitentia.
- 6 Baptismi definitio.
- 7 In baptismo tria considerantur.
- 8 Charakteris plures definitioes assignantur.
- 9 Sacramentorum essentialia.
- 10 Baptismi institutio multiplex. & quando institutus. nu. seq.
- 12 Baptismi licet sint tres species, est tamen unus baptisma.
- 13 Etiam non renatos posse introire in regnum celorum, qualiter intelligatur.
- 14 Aqua non est sacramentum baptismi, sed ablutio.
- 15 Baptismi propria materia, que. & nu. 17.
- 16 Baptismus an in qualibet aqua possit fieri.
- 18 Verbum, & elementum simul innatum sunt necessaria ad baptisnum.
- 19 Baptismi forma.
- 20 Expressio personarum est de necessitate baptisni.

- 21 Expressio acius, & persona suscipiens sunt de necessitate sacramenti, non tam Ego. & Amen nu. 23.
- 22 Baptizans puerum, non iamen prius ei imposito nomine an baptizet.
- 24 Baptizantes non exprimendo nomen suum, & amen, peccati mortalier.
- 25 Mutatio forma verborum sex modis potest contingere in baptismo.
- 26 Mutatio vocum manente eodem significatu verborum non vitiat baptisnum.
- 27 Additio quando vivet baptisnum. Et quid de subtractione. nu. 18.
- 29 Corruptione, qua in baptismo multipliciter contingere potest, quando vitiet sacramentum.
- 30 Et quid de transpositione.
- 31 Intentio baptizantis necessaria est ad baptisnum. & que, an acinalis, vel virinalis, nu. 32.
- 33 Intentionis defectus in sexu, vel conditione persona, an impediat baptisnum.
- 34 Baptizare non cogitans neque puerum, neque feminam, an baptizet.
- 35 Ebrius non baptizat, sed sic ebriosus.
- 36 Baptismus per iocum an sit vere baptismus.
- 37 Baptizari perens, sed hoc non intendens, an sit baptizatus.
- 38 Intentio ministri dupliciter potest pertinere.
- 39 Intentio baptizantis si sciri non potest, quid facendum.
- 40 Ad baptisni solemnitatem pertinent quæ in rito baptizandi seruantur.
- 41 Vnctio, qua sis post baptisnum, debet fieri christiane nouo, & non veteri.

## De Baptismo, eiusq; speciebus.

### Cap. III.

**P**OSTEA considerandum est de ipso baptismo, & de quo baptisno est hic intentio, deinde de eius institutione, atque definitione. Circa primum sciendum est, quod tres sunt species baptisni, scilicet fluminis, flaminis, & sanguinis.

- nib. de confess. dist. 4. c. 1. in glo. tex. in e. baptisimi vicem. & c. catechuminum. glo. in e. firmissime. 15. q. 1. & in cap. veniens. de presbyt. non bapt. De primo, Ioan. 3. Et post hoc venit Iesus in terrā Iudeam, & baptizabat. De secundo, Ioan. 12. Baptismo hoc habeo baptiziari. De tertio, Act. 1. Vos autem baptiza bimini Spiritu sancto. Primus dicitur proprii baptismus, alij duo metaphorice, quia uterque instar baptismi aquæ purificat, & per consequens vicem eius supplet. Sic baptismus huminis dicitur 2. propriè sacramentum, sed non baptisimus sanguinis dicitur sacramentum impropriæ, & ita intelligitur tex. in e. catechuminum. de confess. distin. 4. quia sacramentum baptismi celebratur tantum in aqua, & non in alio liquore, end. dist. c. necessarium. Quod secundus est in baptismo sanguinis, & Haminis. Præterea, de integritate sacramenti baptismatis sunt, necessaria representatio ex similitudine, significatio ex institutrice, sanctificatio ex verborum prolatione, quæ deficiunt in baptismis sanguinis, & Haminis. 3. Baptismus huminis fit cum aqua fontis ex gratia Spiritus sancti, ut cum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti in aqua quis baptizatur. De quo Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Sed baptismus Haminis fit per Spiritum sanctum, & potissimum in articulo mortis, quando quis non potest habere copiam aquæ, & lacerdotis: nam si tunc per talen habetur vera contrito, dubio procul saluator. Tali baptisino asserunt Doctores Iudeum illum baptizatum esse, de quo per text. in cap. debitum, extr. de baptis. quem dicunt alio nomine baptismum devotionis, seu contritionis, & non conuenit iste baptismus nisi adultis habentibus viuam rationis, cap. baptisimi vicem. de confess. dist. 4. Sed baptismus sanguinis fit in sanguine proprio alicuius occisi, ut cum quis vellet recipere baptismum aquæ, sed impeditur tyrannica persecu-

tione, & in confessione fidei martyria tus, proprio sanguine baptizatur. Hoc baptisimo baptizati fuerunt martyres interfecti pro nomine Christi, bene facit c. cathecumum, de confes. dist. 4. ex quo tex. colligitur, quod potissimum est baptismus sanguinis. vbi dicit Aug. Baptizatus confitetur fidem suam cora sacerdote, Martyr coram persecutore, ille post professionem suam aspergitur aqua, hic sanguine. & sic ponit Aug. excellentiâ baptisimi sanguinis in duobus. Primo in maioritate fidei: quia baptizandus confitetur coram sacerdote, iste coram persecutore. Secundo in materia baptisimi: quia ille post confessionem aspergitur aqua, iste sanguine. Tertio addit., quia aqua baptisimi sola sacramentali significatione videtur representare passionem Christi. Sanguis vero reali significatione. Quarto in pleniori receptione Spiritus sancti: quia ille accipit Spiritum sanctum, sed iste efficitur habitaculum eius, in quo plenior receptio designatur. Quinto in ampliori communicatione Christi, quia illo Eucharistie communicat in commemoratione mortis, quia Luca 22. Hęc quotiescumque feceritis in meam commemorationem facietis, iste ipsi Christo commoritur. i. simul moritur: quia sicut Christus pro eo mortuus est, ita iste pro Christo. Sexto in maiori reverentia humana vita, quia ille confitetur se mundi actibus renunciare, iste ipsis illecebris. i. passionibus renunciat, & vita. Septimo efficaciō virtute, quia illi omnia peccata remittuntur, sed non extinguitur, d. cap. catechuminum. Sed martyrio omnia extinguuntur, ita ut nec vestigium maneat, nec formæ. Vnde Damasc. Valde venerandum est baptisma, quod secundus non coquinatur sordibus, vnde etiam statim introducit in gloriam. Pratensis autem intentio nostra est agere de baptismis aquæ, qui dicitur sacramentum non fidei, quia in eo fides confertur, per quam Christum induimus. Galat. 3. Quicunque baptizati cibis,

etis, Christum induit. Dicitur etiam sacramentum pénitentiae, quia quamvis in baptismo non sit necessaria pénitentia luctuosa secundum Aug. est tamen necessaria in adultis pénitentia, scilicet displicentia præteritæ vitæ, scilicet quo ad maiores, & adultos, qui vsu rationis, & discretionis habent, c. tres sunt, de pénit. dist. 1. glo. in cap. sine pénitentia, de consecr. dist. 4. non autem quo ad parvulos, qui vsum rationis nō habent. arg. glo. in d. c. sine. Turrec. in e. firmissime, 15. q. 1. Dicitur autem baptismus ab eo, quod est baptizare, quod Grecè idem est, quod lauare Latine. Secundum autem quod baptismus est nomen sacramenti, omissis alijs definitiōnibus, sic definitur à magistro Senten. lib. 4. dist. 3. & à glo. in c. necessarium, de consecr. distin. 4. quod est ablutio corporis exteriori facta sub forma verborum praescripta. Huic similis est alia definitio Aug. quæ huiusmodi est. Baptismus est intinctio in aqua verbo vita sanctificata. Vbi notandum, quod sicut in sacramento altaris sunt tria, scilicet sacramentum tantum, res, & non sacramentum, & res, atque sacramentum. cap. cum Martha. §. distinguendum, de celebrat. miss. ita in baptismo est in unum, quod est tantum sacramentum, quod est applicatio aquæ ad hominem, quæ est ablutio: aliud, quod est res tantum, scilicet gratia infusionis, & peccatorum remissio, & hoc notatur, dum dicitur. Baptismus est ablutio: nam sacramentum est aliquid visibile exterius existens, quod scilicet est signum interioris effectus, & ita ablutio corporis exteriori, quod est sacramentum, significat ablutionem interiori, scilicet peccatorum remissionem, & grauitatem infusionem: sacramentum vero, & res, est character. Ita Abb. antiqu. in cap. maiores. de bapt. Turrec. in e. necessarium, 8 de consecr. dist. 4. Character est verò diversimodè definitur. Alij enim dicunt, quod character est quedam passibilis qualitas ille unians animam ad viden-

dum facilius quid sit credendum, & quid faciendum. Vel melius, character est qualitas disponens, & habilitans animam ad suscipiendam gratiam. Io. verò Damase dicit, quod character est mentis custodia, eo quod inseparabiliter mentem custodit, & quia eam preparat, & habilitat ad gratiam, per quam ipsa anima custoditur. Vel, character est quedam impressio, qua organizatur, & dirigitur ad animam recipiendā. Hæc Abb. antiqu. Et nota, quod substantia sacramenti nouæ legis sunt duo necessaria, materia debita elementi, s. aqua simplex elementaris, & debita forma. Vnde Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, 1. q. 1. c. detrahe. Sic in sacramento Eucharistie: nā ad consecrationē corporis Domini nostri Iesu Christi sequiruntur plura essentialia, & inter alia, materia, & forma debita, quorum altero deficiente, non est corpus Christi consecratum, per ea quæ leguntur, & notantur 7. q. 1. c. illud. & cap. cum Martha. & cap. literas. vbi Henricus de celebrat. miss. Item in sacramento pénitentie peccata delentis inter alia requiruntur duo essentialia, oris confessio, & cordis contritus, quorum altero deficiente, deficit sacramentum saltem quantum ad Ecclesiam militantem. 24. q. 2. cap. legatur. Sic in sacramento matrimonij sunt necessaria verba, & consensus amborum contrahentium, quorum altero deficiente, deficit, 27. q. 2. cap. sufficiat, 29. q. 2. cap. si quis liber, de sponsa. cap. tuæ, capit. 1. de contu. ser. Item in sacramento Ordinis requiritur factum, scilicet olei sacri effusio, & manus impositio, & verba. Item in sacramento Confirmationis, in fronte requiruntur cum sacro chrismate definitio, & verba, quorum altero deficiente, deficit sacramentum, prout not. de sacr. vni. & cap. vni. §. hoc unguento. Item in sacramento Extremae unicelionis, ut legitur, & not. de sacr. unct. cap. unio. §. de prima. Sic in sacramento Baptismi requiruntur materia elementi, forma

# De Baptismo, eiusq; speciebus. Cap. III. 9

forma uerbi; & iursum intentio ministri copulantis formam materiæ. illud Ambr. Affectus tuus operi tuo nomen imponit, & intentio dirigit opus. Ad hoc, 1. q. 1. §. cccc, de confecr. dist. 4. c. regulareunt vbi ab ecclesia ratum est habitum Baptisma propter intentionem. Sic dicimus etiam in matrimonio, de spons. cap. tuq; & in conscientie Eucharistiam. Hugo cap. 1. de confecr. dist. 2. Hinc fit, quod Baptisma, quod iocose uel minutè traditur, uel confertur, uerum Baptisma est, si ad sit intentio dandi, si autem non ad sit; non est Baptisma: ut plene not. Ianoe. in c. 1. de Bapt. Arch. in c. folet, de confecr. dist. 4. At circa Baptismi institutionem sciendum est, quod multiplex est fuit cius institutio: nam quo ad materiam, fuit institutus, quando Dominus fuit baptizatus à Ioanne: quia tunc Christus tacu suu mundæ carnis uim regeneratiuam contulit aquis. cap. per aquam; c. propriè, de confecr. dist. 4. glo. Luc. 3. ibi baptizato Iesu ubi dicit: baptizabatur Dominus non mundari indigens, sed tacu mundæ carnis aquas mundans, vt uim ablucendi habeant. Sed quo ad formam fuit institutus, cum discipulis suis dixit. Ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. d. cap. propriè. Item quantum ad finem, cum dixit Nicodemus. Nisi quis renatus fuerit, &c. cap. non ut apponentes. extr. de bapt. finis enim Baptismi est introductio, sive ingressus in paradisum. Sed quantum ad effectum, cum dixit Marc. ult. Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Baptimus enim salvat & à peccata, & à culpa. cap. tres sunt, ac peccata. dist. 1. & cap. non ex quo, de confecr. dist. 4. Item quantum ad efficaciam, & significationem, quando de latere Christi exiuit sanguis, & aqua, quia ex fluxu illo baptismus habet efficaciam, seu uitutem. Vnde Ezech. 17. Vidi aqua egridentem de templo à latere dextro. &c. Sed quantum ad significationem, quando de latere eius exiuit sanguis, & aqua, quæ erant signa baptismi, & Eu-

charis. Ex officio uero d; quanilo misse discipulos suos binos, & binos, ad prædicandum, & baptizandum. Habetis ergo ex his multiplices, & diuersas baptissimi institutions. Item qualiter Baptismus fuit institutus ante passionem, & post: sed ante, institutione priuata, post, institutione publica, cum omnibus publicatum, & impositum est Evangelium. Prima institutio erat quasi in consilio, secunda ex precepto, cuius unusquisque debitor esse coepit, ex quo ad eum institutio peruenit, secundum Bon. 4. dist. 3. p. 2. q. 1. art. 1. q. 1. in fine. Rich. 4. dist. 3. q. 5. art. 2. Asten. lib. 4. titu. 3. de baptis. 2. 3. Sed modo colligamus decisiones. & Primâ est. Licet tres dixerimus esse species baptismi, non tamen contradicimus fuit Apostolo dicenti ad Ephes. c. 3. quod unus est baptinus, uera fides, & unus Deus. Nâ baptismus propriè qui requirit duo, scilicet uerbum, & clementum, solum unus est, & de tali intelligitur dictum Apostoli. Sed alij, scilicet ha minis, & sanguinis, dicuntur impro priè: quia supplet uicem baptini, cap. baptini uicem, de confecr. dist. 4.

Secunda. Quamvis Ioannes cap. 3. dicat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum celorum, ut habetur in c. maiores, & cap. non ut apponentes, de bapt. tamen assueramus etiam non renatos ex aqua, & Spiritu sancto posse introire in regnum celorum, modo sint baptizati baptismu ha minis, uel sanguinis. De primo est tex. in cap. de debitum, de baptis. Tali baptismu fuit baptizatus latro, cap. nullus, de penit. dist. 7. cap. baptismi ui cem, de confecr. dist. 7. De secundo loquitur tex. in c. catechuminum, ea. dist. Igitur authoritas Ioannis intelligenda est, quando baptismus huminum posset haberi: nam tunc alij non sufficiunt, sed si ille haberi non potest, tunc alij sufficiunt ad uitam eternam, d. c. baptismi ui cem, & c. debitum.

Tertia. Licet Gandulphus ficerit, quod aqua sit sacramentum, argum. de con-

consec. dist. 2. c. sacrificium, quod etiam sonare videntur verba Hugon. de S. Viatore; nam ipse in definitione baptismi dicit, q. est aqua. Vnde si asinus bibat aquam illam, bibit sacramentum, vt refert glos. in cap. detrahe, 1. q. 1. Tamen hoc non est verum: quia cum sacramenta nouae legis sanctificationem quandam operentur, ibi perficitur sacramentum, vbi perficitur sanctificatio, in aqua autem non perficitur sanctificatio, sed in applicatione aque ad hominem, & ideo non ipsa aqua, sed visus eius, qui est ablution, est sacramentum. Concordat Magister sent. & Alex. de Hales. ita Turrec. in c. detrahe, nu. 3.

15 Quarta. Baptismi propria + materia est aqua simplex clementaris, ex institutione diuina, Io. 3. Nisi quis renatus fuerit, & car. Huius quidem institutionis conuenientia potest colligi ex multis, & primo: quia sacramentum maximam necessitatibus, ut est baptismus, sine quo nullus potest saluari, debet habere materiam maximam communem, ne propter defecuum materie aliquis impeditur a talis sacramenti susceptione: sed aqua est huiusmodi, ubique enim inueniri potest, ergo. Secundo, propter aquae proprietates, quae sua humiditate lauat sordes, sua frigiditate temperat superfuitatem calorum, & est lucida oculis intuentium. Sic baptismus mundat fordes animae, refrigerat astum carnalis concupiscentiae, & illuminat oculos mentis respectu diuinæ notitiae. Tertio, ex ipsa ratione baptismi, quae est regeneratione in spiritualem vitam, quod maximam conuenit aquæ. Vnde & semina, quibus gerantur omnia viuentia, scilicet plantæ, & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent. Hac Turrec. in c. 1. num. 4. de consecr. dist. 4. Astens. lib. 4. tit. 3. art. 4.

16 Quinta. In qualibet aqua + qualitercunque transmutata, dummodo non solvatur species aquæ, potest fieri Baptismus. Si autem solvatur species aquæ, non potest fieri baptismus, iuxta S. Th.

3. par. Turrec. in c. 1. de consecr. dist. 4. & ex hoc correlative sequuntur aliqua. Primo, quod cum transmutatio, qua sit in aqua maris, & in alijs aquis, non sit tanta, qua soluat speciem aquæ, in huiusmodi aquis potest fieri baptismus. Secundo ex eadem ratione sequitur, q. in lixiuio, & in aquis sulphureis, & in alijs aquis, qua ex terra, per quam transeunt immutatur, potest fieri baptismus. Tertio, quod cum aqua rosacea sit liquor à rosa resolutus, in ea non potest fieri baptismus, & eadem ratione, nec in aquis alchimicis, sicut nec in vino, vel in aqua cù vino, vel aliquo liquore mixta, quod intelligerem, etiam, si satis maior pars esset de aqua, modo solueretur species aquæ. Prout tenet Host. in sum. cod. tit. §. Quia sit eius forma. versl. Quid si alius liquor. & in capit. non vt apponeres, cod. tit. Quarto, quod si aqua paludis esset in tantum degrossata, quod recederet à vera raritate aquæ, non esset baptismus, sicut si esset lutum, alias esset baptismus, quia adhuc manet species aquæ. Quinto, quod in aqua, sicut est ius, sive brodium pinguium, vel huiusmodi, qua infrigidata congelatur, & constant, & ceruifia, & vrina, & lixiuum, quod multam habet commixtio nem acutorum corporum, non potest fieri baptismus, ita Henric. & Panorm. in d.c. non vt apponeres. Conclude ergo + ex omnibus prædictis, q. debita materia baptismi est aqua simplex, naturalis, potens ablucere. Aqua dicitur, quia in nullo alio liquore potest fieri baptismus. Pura: quia non in brodio, vel aqua mixta pinguedine, vel butyro, quando scilicet permixtum solvit speciem aquæ. Naturalis, non artificialis, vnde excluditur aqua rosacea, & alchimica. Item nec aqua supernatans liquori, que dicitur Hegma. Potens ablucere: quia aqua in linteo madido, vel lana non est apta lauare, nisi exprimatur extra.

18 Sexta. Nec solum elementum, nec sola verba sufficient ad baptillum. Sed utrumque necessarium est, cap. detrahe,

# De Baptismo, eiusq; speciebus. Cap. III. 10

he, i.q.1. & ratio est: quia vbi plura requiruntur ad substantiam actus, defec-  
tus vnius facit totam deficere, Con-  
cordat l.si unius, C.de testa. Abbas dicit  
in c.penul. de baptis. Hinc fit, quod si ali  
quis immersat aliquem, & non proferat  
verba, non baptizat: quia alterum  
essentialium deficit, hoc est verbum, c.  
non ut apponeres, de baptis. c. propriè,  
de confecr. dist.4. Forma autem est illa,  
19 Ego † baptizo te, in nomine Patris, &  
Filiij, & Spiritus sancti, amen. Quam for-  
man Dominus tradidit discipulis suis,  
cum dixit. Ite, baptizate omnes gentes,  
in nomine Patris, & Filiij, & Spiritus  
sancti, c. propriè, de confecr. distin.4. &  
glos. eod. tit. c. 1. Sed notandum, quod  
in prædicta forma sunt quatuor: Pri-  
mum, expressa nominatio personarum  
in Trinitate. Secundum, expressio actus  
baptizandi, & personæ sufficiens, cù  
dicitur, baptizo te. Tertium est, expre-  
sio baptizantis: Ego. Quartū est, quod  
pertinet ad confirmationē totius. Amē.  
Et secundum hoc ponendæ videntur  
20 quatuor Decisiones. Prima est, † quod  
expressio personarum est de necessitate  
baptismi. Quod exp̄s pater ex deter-  
minatione sanctæ Ecclesie, quæ habe-  
tur in cap. in Synodo, de confecr. dist.4.  
Vbi dicitur sic. In prædicta Synodo sa-  
cerdotes voluerunt, vt qui vnam de Tri-  
nitate personam in baptismo non nomi-  
naret, illud verum baptismum non esset,  
nec esse posset. Quod secus erat in pri-  
mitiva Ecclesia, vni verus erat baptis-  
mus collatus in nomine Christi tantu:   
quod factum est ex speciali revelatione  
Spiritus sancti, vt nomen Christi ama-  
bilis redderetur, quod valde odiōsum  
erat incredulisi, 1.Cor. 1. Nos prædicam-  
us, &c. Rursum inservit, q; non suffi-  
cit formam mente concipere, & non vo-  
ce proferre, d.c. in synodo, & ibi Arch.  
vbi extendit ad alia sacramenta, dicens,  
quod mutus baptizare non potest: vt  
etiam notatur in cap. paruuli. cad. dist.  
An vero sit baptizatus ille, qui baptiza-  
tur in nomine Genitoris, & nati, & san-

cti flaminis. glo. in c. multi, dicit, quod  
sic: quia non refert utrum ex æquipol-  
lentibus quid fiat, arg. ff. de verb. oblig.  
l. qua extrinsecus. & l. si sub vna, Hen-  
ric. vero in c. non ut apponeres, videtur  
residere cum alia opinione tenentis,  
quod non sit baptismus. Secunda est,  
21 quod † expressio actus, & persona suffi-  
cientis sunt de necessitate sacramen-  
ti, patet ex determinatione Ecclesie,  
quæ habetur in cap. 1. eod. tit. vbi sic di-  
citur, si quis puerum ter in aqua immet-  
serit in nomine Patris, & Filiij, & Spi-  
ritus sancti, & non dixerit, Ego baptizo  
te, non est baptizatus. Hoc etiam tenet  
glo. in d. cap. multi, in fine. Et ratio est:  
quia si non apponetur, te, posset intel-  
ligi, quod baptizaret lapidem, vel quid  
aliud. Item exprimitur, te, ad denota-  
dam differentiam inter baptizantem,  
& baptizatum, c. debitum, extr. de bapt.  
22 Sed an valeat baptismus, † si aliquis ba-  
ptizat puerum, non tamen prius ei no-  
mine iunposito, sed dicendo, Ego bapti-  
zo te. Credo q; sic. Cum pronomen te,  
ponatur loco proprii nominis secundū  
Grammaticos, tum etiam, quia id vide-  
tur sentire glo. in c. baptizandi, 2. de con-  
fecr. distin. 4. peccat tamen taliter bapti-  
zans, per not. per Pet. de Palu. in 4.d. 3.  
q. 1. vers. Tertiū patet: Tertia Expres-  
sio † personæ baptizantis non est de ne-  
cessitate Sacramenti. Hinc si omittitur  
pronomen, Ego, & diceret quis, bapti-  
zote, &c. bene baptizat: quia subintel-  
ligitur ego, & pronomen videtur abun-  
dere, ff. de hære. inst. l. 1. §. qui neque.  
Vbi non refert, an dicatur hæres mihi  
esto, an hæres esto. Sicut in stipulatione  
non interest, an stipuler habere licere,  
vel an mihi licere habere, l. stipulatio  
ista, ff. de verb. oblig. sic nec Christus ap-  
posuit pronomen, cum dixit. Ite bapti-  
zate. Hinc fit, quod baptismus, qui con-  
fertur à Greçis, est verus baptismus, qui  
sic baptizant. Baptizetur stetius Chri-  
stii Nicolaus in nomine Patris, & Filiij,  
& Spiritus sancti. Amen. Qui a reuer-  
tes ex eis ad obedientiam Ecclesie, nom-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

rebaptizantur, vt dicit Turreer. in cap. si non, n. 6. de consecr. dist. 4. glos. in d. cap. multi. Quarta, quod nec Amen est de substantia, vt ibi per Turrem. 24 Contrascientes † tamen peccant mortaliter, cum talia verba sint de necessitate praecepti, & faciant contra institutionem Ecclesie. Sed quid si in baptismo suerit omissa salis impositio, &unctionis, de quibus de sacra vñct. c. 1. vt quia laicus baptizauit, seruata tamen forma verborum, dic quod non reiterabitur baptismus, sed omissa supplebuntur per presbyterum, Zabar. in c. 1. secunda opposit. de bapt.

Septima. Mutatio in forma verbo-  
ruim † potest contingere multipliciter, videlicet vocum variatione, additione, subtractione, corruptione, transpositio-  
ne, & interruptione. Quantum ad pri-  
mum sit talis decisio. Mutatio qualiter-  
cunque fiat circa voces manente eadem  
significatione, & modo significandi, non  
obest sacramento baptismi. Nam si aliud  
esset, sequeretur huiusmodi absurdum;  
quod non possent sacramenta conferri  
nisi in lingua Hebraica, in qua forma  
sacramentorum sicut instituta: Nunc au-  
tem potest conferri baptismus in qua-  
cunque lingua, Hebraica, Graeca, & La-  
tina, & in omni alia materna. ergo, ita  
Pet. cum quo concordat Hosti. in Suni.  
eod. tit. §. quæ sit eius forma, ad finem,  
sub §. quid si Latinus. Et ratio est: quia  
forma realis potius attendenda est, quam  
verbalis, de consecr. distinct. 4. cap. re-  
tulerunt.

26 Octava. Si mutatio † vocum non est  
tanta, quin maneat eadem significatio  
secundum accommodationem vñs, li-  
cet non secundum regularem formam  
prime institutionis, tunc est baptismus,  
si fiat ex simplicitate, & non ex peruersi-  
tate, siue mutatio fiat ex parte antero-  
ri, siue posteriori. Dicit tamen D. Th. φ  
hoc præcipue accidit, quando sensus lo-  
cutidinis remanet, quando corruptio est  
à parte finis: secus si à parte principij,  
maxime, quando mutatio esset magna:

Vnde Papa reputat baptizatum eum,  
qui à quodam sacerdote ignaro Latinis  
eloquij baptizatus est in nomine Pa-  
tria, & Filia, & Spiritus sancta, de con-  
secrat. dist. 4. cap. retulerunt. At si erra-  
ret ex peruersitate, talis error impedi-  
ret, quia aliud intenderet facere, quām  
dicūt, vel faciunt Catholici. Arch. in d.  
c. retulerunt. Rursum. Si dicatur Nos;  
vbi Ego, & baptizamus, vbi baptizo,  
& vos, vbi te, & tunc est conclusio Pe-  
tti de Palude, φ est verus baptisimus, li-  
cet incurritur peccatum: quia rema-  
net sensus verborum ex accommoda-  
tione vñs. Sed si dicatur: In nomini-  
bus, vbi dicitur, In nomine, viciatur:  
quia de forma est vñtas essentialis per-  
sonarum, quam representat numerus  
singularis, sicut & Trinitas personalis  
in distinctione personarum. Ita Turre-  
r. in d. c. si non, n. 10.

Nona. Circa additionem, secundum  
27 Canonitas sit talis decisio. † Additio  
sive præmittatur, sive sequatur, sive  
interponatur, semper viciat baptismū,  
quia forma nihil addendū est, sive de-  
trahendum, c. firmissimè, & cap. si non  
sanctificatur, & c. de Attianis, de con-  
secr. dist. 4. Et in hoc Holt. in Suni. con-  
cordat, dicens, quod si quis dicat: Ego  
te baptizo, in nomine Patris, & Filii, et  
Spiritus sancti, & omnium sanctorum,  
non est baptizatus: quia nihil debet iun-  
gi formæ. & in hoc hodie omnes conve-  
niunt. Ita etiam tenet Archid. in d. c. si  
non sanctificatur.

Decima. Circa subtractionē, D. Th.  
28 & quasi comm. Doct. asserunt, † quod si  
subtrahatur aliiquid quod est de sub-  
stantia formæ, sive inuocatio Trinitatis,  
sive actus excrusitus cum persona bapta-  
zanda, tollitur sacramentum, & ille  
qui baptizat, grauitur peccat. Si vero  
tollitur id, quod non est de essentiâ for-  
mæ, vt si à forma baptismi tollatur,  
Ego, vel Amen, vel à forma consecratio-  
nis, enim, tunc non tollitur sacramen-  
tum, sed graue peccatum est. Turrem.  
in d. c. si non, vers. tertio modo.

Decima.

# De Baptismo, eiusq; speciebus. Cap. III. 11.

Decima. Circum corruptionem. Hac decisio ponitur iux. D. Tho. & Pet. de 29 Palud. Corruptio † verborum, quæ fit ex industria, & malitiosa, impedit baptisimū: quia non videtur intendere quod Ecclesia intendit. Sed illa, quæ fit ex ignorantia, vel defectu lingue, si tanta est corruptio, quæ auferet sensum locutionis, quod maximè sit, quando continget in principio dictiōnis, ut ab ista dictione, patris, subtrahatur prima litera, vel syllaba, & loco eius apponatur mattis, non esset baptisimus: quia sensus omnino mutatur. Si autem sensus locutionis maneat, quod præcipue accidit, quando corruptio esset in fine. Exemplum in d.c. retulerunt, & tunc esset baptisimus. Si vero corruptio fieret ex necessitate, vt si puer moreretur, antequam sacerdos perficeret verba formæ: & tunc pie creditur, quod summus sacerdos supplet: Vnde talis si morieratur, in cemiterio sepeliendus est. Si vero superuixerit, ratione dubij credo, quod sub conditione rebaptizadus est, iux. c.2. cod. tit. Hear. in d.cap. non vt apponeres.

Vndeclima. Circa transpositionem, 30 dic, quod si traspositio † sit ex certa malitia, non est baptisimus: quia non intendit seruare formam Ecclesiae. Si vero sit ex simplicitate, & talis transpositio mutaret intellectum verborum, vt si diceretur, baptizo in nomine te Patris, & Filii, &c. vel si transponerentur syllabæ, vt in nomine trispa, & huiusmodi, tunc non est baptisimus. Si vero per transpositionem maneat sententia, et verus baptisimus, vt si diceretur, Ego te baptizo in Patris, & Filii, & Spiritus sancti nomine. Ita Pet. de bapt. tract. i. forma baptisimi qualis esse debeat. Sic interpositio si est modica, ita quod secundum usum communem non videatur alium discontinuare, vt si interueniat silentium, aut tusus, aut respiratio, aut aliquid huiusmodi, tunc erit baptisimus. Sed si discontinuatio esset magna, ita quod actum evidenter discontinuet,

tunc hoc est: ita Turrecrem. ubi sup. & Henric. in dicto capit. non ut apponentes, num. 1.2.

Duodecima. Cum non solum sit necessarium verbum, & elementum ad perficiendum baptisimum, sed etiam requiratur intentio. Nam ex intentione operatio iudicatur de eo qui mit. in pos. c.1. & 2. c. cum ex voluntate de sent. ex. com. 31 ideo apponamus has decisiones, quarum prima est. Intentio † baptizantis exigitur ad perficiendum sacramentum baptisimi, vt nos supra affirmavimus, n. 9. gl. in cap. dedit, v. quæst. 1. Et non obstat, quod baptisimus sit opus Dei, & non hominis, c. a. quodam, cap. si inter. de conse. dist. 4. ergo in ipso conferendo non exigitur hominis intentio, arg. 1. q. 1. cap. dedit, in fine. ibi, Ebrius. Hinc Gan. & eius sequaces dicebant, non esse necessariam intentionem baptizantis in hoc sacramento, nec in alijs sacramentis necessitatis: Nam in contrarium est veritas, secundum Hug. & Pet. Lomb. & alios; quia sicut in hoc sacramento, & in alijs sacramentis forma est seruanda, ita intentio ad illud, vel illa celebranda est attendenda, alias quomodo affinitates spirituales conterentur, nisi intentio baptizantis intercederet? Et quod dicitur quod hoc sacramentum est opus solius Dei: debet intelligi, quod solus Deus per illud peccata dimittit. Ita Archid. in c. solet, de conse. dist. 4. Nec etiam obstar d.c. Id. dicit, de conse. dist. 4x. baptisimus, in si. vbi dicitur, quod Ebrius, vel Ebriosus, potest conferre baptisimū, qui non possunt habere intentionem baptizandi: quia responderetur, quod ibi loquitur non de Ebrio, qui est inscius, & obliuiosus, scilicet cum iacet sepultus vino: sed nomine Ebrii ibi intelligitur peccator, sci licet qui laborat vitio tali, quod sapientebatur, secundum Hug. & Archid., in d.c. dedit.

Tertiadecima. Licer intentio mini- 32 stri sit necessaria † ad baptisimum, tamē secundum D. Tho. & Petr. de Pal. non

est necessaria actualis præcise, sed virtualis. Virtualis autem dicitur, quando quis habuit actualē intentionē nudam ministrandi Sacramentū, & ex illa motus est ad ministrandum, posito, quod actualiter non cogit̄ cum ministret, virtualiter tamen manet intentionē prævia: & haec sufficit. Exemplum: In me est actualis intentione euangelii ad Ecclesiam, imperio pedem moueri, & licet in medio motus cesseret intentionē actualis, manet tamen motio pedis.

Quartadecima. Defectus intentionis: 33 in sexu, † seu conditione persona baptizandæ, impedit quandoque baptismum, puta, quando intendebat tantum masculum baptizare, & non feminam, & illa esset semina, arg. ff. de contr. empt. Laloquin, 39. q. 1. cap. 1. verum si intendebat baptizare personam cuiuscumque sexus esset, est baptizata: quia quantum ad Dei cultum, non est masculus, neque femina, neque liber, neque seruus, omnes enim in Christo eandem mercetatem accipiemus, in Auth. de monach. §. hinc autem nobis collat. 1. Et licet homo errat in sexu, non tamen errat in persona, quam tenet, & baptizare intendit, arg. ff. de pig. act. l. 1. in fil. l. in venditione, §. plane, de contr. empt. Si vero de hoc non cogitabat, sed simpliciter baptizabat, † videtur baptizatus, per d. §. plane, & alia iura sup. alleg. Asten. lib. 4. tit. 5. art. 3. quamvis Holt. in Sum. cod. tit. dicat, quod debeat, si aet. viuit, baptizare sine errore. per c. 2. cod. ti. Prima tamen opinio mihi videtur verior.

Quintadecima. Ebrius, qui habet ligatum rationem, & nescit † quid agat non potest baptizare: cum non possit habere intentionem baptizandi. Et talis dicitur Ebrius actu, ita frater Ioan. in Sum. confess. in rubr. de baptis. q. 35. sed ebriosus, qui dicitur ille, qui confitutus est inebriari, licet aliquando possit esse sobrius in actu, baptizat, si eo tempore sciat quid faciat, etiam si lingua aliquo modo balbutiat: quia illud non est semper sufficiens signum ligaminis ra-

tionis. Vnde si formet verba intelligib[il] liter, licet non omnino perfecte, baptizat. Si autem ita corrupte, quod com muniter intelligi non possit, est posse rebaptizandus, & ita intelligitur dicitur, & c. baptisimus. Bonav. 4. di. 35. du. circa literam, q. 1. n. 7. in fil. 30. 36. Pariter. Si quis aliquem † iocose baptizaret, modo adhuc intentione baptizandi, est vere baptizatus, quod expressum est 7. q. 1. cap. Spiritus sanctus. & §. ecce. 37. Sed qui † petit baptismum, & omnino non baptizari non intendit, & nec per baptismum aliquid conferit, non est baptizatus, secundum Innocen. & Zabar. in c. 1. de bapt. sicut nec thatrinomium est, si non consentit, licet verba interue niant, de sponsa tua, licet propter ignorantiam Ecclesia cogat eum seruare iocem baptizatorum, pro hoc quod non iudicat de occultis, do simo. c. tua, & plenumque secundum exteriora, & communitatem opinionem iudicat contra ne ritatem, de sen. excom. c. à nobis iij. Si vero expresse constaret, ut quia diceret se nullatenus consentire, sed per iocum facere, non reciperet characterem, tan quam expresse contradicens, c. maiores, §. ille vero, de bapt.

38. Sextadecima. Intentio ministri, † ari requiratur recta ad baptismum. respons. D. Tho. 6. q. 1. art. 2. q. 2. quod dupliciter potest perverti ministri intentio. Vno modo respectu ipsius Sacramenti, puta, eum quis non intendit Sacramentū conferre, sed delusoriè aliquid agere, & talis peruersitas tollit veritatē sacramenti, præcipue, quando suam intentionem manifestat exterius. Exemplum in Paganō, qui nec Christianus est, nec Iudeus, nec baptizatus, nec circumcisus, qui delusoriè hoc faceret non obseruando formam, & intentionem Ecclesie, iux. tex. cum glo. in c. quos à Paganis, do confit. dist. 4. Alio modo potest perverti intentio ministri, quantum ad illud, quod sequitur Sacramentum, puta, si presbyter intendat feminam baptizare, vt abutatur ea, & talis minister quā uis

nis grauior peccat, tamen conficit sacramentum.

39. Decimaseptima. Quid si sciri non potest certitudinaliter intentio baptizantis, verbigratia. Est quis baptizatus à pagano, qui si baptizat in forma Ecclesie, est baptizatus, cap. Romanus, de cōfessi. dist. 4. alias fecus, d.c. quos à Pagano. Respōn. Aug. in c. solet, de confessi. dist. 4. quod implorandum est super hoc diuinum consilium: quod si non reuelat Deus, sub conditione sic ablutus, est baptizandus, cap. 2. co. tit. vel forte posset dici, quod posset colligi intentio militri, quando morem Ecclesiæ Paganus seruaret in baptizando.

Decima octaua. Præter materiā debitam, & formam, atque intentionem, qua sunt de necessitate in sacramento baptismi, sunt & alia, t̄ quæ in ritu baptizandi seruantur, que pertinent ad solemnitatem. Adhibentur autem huiusmodi, tum ad excitandam deuotionem, & reverentiam sacramenti, tum ad instructionem fidelium, tum ad cohibitionem dæmonum, ne sacramentalem impedian effectum. Ordo vero pertinentium ad solemnitatem baptismi, secundum morem Ecclesiæ vstatū, est iste: Primo enim insufflatur, vt virtus diaboli exterior expellatur, & exteriorius expellenda significetur, c. postquā, de coniect. dist. 4. & c. seq. Secundo signum crucis fit in pectore, & in fronte, vt dæmon se cognoscat expellendum tam in occulto cordis, quam in publico confessionis. c. postea, ead. distin. Tertio sal in ore ponitur, vt significetur quod per baptismum sapor sapientiae preparatur, c. ex hinc, ead. dist. Quartò fit aurum, & natum cum sputo linitio, vt significetur gratia ad discernendum, & obediendum, c. postea tanguntur, ead. dist. Quintò fit linitio olei sancti, quod dicitur oleum catechuminorum, in pectore, & scapulis, vt significetur apertio mentis ad Deum amandum, & cuius onera portandum, c. deinde, ead. dist. Sexto fit post baptismū inunctio christi-

matis in vertice, vt significetur apertio mentis imputribilis ad contemplandū. Christma enim consecutum est de oleo lucente, & balsamo conseruante. Et debet t̄ hac fieri inunctio de Christmate novo, non veteri, de confessi. dist. 4. t̄ si quis præterquam in necessitate mortis, & punitur sacerdos, si contrafecerit, dicitur. c. si quis de alio, ita not. Archid. in c. quoniam, in f. de sen. excommuni. in 6. Septimō datur ei uestis candida, ad designandum nouitatem vite, cap. post baptismum, de confessi. dist. 4. D. Fl. 3. p. q. 7. art. 3. c. 4. Bonauen. 4. dist. 6. in fine articulorum, qui ponit pertinentia ad solemnitatem.

## SUMMARIUM.

1. Baptismus potest suscipi sine aliis sacramētis. Sed alia non.
2. Baptismus potest dari à quocunque, sed alia non.
3. Baptizans per laicum debet postea portari ad sacerdotem, ut videat si forma fuerit seruata.
4. Baptizandi potestus ex officio competit sacerdoti, sed ex speciali mandato Dei etiam competitere potest Angelo.
5. Baptismus fundamentum est, & ianna omnium sacramentorum.
6. Baptismus an tollat irregularitatem, & quando eam inducat.
7. Baptismus quandoque inducit irregularitatem.
8. Et an tollat infamiam.
9. Baptismus est efficacior pœnitentia. Et in duobus equiparantur. nn. 11.
10. Baptizans nulla opera satisfactory in iungenda sum.
11. Baptismus a Circumcisione quid differat.
13. Baptismi effectus, an si equalis in omnibus.
14. Pena originalis peccati est quadruplex.
15. Baptismus à quocunque collatus, non resurgetur.
16. Baptismus propriæ quinque rationes non reuerteretur, & nn. 19.
17. Baptismum uerans gravissime peccat,

# Decis. Auréarum Par. II. Lib. I.

- magis, quam filiè accedens.
- 18 Et tales gravissime puniendi sunt.
- 19 Baptismus morti Christi assimilatur.
- 20 Baptismus fieri debet in Ecclesiis, ubi depositi sunt fontes.
- 21 Baptismus in casu necessitatis, & nobilitatis, potest celebrari in quacunque ecclesia & in cameris, & locis profanis.
- 22 Per baptizandum adhuc quis non dicitur habere curam animarum.
- 23 Baptizare se ipsum nullus potest.
- 24 Beneficium sibi ipsi nullus conferre potest, vel patronus se ipsum praesentare.
- 25 Viens non baptizans, non potest post mortem baptizari.
- 26 Puer qui totaliter non est natus, an possit baptizari.
- 27 Baptizata parte alia, quam capite, an dicatur baptizatus puer, si totaliter non nascatur, & moritur.
- 28 Infans, qui baptizantur sine solemnitate, & ea moritur, an si sepeliendus in loco sacro.
- 29 Baptismus an sit iterandus, si capilli tantum abluantur, vel vestes, nn. 30.
- 30 Baptizatus, si decessit dimensione forma, an si pectoris endus in loco sacro.
- 31 Puer non debet extrahiri à matre adhuc virginitate, ut baptizetur.
- 32 Mater mortua an debet aperiri, ut puer extraclus baptizetur.
- 33 Puer extraclus statim est baptizandus. Celeritas quando reprobatur, vel commendetur, sub eod nn. 34.
- 34 Monstrum qualiter baptizari debet.
- 35 Baptizandus an ter unda perfundatur.
- 36 Baptizatus an quis sit, ubi fuerit in dominio an debet baptizari.
- 37 Character an imprimatur ex baptismate sub conditione.
- 38 Ad baptismum tenetur quecunque creatura rationabilis.
- 39 Ad baptismum tenetur quecunque creatura rationabilis.
- 40 Apostoli, & Beata Virgo a quo fuerint baptizati.
- 41 Baptismus simulariorie accepimus an reiterandus.
- 42 Monachis circa baptismum quae sint prohibita.
- 43 Monachis in quib. casib. possint baptizare.
- 44 Baptismus an omni tempore sit conferendus.
- 45 Baptismi characterem an amens, vel dormiens suscipiat.
- 46 In baptismate an sufficiat una persona tantum.
- 47 Cognatio spiritualis an contrahatur, si quis tangit linteum, & non puerum.
- 48 Baptizatus adulterus per quae operae sit exercitandus ad iustitiam.
- 49 Baptizatus tenetur restituere ablata, & satisfacere de iniuris illatis.
- 50 Iudicii non sunt baptizandi, nisi prius renunciem bonis, si habent illicite acquistata.

## De prærogatiua, & efficacia baptismi. Cap. III.

**D**E INDE considerandum est de prærogatiis, quas habet sacramentum baptismi. Vnde sciendum est, quod baptismus habet multas prærogatiwas, tibi videlicet quia potest tulcipi sine alijs sacramentis, sed alia non sine ipso. cap. si quis per ignorantiam, l. q. 1. Hinc dicuntur magis necessarius, c. præter hoc, diluta, 32. Quare si contingat aliquem ordinari ante baptismum, nihil recipit, l. q. 1. c. si qui confugeant. Item sine eo non potest aliquis contrahere cum Christiana, vel aliqua cum Christiano, 28. q. 1. c. cause. Item sine eo non potest haberi salus, sed sine alijs potest, de consecrat. dist. 4. c. firmissime. Et non obstat tex. in c. baptismi vicem, & c. catechumenum, ea dist. quia intelligitur, quod sine baptismo huminis non potest haberi salus, quando potest haberi. Sed si haberi non potest, tunc alia baptinata sufficiunt ad salutem. Item sine invocatione Trinitatis non est baptismus, de consecrat. dist. 4. c. si re uera, & c. in synodo. Item potest dati tibi a quoconque, sed non alia, dist. 32. cap. præter hoc, per totum, nam non corpus Christi, 24. q. 1. cap. vlt. & quæ sit ratio, notatur in glo. in d. c. v. t. v. et.

vers. In baptismo. Quod intellige, quando timetur de periculo, puta, quia mors videtur propinqua, tunc enim talis puer potest à quoconque baptizari, etiam à laico, vel muliere, siue sint Catholici, & Fideles, siue Iudici, Pagani, vel Infideles, & etiam excommunicati, suspensi, Hæretici, & Scismatichi, dummodo, feruent formam debitam, quam seruat Ecclesia. Dicens: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. & intendant illud lacere, quod intendit, seu facit Ecclesia: verum quando baptizimus in praedicto casu necessitatis aliqui confundunt, haec consideratio est adhibenda, ut si non adest presbyter, cuius proprium est munus baptizare, c. constat, de consecr. dist. 4. fiat a digniori persona. (verbi gratia) præsentibus presbytero, & clericu, clericu non baptizabit, sed presbyter. Similiter laico, & muliere præsentibus, solum laici erit baptizare. Et si clericu & laicus sunt præsentes, imminentie tali necessitate clericus baptizabit, & non laicus. In tali etiam necessitate fidelis præfertur infideli, aliter contrafaciens peccaret: & ratio istorum est: quia ille, qui baptizat, representat personam Christi, qua per fidem reprobatur per fidelem, quam infidelem, per virtutem, quam mulierem, per promotum, quam non promotum, per tonsuratum, quam non tonsuratum. quod autem quilibet creatura rationalis in necessitate possit baptizare, patet per tex. in c. in necessitate, c. Romanus, c. sanctum, c. quodam, cum similibus, de consecr. dist. 4. cap. ad limita, 30. q. 1. c. super quibus, 30. quest. 3. Imò etiam monachus potest baptizare, 16. quæstio. 1. c. doctos, licet non possit esse compater. 18. q. 2. cap. peruenit, & ibi glo. Si vero nullum fuerit periculum, ut quia puer natus est viuax, & bene dispositus, tunc ad solum presbyterum ex officio spectat baptizmus: quia per baptismum recipitur baptizatus in collegio Ecclesie militantis: talis autem receptio pertinet ad habentem auctoritatem in colle-

gio, vide Panor. & Doct. inc. 1. de bapt. Verum t̄ quando aliquis baptizatur per laicum vel mulierem, debet postea baptizatus portari ad sacerdotem, qui queret formam, quae est seruata, de consecr. di. 4. c. in necessitate, & c. Romanus. Vnde dixit Zabar. post Host. & Ioan. And. in c. 1. in 2. oppoſ. de bapt. quod si laicus baptizauit seruata tamen forma verborum omissa catechizatione, salis impositione, & vñctione, de quibus c. 1. de sacr. vñct. non reiterabitur baptizmus, sed omisſa supplebuntur per presbyterum. peccat tamen non laicus baptizans abique necessitate, de clericu, non residen. cap. 1. sed per sacerdotem postea supplebuntur solite vñctiones, secundum Ioan. Andr. in cap. 1. ad fin. de sum. Trinit.

Rursum. Licet t̄ potestas baptizandata sit hominibus, vt patet de consecr. dist. 4. proprie. Pet. tanè dicit, q. Angelo potest cōpetere baptizandi, & consecrandi actus non ex officio, sed ex speciali mandato Dei, vnde si sciatur aliquem esse baptizatum ab Angelo, qui nunquam sibi usurpat alienum officium, nisi haberet speciale mandatum, non est post eum rebaptizandus, nec etiam Ecclesia reconsecranda. Idem Thomas, qui ponit exemplum de consecratione templi Beati Michaelis. Arch. in d. cap. proprie. super verbo baptizandus. Henric. Boich. in c. 2. de bapt. num. 3. Item alia prærogativa est, quia est fundatum, & ianua omnium t̄ Sacramentorum, de consecr. dist. 4. c. cum itaque, in f. c. veniens, de cler. non bapt. 1. q. 1. c. si quis consugerit. Item quia per ipsum originale, mortale, & veniale remittitur, non sic per alia, c. regenerante, c. sine penitentia, c. ex quo, de consecr. dist. 4. canonicis, de bapt. & ratio est: diuina liberalitas, quæ tantam huic Sacramento contulit efficaciam: quod quidem conuenienter fuit: quia baptizamus est ad regenerandum institutus, vnde ibi transit homo de potestate tenebrarum in adoptionem filiorū Dei, & hoc est quod dicitur

dicitur Tim. 2. per laudatum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, &c. Item per baptismum extinguitur concupiscentia, non ut non sit, nisi forte hoc sit malaculo, vel dono Dei speciali, sed ut non ob sit, quia ibi gratia infunditur, quia illa superata posse, ut habetur per text. in c. 2. de consecr. distinc. quarta, vnde concupiscentia in quantum habet rationem culpę, extinguitur per baptismum: in quantum habet rationem penae, manet. Item per baptismum tollitur irregularitas & proueniens ex delicto, qualiterque prouenerit. Vnde, si quis ante baptismum homines occidisset voluntarie, post baptismum promoueri posset, non autem illa bigamia, vnde bigamus ante baptismum non potest post baptismum promoueri, vel in Episcopum consecrari. Nec semina etiam corrupta qualitercumque potest post baptismum velari, & inter virgines consecrari, vide gl. sing. in c. deinde, dist. 2. Et ratio est: quia virgo velata significat Ecclesiam in custodia amoris & conformitate iunctam, & illius est nullum praeter eundem amatorem admittere, vel admisisse, quia aliter non dicitur inter virgines. Quia vero in femina corrupta deficit signum coniunctionis in calto a more cum sposo, secundum Albertum Magnum, ideo non potest inter virgines consecrari. Si autem irregularitas proueniat ex delicto, tollitur per baptismum, siue sit homicidium, siue aliud. Et ratio est: quia homicida non est ad ordines inhabilis, nisi propter horrorem sanguinis, qui quidem tollitur in baptismo: quia supponitur quod sit factus agnus de lupo. Sed de hoc vide c. 17. de irregul. num. 72. in nostris decis. In casu tamen baptismus non solum non tollit irregularitatem, sed etiam & illam inducit, vt in rebaptizato, de consecrat. distin. 4. c. qui bis. extr. de apost. c. 2. inducit etiam baptismus irregularitatem in alio casu, quando adultus rationis compos, qui dum esset sanus, distulit baptis-

8 mum, quia si in aegritudine timore mortis baptizatur, non debet nec presbyter ordinari, nec ad minores ordines promoueri, nisi in duobus casibus. c. 1. distin. 57. Sed Archid. ibi dicit, quod illa non est irregularitas, sed impedimentum: nam quia contempnit baptismum, ideo baptismus contemnit eum, ut puniatur in eo, quod deliquerit, arg. 12. q. 2. c. qui & humanis, cum similibus. Igitur contemptus baptismi illam irregularitatem, & desuetum inducit. Item baptismus tollit & omnem infamiam prouenientem ex peccato: quia dona baptismi sunt sine omni poenitentia, & satisfactione, certe ne poenitentia, de consecr. distin. 4. Vnde de si aliquis occidisset mille homines ante baptismum, omnis infamia, & irregularitas tollitur, vt distinc. 33. cap. si quis post accepit. Hoc etiam patet in Paulo, qui ante baptismum fuit homicida, & tamen postea factus est Apostolus, vt scilicet contra. Item est glos. notab. in d. cap. Deinde, verb. inter peccata. Item, quia baptismus est & efficacior, quam poenitentia, quia per ipsum omnia peccata dimittuntur mortalia, & venialia: ita plene, ac perfecte, quod si quis statim decederet, nullam poenitentiam sentiret, de pœn. dist. 7. cap. nullus, quod non sic est in poenitentia: quia in poenitentia etsi dimittatur peccatum per eos discontributionem, remanet tamen temporalis satisfactio. Sed in baptismo non: nam tanta est vis sacramenti, quod nulla opera satisfactoria & iniungenda sunt peccatoribus baptizatis, nec villa penitentia exterior. i. confessio, quæ fit sacerdoti, necessaria est, licet poenitentia interior, quæ fit Deo, vt adultus recogniter peccata sua, & de eis doleat, necessaria sit: & ita intelligitur text. in c. fine, de consecr. dist. 4. quia non potest quis inchoare novam vitam, secundum Augustinum, nisi eum poeniteat veteris vite. Aequiparantur & tamen baptismus, & poenitentia, quia possunt ministrari tempore interdicti generalis. Item, quia illud facit poenitentia, quod baptismus quo ad vitam

æternam. ita glos. in c. ne forte; de pœnit. distin. 1. Item verus est baptisimus, licet verba substantialia per imperitiam corrupte proferantur, de consecrat. distin. 4. c. retulerunt. Item quia in baptismo spiritualiter renaleitur homo, & membris Christi efficiatur, de consecrat. distin. 2. c. quia passus, circa fin. & de consecrat. dist. 4. c. ad hoc. Item nullus potest salvare, si contemnit baptismum. 15. q. 1. c. firmissime. Item quia recente fidione, baptismus suum effectum consequitur, ista est communis sententia in cap. tunc valere, de consecrat. distin. 4. & sic ratihabitio retrotrahitur, vt dicit gl. in d. cap. tunc valere. Item baptismus 12. † competit cuicunque sine distinctione sexus, vel aetatis, & sic Sacramentum est vniuersale, quod quidem non erat Circuncisio, que erat sacramentum particularē, quod dabatur tantum viris, & non mulieribus, c. maiores, extra de baptis. item Circuncisio erat Sacramentum laboriosum, quia inferebat dolorem, sed baptismus infertur sine dolore. Praterea baptismus imprimis characterem incorporantem hominem Deo, sive Christo, quod non facit Circuncisio. Item per Circumcisionem tollebatur peccatum, & evitebatur damnatio nis periculum. Sed per illam non poterant peruenire ad regnum coeleste, sed baptismus inducit remissionem peccatorum, tollit damnationis periculum, & aperit regnum coeleste, ita ut si infidelis adulstus hodie baptizaretur, & illico decederet, non sentiret penam purgatorij, vt est tex. Aug. notab. in cap. nullus, de penit. distin. &c. 7. ita no. in d. cap. maiores. Rursum, effectus baptismi, tci 13. licet regeneratio † hominis in vita æternam est aquæ in omnibus, qui se habent æqualiter ad baptismum, vt in parvulis. Adulti vero, quia quidam cum maiori deuotione ad baptismum accedunt, ideo quidam plus, quidam minus de gratia nouitatis accipiunt. Sed effectus baptismi de extinctione concupiscentie carnis, qui est per accidens, non

fuscipitur æqualiter à baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedunt: sed dispensatur huiusmodi effectus, secundum ordinem diuinæ prouidentie: non enim hoc præstatur in baptismo nisi forte hoc miraculo ineffabili Creatoris, vt dicit tex. in c. 2. de consecrat. dist. 4. & ibi glo. in verbo miraculo. Vnde etiam gl. 14 ibi, in verbo, Euacuatur † dicit, quod quadruplex est pœna originalis peccati. Praecedit iam uanum coelitem, perpetuo damnat, causa est mortis temporalis, & impotentiæ resistendi vicejs. Baptismus tollit prima duo, & ultimum, quia adiuuante Deo potest quis resistere. Quid ideo factum est, vt talis colluctatio non solum non ob sit, sed etiam proficit: quia ubi maior pugna, ibi maior corona, de penit. dist. 2. cap. ille tex. non autem baptismus tollit tertium. Item baptismus 15. † à quoquaque collatus, sive per bonum; sive per malum, non reiteratur, facit tex. in c. si inter, c. baptismus, c. non est aqua, de consecrat. dist. 4. Baptismus enim non est ministri cōseruentis, sed Christi, dico baptismus. Et hoc est uerum, si ipso intendit facere hoc, quod facere intendit Ecclesia: & si profert debitam formam verborum, & immergeat puerum tempore necessitatis. Quare autem baptismus non reiteretur, assignantur multæ rationes à Doctoribus: quatum prima est, ratione morbi, quem curat baptismus, scilicet peccati originalis, quod quemadmodum non reiteratur, sic neque baptismus. Vnde dicitur ad Rom. 6. Sicut per unius delictum in omnes homines per condemnationem, sic per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Secunda, quia character, qui ibi imprimitur, indelebilis est, sicut in Confirmatione, & Ordine, & cum quadam consecratione datur, & ideo futuræ consecrationes non reiterantur in Ecclesia, sic nec baptismus. Tertia, quia per baptismum fit vniuersalis purgatio peccatorum, quæ si iterari posset, daretur hominibus incertuum peccandi. Quartæ, quia talis est institutio diuina

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II

na, ut perfectam vnicam haberet efficiaciam bapti<sup>m</sup>us, & semel tantum fieret. Si ergo fit secundo, nihil fit in anima, & ita cassatur Sacramentum scienter. & ideo dicit Bonavent. quod ita  
 17 trans † baptismum nihil facit omnino, & magis peccat quam ille, qui ficte accedit, quia facit contra ordinationem diuinam, facit contumeliam Sacramento, facit etiam contumeliam Christo, quia quantum est de se, filium Dei crucifigit. Et ideo patres grauem imposuerunt penam rebaptizantibus, & rebaptizatis scienter, propter grauitatem culpe, quia rebaptizatio, aut sapit haeresim, aut si non sapit, grauissimum contemptum Dei, & sacramenti inducit.  
 18 Vnde secundum leges † rebaptizantes, & ipsi rebaptizati puniuntur capite, seu ultimo supplicio, quod importat mortem, qualitercumque inferatur, L. ultimum, s. de pen. nisi etas ipsos rebaptizatos excusaret l.2. C. ne fan. bapt. iteraret. Sed secundum Canones rebaptizans clericus deponitur, & laicus excommunicatione maiori excommunicatur. & rebaptizatus siue scienter, siue ignoranter, si poster sciens ratum habuerit, non potest promoueri ad ordines, cap. confitendum, distin. 50. At si ignoranter fuerit rebaptizatus, ut insans, vel per coactionem absolutus, iux. cap. maiores, de bapt. licet secundum aliquos, de iure possit promoueri, tamen secundum alios requiritur dispensatio, de consecr. dist. 4. c. qui bis.  
 19 Quinta, † quia bapti<sup>m</sup>us morti Christi assimilatur, nam in morte Christi baptizamus, per quain morimus peccato, & resurgemus in nouissima vita, seu nouitate, Christus autem semel tantum mortuus est, & ideo nec bapti<sup>m</sup>us debet reiterari. Ita D. Thom. vlt. par. sua sum. q.4. ar. 9. Turrecrem. in c. hanc. 1. q. 1. & in c. Ecclesijs, de consecr. dist. 1. Henr. Boich in c. 2. de bapt. Sed modo ad decisiones deueniamus, quantum prima est.  
 20 In Ecclesijs, vbi non sunt † deputati

fontes, non licet baptizare. Clem. praesenti, de bapt. & eius effectu, vbi Pan. & Imola. ad hoc in c. his quae, de maior. & obed. & c. 1. de cap. monac. in plurimis autem Ecclesijs confuerunt esse sonates 13. q. 1. cap. 1. §. 1. Et tales Ecclesijs vt dicit glos. in d. Clem. dicuntur baptismales, c. 1. de nou. oper. nunc. in princ. Dicuntur etiam matrices, quia per bapti<sup>m</sup>num renascimur, cap. ex transmis<sup>s</sup>a, de decr. facit c. 2. de translat. prelator. quia sicut mater carnalis nos generat, sic Ecclesia per bapti<sup>m</sup>num nos regenerat in Christo, c. debitum, de bapt. 17. q. 2. cap. pridem. de cogn. spir. c. si vir, & cap. Martinus. In cuius tamen 21 necessitate, † sicut hoc sacramentum potest conferri a quoque, mare, & feminis, de consecr. dist. 4. cap. a quodam, & cap. sanctum, de sum. Trin. & fide catho. c. 1. §. sacramentum, ita etiam potest celebrari in omni Ecclesia. & presbyteri uolentes, quod in necessitatibus articulo in capellis baptizetur, grauitate peccant, cap. omnis, de consecratio distin<sup>t</sup>io. 4. vbi Turrecrem. sic etiam nobilitas causa est, quod pueri possint baptizari in cameris, vel aulis, vel priuatis domibus, & locis profanis. d. Clem. & ita Nobilitas, & necessitas aliquando comparantur. Namque admodum filii nobilium possunt baptizari in priuatis domibus, sic filii ignobilium data necessitate. Aliquando etiam nobilitas, & scientia equiparantur, c. de multa, de prob.  
 22 - Secunda. Licet † per actum baptizandi quis videatur habere curam, cum baptizans adulterum. debeat ipsum instruere in articulis fidei, cap. ante omnia, de consecrat. distin<sup>t</sup>io. 4. 30. quæstio. 1. cap. placuit. Quod quidem pertinet ad presbyterum curatum, cap. vt vnu quis que, de vita, & honeste cleric. tamen in contrarium est veritas, cum iste actus si fiat in forma debita, cum intentione baptizandi, possit exerceri etiam per latum, 30. q. 1. cap. ad limina, & sic non est de cura penitentiali, vel iudiciali, cuius

cuius laicus, sicut & mulier est incapax, de penit. & remiss. c. noua, c. omnis, de maior. & obed.

Tertia. Data quacunque necessitate, 23 nullus potest scipsum † baptizare, cap. debitum, extr. de baptis. quia iste, qui scipsum baptizat, non potest seruare debitam formam, vnde necessario requiritur diuersitas personarum, sic, vt sint plures persona, quarum prima, intelligitur in illo pronomine, Ego, & secunda, in illo pronomine, te, arg. 2 d. distin. c. quorundam Abb. antiqu. in d. cap. debitum. Tum etiam, quia ars imitatur naturam in quantum potest, Institut. de adopt. §. minorem. Sed nemo potest naturaliter scipsum generare, & si bi natuitatem naturalcm dare, vt notum est, ergo nec spiritualem: per generationem enim nascimur, & per baptismum renascimur, id est iterum nascimur, de coniect. dist. 2. c. quia passus, circa fin. & dist. 4. cap. ad hoc. Nemo enim oriens debet à senetipso, 24 q. 1. c. didimus. Tum etiam, quia inter dantem, & accipientem debet esse distinctio personalis, persona enīm dans debet esse alia à persona accipiente, d. c. debitum, concord. c. fin. de init. cap. per nostras, de iure patron.

Hinc Abbas, vel Episcopus, qui vel 24 let sibi ipsi † conserre beneficium, quod est in sua potestate, non potest, casus est formalis, in cap. fin. de instit. Item patronus quispiam, vel clericus, vel laicus, qui vult presentare scipsum ad beneficium, quod est in sua potestate praesentandi, non potest, cap. per nostras, de iure patron. licet possit suum filium, de hoc est glos. not. & perpetuo memorie commendanda, in c. quia clerici, de iure patron. licet pater, & filius censeantur esse una, eademque persona, l. fin. C. de impub. & alijs substit. Inde est, quod punito corpore filij praesente patre, pater magis, quam filius periclitatur, Institut. de noxal. act. §. final. cum simil.

Quarta. Qui viuus forte in extremis constitutus petet se baptizari, non po-

test post mortem baptizari, quamvis possit ab excommunicatione absolvī. Et ratio diuersitatis est: quia baptismus imprimis characterem animæ, quæ post mortem est separata à corpore, qua habuit baptismum Hominis, c. debitum, extr. de baptis. sed in absolutione ab excommunicatione, nullus character animæ infigitur, ita Inno. in cap. à nobis 2. de sent. excom.

26 Quinta. Quamvis puer totaliter nō nascatur, tamen baptizari potest, quando mors imminent, alias esses expectan da totalis egressio pueri de vtero. Sed morte imminentia baptizari potest, si illa pars quæ appareret extra, esset caput: quia tunc debet alpergi aqua, dicendo. Ego baptizo te ī nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. & est verē baptizatus; & ratio est: quia caput est principalior pars corporis, & in eo vigent omnes sensus ipsius corporis, totaque virtus in ipso capite vigeret, & per capitis imaginem cognoscimur. Inde est, quod locus, in quo caput humanum sepelitur, religiosus efficitur, Leum in diuersis, ff. de relig. & sumpt. sun. Et hoc tenent Ioan. And. & Innocen. in cap. debitum, de baptis. Quare, non est amplius rebaptizandus, sed tantum supplendum, quod de sacramentalibus exigitur. Turrecrem. in cap. qui in maternis, nume. 5. de consecr. dist. 4. vide Henric. in c. maioris, de bapt. Si autem illa pars, quæ appareret, est alia, quam caput, vt manus, vel pes, tunc dicunt aliqui Doct. quod illa pars debet alpergi aqua, & baptizari, & tunc est verē baptizatus, quare si nascatur, non est amplius baptizandus. Et ratio est: quia baptismus fit propter animam, & non propter corpus, anima autem quantum ad suam essentiam est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, & ideo una parte corporis baptizata, totum est baptizatum. Et si nascatur postea, amplius baptizari non debet, & huius sententiae est glossator in cap. propriæ, de consecrat. dist. 4. Sed alij dicunt, quod si puer nascatur postea, debet

# Decis. Aurarum Par. II. Lib. I.

- bet baptizari sub ista forma. Si tu es baptizatus, ego non baptizo te, sed si tu non es baptizatus, Ego baptizo te in nomine Patris, &c cęt. Et ictus ut ultimum tanquam tutius, & cōius est tenendum, ut dicit Tho. in 4. sent. dist. 6. q. 1. artic. 3. Pisan. in verb. baptismus 4. §. 1. & Petr. de Palud. & ratio est: quia quando est opinionum varietas, semper tūtor pars est eligenda, iuxta illam celebrem iuris regulam, in rebus dubijs pars tūtor est tenenda, cap. iuuensis, de sponsal.
- 27 Sexta. Talis, cuius † pars alia, quām caput abluta est, si decadat ante perfec̄tam nativitatem, an possit in loco sacro sepeliri, refert Aftens. lib. 4. de bapt. a. 2. q. 7. in fi. q. p̄c̄ potest talis puer reputari baptizatus, si fuerit mortuus, vnde est in cemiterio sepeliendus. Quod mul 28 to magis † procedit in infante, qui baptizatus est sine solennitate, quia si moritur antequam illa suppleatur, potest, & debet sepeliri cum solemnitate crucis, & luminarium instar aliorum infantium baptizatorum solemniter in loco sacro, cum omnis Christianus sit ibi sepeliendus, & ita constat huiusmodi infantem esse, cū sit charactere Christi insignitus, per c. quemadmodum, 23. q. 8. Ita Nauar. in Manu. c. 22. num. 7. vers. octauo.
- 29 Sed quid si capilli tantum abluantur, an sit iterandus baptismus. Licet sit diuersitas opinionū, nā Joseph Angles de essentialibus baptismi, dicat, quod sic, tamen Henriquez, li. 2. de Baptif. c. 7. §. 2. assertit contrarium, quia communis vſu, quando aspersio attigit solos capillos, dicitur tunc caput illius ablui, maxime, quia capilli sunt pars hominis ad ornatū, & viuunt, & vegetantur, si tamen 30 aqua solum tangat † veltes, & non corpus, non erit baptismus, cum ille sit ablutio corporis, & non vestes.
- 31 Sed quid si constet † infantem diminuta forma baptizatum deceſſisse, an possit sepeliri in loco sacro, dic quod nō. Sotus dicit, 1. q. 5. ar. 8. col. 7. licet quidam falsa pietate duçi contrarium innuant, Henrīq. c. 11. in fi. de bap. An vero sufficiat, si tantum vna gutta aquæ cadat super eo, qui baptizatur, vide glos. in verbo, trium, in c. præcipue, de consecrat. dist. 4. quæ dicit, quod sic. Tuttius tamē est secundum Innoc. in d. cap. debitum, quod aqua fundatur super maiorem partem corporis.
- 32 Septima. Parvulus existens in utero, non est susceptibilis sacramenti baptismi, c. si ad matris, cum duobus seq. de consecr. dist. 4. &c ca. qui in maternis, Nec etiam debet extrahi ē matre adhuc viuente, sed agonizante, vel moriente: quia non sunt facienda mala, vt inde veniant bona, 1. q. 1. capit. non est putanda, cap. super eodem, de vſur. vbi etiam pro opere pio non sunt exercendæ vſū. 33 Si tamen † mortua sit, debet aperte, donec puer ex ea extrahatur, si colligatur illum viuere: ita enim in L. posthumus, ff. de inoff. testa. scribit Solinus, Iulium Cæsarem fuisse extractum qui vt possit viuere, talis cautela datur ab obstetricib. scilicet, quod matre mortua immediate aperiatur ei os, quia ex quo puer viuit, indiget aspiratione, & respiratione, vide Henric. in c. maiores, num. 4. de bap.
- 34 Quo catu † statim est baptizandus, Et ita licet celeritas reprobetur, ut est generalē in oībus personis promouendis, 8. q. 2. c. dilectissimi. Item propter reverētiā sacramenti recipiendi, ut in Iudeis, qui non sunt celeriter admittendi ad baptismum, sed per aliquot menses inter catechuminos morari debent, c. Iudei, c. ne quod absit de conse. dist. 4. Tamen hic celeritas laudatur, ut statim baptizetur. Curiosus tamen volens videre in quibus casibus reprobetur, vel approbetur celeritas, vel commendetur, tractat glossa in verbo celeritate, ext. de elect. c. fin. lib. 6.
- 35 Octaua. Monstrum, † quod habet duo corpora coniuncta, quandoque debet baptizari ut vna persona, quandoque ut dux. Ut vna, si solum esset vna anima:

animæ: ut duæ, si essent duæ animæ. Quia hinc verò dignoscatur an sint due periodæ, vel una. Dic, quod si sunt duo corpora, & duo capita, supponendum est esse duas animas, si autem unum esset caput, una esset anima, licet sint duo peccatores, vel alia membra multiplicata. Ita decidit Guido de monte Rochetij, vt dicit Petr. de Palude, de baptismo.

36 Nona. † Licet ob multas rationes fuerit institutum, ut baptizandus ter una perfundatur, & demergatur, atque ter ab aquis educatur, ut pater per tex. in c. postquam vos, & in c. de trina, de consecrat. dist. 4. tamen conclude, quod talis immersio puerorum non est necessaria; cum sine illa possit puer perficere baptizari, & non immersi. Et quod sine tali immersione possit quis baptizari, est illud Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris. Item potest esse aquæ penuria. Item debilitas baptizandi, ut quia infirmus valde est puer, cui ex immersione posset periculum imminere, vobis est abortiuus ante tempus natus, vel aqua est glacie cōcreta: nam tunc in his, & similibus casibus efficit aspergendum modica aqua ne illud, quod est inuentum in remedium, posset verti in supplicium, quia propter nimiam debilitatem posset de facili mori. Qui autem absque causa secluso contemptu baptizaret per infusionem, aut aspersio nem aquæ, non peccaret mortaliter. Sotus in 4. dist. 3. art. 3. & 7. Hodie tamen de facto talis confuetudo immergendi non seruatur, sed tantummodo pueri asperguntur trina aspersione, proleque do fontiam baptismalem, vide Doct. in c. 1. de bapt. ne sacramentum salutis fiat sacramentum periclitacionis.

37 Decima. † Quando dubium est probabile, an sit aliquis baptizatus, puta quia natus in captiuitate Saracenorū, vel quia puer exponitur ante ianuam ecclesiæ vel alterius hominis inter catholicos, nec aliqua signa baptismi inueniuntur in eo, vel dubitatur probabiliti-

ter utrum forma sit seruata, vel non, vel dubitatur materiam non suisse veram aquam, ut ob mixtionem terre, vel alterius liquoris. vel si ablution, aut aspersio non videtur sufficienter attigisse necessariam partem pueri, vel si aliud esset dubium probabile de veritate baptismi, tunc debet baptizari sub conditione, sic: si baptizatus es, non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego baptizo te, in nomine Patris, & cæteri. iux. consilium, Aug. Tene certum, & dimitte incertum, de penit. dist. 7. cap. si quis autem, §. irem, in s. Et eodem modo faciendum est, quando dubitatur probabiliter de collatione aliorum. Sacramentorum, puta quando dubitatur, quando quis sit confirmatus, vel ordinatus, 68. dist. c. presbyteri, quos, & §. seq. quia non intelligitur iteratum, quod necessitatur esse factum, de presbyter. non bapt. cap. veniens, cap. solemnitates, de consecrat. distinct. 1. & distinct. 4. cap. si nulla.

38 An tamen ex hac baptismatione non una, vel confirmatione reiteretur character, si prius erat baptizatus vel confirmatus. Dic quod non, quod omnino sonant illa verba. Si baptizatus es, non baptizo, glo. in cap. 2. de bapt. & ibi Zabar. in fine.

39 Undecima. † Quæcunque creatura rationalis tenetur ad baptismum, etiam si fuerit in utero matris sanctificata, ut patet per Ioan. qui dixit se à Christo debere baptizari, & hoc quidem non propter indigentiam remedii, sed propter impressionem characteris, & propter bonum obedientie, quia Deus hoc precepit, & propter humilitatem, quia debet se representare peccatorē, & indigere Christi redemptione, & propter conformitatem, ut ab alijs Christianis non discordet, facit. 4. t. distinct. c. 1. Tamen cum baptizari sit præceptum affirmatum, sit, ut non obliget nisi pro loco, & tempore. Et ideo si ante adulterium aratrem, seu oportunitatem habitum motitur, salvatur: quia non habebat opus bapti-

baptizati propter retinendum; quod dic.  
vt not. Asten. lib.8.cit. de baptizan.in  
40 princ. Vbi etiam dicit, † quod Apostoli  
suerunt baptizati per illa verba. Ioan.  
23. Qui lotus est. & dc consecrat.dift.4.  
cap. quando. & c. si eos. Henric. in c.2.  
de bap.num.5. Turrecrem.in cap. quan-  
do; de consecr. distinct.4. Sic etiam &  
Beata Virgo à Christo, qui per seipsum  
dignatus est matrem suam, & Petrum  
baptizare, & Petrus Andream, & filios  
Zebdei, deinde reliquos Apostolorum,  
discipulos vero 70. baptizauit Petrus,  
& Ioannes, ita Henriquez, de sacr.bap-  
tis.c.3. h.3. Ast. qui sup.tit.6.

41 Duodecima. † Baptismus simulato-  
riè, vel pro sanitate temporali acceptus,  
verus est, nec reiteratur, de consecr. di.4.  
cap. foler etiam, cum duobus seq. Bene  
verum est, quod qui simulatorie bapti-  
zatur, si postea penitentio non sequitur,  
nullum iuuamen sentit. Hinc Simoni  
mago, qui simulatorie baptizatus fuit,  
& non penituit, baptismus non pro-  
fuit; 27.dift. cap. quod interrogasti: fi-  
ctione tamen cessante, talis baptismus  
prodest ad salutem, de consecr. dist.4.c.  
tunc valere.

42 Tertiadecima. Monachis † prohibitiū  
est in suis monasterijs baptisteria habe-  
re, 18.q.2.c.pridem. Item baptizare, vel  
pueros de baptismō suscipere, 16. qua-  
stio.1. cap. plenit communī, & cap. ex  
authoritate. Item de baptisme alios su-  
scipere, vel commates habere, de consecr.  
dist.4.cap.non licet, & c.seq. & hoc,  
ne ex tali familiaritate procurante dia-  
bolo incontinentia lapsus sequatur.

43 quod † etiam extende ad omnes reli-  
giosos, & Canonicos regulares, extr.de  
polul. c. ex parte, Sum. Pian. In verb.  
impedimentum vi. inst. fallit tamen in  
tribus casibus. & Primus, si populum  
habeant. gl. in d.c.placuit Arch. in c.dō  
ctos, 16.q.1. not. 18. q.21 c. peruenit. t.  
Secundus, si essent facti Episcopi, vel  
Cardinales, aut absolti sint à iugo mo-  
nastice reguli, ita not. in c.vnic. 18.q.r.  
Zabar. in Clem. 2.q.3. dc censi, sicut de

beato Gregorio legiūt. Tertius, quan-  
do accederet licentia Episcopi, per not.  
in Spec. de disp. §. nunc de Episcoporū,  
ver. 15. & in c. quod Dei, de stat.mona-  
cho, vel posset de licentia presbyteri pa-  
rochialis speciali, quod securus esset, si da-  
ret licentiā generalē baptizandi, quia  
tunc videretur presbyter committere il-  
li omnem curam, & ita se exonerare;  
cum tamen debeat per se exercere, pro-  
batur in capextirpanda, §. qui verò dc  
præb. ita videtur dicere Zabar. in Cle-  
vnic. de priu. q.23. Quod autem dixi  
de religioso, intellige de licentia Abba-  
tis, arg. 16.q.1.c.placuit, de postul.c.1.de  
elect. cap. quorundam. Zabar. vbi sup.q.  
21. vbi dicit, quod potest presbyter pa-  
rochialis ad tempus assumere sibi, reli-  
gio sum de licentia Abbatis in suū adiu-  
torium, puta in quadragesima pro au-  
dienda confessione, vel admimilanda  
Eucharistia absque licentia superioris.  
Idem tenet in Clem. vnic. quzsl. 14. dc  
offic. vicar.

44 Quartadecima. Baptismus non so-  
lemnis, omni tempore potest conferri;  
sed solemnis non debet celebrari, nisi  
in Pascha, & Pentecoste. de consecr.  
dist.4. c.venerabilis, & c.seq. Si tamen  
articulus mortis vrget, non est expeti-  
ctandus dies festius, sed quolibet die  
licité baptizari potest, ead.dist.c.hi, quī.

45 Quintadecima. Amens, vel dormie-  
baptizatus, non recipit characterem ba-  
ptismi, si priusquam amentiam incurre-  
rot, aut dormiret, nollet baptizari: quia  
in eo intelligitur contradictionis propo-  
sitorum perdurare, vt in cap.maiores, de  
bapt. quia nullum bonum dici potest, ni  
si quod vltroneum dicitur: cui conue-  
nit c. quicquid, de consecr. dift.5. Quod  
ad eo verum est, vt si talis dormiens  
excitatus à somno ratum habeat quod  
actum est, non prodest, quia cum nihil  
receptum sit, non inuenitur quid rati-  
ficitur; & ideo iterum baptizandus est.  
Si verò prius haberet propositum bapti-  
zandi, tunc reciperet characterem fa-  
cramenti, d.ca.maiores verbo, secus an-

tem. Si verò dubium est, & constat per certa signa, vel alias qualitercumque de proposito baptizandi, qd velit baptizari, & tunc si baptizetur, recipit characterem Sacramenti, arg. de sent. excommu. cap. à nobis, el 2. Quod si non constat, & tunc idem, quia tunc characterem imprimet sacramentalis operatio, d.c.maiores.

Sextadecima. Secundum iura canonicā sufficit t in baptismo una persona tantum, scilicet vir unus, vel vna mulier, quod idem prorsus seruatur in confirmatione. Hoc expresse habetur in c. non plures, de consecr. dist. 4. & in c. fi. de cogn. spir. lib. 6. vbi etiam habetur, quod per baptismum contrahitur cognitio spiritualis, ut per Fran. in cap. 1. §. ex confirmatione, eodem titulo.

47 Sed an illa t contrahatur, si leuans non tangit puerum, sed linteum. Dic quod si, modo in linteo teneatur puer dum baptizatur. Archid. & Gemi. in c. quāuis, de cogn. spir. in 6. per illum tex.

Decimaseptima. Adultus, postquam 48 baptizatus est, t exercitandus est ad iustitiam per opera non quidem penalia, sed facilia, vt quasi quodam lacte facilis exercitiū præmoneatur ad perfectiora, ut dicit glo. super illud Ps. Sicut ablactatus est super matrem suam. Vnde etiam Dominus discipulos suos de nouo conuersos à ieunio excusavit, ut pater Mat. 9. Et hoc est, quod dicitur 1. Pet. 2. Sicut modo geniti infantes lac concepiscite, ut in eo crescatis ad salutem.

Decimaoctaua. Baptizati tenentur 49 restituere t ablata, & satisfacere de iniurijs illatis, illis quos laeserunt, nam hoc ipsum non facere, est detinere aliena, & proximum læsum nō placare, est peccatum, & ideo peccatoribus baptizatis est iniungendum, quod satisfaciant proximis, sicut etiam qd à peccato desistant. Hec Thom. 3. q. 68. art. 5. c. 2. & 3. Hinc vñfurarius, qui petit baptizari, non est baptizandus, nisi restitutio ne prius facta, de consecr. dist. 4. cap. Iudicii, vel præstata cautione sufficiente de

restituendo, c. quinquam, de vñf. in 6. Quod nota contra Iudeos vñfurarios, & non t enim sunt baptizandi, nisi prius renunciauerint bonis. Verum si non haberent bona acquisita illicite, vt per vñfuras, prout habent communiter, & non rapuissent aliena, essent baptizandi, etiam si non renunciasset proprijs bonis. Ita Zabar. in c. debitum, q. 1. de bapti. & in c. Iudicii 2. extr. de Iudicis. Et hæc de baptismo sufficient, qui est fundamētum omniū sacramentorum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Confirmatio quid. & que sit de eius substantia.*
- 2 *Confirmationis in sacramento sunt qua- tuor de substantia.*
- 3 *Chrismā unde, quod alio nomine dicunt confirmatio.*
- 4 *Confirmatio est sacramentum distinctum a baptismo.*
- 5 *Confirmatio à Christo Domino institu- ta est.*
- 6 *Christus exercuit sacramenta.*
- 7 *Confirmatio an sit necessaria ad salutē.*
- 8 *Chrismari contemnens non est perfectus Christianus.*
- 9 *Plenitudo gratiae multiplex.*
- 10 *Confirmationis sacramentum quibus sit exhibendum.*
- 11 *Confirmatio quare sit in fronte, & an sit de substantia.*
- 12 *Confirmandus ut accedat ieunius, & con- fessus, an sit de necessitate.*
- 13 *Sacramentum omne debet suscipere ie- unius.*
- 14 *Confirmationis sacramentum hodie su- stinetur ut non accipiantur à ieunio.*
- 15 *Confirmationis minister proprius Episco- pus.*
- 16 *Confirmationis materia, & forma expli- carunt, num. 18.*
- 17 *Chrisma oporee ut sit ab Episcopo conse- cratum.*
- 19 *Sacmenta, qua cum vñfionis chris- matis conferuntur, Signaculo crucis perficiuntur.*

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

- 20 *Vnus Chrismatis triplex est.*  
 21 *Manus impositio triplex in sacramentis.*  
 22 *Confirmationis effectus character, & augmentum gratia.*  
 23 *Confirmationis sacramentum non debet restitutari.*  
 24 *Character confirmationis de necessitate præsupponit characterem baptismi.*  
 25 *Confirmatio ita maiorem gloriam habebunt, quam non confirmata.*  
 26 *Confirmatione non est danda peccatoribus.*  
 27 *Confirmationis sacramentum in qua etate sit conferendum.*  
 28 *Confirmationis quare porciuatione in facie.*  
 29 *Ordinarius minister est solus Episcopus.*  
 30 *Papa, qui potest simplici sacerdoti committere, ut conferat confirmationem, an possit laico.*  
 31 *Confir. sacerdos ex delegatione Papæ, non autem Episcopi.*  
 32 *Papa si concessit sacerdoti potestate christi mandi, deinde prohibuit, qua non obstat te christianus, an aliquid faciat.*  
 33 *Episcopus inhibu. non obstante si christianus, an conferat characterem.*  
 34 *Et quid si inhibitus sit expressa per constitutionem?*  
 35 *Sacramenta, qua per se sororiantur effectum, etiam contra preceptum superioris, imprimit characterem.*  
 36 *Episcopus si est depositarius, adhuc imprimit characterem, si ordinatus.*  
 37 *Sacerdos consecrat, non obstante Papa prohibitione.*  
 38 *Papa potest eximere parochianos à potestate curiali circa confessiones.*  
 39 *Chrisma iuris est amittere, quam accipere ab eo, qui conservare non potest.*  
 40 *Episcopus degradatus autem confirmet, ut potest baptizare, & confidere corpus Christi. Et quid de suffrag. nro. 41.*  
 41 *Episcopus in confectione Chrismatis quæ debet observare.*  
 42 *Confirmatione non est iteranda, quando confirmationis effusus est oleo & christiane uincis.*  
 43 *Chrisma est de ratione præcepti, & non de essentia confirmationis.*  
 44 *Episcopus iterando confirmationem, mortaliter peccat.*  
 45 *No lamen est irregularis, sicut baptizat.*  
 47 *In Confirmationis forma exprimitur omnia ad illam necessaria.*  
 48 *Chrisma quando consuunt a schismatisatio, quid agendum.*  
 49 *Episcopus de alterius licentia potest in aliena dieceſi christinare.*  
 50 *Si manus presbyteri, que christinare vngi debens, oleo vnganatur, an sit uulnus iteranda.*  
 51 *Cognatio spiritualis ex baptismo, & confirmatione oritur.*  
 52 *Cognatio spiritualis quid.*  
 53 *Cognatio spiritualis oritur in re confessarium, & penitentium.*  
 54 *Confirmationis sacramentum potest confiri omni die.*  
 55 *Christi mandu. etiam maior, debet teneri ab alio.*  
 56 *Oleum triplex consecratum in die corporis Domini.*  
 57 *Oleum non consecratum appositorum consecrato totum efficiunt consecratum.*  
 58 *Abbas, & exempti debent episcopalia accepere ab Episcopo.*

## De Sacramento Confirmationis . Cap. V.

**D**E considerandum est de sacramento Confirmationis, post explictum tractatum de sacramento baptis-  
 mi, & hoc quidem conuenienter: tum, quia sicut Baptismus est ianua intrantium, ita Confirmatione est Sacramentum primum progredientium. Diuidemus igitur hunc tractatum in nouem partes. In prima, agetur de eius definitio-  
 ne. In secunda, de eius institutione. In tercya, de eius necessitate. In quarta, qui  
 bus sit exhibendum. In quinta, à quibus conseruantur. In sexta, de eius ma-  
 teria, & forma. In septima, de eius effi-  
 cacia. In octaua, an sit iterabile. In no-  
 na, de ritu & celebratione huius Sacra-  
 menti. Circa primum † dic, qd Confirmatione est conformatio facta cum Chris-  
 mate

inata in fronte baptizati ab Episcopo, cum certa forma verborum, ad audacter constandum nomen Christi. Vbi notandum, quod in hac definitione apponuntur quatuor, quae sunt de substantia huius sacramenti, scilicet, duo ex parte sacramenti in sc. i. materia chrismatis, quod est oleum cum balsamo ab Episcopo sanctificatum, & consecratum, c. presbyteris, & c. seq. de consecr. dist. 4. Secundum est forma verborum. Alia duo sunt ex parte ministri, scilicet dignitatis Episcopalis, c. de his, & c. manus, de consecr. dist. 5. Dum dicit ab Episcopos, & intentione debita, quae debet esse in quolibet sacramento. glo. in c. dedit, 1. q. 1. Et nota, quod haec definitio competit Confirmationi, prout est Sacmentum: nam Sacmentum est inuisibilis gratiae visibilis forma, ita ut eius similitudinem gerat, & causa existat, c. signum, de consecr. dist. 2. Sed haec definitio competit confirmationi: habet enim significacionem gratiae in ipsa limitatione sensibilis olei: quia vinctio visibilis, & exterior, signum est interioris, & inuisibilis vincitionis, cap. 1. de fac. vñct. & habet efficaciam in collatione gratiae ad plenitudinem sanctitatis, c. 1. vers. auget. & §. per frontis, 3 de sacr. vñct. Et nota, quod Chrisma dicitur à Christo, non secundum nominis formam, sed secundum fidem rationem. A Christo vero Christiani dicuntur, tanquam vñcti deriuuntur ab vñcto, ut omnes concurrent in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum est essum. Et talis chrismatio alio nomine dicitur Confirmation, quia per eam Spiritus sanctus ad augmentum datur, & robur, d. cap. 1. §. quia vero, in f. & §. seq. Ex quibus verbis colligitur, quod Confirmation sit sacramentum distinctum à baptismo: nam quemadmodum in vita corporali præter generationem, per quam vita acquiritur, requiritur actio, per quam homo perducatur ad augmentum: sic in vita spirituali præter generationem spirituali, quæ sit per baptismum, per quam vita acquiritur, requiritur etiam actio.

spiritualis, per quam vita spiritualis ad perfectam virtutem deducitur, quod quidem sit per Confirmationem, per quam datur Spiritus sanctus ad robur, ea. 1. de consecr. dist. 5. De institutione vero huius † Sacraementi multiplex est opinio, iux. D. Thom. in 3. par. q. 82. art. 1. cap. 1. Sed dic, quod sunt instituti à Christo, quando pueris sibi presentatis manus imponebat, ut patet Matt. 19. & Apostolis prohibentibus, dixit: Sinite parvulos venire ad me. Vnde quemadmodum alia sacramenta Christus per seipsum pri mo exercuit, sicut patet de Eucharistia, quia ipse corpus suum primo consecravit, & formam coelestrandi Apostolis tradidit, sic & sacramentum confirmationis per manus impositionem exhibuit per seipsum, ut dicit Turrecr. in c. quando, de consecr. dist. 4. Et non obstat quod in Evangelio, vel in Act. Apostolorum non fiat metus de materia, & forma huius sacramenti: tum, quia multa fecit Christus que non sunt scripta, ut dicitur Iota. vlt. tum, quia formæ sacramentales, & alia, que in sacramentis exiguntur, occultanda erant in primitiva Ecclesia, propter irrationes gentilium, ut Dionysius dicit: Secus autem est de baptismo, qui est sacramentum necessitatis, ita Turrecrem. in c. de his, de consecr. dist. 5. Alten. lib. 4. titu. 7. art. 1. Pet. de Palud. de fac. confirmat, vel die suis institutum in coena, quando consecrit chrisma: ita habetur in cap. literis, de consecr. distinctione. 3. Circa tertium, an hoc sacramentum † sit necessarium ad salutem; dico breuiter, quod duplex est necessitas salutis, una, sine qua non potest haberis finis, ut homo non potest vivere sine nutrimento, & alia, sine qua non habetur finis ita conuenienter, sicut equus dicitur necessarius proficiens volenti, & medicina, ad hoc quod aliquis bene vivat. Et quidem secundo modo confirmation est necessaria, non primo, nam & sine ea potest homo salvari. Est autem necessaria propter spirituali pugnam, & sic necessitate con-

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

ditionata, sic enim vocat Diuus Bonauen. in 4. scilicet pugnanti. nam cum homo milititer quotidie inter hostes inuisibilis, per hoc sacramentum confirmationis confirmatur, & corroboratur, & miles efficitur contra agones, & insidias diabolicas, vnde sortior est ad resistendum insidijs diabolicis, qui est baptizatus, & confirmatus, quam baptizatus duntaxat, vt tangit Panorm. in cap. quanto, de consuet. Vnde dicit cap. vt ieuni, de consecr. dist. 5. vnum singulare verbum perpetuò menti tenendū, quod nuncquam erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali, fuerit confirmatus. Erglos. in cap. responso, de sent. excommunicie. dicit, quod contemnens christi mari, non est perfectus Christianus, & gl. in cap. eniens, de transi. & in c. 1. & 2. de confec. dist. 5. dicit, quod confirmatione est necessaria ad salutem, si ex contemptu omittitur. Ut igitur pleni Christiani inueniantur, omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent. Pleni inquam t̄ plenitudine in abundantia, sive in robore: nam plenitudine sufficientie, pleni sunt Christiani in baptismo. Et sic plenitudo Christianæ gratiae est duplex: Sufficientia, & illa datur in baptismo; & abundatia sive in robore, & illa datur in confirmatione. Ex his igitur conclude, q̄ gratia confirmationis est necessaria necessitate conditionata. Item ex ordinatione Ecclesie, vnde si quis cum habet locum, tempus, & opportunitatem, negligendo contemnit, peccat mortaliter. Et hoc de adulto. nam puer sufficit baptismus, de consecr. dist. in 4. c. quæris. ita glo. i. a. c. 1. de confec. dist. 5. Rursum sacramentum confirmationis videtur necessarium in casu, vbi imminet periculum persecutoris, coram quo fides est confitenda, & habetur copia misericordie valantis, & volentis conferre. Quare, qui in tali casu renuerteret sacramentum confirmationis accipere, peccaret mortaliter. Vnde Act. 1. dictum est Aposto-

lis. Sedete in Civitate, donec induamini Virtute ex alto. Quamvis enim Apostoli haberent gratiam baptismalem, tamen eis Christus prohibuit, ne se exponerent periculo publica confessionis, quousque essent confirmati. Multo autem minus alij hoc debent. Vnde propter hoc dicit Melchiades Papa, quamvis continuo transituris sufficiente regenerationis beneficia, vieturis tamen necessaria sunt confirmationis auxilia; c. 2. de confec. dist. 5. Et ratio est secundum Dur. quia, quando effectus est necessarius, & causa est necessaria, sed effectus confessionis fidei, scilicet confiteri fidem tempore persecutionis est necessarius ad salutem cuilibet fidei, Ro. 10. Corde creditur, &c. ergo & sacramentum confirmationis est necessarium in tali casu, si habeatur copia conseruentis. Turrec. in c. 1. de consecr. dist. 5. Sed circa suscipientes confirmationem, sciendum est, quod omnibus t̄ hoc sacramentum debet conserri: quia character eius est signum distinctivum in militia spirituali, quæ imminet omnibus. Quare debet conserri pueris, quia licet non armantur pro statu illius atatis, vt tunc pugnant, tamen conuenient pro statu futuro. Item senibus, & mulieribus, quibus cum viris communis est militia spiritualis. Item mutis, quia licet non verbo, tamen signo possunt confiteri. Item mōrientibus, quia quāvis subtrahantur eis prælia, tamen pergunt ad premium militantium, ideo communiter accipiunt militia Christianæ signum. Vel competit eis propter obedientiam meritum, & gratiae augmentum. Ideo dicit Hugo, q̄ omnino periculum esse, si ab hac vita sine confirmatione migrare contingeret, non quia dannatur aliquis, nisi forte propter contemptum, sed quia detinendum perfectionis pateretur. Hæc Arch. in cap. 2. de consecr. dist. 5. Turrec. in cap. 1. numero 3. ead. dist. Astens. & Petr. de Palude. & quia competit tam viris, quam mulieribus spiritualiter pugnare, ideo confir-

11 confirmatio † sit in fronte, & quidem cohuenienter, vt in manifesto demonstret se esse Christianum, sicut & Apostoli post receptum Spiritum sanctum se manifestauerunt, qui prius in cœnacionibusceabant. Tum etiam ideo signatur in fronte christiane, vt neque propter timorem, neque propter erubescientiam nomen Christi confiteri prætermittat. Tum etiā, vt eiudem Spiritus sancti se p̄fornis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, & scientie, & virtutis venire in hominem declaretur, ut in c. nouissimè, de consecr. dist. 5. qui quidem locus in suscipiente, scilicet frons, est de substantia sacramenti Confirmationis, vt dicit Archid. in cap. nouissimè. ita si vñctio fatalibi, quam in fronte, nullū est sacramentum, & debet frons christiani ligari panno, donec exsicetur ne frons inuncta contrahat alias fordes. Rursum confirmati non debent lauare caput vsque ad septem dies, propter septē dona Spiritus sancti: Ecclesia enim septem diebus celebrat aduentum Spiritus sancti. Gulielmus verò Parisiē. in suo tractatu Sacramentorum, dicit, q̄ debet confirmatus tenere fasciam, seu ligaturam per triduum, propter christi matis vñctionē, & triduanā dominice sepulturæ significationem, & in tertia die ad sacerdotem accedere dehet, & sacerdos cum sale, & aqua frontem confirmati abluet, & in loco sacro ligationem cōburet, & cineres in terra cemiterij operiet. Hodie vero satis est fore fasciam, donec sicce christi. Sili. in ver. cōfirmatio. §. 5.

12 Debet etiam confirmādus† non deneccitate Sacramenti, sed de conuenientia venire ad cōfirmationem ieiunis, saūta prius suorum peccatorum confessio ne, vt dicit tex. in cap. vt ieiuni, de consecr. d. 5. vnde manifeste colligitur, quod tex. ille loquitur de adultis: quia parvuli ad nullum tenentur ieiuniū, nec ad confessionem faciendam. Hoc autem, vt ieiunis accedat, resertur ad reuerentiam, vt suscipiens sacramentum, melius sit dispositus ad recipiendū rem sacramenti. i.

gratiā quod etiam extende ad consecr. 13 regent. Et hoc quidem † intelligendū est de omni sacramento. Vnde de inscepione, & consecratione Eucharistie habetur 7. q. 1. c. nihil, de consecr. d. 2. c. liquidu. Idē de baptismo, e. vt Episcopi, de consecr. dist. 5. Idem de ordinibus, cap. quod à patribus, dist. 75. Sic etiam cōfessio nisi subsit magna, & iusta causa, audienda est, & facienda à ieiunio, maxime de mortalibus, vt dicit Magister Pet. de Palude. Est autem iusta causa, si homo timeat obliuisci peccatum, si differat usq; ad alterum diem, vel se non habiturum tempus oportunum. Ab hoc tamen statuto, vt confirmandus accedat ieiunis, excipiuntur infirmi, & de morte periclitantes, d. cap. vt ieiuni. Hodie vero 14 † propter multitudinem fidelium, & propter pericula imminentia, sustinetur vt hoc sacramentum, quod non nisi ab Episcopis dari potest, accipiatur. & detur à non ieiunis: quia vñus Episcopus maximè in vna magna dioecesi, non sufficeret ad eos homines confirmandos, si ei tempus arctaretur. Vnde multi Episcopi de facto hoc non servant. Vbi tamen hoc congrue seruari potest, conuenientius est, vt à ieiunis detur, & accipiatur. Hac D. Thom. 3. q. 72. ar. 12. c. 2. Asten. artic. 7. Deinde considerandum venit de ministro, quis minister confirmationis sit. Vnde dic, q̄ 15 Sacramentū † confirmationis conferre potest solus ex ordinaria potestate Episcopus. Vnde dicit text. in c. manus, de consecr. dist. 5. Manus quoque impositionis sacramentum magna veneratio ne tenēdum est, quod ab alijs perfici, nō potest, nisi à suminis sacerdotibus, qui sunt Episcopi. cap. 1. §. per frontis, de sac. vñct. c. vt Episcopi, de consecr. distin. 5. Concil. Trid. sess. 7. c. 3. qui summi dicuntur, quia ultra eos nullus Ordo superior habetur. ita I ure cr. in d. c. manus, & ibi Archid. qui allegat text. in cap. accusatio, 2. q. 7. Imò dicit Turrec. in loco prefato, quod quilibet Episcopus hac ratione potest dici summus Pontifex. quia

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

- omnis Episcopus est pars Apostolico quo ad ordinem, & rationem consecrationis. 2.4.q.1.c.loquitur, in prin. licet sit minor in administratione, 2.4.7.c.puto, glo. in c. in nouo, distin. 21. Hodie tamen solus Papa vocatur summus Pontifex. Rursum, circa materiam sacramenti confirmationis sciendum est, quod chrisma est † conueniens materia huius sacramenti, in quo chrismate, sunt duo, scilicet oleum oliuarium, & balsamum, quod quidem conuenienter fuit institutum, conuenit enim christina significatio effectus huius sacramenti, qui est duplex. quorum primus est nitor fidei in vera credulitate cordis, secundus est odor famae in confessione oris. Primus significatur in oleo oliuarium, quod est nutrimentum splendoris, & ideo ponitur in lampade, vt lumen possit ibi durare. Secundus in balsamo, quod ratione sue fragrantiae designat odorem bona famae, & opinionis, que debet esse in confirmato, cap. 1. de fact. vñct. Vnde Eccles. cap. 24. Sicut cinamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi.
- 16 17 Quod quidem Chrisma, † quod est huius sacramenti materia, oportet ut prius sit ab Episcopo consecratum, cuius ratio est secundum S. Tho. in vlt. parte sua Sum. quia in illis sacramentis, in quibus requiritur minister specialiter consecratus, requiritur quod materia sacramenti consolniter se habeat ad ministrum sacramenti: sed in sacramento confirmationis requiritur minister specialiter consecratus, scilicet Episcopus, quare in materia consecrationis requiritur materia specialiter consecrata. Pariter sacramenti † confirmationis forma hec est. Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Definita est expressa in Conc. Flor. D.Th. art. 3. Bonau. ar. 1. q. 1. Rich. q. 2. artic. 4. vbi notandum, quod in hac forma continentur tria, que in hoc sacramento sunt necessaria, quorum primum est causa coferens plenitudinem robotis spiritua-
- lis, que est Sancta Trinitas, que exprimitur, cui dicitur: In nomine Patris, &c. secundum est ipsum robur spirituale, quod homini conferunt per sacramentum materialis visibilis ad salutem, quod tangitur, cum dicitur confirmo te chrismate salutis. Tertium est signum, quod pugnatur datur, sicut etiam in pugna corporali milites signis ducum insigniuntur, & quantum ad hoc dicitur. Confirmo te signo Crucis, in quo scilicet rex noster triumphavit, vt dicitur Colos. 2.
- 18 19 Notandum etiam † quod vsus, & consuetudo generalis est, vt in Ecclesia in celebrandis sacramentis, quae cum uincione chrismati conferuntur, signaculo crucis perficiuntur, & hoc tum ut mors Christi presentetur, in cuius die sacramenta ipsa conferuntur, & ex qua habent efficaciam, de consecratio distinctio. quarta, cap. propterea, tum etiam ad designandum quod Crucifixus, & author est Sacramentorum, & corum effectuum operator principalis. Non tam ut dicit Turrecrem. in c. nunquid, de consecr. dist. 1. credendum est, quod signaculum crucis sit de substantia ipsorum Sacramentorum: sine eo enim sacramenta perfici possunt: bene verum est, quod grauiter peccat, qui non formaret crucem tanquam mendax. Exemplum in Confirmatione. Si minister proferendo verba diceret, signo te signo crucis, & non formaret crucem, metitur. Debet etiam minister dum dicit verba, vngere confirmandum in fronte, ita ut si alibi fiat, nullum est Sacramentum. Et nota, quod † vincilio chrismatis triplex fit in tribus sacramentis, quorum diuersitas ex fine accipitur, quia in baptismate fit in vertice, ad significandum fidei susceptionem, quia vertex est locus cellularis rationalis. At per modum crucis, vt per crucem redemptoris sive crucifixum bona accepta in baptismate obtinere cognoscamus. In Confirmatione fit in fronte, ad significandum audaciam confessionis, cuius impedimentum scilicet timor, & verecundia ma-

gis manifestatur in pallore, & rubore frontis, ex propinquitate cellulæ imaginatuꝝ. Et fit in modum Crucis, vt in crucifixo, & per crucifixum sit tota spes, & fiducia confirmato, vt in tentationibus suis recognitet eum, qui talem sustinuit contradictionem, ad Hebr. c.11. in Ordine verò fit in manibus, ad significationem potestatem consecrandi dominicum corpus. Hac Petr. 4. d.7. q.3. art.3. Et ita ponit quod manus presbyteri inunguntur christmate. Hoc idem scriptus Gof. in sum. Sed hoc non est verū, secundū Host. sed inunguntur oleo benedictō. Et hęc probabant in Ordinario, ita Asten. lib.4. de sacr. Confir. art.8. Imponitur etiam manus in Confirmatione, vt roboretur in confessione fidei  
 21 cōtra pressuras mundi. Et sic nota† triplicem manus impositionem, vnam ante baptismum in Catechismo, vt homo in fide roboretur in seipso: aliā in Exortissimo, vt roboretur in pugna aduersus diabolum: & tertiam in Confirmatione. Qui verò sint effectus huius sacramenti:  
 22 ti: Dic, † quod per Confirmationem imprimitur character, ita D. Tho. D. Bonavent. & Rich. Et ratio est: quia quemadmodum in baptismo imprimitur character fidei, conformans nos diuinæ sapientię, & in Ordine character potestatis, conformans nos diuinæ potentię, ita in Confirmatione imprimitur character plenitudinis Spiritus sancti conformans nos diuinæ bonitatı. Datur etiam per confirmationem plenitudo copiae gratie ad fortiter resistendum contra pressuras mundi. Vnde dicit tex. in c. Spiritus sanctus, & in c. nouissime, de consec. dist. 5. q. 9. in hoc sacramento Spiritus sancti augmentatur gratia, vt confirmemur ad pugnandum. Quod qui-  
 23 dem sacramentum non debet † reiterari, c. dictum, c. seq. de consec. dist. 5. Et ratio est: quia in hoc sacramento character imprimitur, character autem est signum indelibile, & perpetuum, vnde sacramentum, in quo character imprimitur, est irreiterabile, alioquin enim fie-

ret iniuria sacramento. Ita Turrecrem. in d. cap. dictum, nu. 4. vbi assert alias rationes, quas breuitatis causa omitto. Ultimò, circa ritum multa diximus supra numero 7. & 8. & ideo more nostro lo-  
lito deueniemus ad Decisiones. Qua-  
rum ista fit

Prima. Character Confirmationis de necessitate † presupponit characterem baptismalem, ita scilicet, quod si quis non baptizatus confirmaretur, nihil recipere; cum baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum, extra de presb. non bap. c. 1. & c. veniens. Et ratio est secundum D. Tho. in 3. par. quia Confirmatione sic se habet ad baptismum, quem admodum augmentum ad generationem. Sed nullus potest peruenire ad statem perfectam, nisi prius fuerit natus, ergo si militer, nisi aliquis fuerit baptizatus, non potest sacramentum Confirmationis accipere. Charakter tamen Confirmationis non praexigitur de necessitate, quin sine illo recipiat quis characterem ordinis, tamen de congruo praexigitur. ita Pet. de Palu. in tract. de Confir..

Secunda. Pueri confirmati maiorem gloriam consequuntur, quam pueri non Confirmati, sicut in presenti maiorem obtinent gratiam, cum in Confirmatione detur augmentum gratie, cap. 2. de consec. dist. 5. ita glos. in cap. vt ieiuni, ead. dist. Asten. art. 7. de Confirmat. Et non obstat illud Melchiadis Pap. dicens, & habetur in d. c. 2. Licet continuo transiit sufficient regeneracionis beneficia, vietur tamen Confirmationis beneficia sunt necessaria, quia illud intelligitur quantum ad hoc, quod moritur non est necessarium. Sacramentum hoc propter pugnæ presentis periculum.

Tertia. Vt hoc sacramentum non est dandum non baptizatis, ita nec peccatoribus adultis, † nisi per penitentia preparatis. Hinc dicitur in d. c. vt ieiuni, quod moneantur confessionem facere, vt mundi donum Spiritus sancti valeat accipere, nam cum hoc sacramentum

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

detur ad confirmandam gratiam, quam prius inuenit, ideò non debet dari nisi his, qui habent gratiam. Si quis tamen adulstus existens in peccato, cuius conscientiam non habet, vel si etiam non perfectè contritus accederet ad Sacramentum, dummodo non fidelis accedat, per gratiam collatam in hoc sacramento, cō sequitur remissionem peccatorum. Hęc D.Tho.3.par.q.72. at.8.c.4.

27 Quarta. † Licet glo. in c. vt ieiuni, de confec. dist. §. dicat, quod quis debeat accedere ad sacramentum Confirmationis in anno duodecimo. Si tamē ante vsum rationis ministratur, verum erit sacramētum, cum omnia concurrent necessaria ad veritatem sacramēti, nempe materia, forma, & ministri intentio. Immò secundum Bonauen. conuenientius pueris ante vsum rationis ministratur, quia adueniente aetate adulta, habebit suam efficaciam, quemadmodum fides, que in baptismo infunditur. Licet Palm. & Sotus, atque Sylu. in verb. Confirmatio, §.4. dicant, non expedire vt paruulis detur.

Quinta. Confirmandus, aut potius

28 Confirmatus, † in faciem ab Episcopo percutitur, triplici ex causa, secundum Ho. Petr. Quarum prima est, vt illud sacramentum eo melius memorie imprimatur, iuxta illud: Vexatio dat intellectum. Vnde dicit Episcopus: Recordare. Secunda, vt non erubescat, seu erubescerint non habeat pectus nōmē Christi confiteri, & nominare. Tertia, vt ob hoc facilius potestas diabolica expellatur.

29 Sexta. Ordinarius † minister huius sacramenti citra dispensationem est solus Episcopus, vt habetur in cap. 1. §. per frontis, de facr. vnct. cap. de his, cum quatuor seq. de consecrat. dist. §. & nouissime habetur in Conc. Trident. less. 7. de Confir. Can. 3. Vbi dicitur, si quis dixerit sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum, non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem, Anathema sit. Quod adeò verum est, vt

si per simplicem sacerdotem ministretur, nulla sit confirmatio, d. cap. de his, & cap. manus.

Septima. Episcopi licet non possint solis presbyteris delegare sacramentum confirmationis, vt nos diximus lib. 3. 30 nostrarū Decis. nu.6. tamen † respectu summi Pontificis potest simplex sacerdos ex commissione Papæ baptizatis confirmationem dare, ita gloss. in c. quanto, de consuet. Laico vero communior opinio videtur contraglo. in c. manus, de confec. dist. §. quod demandare non possit, vt dicit l'anorm. in d. c. quanto, maxime, quia ex hoc demigraretur status Ecclie, quod Papa facere non potest. 1. q. 7. in can. & si illa.

31 Octana. Lieet concordent omnes Doctores, quod ex delegatione, & auctoritate Domini Papæ simplex sacerdos possit conferre confirmationem, nō autem confidere illam, arg. 95. dist. cap. peruenit. & ibi glo. & nos in 1. p. lib. 3. de regul. Sed ex delegatione Episcoporum neutrum sacerdos facere potest, vt dicit Innoc. Host. Io. And. & Zabar. in c. quanto, de consue. Tamen queritur, 32 nunquid eo casu, † quo Papa concessit sacerdoti potestatem chrismandi, si postea prohibeat, & ille faciat contra prohibitionem, aliquid faciat. Dic secundum omnes, q. nihil facit, vnde talis confirmatione irrita esset, & nulla, etiam quo ad characterem glo. 1. in d. c. quanto. & ibi Doct. glo. ult. in c. manus, de consecrat. dist. §.

Sed quid de Episcopo. An prohibitus † à Papa, si contempta inhibitione confirmet, imprimatur character. Hęc quæstio est valde difficilis ob diuersas Doctorum opiniones. Alij enim dixerunt, quod non imprimatur character, quia potest Papa inhabilitare alias habile, & econuerio, arg. de cler. coniu. c. c. olim, hinc dixit Zabar. in d. c. quanto, q. 4. in s. q. titulus est tenere, quod confirmatus à tali iterum confirmetur ab alio, non inhabilitato, secundum formam de qua in cap. 1. de baptism. Alij vero

verò dicunt, quod character confertur. Alij verò dicunt irritam esse confirmationem, si illa facta fuerit per constitutionem. Non autem si facta fuerit oretus, vel quæ habet clausulum decreti. Nos autem communio rem opinionem sequentes, dicimus Confirmationem factam ab Episcopo contempta inhibitione Papæ imprimere characterem. Ita tenet Innoc. in d.c. quanto, nu. 4. Holt. nu. 2. Ioan. And. nu. 9. Zaba. q. 3. Boich. nu. 6. arg. 1. quest. 1. cap. quod quidam de ordin. ab Episcopo, c. 1. & 2. Et ratio diuersitatis inter vtrumque casum est, quia Episcopus potest confirmare ex officio, & ordine, sed sacerdos ex delegatione, & adminiculo habitu sacramenti, vnde licet Episcopus prohibetur chrismare, Episcopalem tamen ordinem retinet, mandato autem sublatu, presbyter nihil potest. Quod quidem dictum amplio, siue inhibitory sit expressa per 34 constitutionem, vt ut quia Papa per suas constitutiones fecerit, qd Episcopi non possint chrismare, vel ordines conferre, quas quidem constitutiones facere potest per illud priuilegiū ei diuinitus concessum, quodcūque ligaueris per constitutiones, vel precepta. In omnibus enim ei obediendum est in spirituali bus, & in his, quæ ad animam spe etant, nisi contra fidem, vel ei specialiter prohibita sint, vt dicunt Doctor. in d.c. quanto. Siue inhibitory sit facta sine constitutione: quia licet Innoc. dicat, quod summi Pontifices possint facere constitutiones super præmissis, & factis constitutionibus si constitutur, quod non valeant sacramenta talibus collata, non valebunt, quod secus est, si fiat prohibito sine constitutione, quia tunc tenebit sacramenti collatio, etiamsi fiat contra mandatum. Tamen nos vna cū Host. salvo semper meliori iudicio credimus, nec per constitutionem posse Papam facere, quin baptizatus secundum formam Euangeli non sit baptizatus. ad quod facit Concil. Trid. sess. 21. c. 2.

ver. in substantia. Cum substantia sacramenti sit in materia, & forma. Esset enim contra fidem, & contra Deum, March. vlt. contra quæ nihil potest, vt not. in c. proposuit, de concess. præbent. Quod idem etiam videtur dicendum quo ad confirmationem, vt illa valeat non obstante constitutione quo ad imprimendum characterem, per ea, quæ not. de pñ. in 6.c. 2. in fr. Zabar. in d.c. 35 quanto, q. 4. quia sacramenta, t. quæ per se fortius effectum, sicut Baptismus, Confirmation & Ordo, collata etiam contra præceptum superioris, dumtamen concurrat debita materia, & forma, & intentio agentis, & patientis, imprimunt characterem, de sacr. vñct. ca. vni de bap. c. maiores, de consec. dist. 5. c. manus, not. 1. q. r. c. quod quidam. Zabar. in Clemen. in plenisque, s. f. de elec. quia vt constat, horum sacramentorum collatio illis ratione ordinis competit. Hinc multa inseruntur. &

Primum, quod si Episcopo prohibetur potestas ordinandi, vel prohibetur quo minus consecretur, vel eius consecratio per decretum annuletur, valebunt gesta quo ad characterem, & iste erit Episcopus nullius episcopatus, & erit sine executione. & sic minus poterit, quia alter Episcopus nullius episcopatus. pro hoc de ordin. ab Episcopo, qui renunc. episc. cap. 1.

Secundum, quod si Episcopus destituantur, vel deponatur, t. adhuc remaneat Episcopus, & per consequens ordinando imprimet characterem d. cap. 1. Hinc, Gui. dicit se vidisse de facto, qd ordinati ab Episcopis creatis autoritate Sunani Pontificis, qui verus Papa, non erat, celebrando conficiunt verum corpus Christi, & quod cum consecrati fuerint à Pontificibus antiquis, & sic receperunt characterem, per consequens creando alios Episcopos, licet contra prohibitionem, impreseuerunt characterem, tamen ordinati receperunt, pro hoc facit quod habetur de schis. c. 1. vñc ordinati à schismaticis recipiunt char. ceterem.



# Decis. Aurearum Par. II. Lib.I.

etrem, & conficiunt, q. i. c. ordinatio  
nes. Imo. in d. Clem. in plerisque, in fin.

37 Tertium, † quod si Papa prohibet sa-  
cerdoti ritè ordinato, conficeret corpus  
Christi, tunc nihilominus talis sacer-  
dos conficit; & hoc quia illud competit  
ratione ordinis. glo. in d.c. manus. Hinc  
est, quod etiam si sacerdos sit actualiter  
degradatus, si celebrat, conficit. not. in  
c. 2. de pœn. in 6. & est communis opini-  
o, vt ibi per Gemini. nam cum charac-  
ter à Deo imprimatur in anima, ut no-  
ta. in c. 1. qui cler. vel vou. per hominem  
austeri non potest. Erit tamen iste sic  
degradatus exodus priuilegio Canonis,  
& ratio est, quia illud priuilegium non  
est concessum characteri clericali, cum  
degradatus retineat characterem, & ta-  
men illo non gaudet, Franc. in d. cap. 2.  
& Gemini.

38 Quartum, quod † cum sacerdos pos-  
sit solum subditum suum absoluere, c.  
omnis, de pœn. & remis. potest tamen  
Papa committere auditio[n]es confessio-  
num cui vult, & parochianos eximere  
à potestate curati, c. solite, de maior. &  
obed. c. nouit, de iudic. c. nullus, de pa-  
rochi. & hoc, quia propria materia spe-  
ctat immediate ad dispositionem Pape.  
Henric. in d.c. quanto, nu. 7.

39 Nona. Tutius est omittere † Chris-  
ma, quām accipere ab illo qui illam da-  
re non potest, c. quāto, de consue. quod  
Host. dicit etiam præueniente mortis  
articulo, nam omittentem excusat ne-  
cessitas, recipientem accusat temeritas.  
Item, primus saluatur in fide sacramen-  
ti, de bapt. c. debitum. Sed quid de cor-  
pore Christi. glo. in d. cap. quanto, dicit  
idem, per c. fi. 24. q. 1. quia cum non sit  
præcisæ necessitatis, melius est omitte-  
re, quām ab inhabili recipere. arg. d.c.  
Quod secus est de baptismō, & hoc  
quia est præcisæ necessitatis, vnde me-  
lius est illud recipere etiam ab hereti-  
co, dum tamen in forma Ecclesiæ con-  
scratur, quām sine illo decedere, 24. q. 1.  
cap. si quem forte, de sum. Trinit. cap. 1.  
in fine.

40 Decima. Episcopus † degradatus se-  
cundum aliquos, vt resert Asten. art. 6.  
Confirmare non potest, nec de iure, nec  
de facto, licet possit baptizare, & con-  
ficeret corpus Christi; & ratio est: quia  
Vicario Christi concessa suit à Christo  
potestatis plenitudo ordinandi de cor-  
pore Christi mystico, quod est ecclesia,  
& eius membris, secundum quod exi-  
git ratio recta. Super autem suum ve-  
rum corpus nullam sibi cōcessit potesta-  
tem, nec etiam super illos, qui sacra-  
mentum baptisimi non receptorunt, quod est  
ianua, qua intratur in Ecclesiam milita-  
tem, concessit aliquam potestatem direc-  
tē. Vnde Apost. 1. Cor. 5. Quid mihi de  
his, qui foris sunt iudicare. Et quia po-  
testas Episcopalis directe respicit cor-  
pus Christi mysticum, & eius membra,  
potestas autem sacramenti Eucharistie  
directe respicit corpus Christi verum,  
& potestas baptizandi non tantum re-  
spicit illum solum qui est Ecclesiæ mem-  
brum, sed etiam illum, qui nec est, nec  
fuit Ecclesiæ militantis membrum, idē  
Vicarius potest ab illo austerre dignita-  
tem Episcopalem, non tamen ab homi-  
ne potestatem baptizandi, nec à sacer-  
dote potestatem conficiendi. Verum  
alij dicunt, degradatos posse confirma-  
re, & confirmatis imprimi characterē,  
cum hoc episcopi habeant ex ordine, &  
officio, arg. tex. in cap. 2. §. fin. de pœn. in  
6. vbi degradati conficiunt corpus Chri-  
sti. & est communis, vt dicit Zabar. in  
c. 2. de cle. exc. min. arg. etiam tex. in c. 1.  
de schism. Non tamen hoc facere debet  
cum sit eis prohibitus simpliciter illius  
potestatis vius; & hanc opinionem pu-  
to veram. De suspensis verò idem dicen-

41 dum, † quia per suspensionem prohibe-  
tur potestatis vius. Et ideo si episcopus  
suspensus confirmat, verè confirmatus  
remanet, sed confirmando mortaliter  
peccat, quia virtutis potestate, cuius vius  
est sibi prohibitus, hac Rich. 4. dist. 7.  
q. 2. ar. 2. & Asten. vbi supra.

Vndecima. Episcopus, quando vult  
42 christina † conficeret, debet missam ce-  
lebrare,

lebrare , & hoc in Ecclesia cathedrali , nisi ex iusta causa impediatur , ext.de celeb. miss. c.te referente . Singulis autem annis debet in cena Domini nouum christma confici , & vetus in Ecclesia cre mari , de consecr. distin. 4.c.litteris . Non debet etiam christma accipi nisi à proprijs Episcopis , de consecr. dist. 4.c. presbyteri . Et quilibet presbyter debet illud accipere quolibet anno , vel per se , vel per diaconum , distin. 95. c.presbyteri . Vnde Abbates peccant qui accipiunt illud ab alijs , nisi sint priuilegiati quod possint accipere à quibus velint , vt dicit ibi glossa .

43 Duodecima . Confirmationis † sacramentum non est iterandum , quando confirmandus esset oleo pro chrismate vñctus , licet Episcopus mortale crimen committat , & sit cautè supplendū , quod esset omissum , vt habetur in cap. paltralis , de sacr. non iter. vbi habetur , non esse iterandam Confirmationem in eo , qui per errorem fuit non chrismate , sed oleo illinitus . Quod si quis obijcat , christma ex oleo & balsamo esse materiam Confirmationis , & per consequens esse de necessitate Confirmationis . Resp.

44 quod intelligitur † christma esse de ratione praecepti , & significationis , non autem de necessitate , & essentia Confirmationis .

45 Tertiadecima . Episcopus , qui bis† cū dem confirmaret scienter , non est irregulare , sicut neque reconfirmatus ignoranter . Quod secus est de rebaptizante

46 scienter , † & de rebaptizato ignoranter . Nam de rebaptizante , vel ministerium probente , habetur extra de apost. c.2.de rebaptizato , de consecr. dist. 4.c. qui bis , & ratio est ; quia nulla poena irregularitatis iterantibus Confirmationem imponitur , c. dictum , c. seq. de consecrat. distin. 5. ergo sequitur quod non sit irregularis , cum irregularitas tantum contrahatur in casibus à iure expressis , cap. is , qui , de sentent. excommunic. in lex to . ita Tutecrem. in d. capitu. dictum , numero 6.

Quartadecima . Confirmationis forma conueniens est † illa , Configno te signo crucis , & confirmo te chrismate salutis , in nomine Patris , &c. Et ratio est : quia illa forma est conueniens forma Sacramenti , per quam , & in qua exprimuntur ea , quae sunt necessaria ad sacramentum Confirmationis . Sed in ista forma exprimuntur ea , quae sunt necessaria ad ipsam Confirmationem , ergo in confirmatione enim est necessaria persona ministri conferentis sacramentū , & istud exprimitur , cum dicitur : Configno , & confirmo . Est insuper ibi necessaria persona suscipiens sacramentum , quae exprimitur , cum dicitur : te . Est ibi etiam necessaria materia sacramentalis , quae exprimitur , cum dicitur : Chrismate . Est insuper necessaria virtus Dei conferentis efficaciam sacramenti , quae exprimitur , cum dicitur : In nomine Patris , &c.

48 Quintadecima . Si à schismaticis cō secretetur christma , eius usus interdicendus est , donec fiat reconciliatio , arg. de translat. c.2. de consecr. Eccles. c. consuliisti , & cap. aqua , quod idem dic , quando benedicuntur ab ipsis indumenta , vel aliae res inanimatae . Hoc tamen fallit in tribus casibus . quorum Primus est in Eucharistia , quae à talibus confecta nō reconsecratur , nec reconciliatur , immo statim habet effectum . Secundus , & Tertius est in baptismo , & chrismate , 1.q.1. c. multi , ante finē , quod intellige de chrismali Confirmatione , id est de Sacramento , & non de chrismati materia , ita Zabat. in c.2. de sacr. iter. vel non circa fin.

49 Sextadecima . † Episcopi , vel Archiepiscopi possunt in dioceſi alterius Episcopi chrismare de illius licentia , Episcopi enim ea , quae sunt iurisdictionis , vt iudicare , excommunicare , & similia , possunt alijs committere etiam non habentibus iurisdictionem , quae vero sunt ordinis , & Episcopalis authoritatis nō possunt demandare , vel delegare alijs , qui sunt gradus inferioris , extr. de consecr.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

secr. Eccle. cap. aqua &c ibi not. per gloss.

Decima septima. Si manus presbyteri, quae debent vngi oleo, † vngantur chrismate serendum Host. Io. Andr. & Zabar. in d. c. i. non est aliquid iterandum, quia in chrismate est oleum, cap. vnic. § ad exhibendum, de fact. vñct. Et quia prope est eadem vsia, idest essentia, vel essentialis qualitas, ff. de contempt. in venditionibus, §. idem quartatur. Peccare tamen Episcopus hoc sciēter facies, & presbyter recipiens. Quod idem extende ad extremam vñctionē, si fieret in chrismate, 95. dist. c. 2. §. 1. in glo. in verb. sanctificato.

¶ Decima octaua. Cognatio † spiritualis causatur & procedit ex administratione Baptismi, & Confirmationis, & quia tales cognitiones spirituales matrimonia impediunt. In alijs autem sacramentis nulla cognatio spiritualis contrahitur, c. quamuis, lib. 6. de cogn. spir. lib. 6. Hinc iuxta sacrorum Canonum instituta non plures ad suscipiendum infantem in baptismo, quam vnum accedere debet, sive vir, sive mulier. Quod id ipsum in confirmatione fiat, cap. non plures, de consecr. dist. 4. cap. quamuis, de cognat. spir. lib. 6. Definitum est in Conc. Trid. sess. 24. de refor. cap. 2. Non autem debēt teneri ab illo, qui non est confirmatus, sicut nec in baptismo debent teneri ab illo, qui non est baptizatus, de consecr. dist. 4. cap. in baptismate: quia talis non est membrum Ecclesie, cuius personam gerit tenens ad sacramenta, de consecr. dist. 4. cap. in baptismate. Hinc sit, quod si ludeus leuat, vel tenet, seu etiam baptizat, non contrahit aliquam spiritualem cognitionē. Non enim est capax eius, dum caret baptismo, qui est fundamentum omnium sacramentorum, & cognitionum spiritualium, quae per sacramenta contrahuntur. Et non debent teneri à monacho, nisi sit necessitas, vnde de consecr. dist. 4. non licet Abbatii, vel monacho de baptismo luscipere filios, nec commates habere. Per sacramentum tunc con-

firmationis spiritualis cognatio contrahitur, 3. q. 4. cap. si quis vñus. Et ligat de cern personas, vt habetur per tex. & ibi Francs in ca. 1. §. ex confirmatione, de cogn. spir. in 6. Siec etiam in decem alijs personis oritur cognatio spiritualis in baptismo, d. cap. ex confirmatione. Hodie vero cognatio, qua ex confirmatione contrahitur, confirmante, & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem, non egreditur, omnibus inter alias personas spiritualis cognatiōis impedimentis omnino sublatis, ut habetur in d. Conc. Trid. vbi supra cap. 2. in fi. Cognatio vero spiritualis † est quedam proximitas personarum proueniens ex sacramenti datione, vel ad id detentione, ita glossa, super verb. cognitionem spiritualem, de cogn. spir. lib. 6. Et de hac habetur 30. quest. 1. cap. omnes. Vnde si talis cognatio prece dit matrimoniū, non solum impedit, sed dirimit etiam post contractum, 30. q. 1. cap. 1. & extr. de cogn. spir. cap. veniens. Si vero sequitur, non dirimit, sed impedit quo ad exactiōem debiti carnalis, si sine necessitate contrahitur, vt 30. q. 1. cap. ad limina. Et scienter, nō per errorem, cap. si vir, de cogn. spir. alias non: vide plenius per Panot. ibi, in d. c. si vir. An autem oriatur cognatio spiritualis ex coitu fornicatio, puta si aliquis cognovit aliquam fornicarię, & posteri fit compater alicuius, puta leuat aliquem de fonte, nunquid etiam illa mulier fornicaria sit commater. Diversae sunt opiniones, gl. in c. si quis ex coniugio, 30. q. 4. sentit, quod sic. tamen Richar. 4. sent. dist. 42. q. 1. ar. 3. & Rod. tenent, q. non. Innoc. in cap. Martinus, utramque opinionem refert, sed neutram præfert, sed tamen mihi secunda opiniō magis placet. Oritur etiam † cognatio spiritualis inter confessarium, & illos quos audiuit in confessione: nam omnes, quos in penitentiam accipimus, ita filii nostri sunt, vt in baptimate suscepti, 30. q. 1. cap. omnes. Et presbyter fornicans cum filia sua spirituali, ab omni

ni officio deponitur, ea si quis sacerdos, 30. quæst. 1. Et si est Episcopus 15. annis penitentie debet, cap. non debet, 30. q. 1. Talis autem cognatio, est solum inter confessorem, & confessum. Vide glos. in d. c. omnes. Non tamen talis cognatio spiritualis, qua contrahitur per poenitentiam, impedit, veldirimit matrimonium, vt est illa, que contrahitur per Baptismum, & Confirmationem, Gemi. in c. quanuis, n. 3. de cogn. spi. in 6.

54 Decimanona. Sacramentum † Confirmationis potest conferri omni die, sicut & tonsura, vt per Pet. de Palu. in 4. dist. 7. q. 3. ar. 2. concl. 1. etiam tempore interdicti, c. quoniam, de sent. excom. vbi dicit ibi Io. Andr. & Baptismus, & Confirmationis, possunt conferri tempore interdicti, non tamen alta voce, & solenniter, immo occasione huiusmodi christina potest confici, d. ca. quoniam, quia permisso vsu rei prohibitus, videatur etiam permissa procreatio eiusdem rei. Franc. in d. c. quoniam. Item confertur etiam extra Ecclesiam, non tamen extra diocesim, nisi in Archiepiscopo visitante. Secundum Pet. de Palud. in 3: quæst. ad 6.

55 Vigefima. Chrismandus † etiam si sit maior, debet teneri ab alio, quia non presumitur a se habere robur standi, vt dicit Archid. Ioan. Andr. & Franc. post D. Th. in c. 1. de cogn. spir. Quando tamen confirmandus sit maior, satis est vt ponat pedem suum super pedem tenantis, seu offerentis eum, 30. q. 1. c. do his, quod etiam seruat. Non tamen talis tentio est de substantia, cum etiam sine patrino tale sacramentum conferri possit, vt dicit Innoc. in c. f. de bapt. licet peccet, c. baptismi, & ibi Turrect. cum faciat contra formam ab Ecclesia introductam, c. cum Martha, & celeb. miss. Non potest tamen tenere confirmandum non confirmatus, secundum Pet. de Palu. in 4. dist. 42. q. 1. concl. 3. Item nec patrinus in baptismo debet esse patrinus, sive sanctulus in Confirmatione, quia idem non generat bis eun-

dem, nisi propter necessitatem, Episcopus tamen potest confirmare, quem baptizavit, quia non reperitur prohibitum. In Petr. de Palud. dist. 7. q. 4. post princ. Pariter non baptizatus non potest aliquem tenere in Confirmatione, quia non est membrum Ecclesie, cuius personam gerit tenens ad sacramenta, de consecr. dist. 4. c. in baptismate.

56 Vigefimaprima. Triplicem oleum † consecratur in die cena Domini, Primum Sanctum Christma, scilicet ex oleo, & balsamo, cum quo benedicunt fontes baptismales. Item calix, & patena. Item consecratur Ecclesia, & altare. Itē puer, postquam baptizatus est, inungitur in vertice, & in fronte. Item Episcopi vnguntur, quando consecrantur in capite, & in manibus. Item quando aliquis chrisminatur. Secundum dicitur oleum catechuminorum, sive oleum sanctum & isto vnguit puer, qui debet baptari in pectore, & inter ictapulas. Item manus eius, qui ordinatur sacerdos. Item vnguit tam Ecclesia, quam altare ante chrisminationem, & consecrationem. Item vnguntur Reges in brachio, seu humero. Tertium est oleum infirmorum, quo vnguntur infirmi in mortis articulo, & hæc habentur in c. vnic. de fact. vñct. & in Pontif. Ecclesiaz Romana secundum Pisani.

57 Vigefimasecunda. Oleum non † consecratum si apponitur oleo consecrato, totum efficitur consecratum, c. quod in dubijs, de consecr. Eccl. vel alt. & ratio est: quia magis dignum trahit ad seminum dignum, d. c. quod in dubijs. Hinc fit, quod si aqua non benedicta apponatur aquæ benedictæ in maiori quantitate tota efficitur benedicta. & rō est: quia magis dignum, &c. & ita non recipitur limitatio Pisanelle in verb. aqua, quod si aqua benedicta apponitur non benedictæ, quod tota efficitur benedicta, si benedictæ sit maioris quantitatis: quia de consuetudine plures addunt aquam non benedictam aquæ benedictæ in maiori quantitatę.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

- § 8 Vigesimateria. Abbas, † vel religiosi quantumcunque sint exempti, debent episcopalia petere ad Episcopo, nisi ipse maliusè deneget ea, facit 16.q.1. c.interdicimus. Ita Ioan. And. in c.canonica, de sent.excom.in c.religioso, eo.tit. in 6. Et ita quantūcunque religiosi sint exempti à iurisdictione Episcopi loci, tam debet ab eo recipere ordines, Christma, & consecrationes altarium, & baflicarum, arg. de præscript.c.veniens, & in c.interdicimus, 93.dist.c>nulla ratio-ne. & 95.dist.c.presbyteri cep.cum nullus. vbi Gemin. & Franc. de temp.ord. in 6. An vero concessio potestatis pertendi Christina à quo maluerit Episco-po Catolico, faciat exemptum illum, cui conceditur, dic quod sic, cum Christ made iure communis debeat postulari à subditis suis superioribus, 95.distinct.5. Christma. & c.seq. Ita Calder. de p.iiu. cons.4. Et hæc de Confirmatione.
- 17 Aqua in sacramēto Eucharistie de qua necessitate apponenda esti vino.
- 18 Aquam qui omisit ponere, peccati mor-taliter.
- 19 Aqua apponenda esti vino imminente o-blasiōne.
- 20 Eucharistia an possit confici sine vino, quando non potest haberi in illis terris.
- 21 Laici quare communicentur sub una specie tantum.
- 22 Suspecti quod non communiceni, an pos-sint cogi.
- 23 Sacramenti ad necessitatem quatinus re-quiruntur.
- 24 Ministris an conficiat, si non intendit con-ficere, si habet intentionem faciendi ge-neraliter quod facit Ecclesia.

## De Sanctissimo Eucharistia Sacra- mento quo ad materiam, & ministrum. Cap. VI.

- S V M M A R I V M .
- 1 Eucharistia materia panis, & vinum.
  - 2 Sacramentum altaris tria requirit.
  - 3 Eucharistia an conficiatur si in prolatione verborum sicut internullumparnū.
  - 4 Eucharistia propria materia qua.
  - 5 Eucharistia an conficiatur, si tritacum na-tum sit de lolio.
  - 6 Etiam quod si conficiatur ex spelta, vel farre.
  - 7 Farina frumenti permixta cum alia al-terius generis, an sit materia huius sacra-menti.
  - 8 Eucharistia non conficiatur, si aqua sicut de aqua artificialis.
  - 9 Hostia an possit consecrari, si in ea sit cor-ruptio.
  - 10 Eucharistia an possit confici ex pane azimo, vel fermentato.
  - 11 Vinum uitis est materia huius sacramenti.
  - 12 Vinum si factum est acerum, non potest confici, sed quid si via est ad acfer-dum, veles agresta, nū. seq. sed an de-musio, nū. 14. vel de aquatena, nū. 15. sed an de vino coelio cū speciebus, nū. 16.

**D**E hoc sacramento agitur per totam distinctionem secun-dam, de cōsecratione, & ex-tradē celebri. miss. & sess. 13: in Conc. Trid. vbi de eius institutione habetur cap.1. Deque ratione institutio-nis, c.2. De excellentia cap.3. & per nos in ser.4. De excellentia sanctissimæ Eu-charistie. De cultu, & veneracione, in Conc. Trident. cap.5. De præparatione, qua adhibenda est, vt dignè quis sacræ Eucharistiam percipiat, capit.7. & nos diffusius per duos sermones, De vſu ad-mirabilis huius sacramenti. Et quot mo-dis sumatur, in Concil. Trident. cap.8. & nos latè ser.7. De poena indignè sum-mentum corpus Christi. De efficacia & fructibus Eucharistie est noster sermo particularis sexto. Qualiter dicatur sa-crificiū, habetur per nos ser.4. Quibus nominibus vocetur, habetur in serm.6. De panis 12. sumentium Eucharistiā. Et quod sumentes in peccato mortali assimilentur ingratia Iudæis, Iude, & Christi crucifixoribus, per totum ser.7. Tandem qui vult legere varias decisio-nes

# De Sanctiss. Eucharistiae Sacram. Cap. VI. 24

nes ad hanc materiam attinentes, videat cap. 38. in nostris Decisi. lib. 2. de sacra communione, usque ad cap. 48. Verum modo aliqua à nobis sunt dicenda circa materiam, & ministrum huius sacramenti.

Vnde circa primum. Materia huius

<sup>1</sup> Sacramenti sunt panis, & vinum, de qua loquitur tex. in c. in hoc sacramento, c. cum omne, de consecr. dist. 2. Cuius iam est institutio diuina. Instituit autem Dominus in his potius, quā in alijs cibis, tum propter cōmūnū vīsum refectionis, quia panis, & vinum est refēctiō hominis magis consueta. Tum etiam à parte significationis, quia panis conficitur ex pluribus granis, & vinum ex pluribus racemis, quod conuenit ad significandum corpus Christi verum, & mysticum. Tum etiam à parte præparationis, quia panis in fornace, & vi-  
num in toreulari præparatur, quod conuenit ad repræsentandam passionem Christi à parte effectus, quia ut dicitur in glo. 1. Cor. 12. Panis præ ceteris cibis sustentat corpus, & vinum letificat, sio hoc sacramentum magis sustentat, & letificat inebriatos, quam alia sacramenta. Ita Asten. li. 4. tit. 9. Sed modo deueniamus ad casuum decisiones speciales. & Prima.

<sup>2</sup> Tria requiruntur in sacramento<sup>†</sup> altaris, Panis, Vinum, & Aqua, de consecr. dist. 2. cap. panis, cap. non oportet, & c. in sacramento, & not. ead. dist. in sum. Panis transubstantiatur in corpus Christi, vinum, & aqua mixtum, in ianuinem, ut patet in c. cum Marth. §. verum inter, & ita per glo. Io. And. in 4. col. Zabar. in d. c. §. quæsiuisti. Io. And. eo. ut de celeb. miss. c. in quadam. facit quod not. in e. dannamus, in verb. sanguis, de sum. Trin. Quæ quidem transubstantiatio sit in ultima prolatione verborum, ut per Zabar. in d. §. quæsiuisti, q. 1. p. 201. D. Thom. 3. p. q. 78. art. vlt. Vnde in momento verbo apposito ad elementum sit sacramentum, 1. quest. prima, capit. detrah. Secundum Imol.

in Clement. 1. de reliq. & vener. Sanct. col. penul.

<sup>3</sup> Secunda. Eucharistia<sup>†</sup> conficitur si in prolatione verborum sit interuallum paruum iuxta naturalem actum, ut si spuri, vel tussit, simile in testatore, C. de test. L. cum antiquitas, quod secus esset, si magnum interuallum esset, de elec. c. quod propter Zabar. in d. c. cum Marthæ.

<sup>4</sup> Tertia. Propria<sup>†</sup> materia huius sacramenti est panis triticus aqua naturali consecratus, hoc est farina frumenti, ut not. de consecr. dist. 2. c. 2. & c. in sacramento. Tum ex institutione Christi, nam ipse hoc pane consecratus creditur, ut expresse habetur in d. c. in sacramento. Tum, quia panis triticus melius ceteris nutrimentum præstet, vnde propter excellentiam, & nobilitatem sui effectus convenientius significat excellentiam gratie, quæ in hoc sacramento confertur. Hinc inferuntur multa.

<sup>5</sup> Et priujo, q. † conficitur hoc sacramentum, si triticum natum sit de lolio, quia non inspicimus quid fuerit, sed quid sit, q. 6. dist. c. vndecunque. Archid. in c. cum omne, de consecr. dist. 2. Secus si ex frumento nascitur lolium, quia mutat naturam, & definit esse frumentum, ut not. in d. c. in sacramento. Zabar. in Clem. 1. §. transiit, nu. 3. de reliq. & vener. Sanct. Et istud verbum (lolium) habes, 24. q. 1. c. quoniam. I. icet D. Anton. in sua sum. in 3. p. de miss. referat B. Tho. dicentem, q. si qua frumenta sunt, quæ ex semine tritici generari possunt, sicut ex tritico seminato in malis terris nascitur siligo, ex tali frumento panis consecratus potest esse materia huius sacramenti, & ita concludit D. Anton. q. potest confici de lolio nato ex grano.

<sup>6</sup> An vero<sup>†</sup> possit conficer ex spelta, vel satre. Dicit Turreer. in d. c. in sacramento, quod est conclusio omnium doctorum, quod si spelta, & satr sint eiusdem speciei cum tritico, quod potest ex illis conficer sacramentum, si vero non sint eiusdem speciei, non potest. Secundo inferuntur, quod<sup>†</sup> si farina alterius generis permix-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

ta est farina frumenti, & mixtura est talis, qua trahat triticum ad aliam speciem, vt quando appositum est prædominās, vel etiam ad speciem mediā, vnde quando est aequalis virtus in utroque miscibilium, tunc non potest confici, quia est mutata species panis tritici, ita Zabar. in d. Clem. 1. §. transiturus, num. 3. Pisani. & sum. Confess. addentes, quod quando est mutata species, vel non, cognoscere potest ex accidentibus, vt ex colore, & præcipue ex sapore. nam accidētia magnam partem conferunt ad cognoscendum, vt per Pet. de Palud. in 4. dist. 11. q. 1. ar. 4. conclu. 3. Secus vero si virtus tritici præponderat, & ita procedit opinio Altenf. lib. 4. titu. 9. art. 2. q. 4. Hinc sit, quod si magna est quantitas farinæ hordei, & modica frumenti, ita quod frumentum assumat materiam hordei, deficit materia sacramenti, & non conficeretur, secundum Imol. post Paul. in d. Clement. 1. & Zabar. Dicunt tamen Docto. in d.c. cum Marthæ. vers. distingendum, quod melius esset dimittere celebrationem, quam de talibus confidere, & in tanto sacrificio confidendo pulcherrima sunt eligenda. vt ibi Docto. & Zabar. in d. cap. cum Marthæ. §. distinguendum.

**8** Secunda. Non potest conficitur hoc sacramentum, si panis fieret de aqua artificiali, vt de rosacea, ita D. Tho. in 4. sent. dist. 11. Idem in sum. Confess. lib. 3. tit. 24. q. 102. Arch. de consecr. distin. 2. c. 1. Imol. in d. Clem. 1. vers. sed querit: & ratio est: quia partes principales panis sunt aqua naturalis, & farina. Et loquuntur dicti Doct. quando tota aqua fuit roacea, vel similis, non autem aqua naturali admixta fuit tam modica huiusmodi aqua, quod in aquam naturalem sit transmutata, pro hoc sup. nu. 7.

**9** Tertia. Si in hostia, potest consecranda est sit tanta corruptio, quod non maneat species panis, tunc in ea non potest confici. At si specie manente sit aliqua dispositio ad corruptionem potest confici, quamvis ex tali conficiens grauiter

peccet propter irreuerentiam sacramenti, & quod species maneat, potest cognoscere ex hoc, quod continuitas non sit soluta, nec alia accidentia omnino sublata sunt. Confess. cod. tit. q. 91. Astens. qui supra, q. 5. Tho. 3. q. 74. art. 3. c. 4.

**10** Quarta. An hoc sacramentum potest confici ex pane azimo, vel fermentato. Reip. Conueniens est ut unusquisque seruerit ritum suum ecclesie in celebrazione sacramenti. Ita vt Latinus celebret in azimo. & Graecus in fermentato. Quare sicut peccat sacerdos in Ecclesia Latinorum celebrans in pane fermentato, c. fin. de celebr. miss. Ita peccat presbyter Graecus in Ecclesia Graecorum celebrans in azimo pane, quasi Ecclesiæ suum ritum pervertens. Consuetudo tamen, quæ est apud Latinos de pane azimo rationabilior est, propter multa. Tū quia scriptum est, Non in fermento veteri Corint. 5. Tum quia securius conficitur panis azimus, vix enim est, quin de fermentato aliqua mica cadat. Tum quia Christus hoc sacramentum instituit in die azimorum, Matth. 26. Mar. 14. qua die nil fermentatum in domibus iudeorum esse decebat. Item, quia hoc, quod fit in azimis, competit sinceritati fidelium, quæ requiritur ad vium huius sacramenti, 1. Cor. 13. Itaque epulemur in azimis sinceritatis. De hoc D. Tho. 3. p. sum. q. 74. ar. 4. si tamen Latinus conficit in fermentato, glo. in d.c. fin. & in c. in sacramento, de conse. dist. 2. dicit secundum Hug. quod non conficit. Verum communis est sententia Theologorum, quod sic licet grauiter puniri debeat Latinus hoc faciens, pro hoc de temp. ord. cap. 2. ita Zabar. in d.c. fin. de celebr. miss.

**11** Quinta. Materia huius sacramenti potest tantum vinum vitis, quia in eo Christus conficit, Luc. 22. & quia hoc solum vinum est, nam propriæ vinum dicitur, quod de vite sumitur, & communius in potu sumitur, ita habetur in d.c. in sacramento, de consecr. distin. 2. D. Tho. in 3. p. & in 4. sent. dist. 11. Hinc multa

muita inferuntur. & primo, q̄ si viñū  
 12 fūlūm ēst acetum † non potest confici,  
 quia differt vinum ab aceto. Sed si vi-  
 num ēst in via quasi acescendi, & ten-  
 dit ad acredinem manēte adhuc forma  
 subſtantiali viñi, potest confici, licet  
 peccaret sacerdos ob irreuerentiam fa-  
 cramenti; quod idem ēst de vino, quod  
 non ēst corruptum, sed ēst in via ad cor-  
 ruptionem, pro hoc, s̄. de contrah. emp.  
 Lin. venditionibus. Vnde in his casib⁹  
 non ēſſer celebrandum, sed potius absti-  
 nendum, cum pulcherrima sint in hoc

13 eligenda. Pariter de agresta, † cum non  
 sit vinum non pōt confici. Ita Zabar. in  
 d.c. cum Marth. §. distinguendū. Vbi  
 dicit, q̄ de agresta confici nō potest, qn̄  
 habet naturā omnino separatā à vino,  
 alias secus, & quando possit propriè di-  
 ci vinum, relinquitor arbitrio experto-  
 rum in talibus, cap. quia iudicante de

14 prescript. De Musto † vero potest confici,  
 quia completam habet species vi-  
 ni, non tamen faciendum ēst de musto  
 recenti, & nec conuenit propter impur-  
 itatem ipsius, secundum Pisan. nisi ne-  
 cessitas aliqua immincat, & purificati  
 aliquid habeti non possit. facit tex. in c.  
 si necesse, de consecr. dist. 2. Sed de mu-  
 sto, dum adhuc retinetur in vua matu-  
 ra, antequam prematur confici non po-  
 test, quia non ēst ibi vinum sub specie  
 potabili, sed eſibili. arg. de consecr. dist. 2.  
 c. didicimus. Aſten. qui ſupra art. 3. Non

15 tamen potest confici de vapa, † ideſt a-  
 quatena, est enim aqua fula ſuper aci-  
 nos vuarum, poſtquam ēſt expreſſum  
 vinum, quaē habet aliquantulum de vi-  
 ni acumine, sed non ēſt vinum, secun-  
 dum D. Anton. vbi ſupra. Idem Pet. de  
 Palu. in 4. dist. 1. i. q. 1. art. 5. conclu. 7. &  
 hacten ſolet bibi à pauperibus. & dicitur  
 l'acquata, ſeu grasperia. & ſimiliter ſi a-  
 qua exprimatur ſuper feces vegetis, quia  
 non ēſt vinum, ſed aqua aliquantulum  
 vinata. vt ſum. Confessor. eod. tit. q. 99.

16 De clareto, ſue vino cocto † cum ſpe-  
 ciebus, & melle, dummodo non muta-  
 tur species viñi potest confici, licet non

debeat, quia ſola admixtio aquæ, & nō  
 alterius liquoris fieri debet, d.c. in ſacra-  
 mento, alias verò ſi mutata eſt species  
 viñi, confici nō potest, Zabar. in d.c.  
 cum Marth. §. diſtinguendum.

17. Sexta. Aquia apponenda eſt vino † de  
 neceſſitate præcepti, non autem de ne-  
 ceſſitate ſacramenti, quę quidem admix-  
 tio ostendit Christum fuſſe pro huma-  
 no genere paſſum, & humanum genus  
 per paſſionem redemptum, c. cum om-  
 ne, de consecr. dist. 2. Item ſignificat v-  
 nionem Christi cum Ecclesia, Io. And.  
 in d.c. cum Marth. Et hęc aqua parū  
 eſt apponenda, c. pernicioſius, de ecclēb.  
 miſſi. maſſime ſi viñum etat debile, quia  
 ſi tanta fieret appoſitio aquæ, quod ſol-  
 ueretur ſpecies viñi, uon perſiceretur ſa-  
 cramentum, & ſufciēt duæ guttae mo-  
 dicæ, vel tres. Ita ut viñum eam abſor-  
 beat, quia Christus non mutatur in Ec-  
 clesiā, ſed illa in Christum. Vnde cū  
 appoſitio aquæ non ſit de neceſſitate ſa-  
 cramenti, fit, quod qui ſcienter omitte-

18 ret, vel etiam ignoranter, † peccaret  
 mortaliter, quia debuit ſcire ea, quę in-  
 cumbunt ſuo oſſicio. ſacramentum ta-  
 men verum eſt, & perfectum quantum  
 ad ſubſtantiam, ſed non perfectum quā-  
 tum ad ſignificationem, quia aqua ſigni-  
 ficat populum. Quando tamen aduer-  
 tit, q̄ in calice eſt tantum aqua, tunc ſi  
 timet ſcandalum in prorogatione miſ-  
 ſe, ſufciēt tantum diceſe verba, per quę  
 Christi ſanguis conſectatur. Simili mo-  
 do viſque, vnde & memorē. Inno. in d.  
 c. cum Marth. §. quæ ſuillī, & nos in  
 1. p. lib. 2. c. 46. nu. 5.

Septima. Oportet ut aqua appona-  
 tur vino † imminente oblatione. Se-  
 cundum Pisan. Idem in ſum. Confeſſi.  
 eo. tit. q. 103. & ſup. q. 36. facit quod not.  
 de consecr. dist. 2. c. 2. in glo. Hinc inſer-  
 tur, quod ſi aqua apponatur dum viñū  
 eſt in dolio, re uera conficitur, dumta-  
 men in vale poſita nimis nō excederit,  
 & viñum eam abſorbeat: ſed qui hoc  
 faceret, grauiter peccaret, arg. de con-  
 ſecr. dist. 2. c. ſcriptura: Arch. in c. i. ead.  
 D. dist.

# Dec. S. Aureaum Pat. II. Lib. I.

dist. Sed quid sit in illis terris, in quibus  
 20 † nullum vinum haberi potest nūquid  
 conficietur corpus sine sanguine. Re-  
 spondeo, quod non est aliqua terra, ad  
 quam non possit tantum de vino porta-  
 ri, quantum sufficeret ad celebrandum.  
 Vel secundum Albertum dicendum, qd  
 de hoc cōsultatio ad Curiam haberi de-  
 beat quid sit agendum, tamen propter  
 intolerabile dampnum animarum, quod  
 incurrit ex defectu sacramenti alij di-  
 cunt cum talibus esse dispensandum, ut  
 corpus Christi sine calice haberent, &  
 conficerent sacramentum, quia corpus  
 non est sine sanguine, anima, & Deita-  
 te, ad hoc, de consecr. distin. 2. quid sit.  
 vers. calix enim, & cap. omnia, quamvis  
 ibi non sit sanguis ex virtute consecra-  
 tionis sacramenti, not. ead. dist. ca. quia  
 corpus in glo. i. & in c. coniperimus, ibi  
 vide. Huc Archid. ead. dist. c. 1. n. 2.

Octaua. Quamvis sacerdos in altari  
 debeat recipere corpus, & sanguinem,  
 iux. ca. cum Martha, de celeb. miss. &  
 iuxta illui, quod habetur in Euāglio.  
 Qui nō manducauerit carnem meam,  
 & biberit sanguinem meum, non habe-  
 bit vitam æternam, & habetur in c. du-  
 pliciter, de consecr. dist. 2. Tamen laicis  
 21 non datur sanguis, † sed communican-  
 tur sibi vina specie tantum, & postea ra-  
 tione purificationis datur pura aqua,  
 vel vīnum. Respon. qd duplex est ratio.  
 Primo propter periculam effusionis.  
 Secundo, quia per calicem intelligitur  
 mors, quem p̄fati, & clericī tenentur  
 suscipere pro Christo, quia ex officio te-  
 nentur, ut hoc probatur ex verb. Domini.  
 Nunquid potestis bibere calicem,  
 quem ego bibiturus sum, quasi dicat.  
 Nonne potestis pati mortem, quam pa-  
 furus sum. Et hoc probatur ex istis ver-  
 bis, qd per calicem intelligitur mors, &  
 qd p̄fati, & clericī in sacris constituti  
 tenentur ipsam mortem sumere pro  
 Christo, car. sint portio Domini, & spe-  
 cialiter in formam Domini vocati, 21. di-  
 sim. clericos, & cap. cem secundum, de  
 p̄fatis. Sed laici possunt mortem pro

Christo subterfugere, iux. verbum Do-  
 mini, si persecuti fuerint in una ciuitate,  
 fugite in aliam. & ita ad hoc designa-  
 dum, & denotandum clericib⁹ bibunt san-  
 guinem, & non laici, & ita seruat Ec-  
 clesia. vt dicit Jacob. de Zochijs, in c. om-  
 nisi, nu. 163. Et hoc iustis causis, & ra-  
 tionibus adducta. vt habetur per Con-  
 cil. Trident. sess. 21. cap. 1. & 2. & ca-  
 no. 1. & 2. Cum satendum sit, totum, at-  
 que integrum Christum etiam sub alte-  
 ra tantum specie sumi, vt per Conc. Tri-  
 den. vbi supra, cap. 3. Et qui dixit, Nisi  
 manducaueritis &c. dixit quoque, qui  
 manducauerit ex hoc pane, viuet in æ-  
 ternum. Conc. Trid. c. 1.

Nona. Qui suscep̄tis est ut non com-  
 22 municer † omni anno iux. c. omnis, de-  
 pen. & remis. vel semel in mense, vt re-  
 ligiosus. Cène in agro, §. sane, de statu  
 monac. licet cogi non possit vt commu-  
 nicateet, quia communio Eucharistie nō  
 recipitur in peccato: tamen potest cogi,  
 vt faciat se dignum. Ideſt vt peniteat,  
 de pen. dist. 2. c. si quis intrat glo. not. in  
 evit. dist. 3. o. lo. And. & Butrius, & cete-  
 ti in d. c. omnis.

23. Decima. Circa ministrum † ad hu-  
 ius sacramenti necessitatem quātor re-  
 quiruntur, ordo, debita materia, debi-  
 ta forma, & debita intentio, id est mini-  
 ster intendens consecrationem, seu con-  
 secrationem; vnde si aliquod horum de-  
 fuerit, confici non poterit, sed his con-  
 currentibus conficitur, licet alia desue-  
 rent. ita Zabar. in d. c. cum Martha, §.  
 qua si fuisti, q. 12. & Ioan. And. in 10. col.  
 referunt D. Th. dicentem, quod in isto sa-  
 cramento, sicut in alijs requiritur mate-  
 ria seu elementum sensibile, de quo con-  
 ficitur, scilicet panis, & vinum, item re-  
 quiritur forma verborum, qua acceden-  
 te ad elementum, & sacerdote rite se-  
 cundum claves Ecclesie ordinato ver-  
 ba proferente, & intentione ad hoc ha-  
 bente, sit verum sacramentum, in quo  
 est verē corpus & sanguis Christi. Ex  
 quibus sequatur, quod sine vestibus offi-  
 cio missie deputatis conficitur veram sa-  
 cramen-

erumentum, licet grauiter peccet, qui  
hoc fecerit scienter, ut not. Arch. in ca.  
concedimus, de consecr. dist. I.

<sup>24</sup> Undecima. Si minister † non inten-  
dit confidere, vt quia haereticus est, &  
non credit, qd ad talia verba conficiatur  
corpus Christi, vel Catholicus non in-  
tendit confidere principaliter, sed ob al-  
lud ad hoc faciendum accedit, 26.q.6,  
c. quicunque, conficiunt tamen, si in-  
tendunt facere generaliter, quod facit  
Ecclesia. Ita dixit in specie Arch. in c.  
Sacerdotes, 1.q.1. vbi dixit, qd dummo-  
do intendant illud agere, quod agitur  
ab alijs, qui illud conficiunt, in talia factio  
impleuerunt mysterium, arg. 27. dist. c.  
quid interrogati, 27.q.1. c. vidua, facit  
à simili quod idem dixit Archid. in cap.  
non illud, de consecr. dist. 4. Satis ergo  
est, quod ad sit intentio generalis, vt in-  
tendat facere quod facit Ecclesia, quia  
conficit, licet ipse aliud credat. Cetera  
de ministro huius sacramenti, vide in  
1.p.lib.6.c.46. in nostris decisi.

### De Pœnitentia Sacramento.

#### Cap. VII.

**S**VBSEQVENTER post confi-  
mationem, & eucharistiam,  
qua sunt sacramenta progre-  
dientium, ordinata ad perfe-  
ctionem in bono, esset videndum de pe-  
nitentia, qua est sacramentum progre-  
dientium, ordinatum ad amotionem  
mali, & expulsionem peccati. Sed quia  
de hoc sacramento satis abunde dixi-  
mus in nostris decisionibus per totum  
librum primum, & etiam videbimus  
infra libro 4. ideo post illam videamus  
de alio sacramento, quod est extremæ  
unctionis.

### S U M M A R I U M .

- 1 *Vnctio exterior seplex.*
- 2 *Vnctio extrema est sacramentum, &*  
*vnum.*

- 3 *Vnctio extrema quare adiuventa, ei in ut-  
teri testamento prefigurata.*
- 4 *Influenta quando fueru.*
- 5 *Materia huins sacramenti remota, & pro-  
pinqua.*
- 6 *Forma huins sacramenti qua. & eius ex-  
pliatio.*
- 7 *Quare exprimatur per modū orationis.*
- 8 *Vnctionis extrema efficacia qua.*
- 9 *In hoc sacramento ista, sicut in ceteris ne-  
cessaria.*
- 10 *Sacerdos solus hanc unctionem facit.*
- 11 *Intentio in sacramenis duplex.*
- 12 *Membra qua inungenda. & nn. 23.*
- 13 *Admonitus sacerdotis qua facienda ad  
infirmum.*
- 14 *Presbyt̄ uengens deficiat, an aliis suc-  
cedat.*
- 15 *Diaconus non potest sacramentum extre-  
me unctionis conferre, nec lascus di-  
spensare, nn. seq.*
- 17 *Extrema unctio à proprio ministranda  
Sacerdote.*
- 18 *Quibus danda, vel non danda, nn. 19.  
& 20. & 21.*
- 21 *Unclo facta chrismate, vel oleo non bene  
dicto, an valeat.*
- 24 *Gratia in ultima unctione infunditur,  
unde non dicunt data extrema unctio  
si infirmus moreveretur ante quintam  
unctionem.*
- 25 *Unclo extrema duplice ex causa fuit in-  
stituta.*
- 26 *Unclo extrema in tribus casibus ite-  
randa.*
- 27 *Presbyt̄ cum clero, an solus iniungat.*

### De Sacramento extremæ Un- ctionis. Cap. VIII.

**O**NSEQVENTER consideran-  
dum est de sacramento extre-  
mæ unctionis. Et primò, de  
multiplici unctione. Secun-  
dò, de ratione adiunctionis. Tertiò, de  
eius institutione. Quartò, de materia.  
Quintò, de forma. Sextò, an sit necessa-  
rium. Septimò, de efficacia, & effectu  
D 2 huic

Ita fuit sacramentum. Octauo, quæ sunt necessaria in hoc sacramento. Nō hō, de membris vngendis, Decimō, de mō nitione p̄sbyteri ad infirmum. Deinde deuenientum ad Decisiones. Vnde circa prītium sciendū est, quod multiplex est † vñctio exterior, quedam baptismalis, quæ sit in pectore, & in seculis, 11. dñi hñst. c. eccl. salitiae, de confect. distin. 4. c. deinde à sacerdote. Item quædam, quæ fit per sacerdotem cum christmate in summitate capitis, c. postquam, cap. ascendit, de confess. dist. 4. Rursem est vñctio confirmationis, quæ fit in fronte, ministerio tantum Episcoopi, 25. distin. cap. presbyteros. Item est vñctio extrema vñctionis, quam potest Episcopus, & Sacerdos cuilibet conferre per oleum infirmorum, ibidem. & c. illud. Deinde est vñctio regalis, quæ fit in brachio, 2. q. 7. ca. plerumque, sicut in libro. Item est vñctio sacerdotalis, cuius manus tantum oleo cum christinato intinguntur, 23. dist. c. præterea 16. q. 1. c. generaliter. §. eccl. Item est vñctio pontificis super manus, & caput, 23. dist. Episcopus. Sed modo agetur de vñctione extrema. Vnde sciendum est, quid vñctio extrema est. sacramētum, prout definitum est per Cone. Trident. de sacramen. scilicet 7. Cano. 1. & ratiō est: quia in spirituālibus medicinis quædam sunt tanquam principalia, quæ scilicet per se ordinantur ad curationem alicuius morbi, & hec dicuntur sacramenta. Quædā vñctio sunt accessoria, quæ ordinantur per aliud mediū, vt Catechismus, & Exorcismus per baptismum, & hac dicuntur sacramentalia. Extrema vñctio per se ordinetur ad aliquem effectum spiritualis confectionis, & non per aliud, vnde sacramentum est, & non sacramētale. Et vnum est sacramentum, & non plura, licet plures fiant vñctiones, quia sicut te habet immersio ad baptismum, ita se habet vñctio ad sacramentum, sed plures immersionses sunt vñctū sacramentū baptismi, ergo plures vñctiones sunt hic vnum sacramentū. Et dicitur extre-

ma vñctio vnum sacramentum non vnitate indiuisibilitatis, sicut punctus, nec vnitate continuitatis, sicut linea, sed vnitate perfectionis, licet plures vñctiones, & formas habeat in quantum plura, quæ sunt in hoc sacramento aduantur ad vnum aliquid perficiendum, sicut à simili constat de sanctissimo Sacramento Eucharistie, quod vnum est, quatinus duas formas, duasq; materias partiales habeat, ut dicit Turrecens. ia c. presbyteros, dist. 9. q. num. 2. Quare autem inuentum fuerit † hoc sacramentum, dicit Lapis in Clement. i. de priu. quod Mediator Dei, & hominum non solum vocatur Iesus, in quantum habet salutare, sed etiam Christus, in quantum habet vñctionis gratiam in alios effundere, die quoniarn, 13. dist. c. cum ad verum. Hoc etiam sacramentum fuit figuratum in veteri testamento. Vbi pater, quod David fuit tribus vicibus inunctus. Primo, in domo patris sui, in signum regni futuri, & hoc signat vñctionem in baptismo. Secundo, in Ebron super Iudain, & postea multa bella habuit, & hoc significat vñctionem in confirmatione. Tertio, iacetum in Ebron super filios Israel, & post hanc in pace regnauit, & hoc significat saeramentum extrema vñctionis. † Cætetum in initio tutione huius sacramenti adnotandum est, quod institutum fuit à Christo, quando videlicet discipulos ad curandum infirmos misit, qui oleo regrotantes vngabant, ut habetur lac. 5. Infirmiter quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum vngentes cum oleo in nomine Domini, & oratio fidei sufficiat infirmum, & alleluia bius Domini, &c. fuit autem à Spiritu sancto inspiratum, à cœtu Apostolorum insinuatum, & à D. Iacobo promulgatum. Pet. de Palu. & Altenſli. 5. ti. 4. ar. 2. Sequitur modo videre de materia huius sacramenti. Est autem † materia duplex. Remota, & propinquia. Materia remota huius sacramenti est oleum olivarium. Definita est in Canone vni. de sacramen-

vñct. & in Coneil. Floren. sub Euge-  
nio III. per cap. S. Iacobi, ut probatur  
oleum esse materiam huius sacramenti :  
sed oleum propriè non dicitur nisi oliu-  
z : sicut vinum in Eucharistia intelli-  
gitur de vite . Vnde ut dicit Pet. de Pal.  
h̄ admisceatur balsamum, vel oleum nu-  
cum, vel quicunque alias liquor scien-  
ter, est transgressio praecepti, & si muta-  
retur species, est irregularitas sacra-  
menti, ut in baptismo, & in alijs: tum etiā,  
quia illa est apta materia sacramenti ;  
que habet maiorem conuenientiam cū  
cuis effectu : sed tale est oleum oliu-  
z respectu effectus sacramenti extremae  
vñctionis, ergo ; nam effectus huius sa-  
cramenti est hilaritas mentis, per quam  
mens alleuiatur à grauedine, quam co-  
muniter homines tūc patiuntur, quod  
propriè est olei, quod lucidum est, & le-  
nituum, iuxta S. Thom. ergo. Turn etiā,  
quia oleum principaliter nominatur  
oliu-  
z, cū alij liquores ex similitudi-  
ne ad ipsum, olei nomen accipiant, &  
ideo oleum oliu-  
z debet esse quod assu-  
mitur in materiam huius sacramenti .  
Sed materia propinqua debet esse oleum  
benedictum, sive consecratum, definit  
est in Concil. Trid. vbi supra, c. 1. Quod  
quidem oleum debet esse per Episcopū  
consecratum, ut per dictum Conc. aut  
à Saerdoce per Papam facultatem . Nam  
dicit ibi Concil. materiam esse oleum ab  
Episcopo benedicētum, quæ quidem bo-  
nedictio facta ab Episcopo, cum non sit  
de iure diuino, sed de positiō tantū, po-  
terit per solum Ro. Pontificem presby-  
tero committi . Est tamen necessaria  
forma, quæ est deprecatio, & est ista.  
Per istam sanctam vñctionem, & pīssi-  
mam suam misericordiam, indulget ti-  
bi Dominus quicquid peccasti per vi-  
sum, &c. Et dicitur per vi sum, quando  
tanguntur oculi . Per aures, quando au-  
res, & ita de cæteris partibus vngibilis.  
Et tanguntur ibi tria, primo sacra-  
mentum illud, cūm dicitur . Per istam san-  
ctā vñctionem . Et illud, quod operatur  
in hoc sacramento, scilicet Dei miseri-

cordia, & effectus principalis, scilicet te-  
missio peccatorum . Et hæc forma habe-  
tur in omnibus Ecclesijs, & est de ne-  
cessitate huius sacramenti, quod patet  
ex Romanæ Ecclesiæ vsl, quæ tantum  
verbis deprecatiis vtiur in collatione  
huius sacramenti . Sed quare t̄ forma  
huius sacramenti exprimitur potius per  
modum orationis, quam formæ aliorū  
sacramentorum . Respondeo, principia  
lis ratio potest dici fuisse congruitas ex  
parte modo curandi, quæ est per devo-  
tionem, & elevationem animæ ad spiri-  
tualia, ad quam præcipue per orationē  
excitatur . Asten. art. 4. De necessitate au-  
tem huius sacramenti dicit S. Bonauen-

tura in 4. dilt. 23. q̄ non est de necessita-  
te, si tamen omittatur ex contemptu, esb  
damnable, ut etiam dicit Henc. in c. 1.  
de fact. iter. nu. 5. Secus si ex negligen-  
tia . Verum circa efficaciam huius sacra-  
menti, sciendum est, quod licet remissio  
venialium sit effectus huius sacra-  
menti, dicit enim B. Iacobus, & in pec-  
catis fuerit, dimittentur ei, & habetur  
in Concil. Trident. canon. 2. & 3. tamen  
non est huius sacramenti peculiaris effec-  
tus. ratio est: quia remissio venialium  
est effectus communis omnium sacra-  
mentorum: quia si per sacramentalia fit  
talis remissio, gl. in verb. Benedictionē,  
in procēm. Sexti, multo magis per sacra-  
menta fiet . Nec etiā peculiaris effectus  
est reliquiatum peccati diminutio, scilicet  
corporis ad bonum, & proritatis ad  
malum, tunc enīm deberet etiam sanis,  
sicut infirmis administrari, cum hæc  
peccatorum vestigia patientur . Vnde pe-  
culiaris effectus gratiae, quæ per hoc sa-  
cramentū confertur, est auxilium cōtra  
tentationes, quas homo tempore mor-  
tis patitur . Definita est in Concil. Trid:  
vbi sup. 2. Quare huius sacramenti res  
est gratia Spiritus sancti, cuius vñctio  
delicta si qua sint adhuc expiada, ac pec-  
cati reliquias ablitteris, & ægroti ani-  
mam alleuiat, & confirmat, magnam in  
co diuina misericordia fiduciam exci-  
tando, quæ infirmus sublevatus, & mor-

# Décis. Aurearum Par. II. Lib. I.

bi incommoda; ac labores leuius fert, et  
tentationibus demonis calcaneo insidiā-  
tis facilius resiliat: nunquam enim ho-  
mo magis eo auxilio, quam in instanti  
mortis indiget. Sed circa octauum tria  
9 sunt † in hoc sacramento, sicut & ince-  
teris: nam est sacramentum tantum, sci-  
licet vñctio extrema. Item res tantum,  
hoc est gratia, item sacramentum, &  
res, scilicet qualam vñctio interior spi-  
ritualis, id est mentis iocunditas, vel so-  
lamen, ita Imo. in d. Clemenc. I. At quæ  
10 sunt necessaria in hoc sacramēto? Dic,  
quod quinque. † Primo, quod hanc  
vñctionem faciens sit sacerdos, nam  
solis presbyteris conuenit confidere hoc  
sacramentum, vnde dicitur Iacobi 5.  
Inducat presbyteros, & orent super eum,  
& habetur in cap. presbyteros, dist. 50.  
Ratio huius est: quia cum huius sacra-  
menti materia sit oleum consecratum,  
non debet administrari, nec contingi  
nisi ab eo, qui manus habet consecra-  
tas, & talis est presbyter. Et ideo non  
extendit se ad omnes, nec etiam ad so-  
los Episcopos, quia eum hoc sit sacra-  
mentum periclitantiū, qui non possunt  
adire praetatos, sed magis econuerio, o-  
porteret multos decedere sine hoc sacra-  
mento, si à solis Episcopis dari deberet,  
ideo disposuit Spiritus sanctus quod da-  
retur à presbyteris etiam inferioribus.  
potest etiam infirmis inungiri prophyte-  
to presente uno clero, vel et à presby-  
tero solo, ext. de verb. sig. c. quasiliuit. Qd  
intelligit Ber. ibidē in necessitate. Secun-  
dum, qd adū intentio, intentio vero in  
11 sacramentis est duplex, una, quæ ordi-  
nat ad perfectionē sacramenti, & est  
ea, quæ est essentialis ipsi sacramento:  
Vnde ea prætermissa non est sacra-  
mentum. Alia, quæ ordinatur ad finē sacra-  
menti, vnde ea posita, vel remota nihilo  
minus perficitur sacramentum. Sicut si  
aliquis intendit baptizare aliquem, vt lu-  
crum temporale consequatur, sacramen-  
tum baptismi verum est, quia secundum  
primam intentionem conformatur in-  
tentioni Ecclesie, quamvis non quantu-

ad secundam. Et similiter si sacerdos in-  
tenderet cōsecrare non ad sumendum,  
sed ut vñcificij vteretur, verū corpus  
esset. Tertium, quod requiritur, est ma-  
teria, scilicet oleum ab Episcopo cōsecre-  
tum. Quartum, forma vñctorum. Quin-  
tum, est considerandus locus inungen-  
dus, quia fit † ad oculos propter vñctum,  
ad aures propter auditum, ad narces pro-  
pter oloratum, ad os ratione lingue pro-  
pter gustum, & etiam propter loquā,  
ad manus propter tactum, qui maximē  
viget in pulpis digitorum, propter appeti-  
tiuam vero inunguntur tenes, seu lū-  
bi propter generatiuam, pedes vero pro-  
pter motuam, quæ sunt eius principali-  
bus iustrumentum. Ita Alteni. artic. 7.  
Postremo debet sacerdos verborū consola-  
tione vt, quando ægrotanti mactio-  
nis extremæ † sacramentum ministrat.  
Hortando vt peccata omnia, quæ cōni-  
serit fateatur. Item ostendere quam im-  
mensa sit ipius omnipotētis in misericordia  
peccatores clementia, cum in mundum  
venerit, vt crudelissima morte hominū  
animas à principe tenebrarum erueret.  
Postmodum gaudia, quæ penitentibus  
promiserit exponere debet, sed obdura-  
tos, & pertinaces relinquette, & in ignē  
mittere solet, clamās. Item maledicti, &c.  
fideles autem suos, ac verē penitentes  
vocaturus dicet. Venite mecum in re-  
gnū Patris. Commoneat insuper sa-  
cerdos, ne quid alienum secum feret,  
sed restituere faciat, quia nō dimittitur  
peccatum, nisi restituatur ablatum, cap-  
eum tu, ext. de vñct. Hac, & alia refert  
Pet. de Palude. de extrema vñct. cap. 2.  
Sed modo ad Decisions deueniamus  
quarum

14. Prima. † Si presbyter inungens des-  
ciat post primam vñctionem, runc aliud  
sacerdos debet ei succedere, qui debet  
vñctiones, quæ restant continuare, &  
non reincipere, nec tamen ministeriorum  
pluralitas tollit vnitatem sacramenti hu-  
ius, quia instrumentaliter tantu operan-  
tur, sicut nec mutatio malleorum tollit  
vnitatē operacionis fabri, Asten. lib. 5.  
ti.

**14.** Vers. quid sit. Quod idem sit in sacramento Eucharistie, ut deficiente sacerdote, ab alio perficiatur, c. nihil. 7. q. 1.

**15.** Secunda. Diaconus † non potest hoc sacramentum conserre, & ro est, quia Diaconus habet vim purgatiuam, non autem illuminatiuam, ergo cum illuminatio sit per gratiam, nullum sacramentum, in quo gratia cōsiderat, potest Diaconus ex officio dare, & ita nec hoc sacramentum, cum in eo gratia conseratur. Turrecr. in c. presbyteros, num. 14. distinct. 95.

**16.** Tertia † Nee laici possunt hoc sacramentum dispensare, tum quia in hoc sacramento sit remissio peccatorum, sed laici non habent hanc potestatem dimitti peccata, ergo. Tum etiam, quia nullius sacramenti dispensatio laico ex officio competit, nisi tantum sacramentum baptismi, quod est necessitatis, potest conserre. Et hoc ex diuina dispensatione actum est, ut nulli regeneratiois spiritualis facultas desit. Turrecrem. qui iuxta.

**17.** Quarta. Sacramentum † Extremæ Vnctionis debet à proprio sacerdote ministrari, & si ab alieno ministretur, erit verum sacramentum, peccabit tamen mortaliter; si vero à Religioso sine licentia curati erit ministratum laicis non subditis, vel clericis secularibus, erit excommunicatus, si hoc ex certa scientia faceret. Ita definitur in Clem. dudum, de sepult. In casu tamen extremæ necessitatis poterit quilibet sacerdos etiam Religiosus per ratificationem in absentia proprij curati illud administrare, cum tunc actum charitatis exerceat, & necessitas non subiaceat legi.

**18.** Quinta. † Sacramentum extremæ rationis non est indistincte dandum omnibus, sed ad uitios, qui peccata venialia videntur habere, contra quæ institutum est hoc sacramentum. Hinc pueri, qui nondum habent vim rationis, non debent illam recipere: quia non indigent remedio contra peccata, cum nondum peccauerint, neque contra tentationes,

quas tempore mortis non patiuntur. Bene tamen administranda erit pueris, qui annos discretionis attigerunt, quamvis non sint Eucharistie capaces.

**19.** Sexta. Sacramentum † hoc non debet dari sanis, sed infirmis, Iacob. 5. Infirmitur quis in vobis, &c. & non quibuscumque infirmis, sed infirmis in periculo mortis existētibus; & ratio est: quia hoc sacramentum est ultimum remedium quod Ecclesia potest conferre immedia te disponens ad gloriam, ergo illis tantū infirmantibus debet exhiberi, qui sunt in statu exequiū, propter hoc, quod ægritudo nata est mortem inducere, & de periculo timetur. Hinc infirmitur, & sacramentum hoc non est dādum damnatis ad ultimum supplicium, etiam si petant: quia hoc non repertur iure causum, arg. de translat. pralat. cap. 2. Item, quia sit in pedibus, cum quibus habent itinerari ad locum iustitiae. Item quia debet dari tantum infirmis.

**20.** Septima. Hoc † sacramentum non debet dari nisi potentibus, patet ex vī Ecclesie, & confirmatur à simili de alijs sacramentis, Clem. 1. de pen. & remiss. de morto baptismo respectu parvulariorū. Nam qui hoc sacramentum conferre renueret, aut negligeret, ad quos cura, quæ gerunt, illud pertinet, ad damnationem debet eis retroqueri, & ideo caueant se rati, ne ad conferendum hoc sacramentum prompte, sint negligentes. Unde quando afferunt viaticum periclitanti infirmo, inducant illum, vt patet hanc vunctionem, idem etiam curare debet paterfamilias. Ita glo. ad summum. Ray mun. de extr. vnc. c. 1. Nec etiam debet dari perpetuū amentibus, qui nunquam ratione vī fuerunt, & ratio est: quia ad effectum consequendi huiusmodi sacramentum, plurimum valet deuotio suscipientis, & personale meritum conferentis, & generale totius Ecclesie, quod patet ex hoc: quia per modū depreciationis forma huius sacramenti confertur. Ideo illis, qui non possunt recognoscere, & cum deuotione recipere

hoc sacramentum dari non oportet, & præcipue perpetuò furiosis, & amentibus, quia furiosis, & amentibus habentibus lucida interualla posset administrari, si illud in sanitate peterent, & hoc sacramentum recognoscerent, ita Tuteorem. in c. presbyteros, nu. 7. dist. 50. Ex quibus omnibus habetur, quod hoc sacramentum est dandum adultis, immo etiam pueris, qui annos discretionis attigerint, infirmis in periculo mortis constitutis ex ipsa infirmitate, vel etiam his, qui praefacio deficiunt etiam sine affectu in infirmitate. Nos datur vero euntibus ad bellum, aut nauigantibus, aut his, qui mox occidentur, similiter nec pueris, qui dispositionem deuotionis habere non possunt, nec perpetuò phreneticis, & amentibus.

21. Nec etiam impenitentibus, sed e. illis, dist. 95. Quod intelligendum est de peccatis manusstis, nam propter occulta non possunt alicui sacramenta denegari, nisi per admonitionem secretam, vel publice, vel in genere factam, de consecr. d. 2. c. non prohibeat.

22. Octaua. ¶ Sacerdos debens inungere, non habet oleum infirmorum, sed inungit christinatum. In dist. 95. §. sed illud, tenet, quod non valet vunctionio. Idem tenet, quod non valet, si ungatur oleo non consagrato. Et nota, quod quando ungitur infirmus ad oculos, vel aures, &c. debet continentre vunctiones: si vngit infirmus habet pedes mutilatos, tunc debent inungi loca magis propinquia. & quando infirmus videtur agonizare, tunc presbyter debet accelerare vunctionem, dismittenudo septem Psalmos penitentiales, ne forte moriatur agonizans sine sacramento vunctionis. ita Pet. de Palu. siue Commentator.

23. Nona. Quinque partes corporis debent inungri, secundum Pet. & Th. quae sunt instrumenta quinque sensuum, tamquam primæ radices peccati. Oculi propter visum, aures propter auditum, partes propter odoratum, labia propter gustum, manus propter tactum, pedes ye-

to propter viam motuam, tenes verò propter vim appetitivam à quibusdam inunguntur. Vnctio tamen renum, cum non sit de essentia, non adhibetur monachis, aut monialibus, propter honestatē, seculares verò feminz, vngi solent prope vmbilicum. Pisa. in verb. vunctione. §. 8. Henr. eo. tit. c. 1. §. 1. Et nota, quod licet 24. fiant et multæ vunctiones cum partialibus formis, tamen vltima, i. quinta, est formalis, respectu omnium precedentium, & agit in virtute earum, & ideo in ultima vunctione gratia insunditur, quæ effectum sacramenti præbet. Pisa. qui sup. §. 2. vnde si infirmus, ante quintam vunctionem exhalavit animam, nihil egit, quia non fuit sacramentum, vnde si dum est de vita ob paroxysmum, continxerit sacerdos sub conditione, arg. text. in c. de bapt. At si mortuus putabatur, et postea signum vitæ ostendat, proleque da-sunt vunctiones quæ desuerant. Ita Henrquez, vbi sup. §. 4.

25. Decima. ¶ Cum hoc sacramentum fuerit institutum duplici ex causa, ad remissionem venialium, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Hinc collat cum qui hanc vunctionem ex deuotione perceperit, & in corpore, & in anima alienari, si tamen expedit, ut in utroque alleuietur. Quod si corporis valeritudinem habere illi non expedit, illam, quæ est animæ sanitatem in hoc sacramento acquirit. Quod si in toto iustus est, saltim consequetur augmentum virtutum, & maiorem constantiam, arg. de concr. dist. 5. c. 1. & 2. & de sacr. vunctione. 1.

26. Undecima. ¶ Extrema vunctione quandoque potest iterari, cum imprimit efficiet non perpetuum, sed deleibile in his casibus. Et primus, si ultra annundetur moribus post acceptam vunctionem; & ratio est: quia non indicatur idem moribus inunctio. ita Imo. in Clem. i. de priu. Asten. lib. 5. ar. vlt. Secundus, si recidivam infirmitatis patiatur, & erit alia infirmitas: quia poterit fieri alia vunctione. Tertius in egritudinib. diurnis, ut hydropsi, & huiusmodi: quia tunc infirmus

- mus est vngenerius, quando est in pericula mortis. Quod si illud periculum euadat eadem infirmitate durante, & iterum ad similem statum per illam infirmitatem reducatur, potest iterum ungui: quia iam est alius status infirmitatis, quamvis non sit alia infirmitas simpliciter. Ita D.Th. F.Ioan. in sum. Confessio de sacrae. cap. i. nro. 4.
- 27 Duodecima. Sacerdos, qui † commode potest habere clericū, non debet infirmum inungere sine illo, c. vt quisque presbyter, de vi. & hoc. Quod si clericū habere nō potest, debet habere laicū, at si haberi non posset nisi unus presbyter solus, & tunc ipsemet potest totum completere, & sibi ipsi respondere, ut e quæsivit, de ver. sig. quia necessitas nō habet legem, de confe. dist. i. c. sicut de confuse. c. quanto. Ita D. Henr. Boich in d. c. quæsivit. & ita pluralitas resolutur in singularitatē, in autoritate B. Iacob. c. 5. presbyteros, id est presbyterum, sic ex. de priu. c. vt priuilegia, §. si. Host. & Zabar. in d. c. quæsivit.
- 15 Cuiilibet septem ordinum cōuenient aliquot mysterium ordinatum ad Eucharistia sacramentum.
- 16 Ordines alii maiores, qui & sacri dicuntur, alii minores, & non sacri. Et ordino sacerdatis dupliceiter dicitur.
- 17 Character imprimatur in singulis ordinibus. Et in quo alteru, nu. seq.
- 18 Character in Diacono imprimatur in datione libri Evangeliorum.
- 19 Character in Presbitero imprimatur in diaconatu.
- 20 Subdiaconus habet duos altus. Et in quo alteru imprimatur character.
- 21 Character unius ordinis an presupponat characterem alterius.
- 22 Tertia materia an sit de essentia sacramenti.
- 23 Ordines omnes an unum, vel plura sint sacramenta.
- 24 Praeminentia inter ordines qua.
- 25 Ordinis sacramenti que sit virtus; quique effectus.
- 26 Character semper manet, quamvis homo ad laicatum se transferat.

### De Sacramento Ordinis. Cap. IX.

**X**PEDITIS his, quæ pertinet ad sacramentū Vnoctiōnis extrema, consequenter considerandū est de sacramento Ordinis: & primò quot modis accipiatur ordo. Secundò, quid sit. Tertiò, an sit sacramentum. Quartò, de eius instituzione. Quintò, quot sint. Sextò, quibus ex causis in plures diuidatur. Septimò, quare sint plures. Octauò, an ordines sint unum, vel plura sacramenta. Nonò, an omnes ordines sint sacri. Decimò excellentia, atque efficacia ordinum. Undicimò, de ministro huius sacramenti. Duodecimò, de fulcipientibus hoc sacramentum.

- 1 Ordo multipliciter accipitur.
- 2 Ordo quid dicatur.
- 3 Est vetē, & propriū sacramentum.
- 4 Institutum a Christo Domino.
- 5 Ordines omnes secundum Canonistas numero continentes nonennario, sed verè secundū Theologos septenario, & nu. 9.
- 6 Officium unius cuiusque explicatur; & omnibus his officiis usus est Dominus in propria persona.
- 7 Diaconi numerus consistit in nonem.
- 8 Presbiteri officium quale, & quando a Domino instituum.
- 9 Episcopatus non est Ordo.
- 10 Episcopatus multa potest, qua non sacerdos.
- 11 Psalmista, & consura non sunt ordinis, & num. 12.
- 13 Tonsura effectus octo.
- 14 Ordines septem convenienter sunt in Ecclesia Dei.

Circa primum sciendum est, † Ordo accipitur multipliciter: uno modo, p relatione, vel habitu line ordinatorum. Et sic loquitur B. Aug. de eo, lib. de civitate Dei, cum ait: Ordo est patrum, dispatiumq;

spariumq; terū sua lbea cuique tribuēs  
 dispositio, & Archid. in c. decreuimus.  
 1. q. 1. dicit, Ordo est, cum diuersarū re-  
 rū vnaquaque propria tenet loca. & ita  
 intelligitur glo. in c. si. dist. 89. Hoc autē  
 modo non loquimur hic de Ordinis.  
 Secundō modo, Ordo est nomen digni-  
 tatis, vt cum Episcopatus per Canoni-  
 stas dicitur ordo. glo. in ver. Episcopus,  
 in proc. Sexti, gl. in c. quia periculolum,  
 verb. de episcopis, de sent. excom. lib. 6.  
 glos. in cap. de his, de consecrat. distin. 5.  
 Abb. in capit. sicut pro certo, de Simon.  
 Gemin. in procem. in 6. Archid. in cap.  
 Diaconus, dist. 93. Tertiō modo, Ordo  
 est nomen officij, vt eam Psalmillatus  
 dicitur Ordo, cap. cleros, capit. cum con-  
 tingat, & ibi Dom. Anton. & Canon. de  
 zta. & qual. Quartō modo accipitur Or-  
 do pro eo, quod exterius sensibiliter ge-  
 ritur circa aliquē, vt in aliquo gradu su-  
 per alios constitutatur, sicut alicui tradi-  
 tur calix cum pane & vino, sub prescri-  
 pta verborum forma, vt constituatur in  
 gradu sacerdotali super populum. Et de  
 hoc ordine quarto modo accepto, qui  
 propriē, & strictē dicitur (Ordo) inten-  
 dimus loqui. An' verò Episcopatus, &  
 Psalmistatus sit Ordo, inserius videbi-  
 mus. Igitur Magister sententiarum in  
 4. dist. 24. diffiniens illum, sic dicit. Or-  
 do est signaculum quoddam, in quo spi-  
 ritualis potestas traditur ordinato. Et  
 nota, quod dicit signaculū, idest signū:  
 nam per aliquod sensibile signum tradi-  
 tur potestas alicui; potestas enim ecclē-  
 si, per quam quidam habent alijs mini-  
 strare diuina, debet esse nota ecclēsi, sed  
 non esset nota, nisi tradatur sub aliquo  
 signo sensibili, verbo, vel facto, vel vtro  
 que simul, cum omnis nostra cognitio  
 ortū habeat à sensibilibus, ergo talis tra-  
 ditio dicitur esse Ordo, iuxta definitio-  
 nē Magistri. Ordo est signaculum, idest  
 signum quoddam. ita Turrecrem. iuxta  
 Durandum, in d.c. clerros, num. 4. vel se-  
 cundum Do. Pet. de Palu. tra&t. 6. signa-  
 culum stat pro signaculo in animā diu-  
 natus impresso, secundum S. Bonavent.

in 4. dist. 14. Nam in collatione ordinis  
 confertur gratia gratum faciēs, quod in  
 tellige, si dignē suscipiatur, vel augetur  
 prius habita, arg. ext. de sacr. vnd. 5. sci-  
 te, in fine. Qui quidem Ordo, test sacra-  
 mentum, cum ab omnibus numeretur  
 inter septem sacramenta. Tum etiam,  
 quia sacramentum est quædam sanctifi-  
 catio hominū exhibita in aliquo signo  
 sensibili. ca. multi, 1. q. 1. sed in suscep-  
 tione Ordinis, quædam consecratio exhibe-  
 tur per signa sensibilia, ergo sequitur,  
 quod Ordo sit sacramentum. Tum etiam,  
 quia propter quod vnumquodque  
 tale, & illud magis, Auth. multo magis  
 C. de sacro san. et c. sed propter Ordinē  
 homo efficitur dispensator sacramento-  
 rum, ergo Ordo maximē habet rationē  
 sacramenti. Tādem, si quis dixerit ordi-  
 nem sive sacram ordinationem nō esse  
 verē, & propriē sacramentum, Anathe-  
 ma esset, ita habetur in Concil. Triden.  
 sess. 23. cap. 3. & sess. 7. cano. 1. Et si que-  
 ratur, à quo t. fuerit hoc sacramentum  
 institutum? Dic, quod à Christo Domi-  
 no, vt habetur per Concil. Trid. sess. 23.  
 can. 3. nam tempore eonæ fuit institu-  
 tum, & post resurrectionem confirmata-  
 rum. Et ratio est: quia huius sacramenti  
 Ordinis perfectio constat potestate co-  
 ficiendi corpus Christi verum, & remit-  
 tendi peccata. Prima fuit tradita post eç  
 nam, quando dixit Apostolis. Hoc faci-  
 te in meam commemorationem. Secun-  
 da verò, post resurrectionem, quando  
 dixit: Accipite Spiritum Sanctum, quo-  
 rum remitteritis peccata &c. Hoc autem  
 intelligēdum est de septem omnibus or-  
 dinibus: quia Christus dedit potestatem  
 Ecclesiæ administrandi, & ordinandi mi-  
 nistros necessarios ad Eucharistiæ sacra-  
 mentum, vt constat auctoritate B. Ambro-  
 sij super locum ad Ephes. cap. 4. ipse  
 dedit quodlibet Apostolos &c. Hosce ve-  
 ro omnes Ordines aliter lurist, siue  
 Canonist, & aliter Theologi diuerso  
 numero contineri aſcuerant. Nam Ca-  
 nonistē nouēnario numero cōtineri do-  
 cent. vt est glo. in proc. Sexti, in verbo,  
 Episco-

Episcopus. glos. & Dom. Anto. in c. quod.  
ties, de purg. canon. Imola, & Cardin.  
in cap. in plerisque, de electio. Felin. in  
cap. sicut pro certo, de simon. Et ita ad-  
dunt Episcopatum, & Psalmistatum, 21.  
dist. cap. cleros, ad exemplar celestis Hie  
rarchia, cap. principium, §. omnis lapis,  
de penit. dist. 2. Theologi verò septem  
esse spiritualium officiorum gradus, siue  
ordinis docent, sicut ex sanctorum Pa-  
trum dictis aperte traditur, & capituli no-  
stri Iesu Christi exemplo monstratur,  
qui omnium officia in semetipso exhib-  
uit, & corpori suo, quod est. Ecclesia,  
eodem ordinis obseruandos precepit,  
ita Magist. sentent. in princ. 24. distinct.  
Quorum nomina haec sunt: Olsarius,  
6 seu † Janitor, ad quem pertinent claves  
Ecclesiarum, ut claudat, & aperiat templū  
Dei, & omnia quae sunt intus, extraque  
custodiat, fideles recipiat, excommuni-  
catus, & infideles expellat. Quo quidē  
officio v̄sus est Dominus in propria per-  
sona, quando eiecit ementes & venden-  
tes de templo flagello de suniculis factō.  
Secundus est Lector, qui dicitur à le-  
gendo, cuius officium est lectiones le-  
gere, eas verē, & recte pronunciare, po-  
pulo quoque ea, que propheta dixerunt  
pronunciare. Hinc illi liber tradit: Hoc  
quippe officio v̄sus est Dns in medio se-  
niorum librum Isaiae aperiens, & legens  
ibi: Spiritus Domini super me, &c. Ter-  
tius est Exorcistarum Ordo, ad quem  
pertinet Exorcismos memoriter retine-  
re, manusq; super energumenos, & fate  
chuminos in exorcizando imponere,  
adiuvarō eos per Dominū, ut exeat ab  
eis Sathanas. Hoc etiam officio v̄sus est  
Dominus, quando multos demoniacos  
liberavit. Quartus est Accolitus, qui alio  
nomine ceroicerarius dicitur, à serendo  
cerco, quando scilicet legitur Euange-  
lium diebus festis, d. cap. cleros. Ad ip-  
sum pertinet preparatio luminariorū, ip-  
se cerei portat, ipse suggesta pro Eucha-  
ristia, & calices Subdiaconis preparat.  
Hoc et v̄sus est Dns cum diceret. Ego  
sum lux mundi. Quintus est Subdiacono-

nus, qui idèò sic appellantur, quia subiaceat  
præceptis, & officijs Leuitarū, cuius mu-  
nus est calicem, & patenā ad altare Chri-  
sti deferre, & Diaconis tradere, eisque  
ministrare, viceolū quoque, & aquam,  
mantile, & manutergium tenere, Epis-  
copoque & Leuitis pro lauandis ante al-  
tare manibus aquam præbere. Hoc pa-  
riter officio v̄sus est Dominus, quando  
ante se præcinctus ad lauandos pedes di-  
scipulorum. Sextus est † Ordo Diaconi,  
cuius munus consistit in nouem, d.  
cap. perfectis, videlicet, Primo assistere  
sacerdotibus ministrando in sacra-  
mentis. Secundo oblationes fidelium offer-  
re, & disponere in altari. Tertio compon-  
ere mensam. Quartò, crucem ferre.  
Quintò prædicare Euangelium, & cate-  
ras scripturas. Sexto, officium nunciare  
finitum. Septimo, recitatio catechumi-  
norum. Octauo, præmonere aures ha-  
bere ad Deum. & Nonò q; pacē donat,  
& annunciat. Sed summus, & principa-  
lis Diaconi actus est, ministrare sacer-  
doti in consecratione corporis Christi  
immediatè super altare, nam ad hunc  
actum omnes alij referuntur, ut corpo-  
rale componere, & super ipsum conse-  
crandas ponere: Sic quod populum præ-  
monit, dicendo, Nectamus genua, leua-  
te, & huiusmodi. Et quod dat patenam,  
immediatè sumens eam à sacerdote,  
quod prædicat, & cetera. Hoc totum  
ordinatur ad hoc, quod populus dignè  
communitet de manu Eucharistiam  
dispensantem. Hoc etiam officio v̄sus est  
Dominus, quando post cenam sacramē-  
tum sanguinis, & carnis ministrabat di-  
scipulis, ac quando prædicauit. Septimus  
Ordo est presbyteri, qui Græce senior  
interpretatur, d. c. cleros, propter hono-  
rē, & dignitatē, quā accipit. cuius de-  
nique officiū est sacramentum corporis,  
& sanguinis Domini in altari Dei cōf-  
cere. Vnde ait Dominus sacerdotibus  
Hoc facite in meam commemorationē.  
Luc. 22. Tunc enim Dominus Aposto-  
los sacerdotes ordinavit, quibus dedit  
potestatem, ut quemadmodum ipse ex  
panc

pane corpus suum consecrauit, accipiens panem, ac dicens: Hoc est corpus meum. Et similiter accipiens calicem, ait: Hic est calix, &c. Si habentes ordinem sacerdotalem in virtute verbi Christi pos sunt panem in corpus, & vinum in sanguinem conuertere. Kursum ad sacerdotem pertinet, orationes dicere, d. cap. per lectionis, scilicet, ut in missa orationes pro se, & populo fundat, & populum ad orandum inducat. Vnde sacerdos saepe dicit in missa: Oremus. Et Machi. i. orationes faciebant sacerdotes. Item debent benedicere dona Dei, d.c. per lectionis oblationes, & panem dandum populo benedictum. Hoc officium sacerdotum Christus exercuit, quando post eam panem, & vinum in corpus, & sanguinem suum diuinam virtutem conuerit, dicens Apostolis: Accipite, & comedite. Excellentius quoque usus est hoc officio, quando pro peccatis humani generis seipsum in arae crucis obtulit patri, idem sacerdos, & hostia. Et adhuc gloriiosius implet, dum sedens ad dextram patris interpellat pro nobis. Et ex his collige quod secundum Theologos, & communem sententiam Doctorum, septem tantum reperiuntur Ordines, nec enim Episcopatus † est Ordo, sed est dignitas, siue excellentia in Ordine: tum, quia non imprimis characterem, tum etiam, quia omnis Ordo ordinatur ad sacramentum Eucharistie, sed Episcopus non habet potestatem superiorum quantum ad sacramentum Eucharistie, quantum habet sacerdos simplex, ergo Episcopatus non est Ordo, quantum est sacramentum, quia capiendo ordinem prout dicit officium, siue gradum potestatis, respectu quarumcunque sacrarum actionum, Episcopatus est Ordo, tum auctoritate Isidori, in d.c. clericos, tum etiam ratione: quia Episcopus ex sua ordinatione, vel consecratione habet ampliorem potestatem in collatione sacramentorum, & executione sacrarum actionum, quam simplex sacerdos. Potest enim † conferre om-

nes ordines, consecrare alium in Episcopum, confirmare, capit. de his, de consecratione distinctione quinta. Moniales benedicere, & multa alia, quæ non conueniunt simplici sacerdoti. Et ita per hanc distinctionem potest ad concordiam duci opinio Iuristarum & opinio Theologorum. Vnde Canonistæ accipientes largius nomen ordinis, & minus propriè, dicunt Episcopatum ordinem esse. Et ita intelliguntur, & quæ nos alijs diximus, quod Episcopus non potest ea, quæ sunt Episcopalis ordinis, id est potestatis, committere, nisi alter Episcopo, de conse. c.c. c. aqua. Theologiverò, qui magis resolutè, & propriè loquuntur, dicunt, quod non sit Ordo. 11 Addunt etiam Canonistæ quod Psalmista sit ordo, sed non est verum: nō enim est ordo, sed officium ordinis annuum: quia enim psalmi cum cantu pronunciantur, ideo dicitur Psalmista, & Cantor, 23. dist. c. psalmista. hoc autem non est nomen ordinis specialis, tum, quia cantare pertinet ad totum chorum: tum, quia non habet aliquam speciali relationem ad Eucharistiam. Sic canonon est ordo, loquendo propriè de ordine: Hinc iura inter ordines non posuerunt tonsuram, 32. dist. c. seriatim. 77. dist. c. illud, d. 97. a subdiacono, sed largo modo pro deputatione ad diuinum cultum, dicitur sacramentum, & ita non minatur ext. de qua. & qual. c. cum contingat. Igitur non est prima tonsura propriæ ordo, quia nec sacramentum est, nec imprimis characterem, Tho. in 4. sentent. distinct. 24. sed est dispositio fad ordines, non necessaria, sed tantum congrua. Est ergo dispositio congruitatis, non autem necessitatis respectu ordinis. & ratio est: quia in omni transitu de statu ad statum, conuenienter ponitur aliqua media dispositio: hoc autem est tonsura clericalis, per quam illi, qui tonsurantur, à statu laicorum separantur, deponunt capillos, & tonduntur in signum depositionis superflue cura temporalium. Quiaverò preparantur ad mini-

ministerii Dei, cui sentire regnare est, idèo raduntur in modum coronæ, quæ est signum regale, cap. duo sunt genera. 12.q.1. Tertcem. in c. clerici, nu. 4. distin. 23. Qui etiam num. 12. ponit octo effectus † tonsuræ. Primum, quia gaudet privilegio sori, vt non conueniatur nisi sub Iudice ecclesiastico. Secundū, quia gaudet privilegio Canonis, si quis suadet, quia excommunicatur qui iniicit in eum manus violentas, cap. 1. de cler. coniug. Tertium, quod liberatur à taleis, & collegiis, c. fin. de vita & honestat. cler. l.2. C. de Episc. & cler. Quartū, quod de altari debet vivere, qui altari servit. Quintum, quia debet portare habitum clericalem. Sextum, quia debet portare coronam, & potest compelli, capit. clericis, distinct. 23. Septimum, quia nō debet mercari, nec se negotijs secularibus implicate, alias ter monitus, si non desistat, perdit privilegium clericale, c. fin. de vita & honestat. clericor. Octauū, quod non tonsuratus per Episcopum siue monachus, siue laicus, in missa publice legere non debeat, distinct. 41. c. clericus, de consecr. dist. 5. c. in omnib. Ex his igitur concludendum est, secundum communem sententiam Doctorum, esse tantum septem ordines: & rectè quidem in Ecclesia posita est varietas hæc, & multiplicitas, ad exemplum Ecclesie triphantis, secundum illud Exo. 25. Vide, & fac omnia secundum exemplar, quod tibi monstratum est. Sed ecclesia triumphantis multiplici varietate adornata est, c. principiū, §. omnis lapis, dc pœnit. dist. 2. ergo & militans. Vnde propheta in eius laudem Psal. 44. inquit. Astitit Regina. i. Ecclesia secundum gl. ibi, in vestitu deaurato, à dextris tuis, circuicata varietate. Tum etiam, quia corporis miscum comparatur corpori naturali hominis. Rom. c. 12. Cor. cap. 12. Sed sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nō eundem actu habent. Ita in Ecclesia corpore, secundum veridicam Apost. sententiam, in uno, codemque spirituali corpore con-

serendum est hoc officium vni, alij comittendum est aliud. Nec etiam quantumlibet exercitatiæ vni personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt, quia si totū corpus oculus, vbi auditus. Tum etiam, quia Ecclesiæ corpus constituitur ex duplice pariete, vt dicit Hug. de S. Vict. de Sacramentis. Scilicet Laicali, & Clericali. Sed in pariete laicali est ordo, scilicet Imperator, Rex, Dux, Comes, Tribunus, Decurio, Centurio, quæ omnia ordinem dicunt, ergo pariter in pariete spirituali debet esseordo spiritualis. Tum, etiam quis si apud Regiam mœsam decet varios esse, & multiplices ministros, vt de mensa Salomonis constat, quanto magis conuenient hæc varietas menœ Regis gloria. Et notandum, † quod cuiilibet septem ordinum predicatorum conuenient aliquod mysterium ordinatum ad sacramentum Eucharistie. Nam primus gradus & supremus disponit ad consecrationem Eucharistie, & est sacerdos. Secundus ad dispensationem ciuius, saltem sanguinis, & est Diaconatus. Tertius disponit ad oblationem materiæ Eucharistie consecrandæ, & est Subdiaconatus. Offert enim materiam Subdiaconus Diacono, & Diaconus faceret. Vnde quartus & alij disponunt ad aliquos actus remotè, scilicet habentes ad Eucharistiæ, & hoc vel ad accendendum deuotionem in affectu, quod facit Acolitus cereos illuminando, & portando d. cap. clericos, vel ad instruendum intellectum ad cognitionem, ad quod ordinatur Lector, vel ad repellendum homines indignos, quod facit Ostiarius, vel ad accendendum dañones, ne approximet ad nocendum, & hoc pertinet ad officium Exorcista. Hæc Pet. de Palud. tractat. 6. de sacram. Ex his autem septem ordinibus † alij maiores, qui etiam sacerdicitur, alij minores sunt: ordo autem sacer dicitur dupliciter: vno modo secundum se, & sic quilibet Ordo est sacer, cum sit quoddam Sacramentum, 6.q.1. cap. insfames. 28.q.1. capit. nullus. Alio modo ratione materiæ, circa quam habet

habet actum , & sic dicitur ordo sacer , qui habet aliquem actum circa aliquam rem consecratā , & sic sunt tres Ordines facti , scilicet Presbyteratus , & Diaconatus , qui habet actum circa corpus Christi , vel sanguinem consecratum . Et subdiaconatus , qui habet actum circa vasculata , & idēo in eis ēt indicitur continentia . 27. dist. c. Diaconus , & 28. dist. cap. nullum . & c. decernimus , & cap. de his . Ita hos tres ordines appellat sacros cap. erubescant , dist. 3. Ita etiam tenet Turrecrem . in d. cap. erubescant . & in cap. 1. num. 14. dist. 2. Asten. art. 3. lib. 6. de fact. ordi . De Subdiaconatu etiam loquitur text. in c. à multis , de cta . & qual . Licet primitia . Ecclesia illum Ordinē non computaret inter sacros , tempore scilicet Apostolorum , ca. fin. dist. 60. An verò in quolibet Ordine imprimatur character? Dic , quod licet S. Thom . & etiam Bonauen. dicant , circa hoc diuerfas esse opiniones , tamen secundum cō17 muniorem , & veriorem , † atque probabilitatem opinionem , dicēdū est , quod in omnibus Ordinibus imprimatur character . Est enim character signaculum distinctiū , & perpetuum , & hoc est in omnibus ordinibus reperire , ergo . Tum etiam , quia omne Sacramentum , in quo non imprimitur character , est iterabile , sed nullus Ordo est iterabilis , ergo in quolibet Ordine imprimatur character . Ita etiam habetur in conc. Trid. scf. 7. de fact. can. 9. scf. 23. c. 4. Nam cum dicat concil. Trid. quod in sacramento Ordinis character imprimitur , & omnes Ordines sint unum sacramentum , ut infra dicetur , ergo sequitur q̄ in omnibus ordinib. imprimatur character . 18 In quo vero factu imprimatur . Dic , iuxta Dominum Duran . in 4. di. 24. q̄ aliquorum Ordinum est tantum unus actus , aliquorum autem plures , quorum tamen unus est actus principalior : in Ordinibus autem , quorum est unus actus , character imprimatur in traditione illius instrumenti pertinentis ad actum illum , Ostiario imprimitur chara-

cter in traditione clauium . In ordinibus autem , quorum plures sunt actus , imprimitur character in traditione instrumenti pertinentis ad principaliorem actum . Ille autem est principalior , quo ordinatus ordinatur immediate ad Eucharistia sacramentum . Exemplum in Sacerdote principalior actus est consecrare corpus Christi , & sanguinem , ergo in datione calicis , & patenæ imprimitur character sacerdoti , non autem in actu secundario , quando accipit potestatem absoluendi , & ligandi . Turrecrem . in c. presbyter , dist. 23. fallit tamen in Diacono : † quia licet summus , & principalis Diaconi actus sit , ministrare sacerdoti in consecratione corporis Christi immediate super altare , tamen secundum D. Thom. Rich. & Dominum Durand . vt resert Turrecrem . in cap. Diaconus , num. 23. imprimitur character in datione libri euangeliorum : & hoc , quia deputatio eius ad suum principalem actū non potuit exprimi per traditionem aliquius rei corporalis . Cum enim Diaconus habet potestatem supra corpus , & sanguinem contenta in vasis , non potuit haec potestas exprimi per dationem vasorum tantum , nec per dationem materiae consecratae , quia non habet eam immediatè tangere , nec etiam decens est ut sibi darentur vascula cum corpore , & sanguine Christi , cum sacerdoti , qui superior est , non tradatur corpus , & sanguis , sed vinum , & hostia , & ideo oportuit , quod imprimetur per traditionē instrumenti pertinentis ad actum secundarium , hoc est per traditionem libri Euangeliorum . Subdiacono verò imprimitur in traditione calicis vacui , & patenæ , cap. Subdiaconus , d. 23. & ratio est : 20 quia Subdiaconus † habet duos actus , legere epistolam , & ordinare materiam Eucharistia , & ponere in vasis factis . secundus actus est principalior , quia sacramento Eucharistia immediatior , ergo ad illum tanquam excellentiorem imprimitur character . Ita Turrecrem . in c. subdiaconus , dist. 23. Sic cum principali-

ior actus Acoliti sit in quo ministrat in  
vceolo, quam portare cereum, ideo cha-  
racter imprimitur in traditione vceo-  
lo, quamvis ab illo actu denominetur,  
qui magis apparens est, & frequentior.  
a D. Tho. quem sequitur Richard. &  
Turrecrem. in cap. Acolitus, dist. 23. Sic  
exorcista imprimitur character iuxta  
communem omnium sententiam in da-  
tione libri Exorcismorum, in quo datur  
potestas spiritualis ad impediendum po-  
statem demonis. Pariter Lectori in  
aditione libri, in quo lectorus est sub  
arma praescripta verborum, Turrecre-  
m. cap. exorcista, & cap. Lector, dist. 23.  
In tamen vero character vnius ordinis prae-  
supponat de necessitate characterem al-  
lius? Dic, quod non. Hinc in primiti-  
va Ecclesia aliqui ordinabantur in pres-  
biteros, qui prius ordines minores non  
sceperant, sed bene, de congruitate.  
Est enim de congruo, quia actus potesta-  
s, & ordinis inferioris aliqualiter pre-  
ordinatur, & præexistit ad actum su-  
rioris. Et inde est, quod qui per saltum  
datur, secundum Canonem no[n] reor-  
natur, sed illud, quod omissum est de  
accidentibus ordinibus, ei consertur,  
L. 52. cap. sollicitudo . de cler. per salt.  
om. cap. tur. Præsupponit tamen de-  
cessitate characterem baptismi, cum  
baptismus sit fundamentum omnium sa-  
cramentorum, & ianua, & ideo funda-  
mento non existente, nihil potest super-  
ficari, cap. veniens, de presb. non  
pri. Characterem vero Confirmationis  
præsupponit de congruo: quia non  
est quis idoneus ordinem suscipere,  
et eius actus peragere, nisi sit confirma-  
tus, Asten. Lib. 6. de sacr. ordin. articu. 4.  
act. 3. 4. & 6. Forma vero cuiuslibet  
ordinis habetur per Catechis. Rom. de  
cram. ordi. Tactura tamen vero materie se-  
cundum vienorem, & tutiorem opinio-  
nem, necessaria est, & est de essentia hu-  
sacramenti, licet Caetan. & alij te-  
mant, quod non, sed q[uod] sola porrectio  
ratio est: quia quemadmodum non  
suntur dominum, nisi per possesso

item, quæ sit per contactum, ita non ac-  
quirit aliquis potestatem celebrandi,  
quoniam materiam tangat. Sed si querar-  
tur tamen an omnes Ordines sint plura sa-  
cramenta, quod videtur propter diuersos cha[r]acteres, sicut baptismus, & Co-  
firmatio sunt plura sacramenta, an vnu? Die,  
quod omnes ordines sunt unum  
sacramen. Est tamen hoc pro intelligentia  
adnotandum, quod Vnum, dicitur  
sex modis. Est enim Vnum indivisi-  
bilitatis, ut Punctus. Vnum unitate con-  
tinuitatis, ut linea, vnum congregatio-  
nis, ut numerus. Vnum unitate perfec-  
tionis integralis, ut corpus animatum,  
Vnum unitate coordinationis advnum  
actum, vel finem, sicut dicit Apost. Qui  
plantat, & qui rigat, vnum sunt: & sic  
dicitur unus exercitus. Et hoc ultimo  
modo dicitur Ordo vnum sacramentum  
ex diuersis specialibus ordinibus quasi  
constitutum, qui omnes ordinantur ad  
vnum actu ultimum, scilicet ad Eucha-  
ristiz consecrationem. Ita Turrecrem.  
in d. cap. cler. num. 9. Vel secundum  
Archid. lib. num. 18. sunt vnum sacra-  
mentum, quia ad vnum ordinantur, ad  
collationem scilicet gratia in altero, sed  
secundum propinquius, & remotius,  
quia sacerdotium propinquius, & alij re-  
motius, secundum quod maius, & mi-  
nus, proprius, vel posterius ordinantur  
ad gratiam in altero. Quare non obstat  
quod diximus de baptismo, & confirma-  
tione nam ideo sunt diuersa sacramen-  
ta, quia ordinantur ad diuersa: sed om-  
nes ordines ad unum, scilicet collatione  
gratia in altero, & sic sunt sacramen-  
& vnum sacramentum, h[oc] Archid.  
ibi, nu. 18. Postremo, si vis scire pre-  
sentiam tamen inter factos ordines. Dic, q[uod]  
est sacerdotium: nam Ordo ordinatur  
ad corpus Christi verum cōsciendum,  
& dispensandum ad utilitatem corporis  
Christi mystici. Vnde in Sacerdotio est  
status, in quo est perfectio potestatis, vn-  
de in eo concurrunt utraque potestas, scilicet  
cōsciendi corpus Christi verum, &  
absoluendi mysticum; quod sunt fideles.  
Hic

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

Hic autem ordo nobilissimus debet habere ordines subministrantes sibi secundum exigentiam duplicitis potestatis, unde quidam ministrant sibi quantum ad corpus Christi verū, & hi ordines sunt sibi propinquiores, scilicet Subdiaconatus, qui sumit materiam sacramenti à populo, & offert Diacono. Diaconus vero offert presbytero, & presbyter Deo. Inde est, quod Diaconus dicitur minister, & Subdiaconus submister. Alij autem ordines inferiores deseruunt disponendo corpus Christi misticum ad dignè sumendum corpus Christi verū. Et hoc vel impedimentum remouendo, vel auxilium conferendo. Impedit autem quantum est in se malus homo, ad quem excludendum ordinatur Ostiarius. Et etiam Diabolus, ad quem expellendum ordinatur Exorcista. Confert verò auxilium illuminatio intellectus, & inflammatio affectus: ad primum, ordinatur Lector, ad secundum, Acolitus cœcum ad excitationem deuotionis deportans. Præminent autem unus Ordo alteri Ordini, secundum quod magis de proximo ordinatur ad sacramentum Eucharistia. Vnde omnibus alijs præminent Ordo presbyteratus, deinde diaconatus. Postea subdiaconatus. Inter minores vero præminent Acolitus, qui habet ministerium super vasa, in quibus materia sacramenti continetur quantum ad vinum, deinde Exorcista, qui cooperatur sacerdoti, quantum ad actum eius secundarium, qui est ligare, & soluere, per quem homo totaliter à seruitute diaboli liberatur. Deinde Lector, qui cooperatur Diacono quo ad actum eius secundarium, scilicet legere Euangelium. Est enim Lectio legere Vetus Testamentum. Ultimo est Ostiarius, cuius est admittere, vel non admittere in templum. Et sic patet præminentia, & Ordo ipsorum. Defectus vero, ac t̄ virtute sacramenti Ordinis, secundum est, quod ad susceptionem Ordinis præxigitur gratia gratu faciens in ipso suscipiente de congruitate,

te, ad hoc, ut dignè suscipiat. Vnde dicitur dist. 23, tales ad ministeria eligantur, qui dignè possint dominica sacramenta perfractare: hoc autem non potest esse sine gratia gratum faciente, non tamē præxigitur de necessitate: quia si ne ea suscipi potest, licet non dignè. Cōfertur etiam in collatione ordinis gratia gratum faciens, si dignè suscipiat, ut habetur per Conc. Trid. sess. 7. can. 6. & 7. Rursum imprimatur character, ead. sess. can. 9. vbi dicitur, Si quis dixerit in tribus sacramentis, scilicet Baptismo, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indeleibile, unde ea iterari non possint, Anathema sit. 26 Hinc fit, t̄ quod quantumcunque homo ad laicatum le transferat, semper tamen manet in eo character, quod patet ex eo, quia si ad clericatum reuertatur, non iterum ordinem, quem habuerat, suscipit. Et hæc de sacramento Ordinis in genere.

## S U M M A R I U M .

- 1 Episcopus solus ordines maiores, sed minores Abbas confert.
- 2 Abbas quibus diebus, & an in initatus in alio monasterio minores confert.
- 3 Episcopus in initatus pro ordinandis clericis an possit habere expensas.
- 4 Episcopus, qui renunciavit episcopatu, an possit conferre ordines.
- 5 Et quid si renunciatus loco, & dignitati.
- 6 Episcopus renunciatus loco tantum, quando minores possit conferre.
- 7 Episcopus hereticus an, & quando ordines conferre possit. vel non. nu. 11.
- 8 Episcopus excommunicatus licet ordines defacto conferre possit, ordinis tamen execusionem conferre non potest.
- 9 Sed quid de suspenso, & degradato, schismatico, deposito, interdicto, & simoniaico in ordine, vel impedito ob aliud crimen. nu. 10.
- 12 Ordines recipientes à schismaticis, & excommunicatis carent ordinis executione.

Dispens-

- 13 Dispensatio quandoque permittitur: &  
in quatuor casibus prohibetur.  
14 Dispensatio quid opereatur.  
15 Potestas quadrupliciter dicuntur.

## De ministro sacramenti Ordinis. Cap. X.

**D**e ministro huius sacramenti multa infra videbimus in statu de prælatis, & personis ecclesiasticis, lib. 3. c. 12. videlicet, quis conferat ordines sacros: & quos modis dicatur proprius Sacerdos: & in quibus temporibus Ordines maiores, vel minores conferantur. & de pena conferentium illos extra tempora. Et in quo loco conferriri debeant. Modo superest ut deueniamus ad quasdam decisiones, quarum prima,

Licet definitum sit in Concil. Trid. fess. 23. & can. 4. solum Episcopum Sacros Ordines conferre posse. Vnde etia Isidor. 7. Etymol. ca. 13. dicit, quod ipse Pontifex efficit presbyteros, & Leuitas, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit. Et hoc quidem conuenienter secundum Bonaven. 4. dist. 25. q. 1. art. 1. & Richard. 4. dist. 25. q. 1. art. 1. quia sicut ad solum Principem pertinet non tam ordinare in exercitu viros bellatores, sed etiam ducem exercitus, sic & ad Episcopos solos, qui sunt in Ecclesia Principes, non tantum pertinet ordinare homines ad certandum contra fidei persecutores audacter confitendo fidem Christi, quod sit per sacramentum confirmationis; sed etiam constitutere duces exercitus ecclesiastici, quod faciunt conferendo sacramentum Ordinis, tamen minores ordines à sacerdore non Episcopo conferri possunt, vel ex commissione Papæ, vel ex lege, aut consuetudine, ita habetur in e. cum contingat, de zate, & qualitate. Vbi Abbas, Si est presbyter, & benedictus, potest conferre ordinem clericalem: & illud potest monachis sui monasterij, & his, in

quos habet Episcopalem iurisdictionem: vel quasi, alijs autem non potest, nisi hoc habeat ex priuilegio, glo. in cap. Ab bates, ad finem, de priuili. in 6. Imo glo. d. c. Abbates, (& est communis opinio) tenet, quod Abbas possit conferre non solum unum ordinem minorem, sed etiam omnes. Et non obstat tex. in d. c. cum contingat, in verb. solummodo, quia illud debet intelligi, scilicet, quod solummodo in proprio monasterio Ordines minores conferat; vide quæ diximus in nostris Decisi. lib. 3. c. 5. nu. 156.

Secunda. † Abbas, qui est inuitatus ab alio Abbat, ut conferat Ordines suis monachis, illos conferre potest, quia sicut Episcopus illos conferre potest, inuitatus ab alio Episcopo, ita & Abbas. Quo autem tempore licet Abbatibus conferre hos ordines, dicit Host. in d. c. cum contingat, quod in quatuor temporibus, & in diebus dominicis.

Sed quid si Episcopus † inuitatus vadit ad aliam Ecclesiam pro clericis ordinandis, vel Ecclesijs consecrandis, vel similibus, an debeat habere expensas. Arch. in c. si Episcopus, de offic. ord. in 6. quem sequitur Gemi. tenet quod sic. 9. q. 2. cap. nullus primus, & pro hac operatione facit optime tex. in d. c. si Episcop.

Tertia. † Episcopus, qui resignavit episcopatui, renunciando loco tantum, qui remanet Episcopus nullius tamquam episcopatus, potest de licentia, & voluntate diocelani loci omnes ordines conferre, nisi prohibitus sit à Papa, vel eius Legato, extr. de ord. ab Episcopo, qui re. Episc. cap. 1. Si quis tamen sine licentia sui Episcopi recepit ordines ab eo, executione caret de rigore juris, licet possit cum eo Episcopus dispensare. Si vero Episcopus renunciauit loco, † & dignitatibus, potest minores ordines conferre de licentia diocelani loci, sed sacros non potest. Vnde qui scienter receperit à tali ordines minores sine licentia proprij Episcopi, de iure communis debet deponi, 7. q. 1. cap. Episcopus in diocesi, & 9. q. 1. c. Episcopum. Dispensatio

# Decis. Aurearum Par. II. Lib.I.

satue tamen poterit in ordinibus deser-  
uire, quia cum eo potest sicut Episcopus  
dispensare, si vero à tali receperit sacros  
ordines scienter, executionem non reci-  
pit, & solus Papa cum eo dispensat. Si  
verò ignoranter, nisi ignorantia fuerit  
eraffa, & supina, poterit Episcopus cù  
eo dispensare, q.c.t. de eo, qui episc. re-  
nunc. Tunc autem est probabilis igno-  
rantia secundum Holt. quando renun-  
ciauit in Curia, & veniens dicit, quod  
renunciauit dignitati, uel etiam omni-  
no tacuit, q. renunciauerat, Docto. in  
d.cap.1. Pisan. in verb. ordinator, §.8.  
Asten. lib.6. quis potest ord.art.6.tit.3.

**6** Quod si quis † interrogaret, quare  
permittitur eis, qui renunciauerunt lo-  
co, & dignitati minores ordines con-  
ferre. Reip. quia minores ordines conse-  
runtur etiam à non Episcopis, ut supra  
habituim est, nu.1.

**7** Quarta. † Episcopus haeticus siue  
fit ab haeticis, siue à Catholicis ordina-  
tus, Ordines conferre non potest si non  
est ordinatus, & consecratus in forma  
ecclesie. Facit tex. cum glo. in cap. quos  
à paganis, de consecr. dist.4. & ratio est:  
quia verus Episcopus non est, & per co-  
sequens non potest ordinis conferre,  
cum nemo possit dare quod non habet,  
cap. Daibertum, i.q.7. I.nemo, ff. de reg.  
iu. At si est ordinatus in forma ecclesie,  
verus est episcopus, sed non habet execu-  
tionem officij sui, quia omnes haereti-  
ci sunt ipso iure maiori excommunicatione  
excommunicati, & per consequens  
ab omnibus actibus legitimis suspensi,  
ut nos latè diximus, lib.4. in nostris De-  
cisiō. cap.14. num.14. Et ideo Episcopus  
haeticus licet ordinem conferre posse  
de facto, si cum intentione debitam for-  
mam seruet, dist.19. cap. secundum, i.  
q.1. Dominus declarauit, & cap. non no-  
cet, de consecr.4.c. non in nobis, tamen  
conferendo peccat, & ordinis execu-  
tionem conferre non potest: quia eam non  
habet, glo. in 6. de ordin. ab Episcopo,  
qui renunc. i.q.1. gratia, & ideo susci-  
piens scienter à tali ordinē, præter pec-

catum mortale, irregularis efficitur, r.  
q.1.c. quod quidam. Hæc probantur in  
c. quod quidam, i. quæst.1. cap. sicut se-  
mel, dist.68. retinet tamen characterem  
indeleibilem.

**8** Quinta. † Episcopus excommunicatū  
licet Ordines de facto conferre pos-  
sit, Ordinis tamen executionem conser-  
re non potest: quia eā non habet. i.q.1.  
c. gratia, & cap. statuimus. & i.q.7. cap.  
Daibertum. Qui tamen ab eo ignoran-  
ter ordines suscipit, potest cum eo per  
suum Episcopum dispensari, quod de  
iure exequi possit. extr. de Episcopo qui  
ren. cap. 2. Et hoc tam in suscipiendis,  
quam in susceptis ordinibus: quia dicta  
Decretalis non distinguit. Si verò scien-  
ter, sic Papa dispensat.

**9** Sexta. † Suspensus & degradatus si  
scienter conferunt ordines, cum sint in-  
habiles, semper peccant, de temp. ord.  
c. si. tamen possunt de facto ordines con-  
ferre, sed non de iure, & nec ordinum  
executionem: quia degradatio non est  
dignitatis abratio, sed perpetua suspen-  
sio illius dignitatis, extr. de consecr. Eccl.  
in glo. Ibi enim dicitur, quod visibilis  
unctionio exterior, signum est interioris  
unctionis in corde, qua perpetua est, &  
non potest amitti, licet quandoque execu-  
cio suspendatur, & ita intelligitur gl.  
in c. quod quidam, §. opponitur, scilicet,  
quod Episcopus degradatus confert Or-  
dinem, sed non Ordinis executionem,  
scilicet ut licet possit recipiens in suscep-  
to ordinem ministrare. Sic etiam Schis-  
matici, Depositi, Suspensi, Interdicti,  
& Simoniaci in Ordine, verum Chri-  
sti corpus conficiunt, & verum Ordini-  
nem, & alia vera sacramenta conficerunt,  
si veram formam Ecclesie seruent, di-  
st.19.c. secundum. & i.q.1. cap. Domi-  
nus declarauit, de consecr. dist.4. cap. o-  
stenditur. & c. quando. Vnde talium or-  
dinationes sic factæ, rata sunt quo ad  
characterem, sed irrite quo ad execu-  
tionem, r.q.1. cap. si qui à simoniaci  
Probatur i.q.1. cz. quod quidam, & c.  
qui perfectionem, vbi hoc not. glo. &  
Archid.

Archid. in e. ostenditur, de consecr. di. 4.  
 & not. glo. 9. q. 1. in sum. & glo. 3. in c. 1.  
 10 de schis. Sed an sit aliud crimen, † per  
 quod conferens impediatur transfun-  
 dere ordinis executionem. Dicit Inn. &  
 post eum Host. & Zabar. in c. 1. de schis-  
 maticis, φ sic, vt si ordinās sit homicida:  
 quia tunc conferens habet ligatā execu-  
 tionē per constitutionem, quæ dicit ho-  
 micidij irregularē, de temp. ord. c. si. nec  
 per paenitentiā reparatur, sed per solam  
 dispensationem, de accus. c. inquisicio-  
 nis. An vero sint alii casus, in quibus  
 impeditur collator dare ordinis execu-  
 tionem, dic quoddic. vt tradit Innoc. in  
 c. 1. de schism. nu. 3. Igitur schismatici,  
 non large, vell largissime sumpti, sed pro-  
 priè, ut sunt illi, qui diuisi ab vnitate ec-  
 clesiæ conantur suos Episcopos, & pres-  
 byters facere, & suas constitutiones,  
 7. q. 1. c. Nouitianus, & contemnunt co-  
 stitutiones Ecclesiæ, 19. dist. c. nulli, si or-  
 dines conferunt in forma Ecclesiæ, or-  
 dinis executionem non conferunt, sed  
 11 bene characterem. Sed quando † non  
 gerunt formam Ecclesiæ, nihil agunt,  
 quia contra Ecclesiam, idest extra for-  
 matum Ecclesiæ non est locus veri sacri-  
 ficij, 1. q. 1. c. Extra catholicam, vnde ta-  
 lium ordinationes sic factæ, irritæ di-  
 cuntur, extra, de schismat. capit. primo,  
 adeo quodd recipientes non sunt alter  
 dispositi, nec per talen receptionem co-  
 stituti sunt in numero recipientium sacra-  
 menta. Et ideo si isti recipientes alijs  
 conferunt, collatio est nulla, tanquam  
 facta ab inabilitibus, & nullam penitus  
 potestatem habentibus, d. c. extra. Et ita  
 potest intelligi principium, c. 1. de schis.  
 in eo, quod dicit ordinationes factas, &  
 ab ordinatis ab eis irritas, idest nullas,  
 etiam quo ad characterem, intelligendo,  
 quod non seruata forma Ecclesiæ fa-  
 ctæ sunt.  
 12 Septima. † Scienter, vel ex ignoran-  
 tia non probabili, quæ dicitur crassa, &  
 supina, recipientes ordines à schismati-  
 cis, vel excommunicatis, & ab his, qui  
 conferendo non dant ordinis execu-

nem, do quibus supra in decis. preced-  
 ent executione, & peccant, & hoc  
 nisi cum c. i. dispensetur, quæ dispen-  
 satio, quandoque permititur, & quandoque  
 omnino prohibetur in quatuor  
 13 casibus. Primus † est, si in codice ordi-  
 ne se fecerint ordinari, 1. q. 7. c. faluberri-  
 um. Secundus, si fecerint se rebaptiza-  
 ti, de consecr. dist. 4. c. eos, c. qui his. Ter-  
 tius, si ad subuersiōnem fidei, & conté-  
 ptum Ecclesiæ ad quemcunque ordinē  
 se fecerint ordinari, 1. q. 7. c. conuenien-  
 tibus. Quartus, si simoniacè se fecerint  
 promoueri, 10. q. 1. c. ab excommunicati-  
 o. Host. in c. 1. de sacr. iter. Quando au-  
 14 tem dispensatur, per † dispensationem  
 nihil posituum assequuntur dispensati,  
 sed solum tollitur quadam inhabilitas,  
 quam consecuti fuerant, per quam non  
 poterant exequi sine peccato. Hæc au-  
 tem dispensatio permittitur in his casi-  
 bus. Scilicet, quando quis ex ignorantia  
 probabili fuerit ordinatus ab eo, qui  
 renunciauerat loco, & ordini, vel ab ex  
 communicato non occulto, c. 1. & 2. de  
 ordin. ab Episcopo. Non tamen effet  
 necessaria, si ordinantes tolerabantur  
 tempore quo ordinarunt in administra-  
 tione, quia licet postea scirent de inhabi-  
 litate ordinantis, licet, & sine peccato  
 possent exequi; nisi conscientia eos re-  
 mordeat, de simo. c. per tuas, 2. vbi est ca-  
 sus de hoc. Ita Zabar. in d. cap. 2. col. fin.  
 de schismat.

15 Octaua. † Quadruplex potestas re-  
 peritur. Quædam fundatur super ordi-  
 nem, vt potestas conficiendi. Quædam  
 fundatur super ordinis eminentiam, vt  
 potestas ordinandi. Quædam super iu-  
 risdictionem, vt potestas iudicandi, &  
 excommunicandi. Quædam super ordi-  
 nem, & iurisdictionem simul, vt po-  
 testas absoluendi in foro penitentiali.  
 Prima non potest auferri, sicut nec or-  
 do, cap. quod quidam, 1. q. 1. Nec secun-  
 da, qua omnis potestas, quæ datur cum  
 consecratione, non potest auferri, vnde  
 etiam inanimata consecrata non confe-  
 crantur. Tertia vero, & quarta potest  
 E 2 auferri,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

auterri, quia excommunicatus amittit potestatem iudicandi, cap. cum dilecti, de arbit. Sic excommunicatus secundum Constit. Constan. potestate caret iurisdi ctionis ad praestandam sacramentalera absolutionem. An vero excommunicatus scientier, absoluens in foro penitentiae, incurrit irregularitatem? diximus, quod non, in nostris Decisis, lib. 4. c. 14. numero secundo.

## S V M M A R I V M .

- 1 Ordinari nullus debet sine examine, fabili, nn. 4.
- 2 Scrutinium duplex in ordinandis.
- 3 Respondens quantum humana fragilitas sinit, non peccat.
- 4 Petens se promoueri, si pralatus suus nollet, an sit promovendus.
- 5 Ordini susceptionem impedit sexus femininus.
- 6 Femina masculo deterior in 18. casibus.
- 7 Monialis potest in capitulis, & clausis sorores sua exhortari.
- 8 Presbyter si reprehenderit, vel dubitet, ut se non esse baptizatum, quid faciet.
- 9 Indiges promoueri ad sacros ordines dicunt multipliciter.
- 10 Hominum non ordinandorum multa genera.
- 11 Aetas, an necessaria in sacris ordinibus.
- 12 Annus debet esse completus, quando inserviri certam etatem.
- 13 Annus incepitus habetur pro completo in multis casibus.
- 14 De aetate ordinandi si dubitetur, qualiter probabatur.
- 15 Dispensatio ut in xx. anno quis sit sacerdos, non extenditur ut possit oblinere Ecclesiam curiam.
- 16 Aetas defectus non impedit ut charakter imprimatur.
- 17 Aetas qua necessaria ad susceptionem prime tonsura, & ordinum minorum.
- 18 Coactus ad ordinis susceptionem, an, & quando suscipiat characterem.
- 19 Illiteratus an ad ordines promoueri possit. & nn. 21.
- 20 De ordinis sacramento quadam sunt de necessitate, quadam de precepto.
- 22 Dispensatio an cadat super ignoranciam sacerdotis.
- 23 Recipiens ordinem sciens se esse ignorantem, an peccet.
- 24 Illiterati promoti in Episcopatum pena est depositionis.
- 25 Scientia qua necessaria in promovendis ad ordines.
- 26 Monachus, qui promovetur ad sacerdotium quam scientiam debet habere.
- 27 Pena illiterati ordinatis qua sit.
- 28 Ordinandi circa inserviunt qualitates quales esse debeant.
- 29 Ordinandus monogamus, & non bigamus esse debet. & quis is dicatur.
- 30 Bigamus cur arceatur ab ordine.
- 31 Bigamus ordinatus characterem recipit.
- 32 Ordinandus debet esse sobrius, & sobrietas duplex.
- 33 Sobrietas quibus personis specialiter conueniat.
- 34 Sobrietas quare Ecclesia ministris indicatur.
- 35 Prudentia in ordinando qua necessaria, & quoniamplex.
- 36 Artes liberales septem, & omnes ministeris Ecclesia visiles.
- 37 Clerici leges, & philosophiam an possint audire.
- 38 Ordinandus pudicus, & moribus ornans esse debet.
- 39 Ordinandus debet esse hospitalis: quadruplices est.
- 40 Ordinandus debet habere graviam in decendo, & in quo versetur.
- 41 Prudicator quibus virtutibus debent esse ornatus.
- 42 Ordinandus non sit perenus, qui dupluerit dicimus.
- 43 Ordinandus non sit litigiosus, & querens.
- 44 Non sit cupidus, & cupiditas triplices.
- 45 Cupides quibus argumentis, & presumptionibus innotescat.
- 46 Non sit Neophytus, & quis Neophyti.
- 47 Neophytus ut non promovantur, quare fuerit instituimus.

48 Neopictus tam non quandoque ordinari potest.

49 Clericus secularis non professus in Abbatem elegit non potest.

## De suscipientibus sacramentum Ordinis. Cap. XI.

**L**ICET nullus † ordinari debet, nisi prius examinatus fuerit, ut habetur per tex. in c. nullus ordinetur, dilt. 23; & pet. Conc. Trid. c. nullus, sess. 23, & c. Episcopi, ead. dilt. non tamen ita rigide examinatio facienda est, sed cum quoadam temperamento, ut dicit glos. in ca. quando, dilt. 24. Tria autem potissimum requirienda sunt, etas legitima, literata sufficiens, & morum honestas, ut extra de elect. cap. cum in cunctis, & ead minores, sess. 23, in Conc. Tridens. Ideo de his, & alijs quæ debent esse in ordinandis, more nostro solito aliquas Decisiones statuimus, quarum

2. Prima. Scrutinium † duplex sit in ordinandis. Vnum ante ordinationem se riaquarta proxima ante Sabbatum, in quo ordines celebrantur, quod diligenter faciendum est, c. nihil est, §. Episcopi, de elect. Et in hoc inquisitur de genere, de patria, de vita ordinandi, de aetate, de titulo ad queri ordinatur, de scientia, fide, & loco, vbi est conuertitus, & ita, qui probati sunt, Sabato presentantur Episcopo, 24.d.c. quando. Secundum vero scrutinium sit in ipsa ordinatione, quando ordinandi Episcopo presentantur ante altare. Cum Archidiaconus dicit. Posulat sancta mater Ecclesia hunc diaconum, vel subdiaconum ad onus diaconatus, vel subdiaconatus assumi. Et ordinatore interrogante. Scis illos esse dignos. Resp. Quantum humana fragilitas, & c. iur. tex. in c. uni. de scr. in ord. faci. qui quidem sic respondens non peccat, nisi re mosdeat conscientia, d. c. uni. quia quæ nescit indignum, debet presumere fore

dignum, nisi probetur contrarium, casudum, de presumpt. Licet in aliquibus casibus non presumatur idoneus, nisi ita probetur. ex persona. C. de probat. unde in dubio presumitur quis excommunicatus, cap. cum de clades, defens. excomm. glof. in d.c. vnic. vbi sallit in his, in quibus est periculum anime, vbi presumimus aliquem esse paginum, c. i. de baptis. Ecclesiam non colleratam, de conject. dist. i.e. Ecclesiæ aliquem non ordinatum, distinct. 68. c. presbyteri.

4. Secunda. † Peccatum non committitur, si quis sine examinatione ordinatur, vel admittitur ad confessiones audiendas, si sit notus, & dignus, cum tales non sint examinandi, arg. 24. d.c. mul his. Quod si ignoratus est, & dignus, dependentius est ordinatus. Et hoc in ordinati, & etiam ordinantis, arg. dilt. 70. c. i. c. cum secundum, §. licet, de pœn. & multo magis, si ignoratus esset, & indignus. Quod autem diximus de noto, & digno. fallit in Episcopo consecrando, nam licet sit notus, tamen examinatur, 23. dilt. cap. qui Episcopus, quia circa maiora veritur periculum, 6. dilt. c. miratur.

5. Tertia. † Petens se promoueri, si prelatus eius non vult, quia se sit secreto commisso aliquod peccatum gracie, vel propter aliquam similem causam, tunc talis clericus si est regularis, non promovetur contra voluntatem sui prelati, argat. in. si religiosus, de elect. in 6. 12. q. 1. cat. i. dicatis. & ita loquitur tex. in c. ad aures, de temp. ordin. Sic etiam clericus secularis, si non habet ius petendi ordinari. & ita etiam intelligitur d.c. ad aures. Se si habet ius petendi ratione dignitatis, vel beneficij, cui annexus est ordo, non potest omni Episcopis prohibere, & ita loquitur c. ex tenore, de temp. ord.

6. Quarta. Sexus stemineus † impedit Ordinis susceptionem, ita ut nulla feminina charactere recipere possit aliquius Ordinis clericalis, nec etiam actum ali

caius ordinis exercere, ut 23. dist. cap. 13.  
cratas, & cap. si. nota Archid. & Domi.  
in cap. presbyter, dist. 32. Abb. in cap. no  
ua, de penit. & remis. vbi dicit, quod si mu  
lier de facto ordineatur, non recipit cha  
racterem, secundum communem opi  
nionem. Est etiam femina masculo de  
terior in 18. casibus, qui notantur per  
Host. in c. dilecti, de arbit. Non potest  
etiam prædicare, sive publicè docere,  
23. dist. c. mulier, 33. q. 5. cap. mulierem  
licet possint † in capitulis suis, & clau  
stris lorores suas exhortari ad bonum,  
& docere. & illæ debent eis obedientia,  
& reuerentia exhibere, & carum man  
data, & monita salubria seruare, extr. de  
dolo, c. dilecta. Nec potest iudicare su  
per causis spiritualibus, licet super tem  
poralibus, vbi est consuetudo, sustineat  
ur, d. cap. dilecti. Nec debet vasa, & pal  
las, aut vestes sacras contingere, quan  
tumlibet sint sanctæ, nec incensum cir  
ca altare deserere, d. cap., sacras, de  
consecrat. distin. 2. cap. vestimenta. Nec  
debet admitti ad testimonium in causa  
criminali, 33. q. 5. cap. mulierem, nisi  
cum de criminis ciuiliter agitur, tunc en  
im admittitur etiam contra clericos,  
de testi. cap. quoniam, & cap. tam literis,  
In cipisib. autem bene admittitur, 15.  
q. 3. o. ex co. In testamentis autem, non  
admittitur, Institut. de testam. §. testis.  
Nec etiam potest excommunicare, & ab  
soluere, c. noua, extr. de penit. & remis.  
vbi vide Panorm.

8 Quinta. † Presbyter si quis ordina  
tus deprehenderit se non esse baptizat  
um, debet baptizari, & iterum ordinatu  
s, c. 1. de presby. non baptis. & ratio est:  
quia decessus sacramenti baptismi impe  
dit impressionem characteris aliorum. Sa  
cramentorum: quia vbi non est baptismus,  
ibi non est validum, aliquod sacramentum,  
in quo imprimitur character: & hoc, q. a  
baptismus est ianua omnium. Sacramen  
torum, dist. 32. cap. prater, §. verum; c.  
veniens, de presby. non baptis. glo. in  
cap. si quis coniugiter, 33. q. 1. Sed qualis  
poterit quis deprehendere se non es

sebaptizatum? <sup>Dic</sup> quia forte fuerat ex  
positus ante valvas alicuius, & credebat  
ut baptizatus, nunc autem constat per  
exponentes quod non fuerat baptizatus.  
At si dubitetur vtrum fuerit baptizatus,  
& tunc tam respectu baptisimi, quām re  
spectu ordinis poterit servari illud, qd  
habetur in cap. 2. de bap. vt baptizetur  
sub cōditione, si non es baptizatus, &c.  
qua quidem non est propriæ conditio,  
cum sit de præterito. Et nota, quod non  
dicitur iteratum baptisma, quod ambi  
gitur esse factum, cap. fin. de presb. non  
ba p̄sim. concordat tex. in cap. solemniti  
ates, de consecrat. dist. 1. Ex quo infer  
tur, quod vbi actus de necessitate deber  
explicari, si ambiguitur vtrum fuerit ge  
stus, debet iterari, id est iterum agi. & ita  
si quis non recordatur vtrum dixerit ali  
quam horam diei, puta Tertiam, vel  
Sextam, tenetur iterare, pariter si non  
apparet, quod Ecclesia fuerit consecra  
ta, debet consecrati. Ita Abbas in dicto  
c. si. de presb. non bapt. nu. 2.

9 Sexta. † Indigamus quis dicitur ad sa  
cros ordines: promoueri multipliciter:  
vel ratione etatis, & tunc ordinatus de  
ponitur, dist. 77. c. Subdiaconus. Item  
ratione temporis, ut qui extra tempora,  
& tunc ille ordinatus deponitur, &c. Epi  
scopus ordinandi potestatē priuatur, d.  
c. Subdiaconus. Item ratione carentie  
beneficij, 70. dist. cap. heminem. Item ra  
tione conditionis, vt cum seruus alte  
rius ordinatur dist. 14. cap. si seruus. Item  
ratione dignitatis, vel aletius irregulari  
tatis, dist. 10. cap. ex penitentibus. Item  
ratione publici eritinis, dist. 11. cap. ali  
quantos. Item ratione insipientis, cap.  
qui ecclesiasticis, dist. 36. Et tandem de  
10 multis generibus hominum non ordi  
nandorum habes 34. distin. cap. præcipi  
mus, cum quatuor seq. dist. 1. cap. ex  
penitentibus. 1. dist. per totum vbi in  
quit tex. in d. cap. præcipimus, ne in quā  
illicitas ordinationes facias, nec bigamū  
aut qui virginem non est fortius vx  
orem, aut ignorantem litteras, vel in qua  
libet parte corporis vitiatum, vel peccati  
tentia.

tentia, vel curia, aut cuiilibet conditio-  
ni obnoxium ad sacros ordines permit-  
tas accedere, sed si quos huiusmodi repe-  
retis, non audias promouere. & qui ta-  
les indignos scienter promoueret, pecca-  
ret mortaliter, quia esset infidelis Domi-  
no suo, committens indigno eius mini-  
sterium, praetique cum hoc vergat in de-  
trimentum ecclesiaz, & honoris diuini,  
que per bonos ministros promoueret.  
Et si non possunt tot boni inueniri mi-  
nistri, melius est habere paucos mi-  
nistros bonos, quam multos malos, 23.  
dist.c.tales.de zeta. & qualit.cap.cum sit.  
Et nec excusat nobilitas, vt malus pro-  
moueatur, quia quanto nobilior, tanto  
est nocivior, ita habetur in sum. eo.nit.  
q.23. De quibus sigillatum est dicendum:

11 Septima. ¶ Nullus in posteriū ad sub-  
diaconatus Ordinem ante vigesimum:  
secundum annum, ad Diaconatus ante  
vigesimum tertium, ad presbyteratus,  
ante vigesimum quintum atatis sui an-  
num promoueatur, ita definitum est in  
Concil. Trident. sess.23. cap.12. & sunt  
verba dicti Concilij: ex quibus verbis  
multa inferuntur, & primum, quod nec  
Regulares in minori zate ordinari pos-  
sunt prituilegijs quibuscumque quoad hoc  
penitus exclusis, utribi habetur. Secundū  
quod sufficit annus incepitus, id est quod  
quis attigerit annum vigesimum secun-  
dum, vt possit promoueri ad Ordinem  
presbyteratus. & ratio est: quia quando  
annus profertur cum dictione ante, in  
accusatiuo, tunc sufficit annus incepitus,  
vt est calus recte intelligendo in Lqui fi-  
lium, §. i. ff. ad T rebell. ad rem publicā,  
ff. de muner. & honor. Hanc theoricam  
ponit text. in L auunculus, secundum  
vniam lectorum, ff. de verbor. significat:  
An vero requiratur annus cæptus, vel  
completus, quando ius requirit certam  
zatem, vide in seq. Decisione:

12 Octaua. ¶ Regulariter annus debet  
esse completus, quando ius requirit cer-  
tam zatem, l. non putabam, ff. de cond.  
& demonstr. l.3: §. minorem, ff. de min.  
Ita Arch. in c. si annum, de iud. in 6. sc-

quitut Abb. in ea. cum in cunctis, nu.6.  
delect. que quidem regula, vt magis  
clara reddatur, procedit in multis cali-  
bus, quorum Primus est. Quando se  
confaret de mente legislatoris. Exam-  
plum habetur per Conc. Trident. sess.23.  
cap.15. vbi precipit, vt professio non  
fiat ante 16. annum expletum, vel si ap-  
poneretur verbum peregeris, ita tex. in  
caecum vigesimum, extra de officiis deleg.  
Vel compleueris, cap. litteras. de desp. im-  
pu. Secundus, quando profertur annus  
in genitiu, l. si cui, ff. de legatis primo.  
Tertius, quando profertur in ablative si  
ne propositione, ita est tex. in Clem. i. in  
verbo, triennio, de sequestri poss. Quar-  
tus, quando profertur in accusatiuo, cum  
aliquo verbo significante rem perfectam,  
vt cum dictione per, l. putabam, ff. de co-  
dit. & demon. d.l. si cui. Vel si profertur  
in accusatiuo absque alia dictione, vt ha-  
beat 18. annos. Abb. in d.c. cum in cun-  
ctis. Quintus, quo ad excusationem ci-  
uilium inunerum, l. maiores, ff. de iure  
immun. Sextus, in temporalibus actioni-  
bus oportet vt ultimus dies sit cople-  
sus, l. in omnibus temporalibus, ff. de act.  
& oblig. Septimus, quantum ad benefi-  
cium restitutionis, fit computatio de mo-  
mento ad momentum, l.3. §. minorem,  
ff. de minor. gl. in c. subdiaconus, dist.77.  
Octauus, in vnica solutione, que annua-  
tim est facienda, quia tunc expeditat fi-  
nis anni, & non principium, vt dies sic  
addita sit dies demonstrationis, l. liber ho-  
mo, § decens, ff. de ver. obl. Sed in mul-  
13 tis alijs casib. annus incepitus ¶ habetur  
pro completo: & Primus, in honoribus  
causa fauoris annus cæptus pro comple-  
to habetur, ff. de muner. & hon. l. Rem-  
publicam. not. Arch. in c. placuit, dist.77.  
Secundus, quando annus profertur in  
ablative, eum propositione in, (v.g.) si  
diceretur, q. in 18. anno posset quis pro-  
moueri, nam tunc sufficit q. attigerit v-  
num dient 18. anni, quia verum est di-  
cere, istum esse in 18. anno. glo. in d. cap.  
cum in cunctis, vbi l. anor. gl. in Clem.  
generalem, de zeta. & qual. Tertius, quā

do profertur in accusatio-  
ne ante, ut est tex. in c. nullus, in Concil.  
Trident. sess. 23. Quartus, in vscapioni  
bus, nam sufficit attigisse ultimum die,  
in vscapione, s. de diuers. & tempor.  
præscript. Quintus, quantum ad factio-  
nem testamenti, nam sufficit attigisse ul-  
timum diem 14 anni, l. qua ætate, s. de  
testam. glo. in d. c. Subdiaconus.

14. Nona. ¶ Si dubitatur de ætate ordi-  
nandi, Respondit Hugo, quod proba-  
bitur per aspectum perlone, per commu-  
nem, & publicam famam, & per testes.  
Credo tamen simplicem assertionem eo-  
rum sufficere, si sint bona opinio[n]is,  
qui inde seruit testimonium, præter-  
tum si eorum testimonium concurrat cu[m]  
motu iudicis ex aspectu persone. ita Tur-  
recem. in capit. si tringita, distinc[ti]on[em]. 78.  
Cui tamen incumbat probatio, si du-  
bitetur de ætate, dicit glo. in capitulo  
presbyter, eadem distinctione, quod ille,  
qui fundat intentionem suam super  
ætate, quia ille debet probare, siue sit  
Actor, siue Reus: qui si dicit Reus, tu  
non habes ætatem, ille potest dicere, pro-  
ba. Et si dico, quod habeo ætatem le-  
gitimam, potest mihi aduersarius di-  
cere, p[ro]b[at]a. Ita etiam dicit Ioan. de  
Anan. in capit. cum in cunctis, de elect.  
An vero credatur de ætate filii libro pa-  
tri, vel eius assertioni, notat gloss. in L  
erian, s. de probat. Bald. in l. natales,  
C. cod. tit.

15. Decima. ¶ Cum circa ætatem quo ad  
ordinis non disperset Episcopus, sed Pa-  
pa, glo. in d. Clem. generalem, de ætate,  
& qual. & ibi Imo. vide glo. in cap. cum  
dilecti, de elect. Ponit quod Papa dispe-  
set, quod Titius existens in vigesimo an-  
no tantum, possit promoueri ad Sacer-  
dotium, an intelligatur secum dispen-  
satum, ut possit habere ecclesiam cura-  
tam. Dic, quod non: quia dispensatio est  
stricti juris. cap. 1. & 2. de fil. presbyt. Et  
habilitatus ad unum, non est habili-  
tus ad aliud, ut not. Doct. in c. cum nun-  
cius, de testib[us]. Archid. in capit. 2. de fil.  
presbyt. lib. 6. Et non obstar, quod bene-

ficium est sequela officij, c. fin. de rescripto  
in 6. quia habebit non curatum. Et hoc  
verum, quando dispensatio esset facta  
ad petitionem partis, vel quando esset fa-  
cta ad utilitatem prioritam, secus si ad u-  
tilitatem publicam, siue motu proprio:  
16. Undecima. ¶ Defectus aetatis huius  
sacramenti veritatem, non impedit ut  
character non imprimatur: sed talis sic  
ordinatus debet suspendi ab exercitu-  
ione illius ordinis, vsque ad ætatem legiti-  
mam, & hoc per sententiam, c. vel non  
est, de tempor. ord. & ita tenet Archid.  
propter verbum illud, suspendimus: &  
non dicit suspensum denunciamus: ho-  
die vero, qui scienter facit se promoueri  
ante ætatem, est irregularis, vt nos dixi-  
mus in nostris Decr. lib. 4. c. 17. nu. 23.  
Deinde multa alia accumulauimus à  
nu. 20. vsque 26.

17. Duodecima. ¶ Ad susceptionem or-  
dinum primæ tonsuræ, qua est quæ-  
dam præparatio ad Ordines suscipien-  
dos, requiritur ætas septem annorum,  
de tempor. ordin. cap. final. in 6. Ostia-  
rius vero, Lector, & Exorcista, potest  
quis effici à septem annis vsque ad xii.  
& à xii. supra Acolitus. 77. dist. in sum-  
ma. Vnde dicit Paul. q[ui] Acolitus potest,  
quis esse in xiii. anno. ead. dist. Subdia-  
conus. 1. q. 1. pueri. Imo. in d. Clem. ge-  
neralem. An vero ad susceptionem ma-  
iorum Ordinum requiratur v[er]sus ratio-  
nis de necessitate Sacramenti. Dic quod  
non. Patet ex cap. vnic. de cleric. per saltum  
promot. Vbi clericus, infra annos discri-  
tionis promotus, non reordinatur, sed  
bene de necessitate præceptum, quia  
susceptioni talium ordinum est annexit  
votum continentie, quod requirit vsum  
rationis, & deliberationem voluntatis:  
tum, quia est contra præceptum eccl[esi]æ,  
vbi sunt determinata tempocattam, etia[m]  
quia eis sacra comuniturunt, que dari  
non debent nisi eis, qui deputati, & reue-  
senter suscipiantur. Turrecem. in c. Sub-  
diaconus, distinc[ti]on[em]. 77. Hinc inseritur,  
q[ui] parvulus in sacris ordinatus, non tene-  
tur secundum communem opinio[ne] con-  
tinens.

tinentiam sacris ordinibus annexam seruare: quia continentia sacris ordinibus annexa, actum voluntatis presupponit. Et hoc contra gl. in d. c. vnicō, quæ 18 dicit, quod obligatur. Sic et coactus coactione conditionali, ut si fiat communatio mortis, vel cruciatus, nisi patiatur se ordinari, recipit characterem, argum. d. 74. c. vbi didicisti. & distin. 45. cap. de Iudicis, & 1. q. 1. cap. quod quidam: quia in tali casu est voluntas fatalem indirecta, de qua dicit Aug. Voluit facere; quia voluit vivere, 15. q. 1. cap. merito. non tam tenetur continentiam seruare, si metus sit talis, qui potuit cadere in constantem virum. cap. per latum, de his, quæ vi. cap. ad aures, de aetate, & qualitate, & ratio est illa, de qua supra: quia non habuit aetatum voluntatis. At si sit coactio absoluta, puta, si omnino inuitus teneretur sub manibus ordinantis, tunc non recipit ordinem, sicut nec in tali casu recipit baptismum, extr. de bapt. c. maiores, c. presbyteros, dist. 50.

19 Tertiadecima. Circa scientiam literarum, quæ in ordinandis necessaria est, dupliciter possumus loqui. Vnde de illiteratis omnino, vel de illiteratis parum scientibus. Rursum, vel de ordinibus maioribus, vel minoribus. Circa primū sit talis Decisio. † Illiteratus penitus, qui omnino nescit litteras, non est ordinandus, quia carens litteris sacris, non est aptus officijs. cap. illiteratos, dist. 36. Si tamen spes esset, quod possit proficer, posset promoueri ad ordines minores, non autem maiores. Archid. in d. cap. 8c. habetur per Concil. Trid. scilicet 13. cap. 11. Si tamen ordinari sive ad maiores, sive minores, characterem recipit. Innoc. & Ioan. Andr. in cap. cum in cunctis, de elect. Pro quo notandum, quod 20 quedam sunt de necessitate Sacramenti, cuius est sexus virilis, quia sexus formineus à susceptione Ordinis excipitur. Quedam sunt non de necessitate sacramenti, sed bene precepti, ut bonitas vita, & literarum peritia, vnde si sine talibus quis ordinetur, vt aliquis in pecca-

to existens, aut etiam illiteratus, in forma ecclesie recipit quidem characterem, quia ad hoc necessario non requiritur bonitas vita, nec literarum peritia: peccant tamen, quia agunt contra præceptū ecclie. Ita Card. Turrecr. in cap. illiteratos, nu. 5. dist. 36.

21 Quartadecima. Illiteratus parum sciens, de quo non est spes, quod possit proficer, non est promouendus ad minores ordines, nisi sit talis ecclesia, quæ nunquam egere deberet auxilio, vel con filio eorum, † nisi forte in tali ecclesia, quæ numquam indiget eorum promotione ad maiores ordines: Nisi sint Monachi, vel Eremitæ, qui magis indigent contemplatione, quam scientia, ad hoc 16. q. 1. cap. legi. Innocent. in d. cap. cum in cunctis. Archid. in dicto cap. illiteratos, num. 3.

22 Quintadecima. Super omnimoda ignorantia in sacerdote, aut prælato nulla potest cadere dispensatio: quia de iure divino est ut promouendus ad Sacerdotium, vel ad prælacionem, habeat scientiam quia Angelus Domini est. & Oſce 4. dicitur: Scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. cap. nisi cum pridem, 5. pro defectu, de renunc. Et ita loquitur tex. in c. si in laicis, distin. 38. Ex causa tamen potest dispensari in Episcopo, vel sacerdote, si non habet tam sufficientem scientiam: quia imperfectum scientiz potest supplere perfectio charitatis, d. 5. pro defectu. Idem habetur in ea. cui nobis olim, de elec. vbidicet Inn. III. de quodā electione in Episcopum, q. licet ille non eminentis fuerit scientiz, quia tamen suis conuenientis, non debet ab electione exclusi. Innoc. in d. c. cum in cunctis.

23 Sextadecima. † Qui non habet scientiam solum competentem vel sufficientem ad illud officium: quod habet, peccat recipiendo illum ordinem: ita probatur 1. q. 1. c. non est putanda, in si. facit quod legitur, & not. ead. quod in cap. si quis neque, & 8. q. 1. cap. illud in si. Arch. in d. c. in laicis, ext. de qua, & qual. c. vlt. Deci-

# I Decisi Auctarum Par. II. Lib. II. c. I

24. **D**ecima septima. Nullus, illiteratus debet promoueri in Episcopum, & si per aliquam subreptionem fuerit ordinatus, debet deponi, arg. dist. 8. ca. si in laicis. & dist. 23. cap. qui Episcopum, & 83. dist. cap. Florentinum. Vnde contra Prælatum non habeten scientiam scripturarum, inuehitur illud Esaie 56. Canes muti non valentes latrare, cap. fit rector, distinet. 43. Nam scientia literarum multum utilis est ad resistendum contradicentibus, scilicet hæreticis, & falsis Christianis male viventibus. Est enim quidam gladius, quo resistimus iniurias, & quasi quidam arcus, de quo sagittæ emittuntur acutæ, & quasi quidam clypeus, in quo tela ignea nequissimi dia boli excipimus, idest tentamenta eius, ne nobis noceant: propter quod repertimus, quodd sacra scriptura equiparatur gladio, arcui, & clypeo. De primo dicitur Ephes. cap. 6. Gladius spiritus, quod est verbum Dei. De secundo dicitur in Ps. Sagittæ potentiæ, idest prædicatoris, & prælati acutæ. De tertio, in Canticis. Mille Clypei, idest mille sententiae pendente ex ea, omnis armatura sortium.

25. **D**ecima octaua. † Scientia talis necessaria est in eo, qui ad ordines promoueri debet, qualis necessaria est executioni ordinis cuiuscunque, sicut sacerdos, in quantum est deputatus ad officium diuinum, tenetur scire tantum de Grammatica, quod sciat verba congruè proferre, & accentuare, & quod intelligat saltem literaliter qua legit. In quantum vero est minister sacramentorum, tene tur scire quæ sit debita materia; & que sit debita forma cuiuslibet sacramenti, & modum dispensandi ipsa sacramenta. In quantum vero est iudex animarum, & sacerdos, curatus, debet scire Canones penitentiales: & ita intelligitur tex. in c. quæ ipsis, dist. 88. Item scire quæ sacramenta debeat conferre, & que non potest, nam debet ministrare sacramentum baptismi, penitentiam, & extreman vñctionem, non autem sacramentum confirmationis, & conferre

ordines; quia hoc spectat ad episcopum. Ideo debet scire librum sacramentorum continentem tractatum de sacramentis, & sacramentalibus, & alijs ecclesiæ officijs. Item lectionarium, vt sciat quid legi debeat in ecclesia. Item Antiphonarium continens Antiphonas, & Responsoria cantanda. Item baptisterium, & ea, quæ pertinent ad officium baptizandi. Computum quo ad dies, & mes ses, & festa mobilia, & immobilia inuenienda. Canones penitentiales, vt diximus, & Homelias, idest scire expnere euangelium, quæ per anni circulum leguntur. Hæc habentur in d. cap. quæ ipsis. Si vero sacerdos est Doctor, tenetur scire saltem rudimenta fidei am bulantis per dilectionem. Ex quibus pa 26 tet, q. † qui ordinatur nisi pro deuotio ne, vt missas celebret, sicut monachus, si ue alij religiosi, nō tenetur scire nisi pri mun illorum, quod diximus. Ita Turre 27 creat c. ignorantia, dist. 8. Pœna † au tem illiterati, qui ad sacros ordines fuerit promotus, cum in iure non sit statuta expresse, arbitrio iudicis relinquitur: quæ videtur esse conueniens, vt ab ordinibus suspendatur, donec sufficientiam tali ordini requisitam habuerit. Si vero omnino illiterato ultra predictos ordines beneficium fuerit collatum, eo dignè priuari potest: quia collatio beneficij facta tali, non tenet, ut no. Franc. in c. fin. de temp. ordin. in 6. Innoc. & Ioan. Andri. in c. cum nostris, de concess. præb. equiparat enim Innoc. ibi illiteratum mulieri, ac infanti.

28. **D**ecimanona. Circa morum grauitatem, scilicet quales debeant esse ordinandi, docet A post. 1. Timo. 3. Oportet episcopum esse irreprehensibilem, vnius uxoris virum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem non violentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, non domui bene præpositum, non neophyti. Et licet Apostolus iłtam regulam de episcopo posuerit, est etiam extenda ad alios ordinandos, dist. 81. cap.

cap. Apostolus. & dist. 34. cap. cognoscamus. Igitur de vnoquoque capitulu huius regulæ sigillatim summarieque aliqua dicamus, & quæ ramus, cum in titu. de irregularitate, lib. 4. multa ad hanc materiam attinentia me dixisse recolam.

29. Vigesima. ¶ Circa Bigamiam, præter ea, quæ diximus lib. 4. c. 27. num. 8. Sciendum est, quod ordinandus debet esse monogamus, id est vir viius vxoris, à Monos, quod est unum, vel soli, & gamos, id est coniugium. Non autem bigamus, qui dicitur à bis, & gamos, id est bis iteratus in mulierem, sicut & trigramus, id est ter iteratus. Quare autem 30. bigamus arcatur ¶ ab ordine, Turrec. in c. viii, num. 4. dist. 26. assignat plures rationes. Vide etiam gloss. 26: dist. in summa. Quartu. prima est, propter defectum sacramenti, quia non est ibi sacramentum unitatis, cum diuiserit carnem suam in plures, distin. 26. c. acutius. Secunda propter prærogatiuam ordinum, et dist. cap. vna. Item propter signum incontinentia, ex eo, quod de una transiit ad aliam, dicte Amb. Quo modo erit hortator castitatis, qui coniugia frequentauerit, d. cvna.

Vigesima prima. Bigamus licet ad ordines promoueri non debeat, & si promotus fuerit ad maiores, dispensandus est a Papa. Si vero ad minores, per Episcopum: 31 tamen ¶ promotus characterem accipit, arg. dist. 50. o. quicunque penitens. Nam bigamus non est annexa irregularitas de iure naturali, sed de iure positivo. Nec iterum est de essentialibus ordinis, quod non sit bigamus. Non tamen habebit Ordinis executionem, si sciat esse bigamu, vel veritatem postea repetiat, c. veniens de presb. non baptis.

32. Vigesimasecula. ¶ Ordinandum iuxta Apost. sententiam oportet esse sobrium ut habetur in dist. 35. Quæ quidem sobrietas licet communiter sumendo possit habere locum in quaevque materia. Tamen specialiter sobrietas attenditur circa potum, non quemcunque, sed eum, qui sua sumositate natus est caput per-

turbare, sicut est vinum, & omne quod inebriare potest.

33. Vigesimatercia. ¶ Licet sobrietas omnibus conueniat, specialiter tamen quibusdam personis. Et primo iuuenibus, quia in illis viger concupiscentia delectationis propter seruorem ætatis. Item mulieribus, quia in illis non est sufficiens robur mentis, ad hoc quod concupiscentijs resistant. Vnde vt recitat Valerius, lib. 2. c. 3. Mulieres apud Romanos antiquitus non bibeant vinum. Tertio, magis necessaria est in maioribus, & excellentioribus personis, quia apud tales personas, cum sint aliorum duces, & rectores, maximè vigore debet iudicium rationis, vinum autem immoderata sumptum præcipue impedit usum rationis. Hinc senes, in quibus ratio debet vigeere ad aliorum erudititionem, Apostolus dicit ad sobrietatem exhortandos, secundum illud Tit. cap. 3. senes, ut sobrij sint. Hinc etiam Regibus qui per sapientiam debent populum gubernare, specialiter sobrietas indicitur. Proverb. 21. Nolite

34. Regibus dare vinum. Hinc etiam episcopis, & quibuslibet ecclesiæ ministris, qui mente devota debent spiritualibus officijs insistere, sobrietas indicitur, d. distin. 35. à quibus. tum, quia ministros Dei decet mundiciam seruare, dist. 28. usque 32. & Psal. 100. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Vindicta autem parit immundiciam: vnde Hieron. in d. 35. dicit. Venter mero astuans, facile in libidines despumat: tu etiam, quoniam ministros ecclesiæ decet iux. Apost. ornatos esse bonis moribus, quibus maximè obstat vinolentia, quæ omnium vitiorum fomes est. ead. dist. c. fin. Hinc Host. dicit, quod episcopus, presbyter, aut diaconus deseruies ebrietati, si non desinat, deponitur, subdiaconus vero, vel inferior, communione priuat, allegat text. in cap. i. ead. distinc. Tandem text. in c. à crapula, de vita & honest. cler. dicit, ab officio, & beneficio suspendendum.

35. Vigesimaquarta. Oportet etiam ordinandum

36 Hincandum esse prudenter non solum literarum peritia, factarum, & secularium, in quantum expedient ad salutem, veruetiam secularium negotiorum dispositione: ita habetur in Sum. dist. 36. Et nota, quod licet prudentia propriè versetur circa agibilium negotia, cum sit virtus intellectiva, tamen hic largè accipitur pro notitia sacramentum litterarum, quam debent habere sacerdotes, & hoc ad subditorum animas informandas, d. dist. cap. 2. §. ecce. & §. si quis vult. Ideo ordinandus debet habere scientiam competentem ad suum officium exequendum, de elec. cap. cum nobis olim. Item scientiam secularium scripturarum, distin. 37. §. cur ergo, & c. turbat. Ideo statutum est, ut in qualibet ecclesia cathedrali habeatur magister liberalium artium, c. i. & c. quia nonnullis, de magist.

36 Quorū autem sint artes liberales, vide Turrecrem. in c. Episcopus, dist. 37. ubi dicit, quod sunt sepm, scilicet Grammatica. Disciplina disputationis, i. Logica ad omnia genera questionū, quæ in literis sunt penetranda, & dissoluenda, tria autem sunt in disputatione caudentia: scilicet libido rixandi, intentio discipendi, & præminentia superandi ad versarium. Item Rethorica quæ propter venustatem multum utilis est. Rursum Arithmetica. Deinde Musica. Item Astrologia, atque Geometria. & concludit, quod studium harum liberalium artium sit utile ad Theologiam addiscendam. Leges vero & philosophiam clerici possunt audire, dummodo non causa voluptatis, vel cupiditatis, arg. dist. 37. c. i. & c. legimus, & c. vno. Nisi sint monachi, vel regulares, vel sacerdotes, vel habentes personatus, id est dignitates, ut Decanatum, Archidiaconatum, vel nisi sint habentes plebanatum, qui si audierint, nisi infra spaciū duorum mensū ab audiendo desisterint, ipso iure sunt excommunicati, extra, ne cle. vel monac. c. super specula. Debet etiam ordinandus habere notitiam secularium negotiorum, quia non tantum spiritua-

lla, sed etiam temporalia subditis, & necessitatem patiētibus debet ministrare, dist. 29. per totum, & dist. 76. c. strati. Debet etiam ordinandus esse pudicus, 38 scilicet, ut moribus, & verbis pudore suum indefinenter ostendat. Item ornatus & interius virtutibus, & exterius bonis operibus, ut sit & in cibis, & portu temperatus, in cōuersatione honestus, in incessu maturus, cōpositio enim corporis compositionem indicat mentis, distin. 42. cap. 1. & vlt. in oratione, & lectione assiduus, in habitu regulatus, scilicet secundum ea, quæ habentur in cap. clerici officia, de vita & honeste. Item in vestibus, & cibis cum alijs conformis, d. c. 1.

39 Vigesimaquinta. † Ordinandum est oportet esse hospitalē, dist. 42. Hospitalē, quia vt dicit Hieron. Domus clericorum debet esse communes; 16. q. 1. cap. quantum. Et hospitalitem hortari non poterit, qui domum suam pauperibus claudit, 41. dist. §. 1. Non tamen tenetur ad hospitalitatem violētam: imo ob illa est immunis, l. i. C. de episco. & cler. in f. c. 1. de immun. eccles. sed tantum ad charitatuum, ut hospitari p̄ficiatores, & Prælatos, si tamen sint noti, & cogniti. Item ad hospitalitatem, quæ fit pro corporis sustentatione, quæ omnibus facienda est, si sic fieri potest, quæ quidem hospitalitas quantum sit laudabilis, demonstratur per Turrecrem. in cap. 1. distin. 42. vide etiam distin. 86. cap. non sat.

40 Vigesimasexta. † Debet etiam ordinandus gratiam docendi habere, di. 43. Quæ quidem consistit in corripiendo, & prædicando. Qualis autem se habere quis debeat in corrigendo, diximus in nostris Decis. lib. 3. num. 127. Circa vero prædicationem, † debet esse prædicator interius charitate ardēs, exterius vita lucens, scientia sufficiens, & habere actum prædicandi. Vbi consideranda est primo in actu prædicandi temporis oportunitas. Secundo loci honestas, ut prædictetur in locis publicis, & honestis,

stis, non in priuatis, ne suspicio nascatur, & ex hoc hæresis, dist. 30. ca. si quis. Tertia auditorum, & dicendorum qualitas, vt sapientium alta, simplicibus plena dicantur, 18. q. 3. c. inter cetera.

<sup>42</sup> Vigesima septima. Oportet † etiam ordinandum non percussorem esse, sed modestum, dist. 45. & c. fin. percussor vero dicitur dupliciter. & primo ille, qui nullo iure sibi subditum verberat, etia leuiter, & etiam subditos, sed crudeliter. Item ille, qui sermone inutili conscientiam pereut infirmorum. cap. fin. dist. 45. qui percussor alibi dicitur horrida, de prenit, dist. 1. ca. noli. Et dicitur sermo inutilis, tuasio mala, & praua, vel bona suasio, sed indiscreta, & inordinata, c. i. dist. 43.

<sup>43</sup> Vigesima octava. Oportet † præterea, ordinandum non esse litigiosum, quia cum talis alios ad discordiam prouocet, discordes ad contordiam trahere non posset, quod tamen ex officio sacre debet, 90. dist. c. 1. per totum. Ideo autem litigiosus prohibetur litigare, quia litigiosus esse solerat adulator, proditor, detractor, infamator, maledicens, iniuidens, scurrilis, ad iniuriam propriam vlciscendam facilis, vt probatur per totam dist. 46. Quibus vero ex causis litigium proueniat, vide Turecte.

<sup>44</sup> dist. 46. nu. 3. Item oportet † eum non esse cupidum: quia radix omnium malorum cupiditas est, 1. ad Timot. 6. & dist. 47. c. bonorum. Cupiditas autem triplex est: nam alia est honoris, & dignitatis, alia est temporalis glorie, alia est pecuniarum, sive temporalis substantiarum. Sive consistat in pertinacia retinendi, sive in sollicitudine acquirendi vltra quam

<sup>45</sup> debeat etiam illicite. Hæc autem † cupiditas quandoque certis argumentis deprehenditur, quandoque solum præsumptionib. innotescit. Signa certa, qd quis est cupidus, sunt, cum quis usurpis, surtis, rapinis, lucris temporalibus inhiat, atque inuigilat. Et in his vel in ali quo eorum deprehensus, & ordinatus repellitur, & ordinatus deiicitur, dist.

47. c. 1. & 2. Præsumptiones vero quod quis cupidus est, sunt, si quicun videris debilem in spiritualibus, fortè in temporalibus, & pro his scilicet spiritualibus nec modicum laborem sustinere, sed pro temporalibus acquirendis, vel retinendis assidue ultra modum fatigari. Si quem etiam videris superflua retinere, opera misericordie non frequenter, præsumitur quod sit cupidus, & pro his repellitur ordinandus, vt distinct. 75. Arch.

<sup>46</sup> Vigesimalia. Ordinandus † non debet esse Neophitus, id est nouellus in fide, à neos, quod est nouum, & pitos, quod est fides. Vnde Neophitus nouus, sive nouellus in fide, vel nuper renatus. Arch. in dist. 48. Et nouitas ista intelligenda est de propinqua nouitate temporis, vnde dicitur in tex. 48. dist. Qui herierat, id est paruo tempore ante Catechuminus, hodie non fiat Episcopus. Et qui heri erat in theatro, hodie non sedeat in ecclesia, scilicet tanquam prælatus. Et qui vespere erat in Circu, id est in loco, vbi siebant Indi Circenses, vt 2. q. 3. c. cum apud, hodie non fiat minister altaris. Et hoc vt Neophiti regulatiter † non promoueantur, duplice ex causa sunt institutum. Prima est: quam assignat Apost. 1. Tim. 3. Ne elatus in superbiā, putans quod religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli, distin. 46. c. quoniam. Secunda est: quia nondum sunt experti statum ecclesiæ, vel religionis, & ideo nesciunt esse graues, & se contemporare pro diuersitate personarum sibi sub-

<sup>47</sup> distarum, dist. 48. c. sicut olim. Est † tamen adnotandum, quod licet generaliter tales ordinari prohibeantur, tamen si quis Neophitus talis fuerit, vt meritò sua perfectionis clericalem uitam transcedat, tunc à factis ordinibus, & episcopatu non prohibetur, sicut patet in illis sanctis viris Ambrosio, Seuero, & Nicolao, qui electi fuerunt ad dignitatem episcopalem ex diuina electione. Nam Ambrosius ex laico effectus est Episco-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

Episcopus B. Seuerus ex lanificio assump-  
tus est in Archiepiscopum, & insedit  
columba super caput. Sic de Nicolao  
reuelatum fuit cuidam episcopo, vt pa-  
tet ex legenda dist. 6. i. c. statuimus, §. 1.  
49 Trigesima. ¶ Pariter clericus secula-  
ris quantumcumque sit humilis, & in-  
structus in regula monachali, vel alia,  
non potest eligi in Abbatem, vel Recto-  
rem ecclesie regularis, nisi sit professus,  
& expertus asperitatem regulæ, ext. de  
elect. c. cum causam, & 19. q. 3. c. mona-  
sterijs. Imo si qui regularem ordinem  
professi non sunt, in Abbates assumpti  
suerint debent sublato appellationis ob-  
staculo reinoueri, ext. de elec. c. cum cau-  
sam, & c. sicut olim. Multa alia essent à  
nobis dicenda, quæ habentur in nostris  
Decisis. lib. 4. c. 37. scilicet de ordinatis,  
qui carent executione, vt ibi sere per to-  
tum. & infra in tertio libro.

## S V M M A R I V M .

- 1 Matrimonium duplex, spirituale, & cor-  
porale, & primum qualuer contrahatur.
- 2 Similiendo, & dissimiliendo inter virum  
que.
- 3 Ecclesiæ duas, in quibus casibus quis lici-  
te possit habere.
- 4 Matrimonii definitio, & sex, qua ex ea  
colliguntur.
- 5 Matrimonium pluribus nominibus appel-  
latur.
- 6 Matrimonii varia etymologia.
- 7 Matrimonii institutio duplex.
- 8 Matrimonium triplex.
- 9 Ad matrimonium qua necessaria, & pra-  
cipue consensus, nu. seq.
- 10 Matrimonium inter mores esse potest. &  
qua in eo consideranda.
- 11 Matrimonium causa, qua.
- 12 Matrimonium multas habet prerogati-  
vas, & multa specialia, nu. seq.
- 13 Ad matrimonii validitatem tria requi-  
runtur.
- 14 In matrimonio sacramentum principa-  
lis est, quam fides, vel pretes.
- 15 Matrimonium non est sine sacramentio.
- 16 Qui post contractum matrimonium ma-  
tanit animam fernandi bona matrimonii,  
nisi, an illud teneat.
- 17 Intencio non fernandi fidem an vitiet ma-  
trimonium.
- 18 Intencio nunquam exigendi debitum au-  
illud vitiet.
- 19 Et quid de intentione ducendi aliam uxo  
rem.
- 20 Matrimonii multa causa inductiva esse  
possunt.
- 21 Matrimonium inter infideles solvitur, si  
vnu ex eis convertitur, quod secundum est  
de hereticis, nu. seq.
- 22 Catholicus ex praecepto debet recedere ab  
heretico notorio perseverante.
- 23 Matrimonium in gradibus prohibitus per  
infideles conractum solvitur, si conuer-  
tantur ad fidem.
- 24 Matrimonium inter fidem, & infide-  
lem esse non potest.
- 25 Consensus deficiente interior non teneat  
matrimonium quo ad Deum.
- 26 Consensus multiplex. & qualis. nu. 34.
- 27 Consensus non omnis facie matrimonii,  
sed tantum illius, qui habet usum ra-  
tionis.
- 28 Consensus mutuus requiritur ad matri-  
monium contrahendum.
- 29 Consensus contrahibilis per procu-  
ratorem.
- 30 Qui super hoc debet habere speciale man-  
darum.
- 31 Consensus in matrimonio debet esse liber.
- 32 Matrimonium meum conractum in duo-  
bus casibus ratificatur per copulam in-  
de sequentem. Et copula quos effectus  
pariat, nu. 55.
- 33 Reclamatio quod matrimonium fuerit  
meum conractum coram quibus fieri  
debent.
- 34 Protestatio, quod omnia, que facit, non  
facit animo contrahendi matrimonio,  
an matrimonium excludat, si verba  
proferat ad illud contrahendum.
- 35 Matrimonium, ut filius contrahat, pa-  
ter cogere non potest.
- 36 Matrimonia, vel sponsalia à parentibus  
pro

# De Matrimonij Sacramento. Cap. XII. 40

- pro filiis contraela an filios obligent ad contrahendum, nn. seq. & 42.
- 43 Filius obliganuntur in multis casibus ad matrimonium contraela a parentibus.
- 44 Matrimonium contraela patre cogente quando valeat.
- 45 Matrimonium, si filia absque licentia patris contrahabat, an pater eam datur.
- 46 Filia quando nubens indigne teneatur datur a patre.
- 47 Indignus ad matrimonium contrahendetur quis dicatur.
- 48 Nuptia secunda an debeant benedici. & sequent.
- 50 Nuptia non benedicuntur propriè, sed ipsa persone.
- 51 Matrimonium non debet contrahiri ante tempus discretionis.
- 52 Copula inducere matrimonium, si facit cum conditione, si virginem inuenero, licet non sit virgo.
- 53 Sponsalia contrahens cum aliqua, si se carnaliter cognosci permittat, sequita copula presumitur pro matrimonio.
- 54 Copula sequens an transcat in matrimonium; & quid si protestatio intercesserit, nn. 56.
- 57 Protestatio non tollitur, quando meritis est cadens in constantem virum in copulam.
- 58 Sponsus non est cogendus ducere sponsam in futurum in quinque casibus.
- 59 Sponsaliorum duas sunt species.
- 60 Annulus in feminam quid significet, & quare datur. & in quarto digito.
- 61 Sponsalia de futuro quinque modis contrahuntur, & 12. dissoluntur, nn. 63. & sponsalia unde dicantur, nn. 62.
- 64 Matrimonium contrahiri potest solo voto continetie.
- 65 Mulier habet ius petendi debitum, & contra fallit in casibus.
- 66 Maritus, & uxor ad paria iudicantur.
- 67 Alius coningualis potest ad mulier ordinari, & seq.
- 69 Coningulum alius an vomere possit, quod debitum non petat.
- 70 Matrimonii vinculum duplex.
- 71 Matrimonium consummatum an dissolua-
- tur si sponsa fit manellata, vel per vitiam hereticam, aut per ordinem sacram, cum duobus seq.
- 74 Sententiam diuinitatis constat non esse legi timè latam, an illa restituat virum uxori repetenti, si ille sit factus sacerdos.
- 75 Coniugum uno ad religionem transeuntem vel ad ordinem sacram, alter in multis casibus potest renuncare.
- 76 Coningualis post copulam in multis casibus promovet ad sacros ordines non potest.
- 77 Professio facta à coniuge altero inscio in duabus casibus tenet, & in multis minime, nn. seq.
- 79 Matrimonium an sit consummatum, si non sit facta seminum commixtio.
- 80 Matrimonium a religioso, & in sacrissimorum an sit nullum, & si excommunicatio. Sed quid si contraxit, & non consummat, nn. seq.
- 82 Matrimonium per mulierem contrahit que machinata est morte mariti cum occidente mariti, an sit nullum.
- 83 Ratiabilitudo in delictis ut retrogradatur, tria necessaria sunt.
- 84 Adulterium causa est ut maritus dimittat uxorem quo ad id horum, nisi in casibus. & nn. seq. & 86.
- 87 Inimicis facilis Deus dimittit, quam homo.
- 88 Adulteria potest accusari à marito, nisi in casibus.
- 89 Fornicarius videns suum consanguineum velle nubere cum qua peccavit, an tenetur illi reprehendere.

## De Matrimonij Sacramento.

### Cap. XII.

**N**ec ipsam altius repetamus, hæc sunt à nobis breuiter exploranda. Primum, quotuplex est matrimonium. Secundum, quidnam sit, curque matrimonium potius, quam patrimonium appelletur. Tertium, de censis institutione. Quartum, quotuplex matrimonium carnale. Quintum,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

- tum, quæ matrimonio sint necessaria, quæ attendenda. Quis finis esse debeat, & cause multiplices ipsius matrimonij. Quotuplex sit bonum. Eius impedimenta. Postremo quas prærogatiwas habeat matrimonij sacramentum, & specialia. Circa primum sciendum est, qd duplex est matrimonium: videlicet spirituale, & carnale, 17. q. 2. c. cum societas. Spirituale contrahitur inter Prelatum Ecclesiæ, & eius ecclesiam, 7. q. 1. cap. sicut vir. Item inter Christum, & animam, 27. q. 1. cap. quæ Christo, & cap. nuptiarum. An 2 verò æquiparetur matrimonium spirituale, & corporale? Dic, quod in multis conuenit, & in multis differt. Conuenit enim in hoc: nam sicut vir non debet dimittere vxorem, sic nec Episcopus ecclesiam, d. c. sicut. Et sicut vir docet, & regit uxorem, sic episcopus debet docete, & regere ecclesiæ. Item in hoc: quia sicut vir diligit uxorem, ita Episcopus debet amare, & diligere ecclesiam. Item, quia sicut vir non debet dimittere virum, vel illo viuente alij copulari, & si eum dimiserit, debet ei reconciliari, vel manere innupta: sic & ecclesia non debet dimittere Episcopum, vel illo viuo alteri copulari, & si eum dimittit, debet ei reconciliari, vel manere innupta. Item sicut vir debet subesse, & obedire viro, & eum diligere, sic & ecclesia debet facere episcopo. Est autem dissimilitudo in hoc: quia de iure communii potest quis habere duas ecclesias intitulatas, quando ecclesiæ essent ita tenues, ut neutra per se sufficeret ad sustentationem, 10. q. 3. capit. vniuersal. de acta. & qual. c. eam te, extra, de relig. domib. c. qui 1. Quod non est in matrimonio carnali, extr. de diuor. c. gaudemus. Pariter 3 potest quæ habere duas ecclesias, quædo vna pendet ex altera. d. cap. eam te. Item propter raritatem clericorum. 21. questio. 1. cap. clericus. in fine. vel si haberet vnam intitulatam, & alteram commendatam. 21. questio. 1. cap. qui plures. Turrecrem. in cap. sanctorum, nu. 33. dist. 70. Est etiam dissimilitudo, quia cc defia Episcopo remoto propter crimina, licet cum alio contrahitur, dist. 50. c. postquam, quod non est in matrimonio carnali, d. cap. sicut vir. Item licet ecclesia viuente Episcopo, & non remoto, non possit accipere alium Episcopum, d. cap. sicut vir. Potest tamen accipere coadiutorem suo Episcopo. Sed nunquam ille coadiutor consecrabitur in Episcopum illo viuente, & non remoto, vel non renunciante, arg. tex. in d. capit. sicut. & cap. quamuis, & cap. petisti, 7. q. 1. Turrecrem. in d. cap. sicut. Item quia matrimonium carnale est sacramentum, spirituale non, ut per Gemin. in §. porro, cap. si quis iusto, de electione in 6. Item quia matrimonium carnale non potest post consummationem dissolui à Papa etiam de consensu coniugum, spirituale autem sic. vt not. in gl. 1. c. 2. de translat. Episcopi. Ratio autem quare dissolui non possit matrimonium consumatum ponitur per Henr. Boich. in cap. tuas, de spons. duo. Item quia carnale matrimonium, quod solus consensus verbis expressus inducit, extr. de spons. c. cum locum, & cap. tuæ, facilius construitur, quam spirituale, vbi multæ solennitatis precedunt, lo. And. in cap. 2. num. 3. de trans. Episcopi. Item quia in casu carthæ dissoluitur altero solo volente, de eo, qui dux. in matr. quam pollu. c. 1. Item altero ex infidelibus veniente ad religionem, de diuor. cap. quanto. Sed non construitur nisi utriusque consensu. Ité quia carnale semper dissoluitur per mortem, authen. de nupt. §. deinceps, col. 4. sed non soluitur spirituale inter Episcopum, & ecclesiam, quæ ynicæ est, cuius pars hic inferius militat, pars vero superius triumphat. 40. dist. cap. ante omnia. Item spirituale fortius imprimit, & operatur, quia per consecrationem imprimitur character in anima, qui nunquam deletur, sed multiplicatur gratia, quod non est in corporali, de fact. vñct. cap. vnic. Item quia spirituale fortiora copulat non solum corpora, sed animas, non solum duos, sed plures, 12. questio.

quæst. 1. c. præcipinus. Hac Io. And. & Zabar. in d. cap. 2. de transl. Episcopo. Circa secundum sciendam est secundum Innoc. in cap. ad auerbiatam, extra, de spons. Matrimonium est f. viri, & mulieris coniunctio, individualiter vite coniuctinam retinens. 27. q. 2. §. 1. Institutede par. protest. §. nuptia, Magist. senten. dist. 27. h. 4. Ex qua definitione plura colliguntur: & primum, quod in hac definitione tangitur essentia matrimonij, quæ est coniunctio. Determinatur subiectum, viri, & vxoris: quia coniunctio debet fieri secundum Canonem inter personas legitimas: ponit etiam virtutem huius coniunctionis, id est indissolubilitatem, in hoc, quod dicit, individualiter vite, & c. Hinc sit, quod cum inseparabilitas sit essentialis matrimonio, consensus ad tempus non facit matrimonium, 33. q. 2. cap. solet queri, te condit. appos. cap. fin. Non enim potest quis contrahere matrimonium ad tempus, sed an Papa possit dispensare, quod aliquis contrahat ad tempus, not. Joan. And. in reg. actus. dicens, nolle ponere os ad coitum, disputando de potentia Pape, 21. dist. can. tantum, & licet non soluat, dicit tamen quibusdam videri, quod valet dispensatio. secundum quod nec unus vir plures uxores, nec unuxor plures viros eodem tempore potest habere: Nam ab origine mundi unica mulier unico viro legitur instituta; Genes. i. cap. 2. & cap. gaudemus, de diuoro. Hinc dicitur viri, & mulieris, non virotum, & mulietum, & nec viri & mulierum. Tertiū, dum dicitur coniunctio. Colligitur, quod coniunctio animorum, & non coniunctio corporum facit matrimonium: Vnde nuptias non concubitus, sed consensus facit. Hinc est, quod si aliqui coniungantur, non erit coniugium. Non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalnis, id est consensus de presenti, cap. cum initiatur, 27. q. 2. Quartum, quia non potest esse matrimonium nisi in dispare sexu. Coniun-

ctio enim masculi cum masculo, vel feminæ cum feminâ, non est matrimonium. Ideò dicitur viri, & mulieris. Ita glos. in dicto §. 1. vtr. viri, & mulieris. Quintum, colligitur quod coniunctio fornicaria, vel incestuosa non est matrimonium, sed debet esse secundum intra viri, & mulieris legitimam. Sextum, ex verbo individualiter, colligitur, quod neuter potest absque consensu alterius continentiam profiteri, vel orationi vacare, nec se akeri copulare, sed sibi inuicem mutuan fidem feruare, & debiti redditione petere debet. Et hoc intellige de matrimonio consumato per copulam carnalem: quia ante consummationem bene potest alter altero inuitio, & in seculo remanente, religionem intrare, & continentiam proferi, c. ven. cap. ex publico, de conuers. coniunctio. commissum, de spons. Quod vetum, est, etiam si matrimonium sit contractum per verba de presenti, modo non sit consumatum per copulam carnalem, ut in praetallagatis iuribus. Si vero sit matrimonium consumatum, debent inseparabiliter vivere, quoisque legitimum interueniat diuortium, vel iudicio ecclesie, vel propria voluntate, sci licet cum pari consensu voverint calitatem, & à mutua seruitute se absoluunt, 33. q. 3. cap. quod Deo. Item intellige de matrimonio infidelium, quia matrimonium infideli posset separari, sum. Confess. lib. 3. titu. 2. qualitio. r. Denominatur quidem matrimonium pluribus f. nominibus. Et quidem conuenienter. Nam in matrimonio tria quidem sunt consideranda. Primo quidem essentia, & sic vocatur coniugium, quasi commune iugum: nam mutuum est vinculum, & mutua potestas, secundum Isidor. Secundo, in matrimonio est consideranda causa, quæ est responsatio, & secundum hoc vocantur nuptiae, quia in ipsa solemnitate desponsationis, quæ matrimonium perficitur, capita nubentium velantur. Tertio est considerandus effectus, & fructus ma-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib.I.

trimonij, qui est proles, & ita vocatur matrimonium, quia mulier non debet ad aliud nubere, nisi ut sit mater. Vbi nota, quod matrimonium † habet plures etimologias secundum nomen matris, ut dicit S. Thom. Nam uno modo dicitur matrimonium, quasi matris munus, id est officium, quia feminis maxime incumbit officium educandæ pro lis. Est enim matri filius ante partum onerosus, in partu dolorosus, & post partum laboriosus, cum etiam post partum usque ad triennium consumatum infans magis indigeat materno solatio, quam paterno, iux. not. in cap. ex litteris, de conuersi. infidel. I. nec filia, C. de patria potesta. optima glos. in capit. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimonio nisi mater esset infidelis. dicto cap. ex litteris. Secundo dicitur matrimonium, quasi matrem monens, ne virum relinquit, alteri adhaerens. Tertio dicitur matrimonium à matre, & nato quia per matrimonium aliqua efficitur mater nati. Coniugij autem institutio duplex † est. Prima facta est in Paradiso, ut esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptiae, ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent. Etta lis institutio fuit ante peccatum: quia nisi homo peccasset, ita sine ardore, & pruritu esset genitalium coniunctio, sicut est aliorum membrorum applicatio digitum cum digito. Secunda post peccatum in remedium facta propter illicitum motum coercendum. ita tex. in causa sicut non omnis, 32. quest. 2. Prima institutio ordinata fuit ad procreationem proli, quia erat necessaria etiam peccato non existente, secundum quam institutionem conuenit sibi, quod sit in officium naturæ. Secunda, ut infirmitas prona in ruinam turpitudinis, honestate exciperetur coniugij, & hæc institutio fuit facta extra Paradisum tempore legis naturæ. d. cap. sicut, secundum autem determinationem personarum institutionem habuit in lege Moysi, secundum autem, quod representat mi-

nisterium coniunctionis Christi, & ecclesiæ, institutionem habuit in noua legi. Et secundum hoc sacramentum est noua legis, cap. 3. ad Ephes. Sacramentum hoc magnum est, & capit. gaudeamus, de diuor. & sessio. 24. cap. 1. & cano. 1. vbi institutum fuit a Christo Domino. Quantum autem ad alias ciuitates, quæ ex matrimonio consequuntur, sicut est amicitia, & mutuum obsecrum quium sibi a coniugibus impensum, habet institutionem in lege ciuili, ita Turcrem. 27. quest. 1. cap. quidam votum. Matrimonium vero triplex est: quia aliud est legitimum, & non † ratum, aliud ratum, & non legitimum, aliud legitimum, & ratum, cap. final. §. 1. 28. quest. 1. Legitimum matrimonium est, quod legali constitutione, vel provinciæ moribus contrahitur, hoc est apud infideles, licet non sit ratum, quia dissoluble est, dato enim libello repudiij licet eis recedere ab iniuiciem, & alijs copulari lege fori, & non lege poli, quam non sequuntur, d. e. f. vel dissoluble est altero infidelium ad fidem conuerso. Ratum matrimonium apud fidèles est, quando sine solemnitate solo affectu contrahitur, quorum matrimonium semel initum vterius solui non potest, d. c. f. §. seq. Legitimum, & ratum est, quando vxor a parentibus traditur sponso, dotatur, & a sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur, d. cap. fin. 30. quest. 1. per totum, usque ad c. nullum. Ad matrimonij vero multa sunt necessaria. Consensus: † quod sit pubes, & ad coeundum potens, glos. sing. 30. quest. 2. in sum. arg. 33. quest. 1. c. 1. nam non potest videri nupta, que virum pati non potest, & quando dics leg. ced. l. vlt. Si tamen ante statem illam coire possunt, teneret matrimonium, extr. dedespon. impub. c. puberes, & c. de illis. vbi in d. cap. puberes describitur etas, quæ necessaria est, in masculo, scilicet 14. annorum, & in femina 12. Est etiam tex. in cap. ex litteris, in cap. attestations, & in cap. fin. Verum ut dixi,

Si non sit pubes, & tñ generare iā possit, & semina sit viripotens, quia in talibus malitia supplet ætatem, matrimonium licitum contrahitur inter eos, d.c.de illis, c. cōtinebatur, de desponsi. impub. Vñ vt resert gl. 20. q. 1. in sum. Greg. narrat in Dialogo, de pueru nouē annorum, qui impregnauit nutricem suā. Hiero. ēt in Epist. ad Vitale de Salomone, & Achas resert, q. in 1. siue 10. anno legantur filios generasse. Hinc Zabari in suo cons. 4. cōsuluit validū sūisse matrimonium cōtrahētum ab Antonio ætatis annorum 13. & mēsium 10. cum Lagia ætatis 11. annorum, & sex mēsium, si vterq; erat per corpulentiam, & magnitudinem personarū aptus ad matrimonium cōsumptum diuī, per tex. in d.c.de illis. & cōtinebatur, vbi in d.c.de illis patet, q. vt validū sit matrimonium, sufficit q. potuerint copula carnali cōiungi, licet illa nō interuenierit, ita Inn. & D. Ioan. And. ibi. Vñ licet Lagia contraxerit secundū matrimonium iacta pubes, & consumauerit matrimonium cum illo, nō secūdum, scđ p̄timum erit validum, quāuis in primo non interuenierit cōsumatio per copulā, vt sunt casus clari in c. r. veri. si autē, & c. licet, & c. si. de spōs. duorum. Cōsensus vero oīnd in matrimonio t̄ necessarius est, cum sit de substantia, c. cū apud, de sponsi. Rursum expressio consensus de plenti pariter necessarius est, cum sit de forma matrimonij, iux. not. in c. tua nos, circa si. de sponsi. dū dicit. Cū in eo nec subtilitātē coniugalis cōtraētus, nec forma cōtrahendi cōiugii valat inueniri. Requiritur ēt norma in matrimonio, quæ est de benc esse, & dī cōsuetudo, mos, vel ritus prouinciarū, siue gentium, iux. not. in c. 1. de sponsi. Igitur si vicietur substātia, vel forma; nihil agitur, ēt si serueretur tertium. s. cōsuetudo regionū, si autē vicietur tertium, & seruata sint duo p̄cedētia, nihil obest ad veritatem matrimonij, quia solus consensus facit matrimonium, 27. q. 2. c. sufficiat. Verba tñ sunt necessaria ad p̄bationē matrimonij, siue nutus, siue li-

gna cōsensum exprimentia, vt in c. tua fraternitatē, & in c. cū apostolicę, de spō. Et intellige nutum, vel signa, eo quod 11 est etiam inter t̄ mutos, vel inter mutum, & surdum, vel ecōtra, dummodū per euidentia signa cōsensus mutuus exprimatur, d.c. cū apostolicę, & c. tuę, & l. mutus, s̄f. de iu. dot. Attendenda autē sunt multa in matrimonio. Prīmū, p̄ fine dote si pōt haberi, non debet contrahi matrimonium, 30. q. 5. c. nullum fine dote, sed hoc est de consilio iux. gl. ibi. Secundum, quod clandestinē non cōtrahatur, & licet in foro cōscientiæ liget, in iudicio tñ ecclesiæ p̄ infecto h̄f, 30. q. 5. per totū Trid. festi. 24. c. 1. dc ref. matrim. Tertium, quod matrimonium non pōt contrahi ad t̄ps, 32. q. 2. c. solet queri, & c. seq. Quartū, quod à Septuagesima vſq; ad octauā Pascha, & trib. hebdomadis ante festū Io. Baptis. & ab aduētu Dñi matrimonia non debet solemniter cōtrahi, 33. q. 4. c. non oportet. vide de hac re Conc. Trid. quod adduximus in nostris Decisionibus. c. 85. nu. 27. Quintum, quod in matrimonio constituti, certis tēporibus debent à coitu abstinere, videlicet tpe cōiōnis 33. q. 4. cap. 1. sed hoc est de consilio, cum tm pro mortali abstinentia sit à corpore Christi, de consecr. dist. 2. c. quotidie, & c. & si non sunt. Ita gl. in d.c. 1. Item in die Natuitatis Christi, & in alijs festiis dieb, 33. q. 4. c. quotiescunq;. Item in tempore ieiuniorum, 33. q. 4. c. si causa, cum duobus seq. Item tempore concepcionis, & ablationis pueri, 5. dist. c. ad eius. Item tempore menstruorum. Sed hæc omnia sunt de consilio, ea ratione, qua supra diximus, cum tantum pro mortali. &c. Causa autem matrimonij 12 quedam t̄sunt, per quas cōtrahitur matrimonium, vt spōlalia, & cōsentius. Quædam propter quas, & ex his quedam sunt principales, vt intentio suscipiendo p̄fem, 32. q. 2. c. pudor, vel vitandæ fornicationis, 32. q. 2. cap. sicut, §. seq. & cap. quicquid. Aliæ secundarie, quæ sunt multæ, vt pulchritudo seminę, diuitiae,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

**Amicitie,** amicorum copia, pacis reformatio. Bona verò matrimonij sūt tria, Fides, Proles, Sacramentum, c. omne, 27. q. 2. Sed impedimenta matrimonij quæ sint, adnotauimus in nostris Decisi. li. 2. c. 8 f. Hęc gl. not. 27. q. 1. in summa. sed modo ad Decisiones deueniamus.

Prima. Matrimonium multas hēt prę 13 rogatiuſ, † & multa specialia. Et prima, quia matrimonij sūt institutum à Deo, & in Paradiso, & in statu innocētię, vt clarè afferit Bonif. VIII. in c. 1. de voto, in 6. dicens Matrimonij verò vin culum ab ipso ecclesię (terum oium cōditore ipsum in Paradiso, & in statu in nocentię instituente) vniōne, & indissolubilitatē accepit. Secunda, sacramentū matrimonij secundū Holt. hēt præminentia ratione status, quia institutum suitante peccatū, de quo ēt dictum est, & est gl. in d.c. vnic. Tertia, secundum eundem ratione loci, quia in Paradiso. Quarta, rōne tpiſ, quia ab initio mudi. Gen. 2. Dixit quoq; Deus, non est bonū vñq; ſibi. Ex quo patet, q; sacramētum, & ordo matrimonij oē sacramētū, & ordinem præcellit antiquitate, & ideo lōgissima preſcriptione fulget. Quinta, ratione significationis. Et ideo hac rōne hoc sacramentum dicitur ceteris ex cellētius, 27. q. 2. c. cum societas, c. debitu, de bigamis. Sexta, quia Deus primas nuptias in Paradiso ordinavit, Ge ne. 2. C. reſcite, & multiplicamini, & replete terrā, & verbo coſtruit, secundū illud Matt. 19. Quos Deus coniunxit, homo nō ſeparet, prætentia decorare voluit, atq; miraculo illustrate: initit vñq; ſignorū Dñi in Chana Galilea, vt nos diximus diſſus in nostris ſer. in dom. infra oct. Epiphanię ſer. vni. Septima, quia ecclesia ſolēni, & excellenti benedictione nuptias, & matrimonia benedit, cum cōiugibus iuxta altare ad missam in pſentia onici corporis exiſtētibus, cōfessis, & ab ſolutis, ac deuotē in ſinceritate fidei poſtulatib. corpus Dñi administrat, 20. q. 3. c. aliter, ibi, & ſuo ſpe ſacerdotaliter, vt mos eſt cū precib.

& orationibus, vel oblationibus à facer dote benedictur accedit, 3. 1. diſc. ſeria tim. ibi, vxorem ducere, & 23. diſc. c. fi.

14 Secunda. † Matrimonium hēt multa specialia. Et primum, quia cōfessio coniugū nō p̄giudicat matrimonio cōtrahendo in foro ſori quo ad totale separatiōne, niſi aliud adminiculum interueniat, c. 1. de eo, qui cogn. conſan. vx. ſuę. Et rō eſt: quia ſi cōfessioni coniugū ſtaretur cōtra matrimonij, quoad totalem separationē p ſuam diuortij, coniuges, quorū vnuſ alteri diſpliceret, c. quant̄, de diuor. in fi. poſet inter ſe colludere, & ad cōſitendū contra matrimonij facili proſilire, d.c. 1. Secundū, ſtatur confeſſioni coniugū pro matrimonio, & p̄giudicat cōſitenti, 30. q. vñc. ſi quis diuiniſ, §. his ita, 3. 1. q. 2. c. Lothārius, c. 2. de cland. despō. Tertium, quia ſimplē votū nō dirimut matrimonij præcedēs ipsum votum, imd nec cōtrahendum, qui ſi de facto cōtrahat, tenet, nec dirimut contrālū, c. cursum, qui cler. vel vou. quia ſimplex votū ſolutū ſuperue niē matrimonio, 27. diſc. ſivir, 27. q. j. c. nuptiarū, c. meminimus, in fi. c. coluſuit, qui cler. vel vou. Nō q; ſit abſolutus oīnō à voto, ſed tollitur durante matrimonio voti executio; Etenim ſi oīnō eſt abſolutus à voto, vñq; mortua uxore, nō teneretur ingredi religionē, ſi eſt votum ſimplex religionis, vel contineſe, ſi eſſet votū ſimplex caſtitatis, q; obligatio ſeme extincta nō reuiuſcit, de conſecr. diſt. 4. c. querit. Qui res, §. arēa, ff. de ſolut. Sed dicitur abſolutus à voto, quia ſi contraxerit matrimonij, tenet matrimonij, de conuers. coniug. c. quidā, ſed mortua uxore tenetur ingredi religionē, vel cōtinere, ita gl. ſing. in d.c. nuptiar. verb. vxores. Quartum, q; a pater, & mater admittūtur in teſtes, c. videtur, qui matr. accus. poſ. Quintū, quia pater, & mater in teſtimonio ceteris p̄ſeruntur, c. ex his, de ſpōl. Sextū, quia matrimonij, & eius depēdentiā ſūt ecclesiastici ſori, c. tuā, de ord. cogn. clātor, q; fil. ſint leg. c. 3. de don. inter vit. & uxor.

vxor. Septimum, quia nec transactio, nec arbitrium admittitur, c. vlt. de transact. cap. causa, §. fin. de affin. Octauum, quia semper in dubio pro matrimonio est iudicandum, cap. fin. de re iudic. nisi vbi matrimonii non potest tenere propter periculum animæ, cap. iuuensis, de sponsal. Nonum, quia nec mulier, nec maritus habet potestatem sui corporis, c. non debet, §. quaternarius, de confan. & affin. Decimum, quia sententia pro eo lata, non facit ius, c. lator, de re iudic. Undecimum, quia cum matrimonium sit magnum sacramentum, ideo eius causa non est tractanda nisi per magnos ludices, hoc est Episcopos, cap. pen. in fi. de restit. in integr. Duodecimum, quia idem inuenitur accusator, & testis, 35. q. 6. c. Episcopus in synodo. Tertium cum, quia potest contrahiri sub conditione etiam impossibili, nec propterea viciatur, c. fi. de cond. appos. quia illa pronon adiecta habetur. Henric. in c. si conditiones, eod. titu. Quartum decimum, quia dividit patrem, & matrem à filio, cap. debitum, de bigamis.

Tertia. Ad matrimonij validitatem tria requirantur, fides, proles, & sacramentum, vt dicit Aug. super Gen. & refert Magist. sent. in 4. dist. 3. cap. 1. dictens. Nupiale bonum tripartitum est, scilicet fides, proles, & sacramentum: De prædictis etiam tribus bonis agit in Decretis, 27. q. 2. cap. omne. & 32. q. 2. cap. sicut, in fine. Fides inquam, caritas thorii, & vinculum coniugale, ne cum alio, vel alia, vocatur. Proles, ideo spes, & intentio procreandi prolem, atque ad fidem, & cultum Dei religiosè educandi, siue sequatur proles, siue non. Et sacramentum, ideo inseparabilis animorum coniunctio, vt coniugium non separetur, & dimisus, & dimissa, nec causa prolis alteri coniungatur.

Quarta. In matrimonio principalius est sacramentum, quam sit fides, vel proles. Tum quia essentialius. Quod autem sit dignius, patet: quia bonum fidei, & bonum prolis, pertinent ad matrimo-

nium, in quantum est sacramentum gratiae. Sed dignior est gratia quam natura, ergo, &c. Quid autem sit essentialius sacramentum ad matrimonium, quam fides & proles, patet: quia sacramentum dicit inseparabilitatem. Sed inseparabilitas est essentialior matrimonio, quam bonum prolis, & bonum fidei: quia postquam matrimonium est contractum, possunt ab ipso separari, bonum prolis, & bonum fidei vinculo tamen matrimonij remanente. Nam si coniuges veniam sterilitatis procurent, etiam ex pacto inter se, vel communis concordia, non propter hoc solutus matrimonii prius contractum, quamvis in tale pactu interue nisset in contrahendo, nullum fuisset matrimonium. Sic etiam si ob causam fornicationis coniuges separarentur, adhuc tamen remanet matrimonij vinculum inter eos, ita ut illis viuentibus alter contrahere cum alio, vel alia, minimè permittatur: non tamen manet inter eos mutua obligatio ad exhibendum sibi mutuo vsum sui corporis, etiam si hoc alter exigere. Inseparabilitas vero ita matrimonio adharet, vt sine illa matrimonium esse non posset, & inseparabilitas pertinet ad sacramentum, ergo sacramentum fidei, & prole principalius esse cognoscitur. Sic tenet etiam Ric. in 4. Senten. dist. 3. i. art. 1. q. 3.

Quinta, bonum sacramenti, ideo non necessarium est, vt sine illo matrimonium non sit, vt supra diximus, licet sit matrimonium presumptum, quo ad ecclesiā, quod vero matrimonio equiparatur, est qui, de sponsal. Sic bonum fidei, quod est duplex, scilicet essentialie, quod est non negare vsum sui corporis, si coiuix aliis petat, necessarium est ad minus habitu liter, & implicitē. Sed accidentale, quod est accessoriū, scilicet non exhibere alteri, quam suo coiuigi vsum sui corporis non est ad contrahendum matrimonium necessarium. Sic matrimonium si contrahatur non cogitando suscipiendo problem, nec actualiter, nec habitualiter, erit matrimonium. Sic si contrahatur matri-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib.I.

monium sine intentione prolis, sed cum intentione non euitandi prolem, ut puta, quia contrahitur cum muliere sterili, vel vetula. Sed si contrahatur cum intentione euitandi prolem, tunc non est matrimonium, 32.q.2.c. solet queri, de condit. appos. c. fin.

Sexta. Qui tempore contractus matrimonij  $\dagger$  animum habuit seruandi dicta bona, sed post illud contractum mutant voluntatem, valet matrimonium: quia ex quo semel est coniugium, numquam definit, 32.q.7.c.1. & 2. de diuor. c. quanto, 32.q.2.cap. horrendus, & 32.q.1. cap. Dixit Dominus. Pariter si per contrahentes nihil de predictis bonis extitit cogitatum, quia sufficit, quod conditionem contrariam non apponant, quia si apponenter, matrimonium nullum est, ut si diceret vir. Contraho tecum, si aliam potero accipere: quia haec est conditio contra fidem, vel contraho tecum, si prolem volueris euitare, quia haec est conditio contra problem: vel contraho tecum, si pro queritu te tradas adulterandum, 20.q.4.c. inter cetera, 32.q.4.c. aliquando. & cap. solet queri, & cap. fin. de condit. appos. Sed quid si quis  $\dagger$  eo tempore, quo contraxit matrimonium, habuit animum non seruandi fidem, sed adulterandi, nunquid valeat matrimonium. Resp. quod sic. Dura tamen hoc non deducatur in pactum, quia si deduceretur in pactum, quod liceat adulteri, vel quod proficiat vxorem, non contrahitur matrimonium, extr. de condit. appos. c. fi. sum. Pisan. in verb. matrimonium. 1.5.7.

20. Rursum, qui  $\dagger$  contrahit matrimonium cum una, animo nunquam exigendi debitum ab ea, talis intentio non excludit matrimonium. At si intendet non solum non petere, sed etiam negare, tunc non teneret matrimonium. & ratio est: quia in bono fidei duo considerantur. Vnum esse entiale, quod est, non negare usum corporis sui, si alter coniux petat. Alterum accessorium, scilicet, non exhibere alteri, quam suo con-

iugi usum corporis sui. Ratione primi necessarium est bonum fidei esse in intentione contrahentium ad minus habitualiter, & implicitè. Vnde intentio contraria, scilicet negare usum corporis sui, excluderet matrimonium. Sed ratio ne alterius non est necessarium ad contrahendum matrimonium. ¶ Sic intentio ducendi aliam vxorem cum proposito ducendi aliam ipsa viuente, in foro conscientiae non est matrimonium, vt dixit Hugo in c. solet queri, 32. q.2. tamē Ber. in c. vt clerici, de regul. notat, q. cum in matrimonij, & sponsalibus cotesthendis recurratur ad communem intelligentiam verborum, c. ex litteris, 2. de sponsal. iste talis in foro exteriori non est audiendus. Asten. li.8. tit.9. de bonis matrim. q.4.

22. Septima: Multe cause possunt,  $\dagger$  esse inducunt ad matrimonium, quae esse possunt sine peccato, dum tamen sifatur in eis, scilicet Pulchritudo, Gratiæ, Diuitie, Mores, Sapientia, & Virtus. Verumtamen si in eis sifatur, scilicet in pulchritudine, vt quia consentit in aliquam, propter pulchritudinem, & eius finis, & obiectum est tantum extorque-re, & querere copulam carnalem, & non ducere vxorem, tunc cum talis intentio libidinis esset contra sacramenti veritatem, excluderet matrimonium. Si vero quis consentit in aliquam, vt eā ducat in vxorem propter exemplandam libidinem, non excludet matrimonium, hac Bonauen. 4. dist. 30. art. 3. Sic si pulchritudo est causa inducens ad matrimonium, potest esse sine peccato ad minus graui, cum pulchritudo naturaliter attrahat animum ad amorem. Verum si pulchritudo est sicut causa principalis, & tunc est cœla minus honesta, quæ non debet intendi in matrimonio, sed filiorum procreatio, vel aliud simile. Hec Bonauen. dist. 30. in expos. 28.q.6.

23. Octaua. Circa matrimonium legitimum tantum matrimonij  $\dagger$  vinculum non per sententiam, sed ipso iure solvit, si alter coniugum ad fidem catholicanam

licet conuertantur: nam non solum in sua est facultate non habitandi cum infidelis, ut quia non potest sine blasphemia diuini nominis, vel quia cum per trahere vult ad mortale, sed etiam potest contrahere absque peccato, & aliam ducere etiam post carnalem copulam, ita tex. & glos. in cap. si infidelis, 28. q. 1. & 28. q. 2. c. 2. de diuor. c. gaudemus. Infidelis vero si contraxerit, peccat, glo. & Doct. in cap. quanto, de diuor. Quod secus est in 24 hæreticis, † quia tam catholicus, quam hæreticus, vel hæretici, ad secunda vota rugrantes, peccant mortaliter, nec tenet matrimonium superfluite coniuge quamvis hæretico, vel hæretica, licet in hoc casu maior appareat contumelia creatoris, ut dicit text. in d.c. quanto, §. si vero. Magis enim delinquent fideles apostataendo, quam infideles in infidelitate manendo, 32. q. 4. cap. in eo. Et ratio diuersitatis est: quia matrimonium contractum inter infideles quamvis fuerit legitimum, nunquam tamen fuit ratum, sed matrimonium fidelium, quod legitimum est, & ratum, habens fundamen tum virtutis sacramentalis, & fidei, rationabilius persistit in spe reductionis erratis, & expectatione regrediendi ad catholicam veritatem. Rursum, sicut pro carnali fornicatione dimitti potest coniux a thoro, & habitatione sine spe tamen alteri nubendi viuente coniuge, sic pro spirituali fornicatione, scilicet pro lapsu in hæresim, iuxt. not. 32. quæstio. 7. cap. omnes caustationes, & 28. quæst. 1. cap. idolatria, vbi glos. super vero, recede.

Nona. Catholicus ex precepto tene tur recedere † ab heretica, vel econuerso: ex quo hæreticus, vel hæretica in notorio crimine hæresim persecuerat, vt plenè notatur in cap. quemadmodum, §. illud autem, de iure iur. glo. in cap. non solum, 28. q. 1. Si autem velit se corrigeret, & agere paenitentiam, non licet vxori virum dimittere, immo si dimiserit, cōpellenda est ad virum redire, ex quo ad fidem recuperus est, nisi iudicio ecclesiæ

separata religionem fuisse ingressa, iux. not. in cap. de illa, in cap. quæfuit, de diuort. in cap. si. de conuer. coniug. 27. q. 2. c. Agathosa. Nā sicut coniūx lata sententia de adulterio contra coniugem potest religionem intrare, d. c. Agathosa, ita etiam lata sententia de fornicatione spirituali, s. de hæresi. Si vero lata sententia non fuerit religionem ingressa, non cogetur redire, sed stat in eius potestate; & ita intelligitur cap. de illa, in si. cum dicit. Si vero iudicio ecclesiæ ab eo recessit, ad recipiendum eam nullatenus dicimus compellendam.

26 Decima. Infideles si † contraxerint matrimoniu in gradibus prohibitis per legem diuinam, conuersi ad fidem, non possunt licet manere in eo, quia in tali casu neque legitimum potuit esse matrimonium, neque ratum, ut dicit glos. in d.c. gaudemus, de diuor. & ibi Io. And. & Dom. Anton. in cap. litteras, de restit. spol. Quæ autem sint persona, quæ prohibentur contrahere secundum legem diuinam, numerantur aliquæ per glo. in d. cap. gaudemus, in glos. 1.

Vndeclima. Licet inter fidelem, & in 27 fidem † nullum possit esse matrimonium, 28. q. 1. §. ex his, & cap. caue tibi, cum hoc sit prohibitum de iure diuino. Exod. 34. Caue ne vñquam cum habitatoribus illius tetræ, scilicet Amorreorum, & Canaanorum, qui erant infideles, sequitur in text. iijngas amicitias, & infra. Nec vxorem de filiabus eorum ac cipias. Sponsalia tamen sub conditione, scilicet si infidelis conuertatur ad fidem, bene possunt contrahi, 28. q. 1. cap. non oportet. Inter infideles vero legitimum est matrimoniu, sed non ratum, 28. q. 1. cap. fin. §. non negat, de quo supra diximus, num. 8.

Duodecima. Quia de matrimonio rato tantum multa diximus in nostris Decis. cap. 85. nume. 26. & cap. 86. lib. 2. Ideo deueniamus ad matrimoniu legitimum, & ratum. Vbi ad eius essentiam num. 9. diximus, quod plura requiruntur. Et primo consensus, de quo sit ista

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

**Decisio.** Consensus expressus per verba  
 28 de praesenti, † si desit consensus interior  
 in foro conscientiae, vbi sola facti veri-  
 tas inspicitur, c. tua nos, de sponsi non fa-  
 cit matrimonium: cum nuptias, non  
 concubitus, sed consensus faciat, & in  
 omnibus sacramentis sit necessaria inten-  
 tio voluntaria facienti illud, quod facit  
 ecclesia, sed in foro fori, vbi proceditur  
 secundum allegata, & probata, si dolus  
 probari potest evidenter signis, ecclesie  
 non iudicabit pro matrimonio. Si  
 vero probari non potest, iudicabit. Sta-  
 bit enim verbis. D. Tho. 4. dist. 27. q. 1.  
 art. 2. q. 4. Bonav. dist. 17. art. 2.

**Tertiadecima.** Licet sine consensu fe-  
 29 dux † coniugale perfici nequeat, c. cum  
 locum, c. tua nos, de sponsi tamen hoc  
 non oportet intelligere de consensu co-  
 habitationis, alias inter fratrem, & foro  
 rem, inter filium, & matrem, esset ma-  
 trimonium, quod esse non potest, c. literas,  
 §. opinioni, de resti. ipso c. non de-  
 bet, de confang. & affin. Nec de consen-  
 su copule carnalis, alias inter Beatissi-  
 mam Virginem, & Ioseph non susscit  
 matrimonium, quod est talium. Pro-  
 posuerat enim B. Virgo in virginitate  
 manere, 27. q. 1. c. sufficiat, §. si ergo. Sed  
 intelligitur de consensu matrimonialis,  
 seu coniugalis societatis, d. c. cum locum.  
 Inst. de mupt. in princ. qui quidem con-  
 sensus non fit in carnalem copulam ex-  
 plicitè, secundum D. Tho. dist. 28. sed  
 tantum implicitè: quia in coniugali so-  
 cietate implicatur mutua potestas com-  
 municationis non tantum rerum, sed  
 etiam corporum. Vnde copula sequens  
 est matrimonij effectus, siue uetus, non  
 quidem necessarius, sed voluntarius, si-  
 cur not. Asten. lib. 8. tit. de ipso matrimo-  
 nio. q. Quid est.

**Quartadecima.** Consensus, inter  
 quos licet potest intervenire, & in qui-  
 bus rationis est vsus, inter illos potest  
 contrahiri matrimonium. Et ideo furio-  
 sus, & mente captus, † aut satius, vel  
 ebrius matrimonii contrahere non pos-  
 sunt: quia non possunt consentire, nisi

habeant dilucida interualla, vel nisi ce-  
 fuerit ebrietas, iux. not. in ea. dilectus,  
 de sponsi. & 32. q. 7. c. neque furiosus, & c.  
 cap. hi, qui. vbi attenditur tempus con-  
 tracti matrimonij: Nam si sanu contra-  
 xerint, & postea superuenerit amentia,  
 vel furor, non propterea dissoluitur  
 matrimonium, vt in dicto cap. vt hi,  
 qui. Ad qua faciunt not. 7. quest. 1. cap.  
 quamuis, 12. quest. 2. c. Gonfaldus, 27.  
 q. 2. cap. sufficiat. De ebrietate intellige,  
 quando tanta fuerit, quod vsum ratio-  
 nis abstulerit.

**Quintadecima.** Ad matrimonium  
 contrahendum requiritur consensus  
 31 mutuus † expressus per verba de pra-  
 senitu, vel per aliqua signa in non poten-  
 tentibus loqui. vt per nutus, cap. cum  
 apud, de sponsal. Ratio autem, quare  
 requiritur expressio mutui consensus  
 per aliquod sensibile signum, est: quia  
 matrimonium est sacramentum, & in  
 quolibet tali requiritur aliquod sensibi-  
 le signum. Ergo in matrimonio. Tum  
 etiam, quia in matrimonio fit quidem  
 contractus inter virum, & mulierem;  
 sed in quolibet contractu oportet esse  
 expressionem verborum, vt si in ui-  
 cem voluntatem suam promant qui con-  
 trahunt, & fibi in uicem obligent homi-  
 nes, ergo & in matrimonio oportet es-  
 se consensum per verba expressum, vel  
 per aliquod signum. Hinc inferuntur  
 duo: & primum, quod muti possunt  
 contrahere matrimonium. Secundum,  
 quod inter absentes, qui nunquam se vi-  
 32 derunt, potest contrahi † matrimonium  
 per procuratorem, & litteras consensus  
 mutuos exprimentes, dum tamen fa-  
 ma, vel auditu, vel aliquo modo se no-  
 uerint, vt 30. q. 5. cap. nec illud, in glo. &  
 32. q. 2. ca. non omnis. §. cum dicitur, in  
 glo. & cap. honorantur, cap. ex parte, 2.  
 in tex. & glos. de conuersi. coniug. Qui  
 33 quidem procurator, † vt sit idoneus,  
 debet super hoc habere speciale mandatum,  
 c. fin. de procur. & ibi glos. scilicet,  
 quod persona sit certa, & expressa, ad  
 hoc extr. de arbit. cap. innotuit. An ve-

ro gestum sine tali mandato possit ratificari, ita ut matrimonium teneat, dic, p. sic, vt habetur in c. vnico, §. porrò, de spons. impub. in 6. Ex quo etiam inferatur, quod etiam in requirentibus specie le mandatum, immo specialissimum, potest habere locum ratihabitio, & operatur idem, quod specialissimum mandatum præcedens, vt d. §. porrò, vide in cap. cum quis, de sentent. excommun.

Rursum consensus deber est liber, 34 non tamen inordinatus amor præcedens tollit liberum arbitrium in dissentiendo, vel consentiendo, Ant. de But. in c. veniens, de spons. Item requiritur consensus securus, vt per eundem in c. cum locum, de sponsal. Item requiritur tantum consensus illorum, de quorum coniunctione agitur, secundum Anto. de But. in c. cum apud, co. ti. Item requiritur consensus legitimus, Ant. de But. in c. dilectus. de spons. Item quod sit mutuus. Ant. de But. in c. i. & cap. licet, de sponsa duo. Item requiritur consensus purus, ita q. ex alterius non dependeat a. d'itrio, Ant. de But. in c. super, de condit. appos. Item consensus perpetuus, quia consensus ad tempus non facit matrimonium, 32. q. 1. c. solet queri.

Sextadecima. Consensus, qui requiri- 35 tur in matrimonio, t. debet esse liber: nam licet regula sit, quod gesta per metum teneant, vt not. Abb. in c. Abbas, de his, que vi. tamen fallit in matrimonio, in quo exigitur libera voluntas, ea- cum locum, cap. consultationi, & c. Géma, & cap. fin. de sponsal. nam in causa matrimoniali qualicunque metus interueniat culpa sua, vel sine culpa sua, matrimonium non tenet: vt dicit glos. d.c. Aobas, & ratio est: quia inuite nuptiæ exitus conficerunt habere. c. requisuit, de spons. & l. fin. in fi. C. de sponsal. In duobus tamen casibus 36 matrimonium t. metu cōtractum ratificatur per copulam inde sequentem. Primus, quando habita potestate reclamatio di, non reclamauit. Qua t. quidem reclamatio fieri debet secundum Host. co-

ram Episcopo, de despons. impu. c. de il- lis, c. continetur, c. duo pueri, vel coram eius officiali, de frigi. c. 1. Etsi non potest habere illorum copiam, recurrit ad presbyterum, & tandem ad vicinos bonitatem famæ. Facit quæ dicuntur per Za bar. in c. laudabilem, in 6. no. de frigi. & nihilominus quam citius poterit, recurrit ad Episcopum, vel Vicarium, arg. de appell. c. fi. de sent. excom. c. de cetero. secundum Zabar. in c. insuper, in fi. qui matr. accus. pos. Secundus, quando me- tu insufficienti cogeretur ad copulam. c. insuper, §. sicut, qui marr. accus. pos. vel si moram longam trahit cum mari- to, c. ad id, quod, de spons. quia ex coha- bitatione presumitur tacitus consensus ad purgandum metum, l. 2. C. quod me- tus causa. c. super hoc, de renun. Pariter in duobus etiam casibus nō ratificatur. Primus, quando per vim absolutam cō- trahit, facit tex. in c. maiores, de baptis. c. presbyteros, dilt. qo. Secundus, quando per metum sufficientem, talem, qui posset cadere in constantem virum, vt in cap. veniens, in fi. de spons. Minor ta- men metus excusat scerninam, quam vi- rum, arg. 32. q. 6. cap. indignantur. Hæc Pet. 4. Sent. dist. 29. ar. 3. q. 2.

38 Decimaseptima. Protestans, t. quodc omnia, quæ dicit, velsaciet, non dicet, nec faciet animo contrahendum matrimo- nium, & postea proferens verba apta ad illud contrahendum, tunc matrimonium contrahere censemur: quando talis protestatio fit sine iusto metu, seu alia iusta causa, qua protestationem meretur, c. ex literis, de spons. & matrim. quia tunc per contrarium actum videtur recessum a protestatione, capit. solicitudinem, de appell. etiam si statim post protestationem dixerit illa verba: quia pot quis statim post illam mutare voluntatem, arg. ff. de hæred. instit. l. si ita scriptū, & de adim. leg. l. 3. §. fi. & l. sequen. Si vero fit ex iusta, & rationabili causa, tunc per verba sublequentia non videtur recessum ab eo, 32. q. 2. c. Lotharius, c. i. quod met. cau. Host. in cap. tua nos, de spon. quem sequi.

sequitur Arch. in c. si delegatus, num. 2.  
de offic. iud. deleg. nisi postea carnalis co-  
pula subsequetur.

Decimanota. Quia matrimoniali-  
bera esse debent, hinc sit, quod pater  
39 non potest cogere filium ut contrahat  
matrimonium, vel generaliter cum qua-  
cunque muliere, vel specialiter cum ali-  
qua determinata, c. i. de sponsi. impub.  
& ratio est: quia cum in matrimonio sit  
quædam scrutus perpetua, pater non po-  
test cogere filium, cum sit in hoc liberæ  
potestatis ad matrimonium contrahen-  
dum, sed potest cum inducere ex ratio-  
nabili causa, & tunc sicut se habet filius  
ad causam illam, ita se habet filius ad  
præceptum patris, vt si causa illa cogat  
de necessitate, vel honestate, & præce-  
ptum similiter cogat, alias non. Et nec  
obstat quod dicitur ad Colos. cap. 3. Filii  
obedite parentibus vestris, per omnia,  
quia non intelligitur simpliciter, & vni-  
uersaliter, sed de omnibus pertinenti-  
bus ad patrem potestatem. Pariter nec  
obstat, qd pater spiritualis, scilicet Papa,  
pot cogere aliquem ad matrimonium spir-  
ituale, scilicet ad accipendum Episcopatu-  
m: quia Papa habet maiorem potes-  
tatem super membra ecclesie, quam pa-  
tres carnaliæ super filios. Asten. lib. 8. de  
cav. effic. inatr. ar. 8. Henr. d. c. 1.

Decimanona. Matrimonia, vel spon-  
40 salia à parentibus pro filiis contracta,  
filios non obligant in his casibus. Quo-  
rum primus, quando filij non habent  
legitimum consensum, vt quia sunt mi-  
nores septennio, intellectu carentes, c.  
liberas, c. accessit, c. duo pueri, de cland.  
desponsi. & ratio est: quia ex quo filij non  
possunt contrahere matrimonium per  
se, nec parentes pro eis, arg. 47. dist. cap. si  
cut hi, c. licet pater, de sepul. in 6. Quod  
intellige, nisi postea venientes ad statu  
habilem ad contrahendum, contractum  
factum per parentes ratificauerint sci-  
ter, c. vnic. in princ. & §. portò, vers. Et  
est idem, de sponsi. impub. lib. 6. Quia  
si constaret quod non habuerint noti-  
tiā de actu gesto per parentes, & si co-

habitarent simul, & conuerterentur, int̄  
mo si copula carnalis sequeretur, non ra-  
tificaretur matrimonium, arg. corū, que  
not. in c. si de coniug. seru. Franc. inc. 1.  
41 de desponsi. impub. lib. 6. Secundus, qd pa-  
rentes non possunt contrahere matrimo-  
nium, vel sponsalia pro filiis expresse co-  
tradicentibus, 32. q. 2. ca. vbi. d. §. porro,  
nisi postea sponte inter eos, & scienter  
carnalis copula intercesserit, vt not. In-  
noc. & post cum Hostien. in cap. ex litte-  
ris, de desponsi. impub. Tertius, quan-  
do filiis presentibus non contradicen-  
tibus expresse, quia non sunt a statis  
legitimi, licet debeant altem de hone-  
state adimplere factum parentum, di-  
cto capit. tua, de desponsi. impuberum.  
Quartus, quando eis absentibus, & exi-  
stebitis in legitima aetate, nec expresse  
nec tacite ratificantibus factum paren-  
tum. Ita casus est expressus, 27. q. 2. c. lex  
diuina. Innoc. & Host. in d. c. tua. 2. re-  
spon. gl. in c. existimāt, 11. q. 2. Quintus,  
42 quando sponsalia, vel matrimonia con-  
traherentur per alios, quam per parentes  
vt puta per patruos, aut fratres, quia tunc  
non obligantur per tacitum cōlensem,  
& per consequens non sufficeret sola pre-  
sentia, et taciturnitas, sed esset necessaria  
ratihabitio tacita, vel expressa, ita Inno.  
in t. r. de desp. impu. Arch. in d. §. porro.  
vbi etiam Franc. Henr. in d. c. tua. Hoc  
est expressus consensus, vel ratihabitio:  
Nullam enim potestatem potest habere  
patruus, vel frater meus me obligandi si  
ne mea expressa licentia, vel ratihabitio  
ne, potissimum, vbi est casus vbi verba re-  
quiruntur, vt est in matrimonij, & spō-  
salibus, c. tua. c. si inter, de sponsal. Verū  
quod dictum est de parentibus, extende  
etia ad matrem, sicut & de ipsa dicitur,  
quod potest filium offerre religioni, 20.  
q. 1. c. 2. & q. 2. c. 1. & c. 2. de regul. Sed in  
43 multis etiam casibus filij obligantur ad  
matrimonia contracta à parentibus. Et  
primus, quando contrahunt filij mandan-  
tibus, & postea non contradictibus,  
nam tunc perinde est, ac si ipsi filij  
contraherent: ita quod si sint legitimæ  
ætatis

statim ad matrimonia contrahenda, vol sponfalia, obligantur, & ex eis oritur iustitia publica honestatis, d. §. porro. Secundo, quando eis absentibus, postea expresso, & sciēter ratificauerint huiusmodi contractum, vel etiam tacite, d. §. pro.vers. Et est idem: quia tunc obligantur, & exinde oritur iustitia publica honestatis.

44. Vigesima. Matrimonium † contractum patre cogente, valet, & tenet. Et hoc, quando coactio fuit leuis, videlicet solum per viam indignationis, probatur per tex. in l. si patre, ss. de ritu nupt. c. cum locum, de spons. c. quoque, de pact. in 6. c. cum contingat, de iure iuri. in quibus iuribus requiritur probatio metus ad hoc vt contractus irritetur: quia sola irreuerentia non irritat contractum, & hoc expressè tenet Do. Abb. in c. nonne, de præsumpt. vbi dicit, quod matrimonium contractum per patrem in presencia filii tacentis, valet. Et sic sola reuertentia paterna, non irritat contractum, sed requiritur violentia, puta quod pater est terribilis homo, & solet male se habere erga filios, qui contradicunt ipsi patri, Do. Abb. in d. c. nonne.

- Vigesimaprima. Matrimonium si cōtrahit filia absque † licentia patris, teneatur pater illam dotare, glo. sing. in c. hoc sanctum, 32. q. 2. Quod tamen limitat alia glossa sing. in c. de raptoribus, 36. q. 1. nūlī filia eligeret sibi maritū indignū, quia tunc dotare non cogeretur. Franc. in c. vni. §. porro, de spons. impu. in 6. Vbi etiam dicit, quod nec filii possunt exhæreditari a parentibus, ex hoc, & contrahent matrimonium ipsis contradicentibus, vt dicit Io. Andr. & Doct. in c. 1. de spon. Et hoc, nūlī nuberet indignis, Doct. in d. c. 1. & est de mente glo. in d. c. de raptoribus. Quod procedit, nūlī part. ter distulisse mariare filiam usque ad 25. annū, quia si postea nubat indigno, cogener pater ad eam dotandā: nam pater etiam si filia tūc luxuriosē vivat, vel nubat indigno, non potest eam exhæredare, vt in Auth. Sed si post. C. de inossi-

testa. ergo nec potest denegare dotem, quia ex eisdem causis potest dos denegari, ex quibus potest exhereditatio fieri: vt in Auth. de nupt. §. ne optime. Et scias, 47 quod non solum dicitur indignus ille, qui esset vilis persona, sed etiam ille, qui dato quod esset nobilis, tamen de iure non poterat cum eo esse matrimonium, vel ratione cōsanguinitatis, vel alterius impedimenti: quia nuptiae debent esse conuenientes de iure, & de facto, vt dicit gl. sing. in l. si rogatus, §. matrimonij, ss. de manum. vindic. Quod tu intellige, nisi fuerit dispensatum super impedimento, quia dispensatio de illicito facit licitum, c. quod dilectio, de cons. & affl. glo. in c. literis, de rel. spol.

Vigesimasecunda. Vir, aut mulier, 48 transiens † ad secundas, vel ulteriores nuptias, non deberet benedici benedictio ne illa, quia fit specialis cum pallio, cui nubentes suppontuntur, de qua loquitur tex. in cap. vir, aut mulier, de sec. nupt. in his casibus. Et primus, quando notoriū esset virum corruptum, aut mulierem corruptam, nam tunc benedictio non praestatur, quia nisi virgocum virgine contraxerit, non debet sacerdos benedictionem præhere, 31. q. 1. c. de his. Et sic dispensatio debet fieri in virginitate, secundum Host. in sum. de secund. nup. §. an licitum. Quod si verum esset, secundum Henric. paucæ benedicentur. Secundus, quando transeuntes, ad secundas nuptias, vel ulteriores, suffissent alias benedicti, vel alter eorum: quia tunc non debent amplius benedici, & ita intellige text. in d. c. de his. Quod nisi virgo cum virgine contraxerit. Host. supra cod. c. 1. Quod verum est, etiam si consuetudo esset in contrarium: & Papa ea feciat, nisi ex certa scientia ipsam approbaret, cap. 2. de temp. ordin. c. 1. de cogn. spirit. Si vero secundæ nuptiae essent secundæ ex parte viri, sed prime ex parte mulieris, tunc nuptiae debent benedici. Et haec est opinio S. Thom. que communiter sentitur. Alten. de secund. nup. pt. lib. 8. Vtrum secundæ nuptiae. Tertius

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

49*tius. Nuptię non debent iterum benedici, etiam si primum matrimonium, quod alter eorum cum alio, vel alia contraxit post benedictionem, & ante copulam carnalem, separetur propter impedimentum consanguinitatis probatum, vel aliud canonicum, & alter conuolaret ad secundam vota. & ratio est: quia*  
 50*nuptię non dicuntur proprię benedicti: sed ipse personae. quare negari non potest, quin ipse personae sint benedictę, c. consultatione, de temp. ordin. Vnde lequitur, quod benedictio semel recepta amitti non potest, cap. quanto, de diuor. quia facta causa non possunt non fieri;*  
 32.q.5. c. si Paulus.

Vigesimatercia. Matrimonium contrahit non debet † ante tempus distinctionis, quod in puella, est annus duodecimus, in mare, quartus decimus cap. pueres, ca. continebatur, de desp. impub. Nam illud tempus necessarium est, ut utique possit deliberare sufficenter de matrimonio, & reddere debitum sibi in vicem, ad quod unus alteri in contractu matrimonij obligatur. Hoc autem ut in pluribus est in masculo in anno 14. & in feminina in anno 12. Quia tamen precepta iuris positivi sequuntur illud, quod est ut in pluribus, si aliquis ad perfectionem perueniat ante tempus predictum, ita quod vigor rationis etatis defectum suppletat, matrimonium non dirimitur. Et ideo si contrahentes ante annos pubertatis ante tempus predictum fuerint carnaliter copulati, nihilominus matrimonium indissolubile erit. Quare autem hoc tempus compleatur citius in puella, quam in mare, est, quia difficulter est agere, quam pati. Tum, quia natura imperfecta in muliere appetit virum, sic ut materia formam, unde propter maiorem appetitum naturae sit acceleratio maior.

Vigesimaquarta. Ex copula inducetur matrimonium † si contrahe cum aliqua, si virginem inuenero, glos. in c. per tuas, de cond. appos. etiam dato, q. non inueniatur virgo: quia talis error non

viciat matrimonium, ss. de contr. emp. l. aliqui, §. 1. Et quia turpis erat conditio, quae primum coitum fecit fornicarium, facit etiam tex. 29. q. 1. cap. consensus. Idem de illa, si in primo coitu mihi placueris, secundum Goff. in d.c. per tuas. Sed hec vera secundum Host. in iudicio Ecclesie, quia in iudicio anime non est matrimonium, de cond. app. c. de illis; cap. super eo, & ea. per tuas. cum non intendebat consentire, & mulier, quae in fraude mentita est dicendo se virginem cum non esset, decepta remaneat, quae decipere querrebat, & viro subueniatur eo magis, quia conditio erat utilis, & honesta apponenti, quia intendebat promoveri, & ideo illam apposuit ad evitandam bigamiam, vt dicit Host. Hanc etiam partem tenent communiter Theologi in 4. sent. dist. 28. Hinc inserunt duo, & Primum, q. si quis postea contraherit cum secunda, erit verum matrimonium secundum, & non primum, apud Deum, cum in primo defuerit consensus, qui est de substantia matrimonij. Secundum quod quamvis realiter secundum matrimonium sit verum, secundum Dei iudicium, tamen secundum iudicium Ecclesie est nullum: quia in tali foro presumitur pro matrimonio, d. cap. consensus, 29. questio. 1.

Vigesimaquinta. Contrahens sponsalia cum aliqua † si se carnaliter cognoscit permitat ab illo, secura copula semper presumendum est pro matrimonio, & illud ratificatur, cap. is qui, de sponsal. sive cotrahens intelligat de actu fornicario, aut lictio, & matrimoniali, glo. in cap. duobus, vbi Dom. Ant. de Butt. de spons. du: Quod intelligerem, quando vir esset aequalis conditionis cum muliere. Si vero sit multo melioris conditionis, vel aliud signum fraudis appareat, potest probabilitate presumi q. sponsa non fuerit decepta, sed se deceptam finixerit: nam bene poterat cogitare quod in dispati conditione vir non esset eamducere in vxorem, & ideo tunc vir non teneretur ad matrimonium, sed posset dare

dare ei virū sibi conuenientē, & ea do  
tare iuxta facultates suas, & cōditionē  
puellæ. Facit tex. in c. 1. de adult. Et hæc  
penitētia ei iniugēda esset à Cōfessario,  
vt aut ipsam ducat in vxorē, aut dote.

54 Vigesimasexta. Copula sequens spō  
falia transit in matrimonii, c. veniēs, 2.  
de spons. (v.g.) Quidam contraxit spōfa  
lia de futuro, secuta est carnalis copula  
inter ipsum, & spōfam, postmodū con  
traxit cum aliqua per verba de p̄fentī,  
& similiter secuta est carnalis copula,  
primū iudicabitur matrimonii, non se  
cūdū. Casus ad literam in c. is qui, de  
spōl. c. de illis, c. per tuas, de cōd. app. Nā  
copula subsequuta adeo vehementē p̄  
sumptionē inducit, q̄ contra huiusmo  
di p̄sumptionē nulla est probatio ad  
mittēda, vt dicit tex. in d. c. is, qui fidem.  
Et hoc procedebat olim, quia iure no  
uo Conc. Trid. sess. 24. c. 1. per solā copu  
la non transeunt sponsalia in matrim  
55 niūm. Vbi nota, q̄ copula carnalis vo  
luntaria quatuor effectus principaliter  
operatur. Primus est, quia verba futuri  
teporis retorquet ad p̄sens, d. c. is qui  
fidē. Secundus, quia de expresso consen  
su p̄cedēte facit consentium, c. veniēs,  
de lponl. Tertius est, quia conditionalē  
promissionem purā reddit, d. c. de illis.  
Quartus est, quia verba, tertiae personæ  
trahit ad primā, vt in d. c. tua nos. Et no  
ta, q̄ copula carnalis trāfit in copulam,

56 de iure antiquo, etiam si protestatio in  
tercesserit, q̄ si qua verba prosert, non  
intendit cōtrahere, & à principio vtra  
que pars illi protestationi cōfenerit, nā  
cum talis protestatio sit turpis, & nō ha  
beat iustam causam protestationis, c. cū  
M. de constit. Itē cū sit contraria factio,  
& tendat ad tollendū cōficiū iuris,  
nō prodest, d. c. cū M. Et hæc vera sunt,  
nis per prius sponsi se inuicem à sponsa  
libus absoluissent, de postea carnalis co  
pula sequeretur, quia tunc cum nō sub  
eſſent sponsalia, non esset quid confir  
maretur per copulam, & tunc sponsalia  
nō transirent in matrimonii, D. Ant.  
in d. c. veniens, 2. c. præterā. 1. de spons.

vel si ante copulam vir contraxisset cū  
alia de p̄fenti, uel si superuenisset affi  
nitatis, quæ soluit sponsalia p̄cedentia,  
c. veniens lo 1. & 2. de eo, qui cog. con  
fang. vel cōpateritas, siue adoptio, de  
cogn. leg. c. vnic. not. de cogn. spir. c. ve  
niens. vel si copula fuisse violenter ex  
57 torta. Rursum nec tolleretur protesta  
tio, quando esset metus cadens in con  
stantē virum in copulā, quia tunc copula  
non purgaret metum, d. c. veniēs. P̄a  
riter quod dicitur, q̄ protestatio absen  
te parte facta tollitur per contrarium lā  
etū, habet locum, quando factum est  
determinatum, & certum, secus si factū  
esset dubium, quia tunc non esset ita po  
tens ad tollendum protestationem p̄  
cedentem, v.g. si post protestationem se  
cuta essent verba dubia ad cōtractū  
matrimonium dicens. Ioannes te despō  
sat. Ita Ioannes antiquus glossator. &  
post eū I. And. in c. tua nos, de spōl. Fa  
ciunt no. per Inno. in c. 1. de his, que vi.

Vigesimaseptima. Sponsus nō est co  
58 gendus ducere † sponsam de futuro in  
his casibus. Quorum primus, quando  
sponsalia essent inuálida, arg. c. ex litte  
ris, de despōl. impub. Secundus, quan  
do essent valida, sed vterq; sponsus, &  
sponsa dissentit, & vult à sponsalibus re  
silire, cap. præterea, 1. de spons. Tertius,  
quādo vnu, & solus dissentit ex iusta,  
& rationabili causa, altera volente, &c  
petēte eadem adimpleri, c. quemadu  
dū, de iure iuri. qui in quolibet actu iu  
sta, & rationabili causa videtur exce  
pta, cap. si quando, de rescript. c. ex par  
te, 2. de offic. deleg. Quartus, quando si  
ne iusta causa renuit sponsalia adimplere,  
& tunc si ex iphius compulsione ad  
adimplenda sponsalia timetur scandalum  
prosulire, non cogitur, secundum  
Abb. in c. requisiuit, de lponl. Et hoc se  
eundū Hostien. ibi, remittitur arbitrio  
iudicis. Quid enim si vir adeo mulierē  
odio prolequitur, veleconuerso, quod  
homicidium inde, vel bellum probabi  
liter sequi metuantur, si contrahere com  
pellatur, dicendum est, quod Ecclesia  
debet

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

debet in hoc casu restringere césuram , alioquin non esset medicinalis, sed mortalis , nec ad medelam proseretur , sed ad destructionem, contra Apost. 2. Cor. 10.c.corriptantur, 14.q. 3. Et iste est casus, in quo secundum Rayn. aliquis existens in peccato mort. penitentiam age re non cogitur præcise. argu. optino in c. veniēs, qui cler. vel vou. & in hoc satis concordat gloss. in c. ex literis, 1. de despon. imp. Quintus, quādo sponsus coactus ducere vxorē per admonitionē, & communionem, & forte per excommunicationem, arg. 12.q. 2.c. quicunque suffragio, persisterit perseverat in voluntate sua sponsam non ducenti, nam tunc absoluēdus est, quia initia nuptiæ deteriores exitus solēt patere, 32. q. 2.c. quod autem , aliás pararetur ei laqueus fornicationis, & ita forte loquitur text. in c. requisiuit, de spon. dum dicit, quod libera debent esse matrimonia.

Vigesima octaua. Sponsalia duę 59 sunt species, † nam alia est simplex , & nuda: alia firmata. Nuda, & simplex dicitur, cum sponsus sponsa nude & simpliciter promittit quod duceret eā in vxorem, & econtra . Firmata verò est duplex, arrhis, vel pignoribus loco arrhatū datis interuenientibus, Larrhis. C. de spō. Aliā interuenienti annulli subarrhatiōne, 27.q. 2.c. si quis vxorē. Et est nota dum, quod alia est annulli subarrhatiōni, alia despensatio, cum in d.c. si quis vxoret, & c. si quis despensorauerit, ca. quest. disiunctiūe ponantur, arg. ext. de refct. c. inter egeras. Desponsatio enim consistit in pactiōne spōsaliōrum. Subarrhatiō verò in sponsaliōrum donatione. Hostien. in sum. de don. int. vir. & vxor.

Vigesimanona. Annulus in feminā 60 signum est † matrimonij, de prælump. c. illud, & ibi per gl. Archid. 30.q. 5. c. no strates, & c. ſemina. Annulus enim ideo datur mulieri, quia significat mutuum amorē, & fidem coniugalem effe feruādam, dicit gl. i. in d.c. nostrates, tex. aut in d.c. ſemina, §. item, dicit, q. cum in primis nuptijs annulus à sponso sponſat,

datur , ob hoc nimis fit, uel propter mutuū dilectionis signum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde et quarto digito an nulus ideo inseritur , quod in eo vena quadam( vt fertur) sanguinis ad cor. vñ que perueniat, c. ſemina. 30.q. 5.

Trigesima. Sponsalia de futuro quin 61 que modis † contrahuntur. Primo sim plici sponsione, c. si inter virum, de spō. Secundū, fidei datione, eo. tit. c. 2. & c. ſe quis. Tertiū, iuramenti interpositione , eod. tit. cap. de illis. Quartū, datis arrhis sponsalitij, ſcilicet pecunia, vel alijs rebus. C. de spon. Larrhas, Quintū, annuli subarrhatiōne, c. tuat, de deipons. impu. Sponsalia verò propriè sunt futuratum 62 nuptiarum † promissio. l. 1. ff. de spons. & 30.q. 5. c. noſtrates. Er dicuntur spon ſalia à ſpondendo , id est promittendo , Vnde sponsus, vel ſponsa à ſpondeo di cuntur. Et dicuntur ſponsi vir, & mulier , antequam matrimonium fit per feſtum , ſed poſt perfeſtum matrimo niū, quia adimpta , ſeu perfeſta eſt promissio, non appellantur amplius spō ſi, ſed maritus, & vxor, ff. de hiſ, qui no infam. l. 1. in ff. ſi quis officium, ff. de ri tu nupt. Hinc fit, quod statutū loquens de vxore, non extendit ad ſponsam , quod bene nota.

63 Trigesimaprima. Sponsalia † multis modis diſſolui poſſunt. Primo religio niſ ingressu, etiam altero coniugum in uito, quod procedit quoq; in matrimoniō de preſenti, abſque copula, c. verū, c. ex publico, de conuerſ. coniug. Nō tamen ſoluuntur ſponsalia de preſenti per fuſceptionem ordinis, gl. in c. i. de voto in ſexto, que tenet, quod etiam ſi fiat Epipocus, vel Papa, non ſoluuntur ſponsalia de preſenti. vt ibi dicit Io. An. Nec voto caſtitatis de preſenti ſoluitur matrimoniū, de conuerſ. cōiu. c. ex par. 1. Secundū, per fuſceptionem ſacri ordiniſ, 27.q. 2.c. deponſatam. Tertiū, cum ſponsi mutuo ſe abſoluunt, c. 2. de ſponſatam. Quartū, quando alter recedit perges ad regionē longinquam ante carnalem co pulati,

pulam, c. de illis, de sponsi. Quinto, cum alter incurrat lepram, vel grauem corporis infirmitatem, c. fin. de coniug. lepros. Sexto, si superuenit affinitas, c. veniens, c. ex litteris, de eo, qui cogn. cons. vxor. suz. Septimò, cum alter fornicatur carnaliter, c. quemadmodum, de iureiuia. Octauo, c. si fornicatur spiritualiter, 28. quæst. 1. cap. non solum, & c. iam tunc. Nonò, cum contrahunt secunda sponsalia de præsentí, c. si inter virum, de spon. Decimò, si minor peruenit ad ætatem adultam, & non vult illa seruare, d. c. de illis. Undecimò, si promisit contrahere ad certum tempus, & non sletut per eū, d. c. sicut ex literis. Ultimò, cum superuenit cognatio spiritualis, vel legalis, vt adoptio, Host. in c. veniēs, de cogn. spiri.

Trigesimalæcida. Matrimonium cō-  
64 trahi potest saluo † voto continentiae : sed iste, qui contrahit, non oportet, q. consentiat in carnalem copulam : (quia sic esset contra votum,) sed in societate coniugalem : & cum hoc consensu potest habere propositum intrandi claustrum, vel faciendi vitam continentiam, sicut fuit in Grifante, & Daria, vt dicit glos. in fi. in cap. omne, vbi Archid. nūme. 3. 27. q. 2.

65 Trigesimatertia. Licet mulier † habeat ius petendi debitum, & econtra, tamen fallit in multis casibus. Quorum primus est: Si coniux redderetur impotens ex causa à matrimonio secura: quia prius reddidit debitum, & ex hoc est impotens ipsum reddere, & tunc non peccat coniunx non reddendo. Nec mulier habet ius vterius petendi, & in petenda vterius, magis se exhibet meretricem, quam coniugem. Secundus, si redderetur impotens ex alia causa licita, & tunc coniunx non potest petere. Si verè esset illicita & tunc peccat, & peccatum vxoris si fornicatur, aliquo modo sibi imputatur, & ideo debet quantum potest operam dare quod vxor contineat. Hac D. Th. dist. 3. 1. art. 1. c. 3.

66 Trigesimaquarta. Maritus, † & vxor ad paria iudicantur. cap. gaudemus. §. fa-

nè, & ibi glos. 1. de diuort. 32. q. 1. cap. si quis vxorem, 1. Hinc Eua non de capite, ne Domina uideret, nec de pede, ne ancilla haberetur, sed de latere suit formata, ut collateralis appareret; quare ad paria iudicari debent, tum in petitione debiti, ut supra num. 54. tum quo ad substantia matrimonij, quæ sunt Fides, Proles, & Sacramentum, 32. q. 2. cap. solet, & cap. aliquando. Tamen fallit hæc regula in multis casibus. Et primus est: quia uxor est quasi ancilla uiri, 33. q. 5. cap. h. ec. imago. Secundus, quo ad uotum uxoris, quod reuocat maritus, non econtra, 33. q. 5. cap. noluit. Tertius, quo ad accusationem, quia maritus accusat uxorem, non econuerso, C. de adulter. l. 1. & l. quamuis, quod uerum est, quo ad penam imponendam: secus quo ad separationem thori, cap. tux. de procur. Item maritus est caput mulieris, & non econtra, 33. q. 6. per totum. 33. q. 5. cap. cum caput, & cap. seq.

67 Trigesimaquinta. Actus † coniugalis potest ordinari ad multa: & ita quando que potest esse meritorius, quandoque sine peccato, quandoque cum peccato ueniali, quandoque cum mortali. Et primo ordinari potest ad bonum prolis procreandæ ad cultum diuinum, & tunc non solum fit sine peccato, sed etiā est meritorius. Et de ista commissione dicit Aug. Coniugalis concubitus generandi gratia factus, non habet culpa. Et Apost. Cor. 7. si nupserit uirgo, non peccat. Et ratio est: quia exercere actum illum illo modo, & sine, quod directè cadit sub præcepto Dei, meritorium est: sed actus matrimonialis directè cadit sub præcepto diuino, ut ordinatur ad bonum prolis, Genes. 2. & 9. Nam ubi ponitur istud præceptum, semper ponitur. Crescite, & multiplicamini, ergo. Secundo, actus iste potest ordinari ad redditio nem debiti coniugis petenti expressè, uel per signa, & quando nulla spes est de prole, sicut post conceptionem, & tunc si nullum adest periculum abortus potest etiam fieri abique peccato, & est meri-

meritorius: cum mulier prægnans plus appetat frequenter concubitum, quam quoniam non est prægnans. Et de hac redditione debiti habetur 33. q. 5. cap. 1. Redde debitum, & si non exigis, reddere pro sanctificatione perfecta, &c. Et ratio est: quia auctus iustitiae factus ex charitate, meritorius est, reddere autem debitum auctus iustitiae est, 1. Cor. 7. & ideo auctus coniugalis propter hoc mere exercitus meritorius est. Potest etiam fieri sine peccato, quando vir immutat modum consuetudini cotundi propter corporis grossitudinem, vel infirmitatem, vel impregnationem, dum tamen vulnus mulieris non abutatur; nec semen scienter extra effundat, & hoc fiat, quia timetur de suffocatione partus si mulier iaceat in dorso, & vir in ventre incumbat. Concordat D. Th. & Petr. in scriptis distin. 31. Et nec obstat, 35. q. 7. cap. adulterij: ubi dicitur, quod talia execrabilius sunt in uxore, quia illud intelligitur de aliis contra naturam cognoscentibus uxores, aut extraordinariis polluentibus, aut causa libidinis exsaturandæ, & sine causa hoc facientibus.

68 Tertiò potest auctus esse ille ordinari ad explendam libidinem infra limites matrimonij, ita quod nullo modo sacerdoti, nisi esset coniunx, & talis peccat venialiter, cum veatur uxore non propter debitum finem, qui in matrimonio est bonum prolis, vel redditio debitti: ergo talis abusus peccatum est. Quod amplia, etiam si vir preueniret voluptatem manibus, vel cogitatione, vel vidente calidis, ut pluries possit cum uxore coire, Summ. Confess. de matrim. q. 37. Quartò potest ordinari ad remedium contra morbum corporalem propter sanitatem corporalem, puta judicant medici, quod vir & uxor incurvant morbum periculosum, nisi vident tali auctui: & tunc secundum S. Thom. est peccatum veniale, quia querit sanitatem perid, quod non est ordinatum. Quinto potest ordinari ad vitandam fornicationem in se, vel in uxore, & tunc si hoc facit ad vitandam fornicationem in uxore.

renulum est peccatum, si vero in se, est peccatum veniale. Sexto potest ordinari auctus ille ad explendam libidinem extra legem matrimonij, quod fit, quando accederet ad uxorem causa saturandi libidinis, consentiendo deliberatè in hoc; quod idem faceret, etiam si non esset sua uxor, & talis peccat mortaliter. Unde Hieron. & habetur 32. q. 4. c. origo: Adulterii est in suam uxorem ardenter amator. Sapiens iudicio debet amare suam coniugem, non affectu. Non regnet in eo impetus voluptatis, nec praeterea feratur ad coitum. Nihil enim est sedius, quam uxorem amare quasi adulterium. Est etiam peccatum mortale, quando uxor est prægnans, & maritus coeundo cum uxore præsumeret probabilitate periculo partus, quia tunc pertinet peccatum mortaliter, & alter reddere non tenetur. Pariter quando uxor certo sciens aliquod impedimentum matrimonij: nam tunc reddendo debitum peccat mortaliter, cum faciat contra conscientiam, & sic aedificat ad gehennam, cap. litteras, §. porro, de restit. spol. Quare tali casu nec ad mandatum ecclesiæ debet reddere debitum, sed potius sustinere excommunicationem, ut not. in ea pte. inquisitioni, de sentent. excom. Hec D. Thom. Card. à Turrecrem. in c. quicquid, 32. q. 2. Asten. de causa effic. matrimon. lib. 8. tit. 9. ar. 2. Henric. in dicto cap. Inquisitioni.

69. Trigesima quinta. Post carnis & copulam potest unus coniugum vovere, quod debitum non petat, licet non posset vovere, quod debitum non reddat sine consensu alterius: quia in primo casu veterque est sui iuris, sed non in secundo. Ira Bonau. in 4. dist. 3. q. 2. circa litteram. Petrus eadem dist. q. 1. art. 2. & secundum Rich. 4. dist. 32. q. 2. art. 1. & est opinio communior, quam illa D. Tho. qui dicebat, quod neutrum potest unus sine consensu alterius vovere, quia si alter debitum numquam peteret, ex hoc matrimonium onerolum alteri redderetur, dum opotet cum semper cum consu-  
stione

sione debitum petere: quia immo matrimoniū redditur magis leue, nam reddere debitum sepe est penale, & quo ad reddendum debitum qui vover est in scrutie: ar alter efficitur liber.

Trigesima sexta. Matrimonij vinculum duplex est: † Alterum, reddendi debitum, alterum, non se transferentium ad aliud. Fornicatione interueniente soluitur primum, sed secundū non, nisi morte intercedente. Solutio primi vinculi quandoque consulitur, quandoque permittitur, quādoque prohibetur, quandoque praecipitur. Consulitur, cum communī consensu continentiam uouēt, 33. q. 5. Quod Deo. Permititur cum fornicatiā euam cessantem, & paenitentem quis reliquit uxorem, 32. q. 1. cedit Dominus. de diuort. c. quanto, c. gaudemus. Prohibetur, quando castē uiuunt, & debitum exigentem non uult exigere, nec debitum reddere, cap. inquisitione. de sent. excom. 33. q. 5. c. 1. & c. secundum. Præcipitur, quando ea quae est fornicaria, & in crimen perseuerat, maritus non uult relinquare, cap. si uir sciens, de adult. Nam hoc calu rucus erit, & eius peccati particeps: & secundum Bernar. & Hostien. ibi, nisi denun ciatur eam ad paenitentiam, mortaliter peccat, 1. q. 1. c. si peccauerit, de iure. cap. qnemadmodum. Item præcipitur ad tempus, ut uacent orationi. 1. Cor. 7. 31. dist. c. tenere.

Trigesimaoctaua. Matrimonium non consummatum, an dissoluatur, si sponsa uult fieri mantellata. Dic, quod non: quia ut matrimonium dissoluatur operet, quod quis se astringat ad certam religionem approbatam, ubi promittitur tria substantialia Religionis, cap. ex parte, 2. de conuers. coniug. quia tunc potest ingredi etiam altero contrahente, c. uerum, c. ex parte, eod. ut. sed iste mantellata non sunt stricto modo religiose, cum non uoueat tria substantialia, nec propriè dicuntur habere Regulam, sed quendam modum uiuendi, ut in simili dicit glos. in Clep. 1. de relig. dominib. &

Clem. cum ex eo, de sent. excom. ergo. Et per ista potes inferre, quod uita he-  
72 remita † non dissoluunt matrimonium non consummatum, ut ponit Fel. in c. 2. de foro compet. Vide glos. fin. in §. ecce, 27. q. 2. uerb. solitudinem. Sed nota, φ tunc dissoluuntur matrimonium per ingressum Religionis, quando fuerit secuta professio: hinc fit, quod si remanēs in saeculo ante professionem alterius contrahat cum aliquo, non tenet matrimonium, & altero ante professionem re- deunte, tenet ad eum redire, nisi ipsa veit religionem intrare. Ita Henric. in cap. uxoratus, num. 1. in fine. de conuer.  
73 coning. Sed an Ordo sacer † soluat ma- trimonium, que in alio modum Religio? Dicit Hugo, Ber. & Goffr. φ Ordo sacer suscepimus ante copulam carnalem in uita uxore uel inscia, nullo modo soluit uinculum, immo & si Papa fieret, nec a lias intraret Religionem, teneretur ma- trimoniū consummatum, facit text. in d. c. ex parte, §. porrò, ibi, nisi ad obseruantiam Regularem quem solum casum ex cipit illa littera.

74 Trigesimanona. Post latam sententiā diuortij si uir ingressus est Religionem, & factus est sacerdos, & postmodum constat Ecclesiam suisse deceptam in senten- tia diuortij, restituendus est uxori repe- tenti, etiam si professionem fecisset. Et ratio est: quia post consummatum matrimoniu, neque per ingressum Religionis, neque per susceptionem facti Ordinis potuit uxori præiudicium generare, cum non habeat potestate corporis, ut dicit Apost. 1. Cor. 7. ita Ray. At si mulier non repetit uirum, sed ipsa etiā spon- te intendit continentiam feruare, sed uir uult repetrere uxorem, tunc non est audiendus: quia profitendo, & suscep- do sacrum Ordinem, potuit sibi præiudi- care: Nam si etiam à principio pari uo- to concordassent feruare continentiam, bene potuisset alteruter Religionem in trare, & solemniter profiteri, c. ex parte Abbatis, c. uxoratus, de conuer. cōiu. lo. à Capitul. de p. & terris. nu. 226. & 267.

75. **Quadragesima.** Vno coniugum † ad religionem transcuntem, vel ad iacros Ordines, alter potest illum reuocare in ijs casibus. Et primus, vt in vxore nouitij habitum probationis recipientis, & infra annum exequuntis, c. statuimus, de conuener. infid. quia tunc poterit eum petere, capitul. accedens, de conuersi. coniug. Secundus, in vxore professi, vel ordinati, in sacris, quando transitus ad Religionem, vel promocio ad sacros Ordines fuit facta ipsa nesciente, aut sciente, & contradicente, atque reclamante: nam tunc poterit ipsum reuocare, & non tenetur continere, c. Agathosa, 27. q. 2. 33. q. 5. cap. mulier. Tertius, quando uxore sciente, & consentiente, sed iuri signara, & non certificata, & tunc non obstante licentia, poterit reuocare maritum, de conuersi. coniug. cap. significavit, 28. dist. cap. placuit. Archid. in d.e. Agathosa, & cap. qui uxorem, 33. q. 8. in gl. s. Bern. & Host. in cap. placet, de conuersi. coniug. Quartus, quando uxor fuit certificata, & cōsentit ordinis, sed non voto, immo contradicere expresse, & tunc maritus non debet ordinari, quod si ordinem recepit, redditur uxori, & illa ad continentiam nec in vita, nec post mortem obligatur, cap. 1. de conuersi. coniug. Non poterit vero maritum reuocare, & tenetur consentire; quando expresse consentit Ordini, & Voto, certificata de praejudicio, vel tacet: quia tunc nec in vita Ordinati, nec post mortem contraher, quia presumitur voulisse, cap. qui uxorem, 35. q. 5. 32. dist. c. seriatim. Pariter uxor professi expresse consentiens professioni, non potest nec in vita, nec post mortem contrahere. Sed debet semper continentiam seruare, d. c. seriatim, & cap. quod Deo: Quod intellige secundum lo. quando fuerit certificata de perpetuū impedimento: alijs si simplex, & iuri signata, non intēdebat se perpetuū obligare, tenet matrimonium secundum ab ei contractum, arg. text. in cap. veniens, de conuersi. coniug. Et hæc intellige, quando unus coniugum vult in-

trare, vel intrauit Religionem, Ioan. in Sum. Confess. tit. de votis. q. 1.

76. **Quadragesima prima.** Coniugatus post carnalem copulam † ad ordines sacros promoueri non potest in ijs casibus. Quorum primus est: Uxore sua ignorante, ne fiat uxori præiudiciurn, c. coniugatus, de conuersi. coniug. Secundus, quando uxore sciente inuita, & contradicente, quia tunc idem, & multo fortius per eadem iura, quod intellige verum, scilicet quod inuita in uxore ordinari non potest, etiam si ipsa uxor adulterium commiserit, nam licet maritus possit intrare Religionem, et profiteri cum uxore, que etiam adulterata est in vita, secus tamen est in ordinibus, quia non potest fieri Subdiaconus, cum adulterata est in vita; & est ratio: quia uxor cuiuslibet in sacris ordinibus constituti, tenetur continere, non solum couentare, sed etiam post mortem eius. 28. dist. c. quia sunt, 32. dist. c. seriatim. Et hoc not. Innot. & Host. secundum Alten. Tertius in uxore Episcopi sciente, vel ab initio contradicente, sed postea ratificante, que pars iudicantur, c. 2. quod met. causa, c. is qui, de Regu. in 6. quia tunc non sufficit, q. contradicat, sed oportet, q. cura hoc conuertatur, & profiteatur aliquam Religionem approbatam, c. ex publico, de conuersi. coniug. Etsi speciale in uxore episcopi, ut ibi not. Bern. & Host. in d.c. coniugatus, non tam propter dignitatis excellentiam, quam propter pericula imminentia euitanda, si enim uxor remaneret in seculo, forte nimis episcopum multis slipata maliciebus visitaret, & pro multis intercederet contra iustitiam, instaretque q. parentes suos ditarer, & multa alia mala exinde contingere possent: & ideo quod vituperari potest euitari debet, c. vni. de oblig. ad iatio. c. 1. de seru. non ordin. Faliit tamen hæc regula in alijs Ordinibus, quia si maritus promouetur ad aliquem alium sacrum Ordinem ab episcopo, ipsa sciente, & non contradicente, tunc statim per hoc videtur mulier voulisse continentiam,

tiam, & potest remanere in sacculo: nam quemadmodum communis consensu si ne acceptione Ordinum possunt continentiam profiteri remanendo in seculo 33. q. 5. c. quod Deo. sic & accipiendo sa-  
fers ordines, & ita opinio videatur ve-  
rior, vt post multa testatur Henr. in d.c.  
coniugatus, nu. 5.

Quadragesima secunda. Coniugum  
77 alter potest in duobus † casibus legitime  
profiteri, etiam absque licentia, vel  
consensu alterius coniugis. Quotum pri-  
mū est, quando matrimonium est nō  
dum carnali copula consummatum, c.  
verum, c. ex publico, de conuer. coniug.  
Secundus, quando profitetur post sen-  
tentiam diuortij propter adulterium ab  
altero coniuge consumissim latam, 35.  
q. 6. cap. multorum. 33. q. 2. c. saculares, c.  
vlt. de conuer. coniug. Verum in multis  
alijs casibus non potest: quorū primus  
est in vxore, quæ violenter fuit coguita  
a sposo suo de præfecti, & sic matrimo-  
niū fuit per vim consummatum, quia  
si post talem cognitionem violentā fuit  
ingressa monasterium, reddenda est ma-  
rito, qui v̄sus est iure suo. arg. tex. in cap.  
cum ecclesia Vulerana, in fine, de elec.  
Nam ex quo cognoscitur, præsumitur  
consentire, cap. insuper, qui matr. accus.  
pol. Et quia vna caro effecti sunt sacra-  
mento matrimonij præcedente, de Regu-  
l. c. ad Apostolicam, 32. q. 5. c. si Paulus.  
Archid. 33. queſt. 5. in lumina. Sed  
78 an † dicatur matrimonium consumma-  
tum, si sponsus oppressisset sponsam, nō  
tamen semen emisisset? Dic, q. non; Vé  
de in c. fin. de spons. c. fraternitati, de eo,  
qui cogn. coniug. vxo. sua. Secundus, in  
adultero, qui monasterium intrare inui-  
to altero coniuge innocente non potest  
ne propter delictum suum à seruitutis  
coniugalis vinculo liberetur; Delictum  
enim non debet præstatre immunitatē: Nec  
delinquens debet esse melioris con-  
ditionis, quam non delinquens, si de in-  
terd. & releg. l. relegatorum, §. 5. c. ex par-  
te, de confue. c. cum qui, de præb. in 6.  
Quod verum est, etiam si lata fuerit sen-

tentia diuortij: quia innocens potest ei-  
velit, nolit, reconciliare, quoad usque in  
trauerit Religionem, & professā fuerit,  
vt not. Doct. in c. ex litteris, de diuort. &  
ibi Hear. in 2. dicitur. Et ita tenet Host.  
Ray. Gof. in Summa de diuort. D. Tho. Fr.  
Io. in Sum. Aſſens. lib. 8. de bono sacr. in  
fine. Tertius, in innocentē, quia non po-  
test intrare inuito adultero irreuocabili-  
ter ante ſententiam; quia si adulterer pete-  
ret restitutionem, non obſtarēt ſibi exce-  
ptio adulterij committi ante Spoliatio-  
nem, arg. tex. in c. item eum quis, de re-  
ſtit. ſpōl. Licet obſtarēt ſibi adulterium  
conniſsum post Spoliationem, & ſic in-  
tellige de diuor. c. ſignificati. Vnde tex.  
in c. Agathosa, intelligendus eſt, ſen-  
tentia laza. Quartus, in coniuge notoriē a  
adulterante, vt quia notoriē moratur cū  
adultero, vel adultera: nā non licet alte-  
ri coniugum innocentē, Religionem in-  
trare inuito altero coniuge adultero, cū  
in notorijs etiā necessaria ſit ſententia,  
vt nos alias diximus, & affirmat Henri-  
c. ad noſtram, 3. de iure iur.

Quadragesima tercia. Matrimonio co-  
ſummatō nō potest coniunx ingredi Re-  
ligionem altero inuito, ſed quando dica  
79 utrū consumatum? Dic, q. quando ſuc-  
tit facta ſeminum commixtio: Hinc fit,  
q. ſi quis præter ordinem pollueret uxo-  
rem, vt puta circa naturalia, non dicere-  
tur coniugiaſſe matrimoniu, cum nō  
ſeminauerit inſta clauſtrum pudoris  
mulieris, ſed ſolum extra, c. extraordi-  
naria, 35. q. 3. Pariter, ſi quis non intravit  
clauſtrum pudoris, ſed ſeminauit inſra  
illud, & tunc ſi per hoc non fit facta ſe-  
minum commixtio, non dicitur conſu-  
matum matrimonium, aliaſ ſic, ac ſi pe-  
rinde intravit, ſi de hoc Ecclesiæ con-  
ſerter, arg. verum, quæ no. Abb. in c. is qui,  
de ſpons. Rurſum nec dicitur conſummatum,  
ſi intravit vas mulieris, ſed non ſe-  
minauit, nec ſemen effudit: cum ibi non  
fit facta ſeminum commixtio, vt no. gl.  
vlt. in d.c. extraordianria, arg. 33. q. 2. c.  
nullum. Abb. in d.c. is qui, qui dicit, q. ſe-  
minum commixtio facit conſummatum

matrimonium, arg. c. vlt. de spons. Rursum, si solutus defloraret solutam, si nō esset facta seminum commixtio, non dicitur consummatum matrimoniu. Quare si maritus deflorasset vxorem, non tam men facta seminatione, posset ingredi religionem, licet opponere se posset ecclesia, propter presumptiōnem. ad hoc facit quod not. Hugo, 3. i. q. 3. c. 1. vbi dicit, q. si sponsus, & sponsa non sunt esse etiā una caro, quamvis sponsus corrumperit, & cognoverit sponsum, non tamen sit prejudicium ei ob hoc, quin ab ea possit discedi, sicut ab eo cognita non suis est, licet in dubio presumatur pro carnali copula. Vide Archid. in c. vnl. de spon. lib. 6. & in d.c. extraordinaria. Sic licet clericus fuerit cum muliere pluribus noctibus, & licet intrasset vas, si tamen nū quam seminauerit ibi, mulier illa posset contrahere cum fratre clerici, cum non sit ibi contracta affinitas, sed in solo contentio eccl̄ia contrarium iudicarer, cum semper ex quo corrumperit, presumat illud consummatisse, si aliter illud probari non posset.

Quadragesima quinta. Matrimonium à clero in laetis, et religioso contractū, 80 est nullum, & huiusmodi personæ sunt excommunicatae ipso facto. Clem. cos, de consang. & affin. tamen fallit in multis casib. Et primus est. Sicut etē contractū, intelligendo de absoluta coadūcione, puta, quia actuali violentia cogitū imponere annulum manu. Facit tex. in c. presbyteros, dist. 5. o.c. maiores, de bap. Secundus, quando metu cadente in constantem virum: quia licet peccet mortaliter, non tamen est excommunicatus; & ratio est: quia ubi est metus, deficit liber consensus, & ita non est matrimonium, e. cum locum, de spon. Tum etiam, quia sicut facta hæc constitutio propter publicam honestatis instituti, sed hic nulla honestas insurgit, cum coacte fiat, facit c. significavit, de sent. exc. Sed quid si contraxit, 81 sed non consummavit? incidit: quia hæc constitutio punit contractū matrimonium, sed quid si contraxit per

verba de futuro sponsalia. respon. gl. & Pau. q. non ligatur, nisi consummaverit per copulam; quia tunc transit in matrimonium, e. veniens, c. is qui, de spon.

Quadragesima sexta. Matrimonium contractū à muliere, quæ machinata est in mortem mariti cum occidente mortali, nullum est, c. 1. de conuers. infid. Et sic ecclesia inducit impedimentum super matrimonio non contracto, licet super solutione iam contracti potestatera non habeat, de quo in cap. ex publico, de conu. coniug. Sed quid si mulier habeat ratum homicidium, an prohibitū sit illud. gl. f. in d. c. 1. concludit, q. non prohibetur, licet habeat ratum, modo non fuerit machinata. Similem glossam habes in c. cum quis, de sent. excon. Ad hoc autem ut ratihabito retrotrahatur 83 requiruntur tria: 1. Primum, q. delictū sit gestum nomine meo. i. contemplatione mei, gl. in d.c. cum quis. Secundum, q. habeat ratum gestum, & factum nomine meo; Nam si dicarem, Doleo, q. fecit nomine meo, sed gaudeo, q. sit factum, non dico habere ratum. Tertium, q. sit tale delictum, quod possit committi per alium, gl. in l. 1. s. & si quis, f. de vi, & vi arm. Nam ubi requiritur aclus persona lis alicuius, nunquam potest fieri per alium, nec potest habere locum ratihabito in delictis. Et sic requiruntur machinatio vxoris. Ita Ioan. de Anan. in c. 1. de conuers. infidel.

Quadragesima septima. Propter adulterium commissum ab uxore potest maius ritus illam dimittere, quantum ad thorum, & cohabitationem, per ecclesiæ iudicium, cap. discretionem, vers. Adulterium à contrario sensu, de eo, qui cogn. conf. vxo. sue, nisi in his casibus. Primus est, quando daret occasionem adulterandi per violentiam præcisam, ut qui eam omnino inuitam, & tenitentem tradit adulteriā, & tunc præterquam q. imputatur uito adulterium quo ad Deum, imputatur etiam quo ad hoc, ut ipsam ob hoc dimittere non possit, d.c. discretionem, arg. 30. q. 5. c. 1. & 4. Secundus, quando

quando mulier fuerit cōpulsa per metū cadentem in constantem viru, & tunc licet quo ad Deū non sit excusata circa peccatum mortale, cum potius omnia mala pati, quam peccato consentire debat, c. factis de his, quae vi. c. ita ne, 32. q. 5. tamen imputatur viro quod hoc, vt propter adulterium commissum dimittere non possit, c. pen. & vlt. de adulter. Tertius, quando daret vxori licentiam adulterandi per lenocinium suū, vel quia eam tradit adulterandam, secū dum Host. & Io. And. in d. c. discretiōrem, & ia. c. vlt. eo. tit. Hinc solvitur quē stio de gratiis argutante qui induxit mulierem suam adulterantem medico, qui aliter solebat curare infirmum, nā eo liberato non potest maritus illam dimittere, quia obstat ei exceptio, Arch. in c. concubuſi, 32. q. 7. Quartus, si ipse fuerit fornicatus, 32. q. 6. c. i. Quintus, si vxor credebat virum mortuum, 34. q. 2. c. cum per bellicām, nam talis propter ignorantiam probabilem exculatur. Sextus, si maritus pōst adulterium scienter cognovit adulteram, & tolerauit eam, 32. q. 1. c. si quis vxorem. Et est ratio: quia crimen per reconciliationem dimissum, amplius obijci non debet, nisi sequatur reciduum, ad quod ff. sol. mat. Lcūm mulier. Septimus, si stante matrimonio inter infideles, vir dedit vxori libelnum repudiij, & vxor alteri nupis: nam tunc si iterque conuertatur ad fidem, vir tenetur vxorem recipere, c. gaudemus, de diuort. multos ex his casib. ponit gl. 2. q. 6. in sum. super verbo, sed ponatur. Vide etiā gl. in e. intelleximus, de adult. super ver. compensatione.

85 Quadragesima octaua. Vxor † adultera non est dimittenda, sed in his casib. re concilianda. Primus, qn̄ fornicatio vxoris est occulta, quia probari non pōt, 2. q. 1. c. nos in quenquā, c. porro, de diuor. Et ratio est: quia idē iuris esse debet de eo, quod nō est, & de eo quod non pōt probari, l. duo sunt Titij, ff. de testa. tut. l. in lege, ff. de cōt. emp. Secundus, in fornicatione manifesta, quia absque iudicio ec-

clesia dimitti nō potest, d.c. porro, & ſ. porro, & c. de illa, 1. resp. Tertius, quando dimisit præcedente iudicio ecclesia, sed vxor opponit idem delictum, marito, quod probauit: quia tunc sit compenſatio delicti ad delictum, d.c. ex litteris, c. pen. & vlt. de adult. Quartus, si vxor commiserit fornicationem spiritualem, nā etiam post latam ſententiam ſi fuit emendata, & maritus non fuerit in-gresius Religionem, compellitur eam recipere, c. mulier, de conuers. coniu. c. de illa, de diuort. Vnde dicit Host. q. vt coniūx innocens fornicationem alterius cōiugis fornicantis spiritualiter poſſit euītare, dñō requiruntur. Primo, vt ſententia diuortij lata ſit. Secundō, q. intrauerit Religionem: igitur ſi alterū deficiet, ipsum reconcilias, velit, nolit, d.c. quāto, & c. gaudemus. quod ſocus eſt in fornicatione carnali, vbi non compellitur maritus illam recipere etiam emendatam. & ratio differentiæ eſt: quia in pri- 86 ma ſit principaliter iniuria † Deo, qui facilius remittit, quām homo, ſed in ſe- cunda principaliter ipſi homini. Vnde & talis, leſtu virtu dicitur maculare, & vxorem adeo coquinat, vt non vxor, ſed adultera dicatur, 32. q. 1. c. in coniu- gio, ſed homo non ita de facili remittit iniuriam ſicut Deus, & multo minus maritus, qui de talibus indignatur, 32. q. 6. c. indignatur.

Quadragesima nona. Propter adulterium maritus vxorem dimittere potest ſententia lata, in his † casib. Et pri- 87 mus eſt, cum adulterium fuerit ſecurū ob abſtentiam viri ab exactione car- nalis debiti, cum tamen effractu po- tēns: quia tale adulterium non viro, ſed vxori eſt imputandum: quia ad exactio nem huiusmodi, vir non tenetur, cum ſit in eius arbitrio, & voluntate exigere, c. 1. c. tua, de eo, qui cogn. conf. vxor. ſue. Secundus, quando ſequetur adulterii ex abſtentia viri à redditione carnalis debiti legitimè exacti per vxorem, nam tunc licet imputabitur ipſi viro peccatiū vxoris, quia non reddit debitum cum

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I.

potest, 27. q. 2. c. si tu abstines, & c. Agathosa, quamuis mulier etiam peccet, tamē iudicio Ecclesie propter ipsum adulterium vxor dimitti potest, c. significasti, de diutor, quia licet vir dederit occasionem ei, ipsa tamen debet seruare fidem castitatis, d.c. Agathosa, & c. quod Deo, 33. q. 5. Tertius, quando fuerit vxor coacta à viro metu leti, quia nec coactio debet dici, arg. gl. 1. in c. discretionē, de eo, qui cogn. consan. vxo. sue. Quartus; quando vxor adulterabat ex eo, quia à viro petebat debitū in loco factō. Quintus, quando secutum est adulterium, co quia noluit maritus reddere debitum propter impotentiam actualem naturalem causatiūam propter redditōnē debiti praecedentem, & tunc cum mulier vltierius non habeat ius petendi, si ob hoc adulteratur, sibi imputatur quo ad Deum, & quo ad virum, ut eam dimittere possit iudicio ecclesie praecedente. Nam qui fecit qud, et quandiu potuit, non potest ci amplius aliquid imputari, arg. 22. q. 2. c. faciat homo, & c. incitatur, de rescr. Sextus, quando vir esset factus impotens ex causa iusta, vt ex ieiunio moderato, & tunc cum non possit aliquid imputari, quia quod legitimè factum est, poenam non metetur, l. nemō, ff. de reg. iur. fit q. vxorem dimittere possit propter adulterium. Quod idē procederet si factus esset impotens ob aliquid impedimentum corporale, vt quia carceratus, vel coactus ab hostib.

Quinquagesima. Adultera non potest  
88 accipiari à marito in quinque t̄ casibus. Primus est, si ille conuincitur fornicari, c. significasti, de diutor, 32. q. 6. per totum. Secundus, si illam prostituit, c. discretio

nē, de eo, qui cog. cons. ux. sue. Tertius, si latenter fuerit cognita ab aliquo, quē credebat, suum esse maritum, ar. 34. q. 2. c. in lectum. Quartus, si fuerit oppressa ui absolute, 32. q. 5. c. propoſto. Luim paf fa, l. pen. ff. de adult. Quintus, si post adulterium illam sibi reconciliauerit, uel publicē adulterantem retinet in consortio maritali, 32. q. 1. c. 1. 2. & 3. Hos casus ponit Gof. in Sum. de diuort. in princ. & Host. cod. tit. 5. quot modis.

Quinquagesima prima. Fornicarius 89 uidens suum consanguineum t̄ contrahere matrimonium tum illa, quam carnaliter cognouit, tenetur hoc consanguineo suo reuelare, 35. q. 2. c. si homo, ubi Arch. in gl. 1. & gl. in c. præterea, de spons. Qui quidem uolens contrahere, tenetur qdēm reuelanti credere, arg. illius c. si homo, alias frusta fieret talis reuelatio, nisi ei teneretur credere, & à cōtrahendo abstinere, donec perfec̄tē sciat ueritatem, secundum Hug. & Arch. in d.c. si homo. Et hoc propter periculum animatum. Vnde ubi de periculo anime agitur, ad dictum unitus quis in conscientia credere tenetur, arg. corum, quæ leguntur, & notantur 1. q. 1. §. notandum, super uerbo dixerit. 22. q. 4. c. Innocens, 11. q. 3. c. non solum. An uero in foro fori per hoc matrimonium impeditur, ui de Henr. in d.c. præterea, de spons. Hac de matrimonio carnali. Nam de nuptijs 90 t̄ spiritualibus inter Deum, & hominem, uel humanam naturā, inter Christum, & Religiosum, & inter Deum, & animam, & de bonis matrimonij diffusus diximus in nostris Sermonibus in Dominica prima post Epiphaniam Domini, Sermone primo.

FINIS LIBRI PRIMI.



# DECISIONVM AVREARVM CASVVM CONSCIENTIAE

*Partis Secunda:*

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA,  
Monacho Cassinensi, Monasterij S. Scuerini  
de Neapoli professo, Authore:

L I B E R   S E C V N D V S.



## S V M M A R I V M .

- 1 Fundamentum nostrarum actionum Christi Iesu est.
- 2 Author in Christi nomine omnes suos ad eius progressus cupit.
- 3 Iuramenti materia dividitur in undecim articulos.
- 4 Scholastici unde dicti.
- 5 Iuramenti, & sacramenti etymologia.
- 6 Iuramenti institutionis causa tres assignantur.
- 7 Sententia Salvatoris explicatur, Est, est.  
*Non, non, & Iacobi, ante omnia fratres nolite iurare omnino.*
- 8 Iuramentum, qualiter dicatur prohibetur.
- 9 Iuramentum, ut si sit fine culpa duo sunt necessaria.
- 10 Iuramentum dicitur temerarium, nisi impellat necessitas, vel virtus.
- 11 Casus supremi, in quibus licet iurari.
- 12 Iuramentum debet habere tres comites.
- 13 Forma iuramenti multiplex.

De Iuramento in genere.  
Cap. I.



V M fundamentum omnium nostrarum actionum sicut Christus Iesus, i. q. i. e. cum Paulus. Cosequenter præbatur, quod præpostus ordo est primum humana subsidia querere, deinde illis deficientibus, diuini sautoris gratia postular. Ad ipsum prius est consuendum, scilicet orando, qui nostra curare possit animæ passiones. c. omnis Christianus, de conse. dist. 1. Ideo quodcumque facimus verbo, aut opere, id totum in nomine Domini nostri Iesu Christi facere debemus, in quo uiuimus, mane mus, & sumus. ad Colos. 3, 26. q. 3. cap. non licet, & q. 7. cap. non obseruetis, in fine. Nam ex eius nomine sequitur bo-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib.I.

nūm principium, melius medium, & optimus finis. Vniuersa quippe recte geruntur, si rei principium fiat decens, & gratuia Deo, in Authen. quoni. oport. Episc. circa princ. col. 1. Qui res penitus desperatas donare, & cōsuñare suę virtutis magnitudine potest. C. de vti. iur. enuel. L. 1. in princ. Et sine ipso vera sapientia haberi non potest, 26. q. 2. c. quę sine, & sua virtus, & disciplina vnumquemque glorificat, de conſecr. diſt. 5. c. de Spiritu. Et prout uel legi, Dei gratia, in Auth. de monach. §. lanchim. col. 1. 19. q. 2. cap. duæ sunt, c. licet, de Regul.

2 Ideo † in cuius nomine scilicet Dei omnipotens, omnes meos actus progre- di cupio: Nam quamvis me imparem cuicunque oneri, & preſertim elucida- di hanc materiam de iuramento esse in telligā, fretus tamen pristina Iefu Chri- sti benignitate, qui vnumquemque sua- disciplina, & gratia fouet, d. c. de spiri- tu, huiusmodi materie explicationi o- peram nauare decreui, non laudis qui- dem auuditate, sed charitate, pro viribus ingenioli mei seminandæ veritatis, 39. q. 4. c. obiciuntur, & consulendi studen- tium utilitatē: nam nobis solis nati non sumus, l. lege, C. de heret. sed ortus no- stri amici partem, partem patria vendi- cant, vt dicit Tullius, ad hoc 8. q. 1. c. in scripturis. Rogo † igitur vos scholasti- cos à scholadietos (quaꝝ Græca dictio, Latinè dicitur vacatio) vt labore aquo animo suscipiatis vacandi huius tracta- tus lectio[ni], non vos ad diuersa diſtra- hentes, vt dicit glo. in procem. 6. in ver- bo scholares, sic mihi maiorem tribue- tis aniam studendi, & enucleandi hanc perdiſcilem materiam, in qua si aliqua inuenieritis, quę correſtione indiget, hac ut corrigatis velim, hoc enim opus Sancta matris ecclesiæ censuræ in pri- mis ita submitto, vt profitear quod ipsa in eo approbauerit, me illud tenere, quod vero improbauerit, illud ipsum à me quoque reiſci, & repudiari, vt per hoc neminem lateat me culpari non pos- se, 2. q. 1. c. hæc est fides. de ſum. Trin.

& fide Cathol. cap. damnamus, in fine. Aggredior itaque hanc materiam, quā diuidō † in plures articulos: Quorum primus est de iuramento in genere. Se- cundus, de eiusdefinitione. Tertius, quos comites habeat. Quartus, an li- ceat ab aliquo exigere iuramentum. Quintus, de iuramento meticuloſo. Sextus, de conditione, quæ in iuramen- to intelligitur. Si mihi fides praefletur. Septimus de regulis, quibus dignosci- tur iuramentum non seruandum. Octa- nus, de vi, & virtute iuramenti. Nonus, de quibuklā decisionibus in materia iuramenti. Decimus, an in iuramento possit fieri dispensatio. Undecimus, de periurio. Circa † primum sciendum eſt, quod iuramentum, iuriandum, & sacramentum, sunt synonima, id est, idem significantia quo ad materiam no- stram. Quandoque tamen aliter acci- pitur sacramentum, vt extr. de facr. non. iter. 1. q. 1. c. multi, glo. in c. veniens, de transact. Si autem quæris de etymolo- gia nominis: dic, quod dicitur factum quasi per sacra astringimentum. Ju- ramentum derivatur à iure, quia id, quod iuratur, pro lege habendum eſt, & quasi ius sancte eſt seruandum. Ita Panor. in rubr. cod. tit. Sotus de iust. Sc iure, lib. 8. q. 1. ar. 1. Couar. de paſt. in ini- tio, prima partis, num. 2. Est autem in- ſtitutum † iuramentum ad eum finem, vt omnis controuerſia tollatur, cap. eti. Christus, de iure iur. Et intellige con- trouerſiam non ſolum iudicialeq[ue], ſed eti- extra iudiciale, l. ſed eti, §. hæc ver- ba, ſſ. de petit. hæred. per Bald. in l. am- plius, ſſ. rem rat. hab. vbi pater, quod co- trouerſia dicitur ante item cōtestatam: ſed largo modo ad excusandum iura- mentum dicitur controuerſia, quando- ſubeft necceſſitas, vel vitilitas, nec mihi creditur abſque iuramento. Item ſuit inſtitutum iuramentum propter infi- mitatem hominum ſacile dubitatum: Cum enim volumus aliquibus perſua- dere quod eis vtile ſit, & non credunt ſimpli verbo, permitetur nobis iura-

re, cap. non est, cap. ita ergo, cap. si ergo, cap. si peccatum, 22. q. 1. Hinc est, quod postquam Dominus dixit. † Est, est. Non, non. ut affirmatio, vel negatio procedit ex ore, ita procedat ex corde, prudenter adiunxit. Quod amplius est, a malo est, non culpa, sed poena, nec exhibentium, sed exigentium iuramentum: nam incredulitas huiusmodi magis est poena, quam culpa. Vnde non dicitur malum, sed a malo. Ita dicit textus in cap. significasti, extr. de elect. & in d. c. eti Christus. Etenim, si per se malum esset iurare, profecto Dominus non iurasset, cum tamen in veteri testamento legatur: Iurauit Dominus, & non potest negari eum. Et rursus: Iurauit Dominus veritatem, & non frustrabatur cuiuslibet. Immo ita precepit in veteri testamento. Redde Deo iuramenta tua. Hinc colligitur, quod seruare tenemur iuramentum ex precepto iuris diuini. Sic & Paulus iurauit, ut habetur 1. Corin. cap. 15. cap. non est, cap. ut noueritis, 22. q. 1. Vnde licet Dominus videatur prohibuisse iuramentum, & Iacobus in Epistola dicat. Ante omnia fratres mei, nolite iurare omnino, non tamen prohibuit iurare per Creatorem, sed per res creatas, ne per huiusmodi iuramentum transferatur ad res creatas honor, qui creatori debetur. Vnde cum præmisserit. Nolite iurare omnino, statim subiunxit, neque per celum, neque per Hierosolymam. Si tamen contra fieri, nihilominus iuramentum habet vim, & pondus, quia falso in consequentiā iuratur per Creatorem: honor enim exhibitus creature, redundat etiam ex consequentiā in honorem Creatoris, ut probat tex. in d. cap. eti Christus, in verbo, quia testante. Et sic multa fieri prohibentur, que si facta sint, ut trax, ac fieri habentur, ext. cod. cap. quemadmodum, §. quod si post huiusmodi. Vel aliter responderi potest, quod Iacobus non simpliciter prohibuit iuramentum, sed voluntatem iurandi. Dum dixit: Nolite iurare omnino: quia nullus debet.

iurare voluntariè, nisi necessitate duetus, ut infra videbimus. & glos. in d. cap. eti Christus, exponit, omnino, id est ex leui causa. Facit tex. in l. Grace, §. illud, ff. de fidei. ex quibus colligitur, Dominum, atque eius Apostolum prohibuisse iuramentum, non tanquam per se malum, cum sit confirmatio veritatis, & maximum remedium litium .expediendarum. l. 1. ff. de iure iuri. sed ex causa: quia ex leui, & frequenti, atque incauto iuramento in perturbum sapientiam dilabimur. Vnde legitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate. Sic vīna per se malum non est, sed ex frequenti, & incauta potatione luxurias generatur. Vnde dixit Apostol. Nolite inebriari vi no, in quo est luxuria. Sed Paulus concessit Timotheo, ut vteretur modico vino propter stomachum, & frequentes infirmitates. Sic certe cum necessitas exigit pro re uera, graui, & honesta, potest tutè iurari: quia cessante causa, cessat effectus: ita tex. in d. c. eti Christus. Rursus sicut institutum iuramentum propter defectum veritatis humanae: quia ut plurimum homines in mendacium labuntur, & idē necessarium sicut consilere ad diuinum testimonium: quia Deus nec mentiri potest, nec aliiquid eum latet. Ut tamen verò iuramentum fiat sine culpa, duo sunt necessaria. Primum, quod ex necessitate iuratur, d. c. eti Christus. Et aduerte, quod hoc verbum, necessitas, capitulū ibi in tex. late, ut comprehendat etiam utilitatem. Dicitur enim largo modo necessitatis ad iurandum, quando instat utilitas, & fibi non creditur absque iuramento. Hinc non solum propter utilitatem propriā, sed etiam proximi potest quis honeste, & licite iurare, si aliter sibi non creditur. Ita Archid. in c. non est contra, 22. q. 1. Quare gl. in c. Archidiaconum dist. 25. 10 quia dicit omne iuramentum esse tatem, cum ad iurandum non impellat necessitas, debet intelligi largo modo, ut includat etiam utilitatem. Hinc tradit Felin. in c. ut super, in principiis de:

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

de test. cogen. & in ca. cum accessissent, col. 10. de constit. quod sicut magna necessitas excusat, cap. quod non est licitū, de reg. iur. ita & magna vtilitas. Verum 11 si vis scire casus, quando quis flicet iure posse absque peccato, vide glos. in c. significasti, de elect. qui ponit septem casus, quorum primus est pro fide retinenda. Vnde quando aliquis est suspectus, de cuius fide dubitatur, compellitur ad iurandum pro fide retinenda, de consec. distin. 2. cap. ego Berengarius. 1.. q. 7. cap. quoties. Secundus pro obedientia exhibenda, dist. 23. cap. quamquam. cap. nullus, de iure iur. Tertius pro unitate seruanda, vt Schismatici, qui separant se ab unitate ecclesie, d. cap. significasti. Quartus pro veritate habenda, sen inquirenda, vel comprobanda, 14. q. 2. cap. quamquam, vt cum in iudicio veritas per testem comprobatur, c. 1. 22. q. 1. Quintus pro pace, 22. q. 1. cap. oē, quod. Sextus pro fama purganda, ext. de purgat. Canon. per totum. 2. q. 5. c. si presbyter. Septimus pro damno dato, 2. q. 1. c. in primis. & pro cautione danni non faciendi, dist. 28. de Syracusanis. Secundum, quod necessarium est, ut iuramentum fiat sine culpa, illud requiritur, vt habeat tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam, c. animaduertendum, 22. q. 2. d. c. eti Christus. Aliter si aliquod ilorum defuerit, potius est per iurium, id est, in causa affirmatio, quam iuramentum. Verum quomodo ista debeant intelligi, dico breuiter, quod iuramentum debet habere veritatem secundum conscientiam, ut id, quod iuratur, putet esse verum ex conscientia. Non enim sufficit quod in se sit verum, nisi iurans credit illud esse verum, secus si contra conscientiam iurat, 22. q. 2. c. homines. glo. in d. c. animaduertendum. Debet etiam habere iudicium, id est discretionem, vel deliberationem accuratam, & diligenter in modo, & causa iurandi, & ex causa: Si enim iurat per Deum, & ob causam necessariam, vel utili, erit discretum iuramentum ex consulto, & cogita-

to adhibitum, ut probatur in d. cap. eti Christus. Sed si iurat per creaturam, vel sine accurata deliberatione, seu absque vtilitate, vel necessitate, tunc est indiscretum, & temerarium, atque precepit iuramentum. An vero tale iuramentum obliget, atque obstringat, videbimus infra de comitibus iuramenti. Debet etiam habere iustitiam, id est vt quod iustum sit iuretur, cap. quanto, extra cod. 13 Forma autem iuramenti, vt inquit glos. in summa 22. q. 1. Alia erat in veteri lege, alia in primitiva ecclesia, alia ho die. Nam in veteri lege iurabatur: Vivit Dominus: Vivit anima mea: Hec addat mihi Dominus. c. iurauit 22. q. 1. In primitiva vero ecclesia iurabatur: Testis est mihi Dominus. Testis est mihi conscientia. Hoc dico coram Deo, cap. si peccatum, ead. quest. Sed hodie iuratur per Deum. Sic me Deus adiuuet, vt 35. q. 6. cap. de parentela. Ex quibus infertur, quod ad substantiam iuramenti non est necesse vt exprimatur verbum iuro: sed satis est, quod ad confirmationem veritatis quis interponat ipsum Deum explicitè, vel implicitè, ita Pan. in c. eti Christus, & c. querelam, eo. tit.

## S V M M A R I U M.

- 1 *Iuramenti definitio que dicatur.*
- 2 *Inter iuramentum, & simplicem promissione discrimen.*
- 3 *In iuramento an necessaria tallura.*
- 4 *Iura cur exigant iuramentum cum tallura.*
- 5 *Contempnus ubi maior, ibi minus peccatum.*
- 6 *Iurans adimplere statu tempore, quod adimplere se non posse credebat, peccat.*
- 7 *Iuramento promulgans quod adimplere credebat, si postea iusto impedimento non adimpleri, non peccat.*
- 8 *Iuramentum necessitate urgente an propria auctoritate possit frangi.*
- 9 *Lapsus temporis non auctre obligationem.*
- 10 *Perrutus an sit non solvens tempore statu.*

*Iura-*

- 11 *Iuramentum non remittitur per temporis prorogationem, quod extende ad excommunicationem.*
- 12 *Difficultas an liberet debitorem à pena conuenienti.*
- 13 *Excommunicatus an sit qui aliquid sub pena precepit non fecit ob difficultatem rei facienda.*
- Index an debeat incipere ab excommunicatione, sub num. 13.*
- 14 *Iuramentum illicitum an sit seruandum.*
- 15 *Iuramentum illicitum multipliciter dicuntur.*
- 16 *Fidei interpositio an sic obliget ut iuramentum. & nn. 17.*
- 18 *Iuramentum multiplex.*

De definitione Iuramenti, eiusq;  
speciebus. Cap. I I.

**N**e redificemus sine fundamento. (Nam ignoratis principijs ignorantur ea, quæ sequuntur, 1. q. 1. cap. cum Paulus,) ideo agendo de Iuramento, oportet primo definire quid sit Iuramentum'. Iuramentum' igitur (omissis alijs definitiobibus) est assertio, vel negatio aliquaque honesta, licita, & qua fieri potest, cū facte rei firma attestacione. Ita Host. In surn. eod. tit. 6. 1. quam approbat Panor. in ead. rub. & Sotus lib. 8. de iust. & iur. q. 1. ar. 1. qui licet alijs vtatur verbis, tam cum supra nominatis auctoribus sentit. Vult enim Sotus, quod iuramentum sit dictio per diuinam attestacionem confirmata, vt dictio nomine & affirmationem, & negationem complectatur. Dei verò appellatione res quoque diuinias, nempe res creatas ad Deum relatas intelligit, quas Host. comprehendit sub verbis illis, sacrae rei, quia nō licet iurare per res creatas, quia ad Deum non referuntur: tunc enim illis honor Dō debitus tribueretur, & scelus cōmiseretur idolatriæ, cap. perlatum, & cap. venetabiles, ybi tex. cum gl. de consec. dist. 1.

Sed modo ex ipsa definitione multa ad notare necesse est, quæ ad illius verā cognitionem cōducunt. Primo loco, quod valde differt Iuramentū † a simplici pro missione, cum promissio sit nuda, & iuramentum sit assertio iurata; quod est aperte contra tex. in cap. iuramenti, 22. q. 5. vbi dicitur, nullam esse differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum; Nam respondetur, quod illud intelligitur quo ad peccatum mortale: quia sicut mortaliter peccat, qui sine iure iurando dicit falsum animo fallendi, ita etiam qui cum iuramento, ita vt quo ad Deum nulla sit differentia inter simplicem loquelam, & iuramentum, cum in utroque tum amittatur gratia, tum reus ad poenam aeternam obstringatur. Ecclesia tamen vult, quod mendax simplex non patiatur penam quo ad infamiam, & repulsionem testimonij: & insuper possit promoueri, quod secus est in mendace cum iuramento, ita Abb. in cap. veniens, num. 6. & in cap. clericus, circa finem, extra de iureiut. Secundò loco colligo, quod ad substantiam iuramenti non est necessarius actus tangendi, vt patet ex definitione, & probatur in c. ethi Christus, de iureiut. Adnotauit Panor. in rub. eod. tit. &c. in cap. fraternitatis, nume. 13. de testi. licet iste actus tangendi p. electum euangelia exigatur ad maiorem territorem cum iuramento, quod necessario defertur à iure, vel à iudice, vel à partibus, vnde non satis esset aliam scripturam tangere, 3. quæ tit. 9. cap. hortamur, quæ tit. 7. c. quoties, cap. finali, de iuramento calum. Si autem iuraretur aliter, licet illud esset ius iurandum, & obligaret iurantem, nō tamen esset satisfactum iuri, cū pro forma manus tangantur Euangelia. Vide bonam glos. in cap. vt circa, de elect. lib. 6. Quod si queris, cur iura communiter exigant huiusmodi iuramenti, † d. c. hortamur, cum ad substantiam iurandum non requiratur iste tangendi actus, ut patet ex definitione. Resp. quia magis obstringit iuramentum, hoc tangendi titu. Facit à finili

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. I. C

simili tex. in c. mouer. 22. quart. 1. & per  
 Inno. in d. c. et si Christus, vbi habetur,  
 quod quanto id, per quod iuratur magis  
 sanctum est, tanto maior pena debe-  
 tur periurio. Vnde magis peccat, qui  
 transgreditur iuramentum, quod pro-  
 nunciauit per verum Deum, quam qui  
 transgreditur iuriurandum adhibitum  
 testando per salios Deos, licet hic pec-  
 cat duobus modis, tunc iurando, tunc  
 transgrediendo. Ille vero, qui iurauit  
 uno modo tantum, per Deum, solum  
 peccauit transgrediendo; ratio est: quia  
 3 major contemptus est in transgres-  
 sione iurisurandi per verum Deum: sic  
 magis peccat, qui falso rurat tangendo,  
 quam non tangendo. De hac tamen ma-  
 teria scilicet de modo iurandi, vide Pan-  
 or. in c. fraternitatis, de test. in d. c. et si  
 Christus, nu. 9. & 10. & in rubr. & in-  
 fra, c. seq. Tertio ex ipsa definitione col-  
 ligo ex verbis. Quae fieri potest, quod  
 6 qui aliquid iurat est daturum statuto  
 tempore, quod tamen credebat eo tem-  
 pore ob impossibilitatem non posse ad-  
 implere, vel non habebat probabilem  
 causam credendi quod possit adimple-  
 re, secundum Host. peccat mortaliter  
 iurando: quia primo casu desuit veri-  
 tas, deinde iudicium, & sic est periur-  
 7 us: Quod secus est, est si crederet se  
 adimplete posse ab initio, cum iurauit,  
 licet postea ob difficultatem, vel necessi-  
 tam non adimpluerit: hoc enim mo-  
 do non erit periurus. arg. opt. in c. bea-  
 tus, 22. q. 1. cap. et si Christus: Quod qui-  
 dem multo magis est dicendum, quan-  
 do superuenit aliquod impedimentum,  
 vt nullo modo id fieri possit: Nam eo-  
 rum, quae fieri non possunt, dicitur, Im  
 possibilium nulla est obligatio. Idem de  
 necessitate, vel magna difficultate dicit  
 Panor. in c. querelam, & c. breui, eo. ti.  
 quod excusat a periurio, quia Deus ani-  
 sum respicit, non autem manum, c. si  
 quid inuenisti, 14. q. 5. Quare inquit In-  
 no. in c. venerabilem, extra, de elect.  
 8 quod urgente est necessitate potest quis  
 propria autoritate strangere iuramen-

tum, si superior habeti non potest, a quo  
 peratur absolutio, 11. q. 3. ca. antecessor.  
 Sed utrum lapsus statuti temporis aufer-  
 rat obligationem, dic, quod non, c. cum  
 dilecti, de dolo, & contain. L. Celsus, ff.  
 de arbit. Sotus, de iuslit. & iu. lib. 8. q. 1.  
 ar. 7. An vero talis necessitas excusat in  
 foro fori. Dic quod non; vt est tex. ybi  
 Ioan. Aud. in c. 3. de foro compet. in 6.  
 Sed quid dicendum, si adueniente tem-  
 pore, quo quis in instrumento iuramen-  
 to est promiserit date pecuniam, non  
 soluerit nulla existente necessitate, an  
 in anima iudicio sit periurus. Dico, p  
 si creditor interpellauerit debitorem, &  
 ille non soluit, tunc quia retinet pecu-  
 niā inuitō Domino, videtur peccasse  
 mortaliter, transgrediens praeceptum.  
 Non sicut facies, & est periurus; quod  
 dicendum, si non interpellauerit ob ti-  
 morem recuerentiale, vel verecundiā:  
 quia hoc in casu dicitur rem retinere  
 inuitō Domino, tex. est in l. penul. ff. de  
 sūrt. quod si creditor expresse proroga-  
 uerit tempus solutionis, tunc dubio pro-  
 cul non peccat, facit tex. in c. cum tu, de  
 vſur. c. statutum, circa fin. de rescr. in 6.  
 vel tacite, vt quia scit creditor aduenisse  
 tempus solutionis facienda, & tamen  
 omni metu, atque causa cessante, qui  
 ne peteret eam retinebat, non interpel-  
 lauerit debitorem: quia tunc probabi-  
 liter debitor potest credere sibi a credi-  
 tori dilationem dari, & non soluendo  
 non peccat, facit tex. in l. in obligationi-  
 bus, ff. de reg. iur. Sylu. in ver. Mora-  
 11 q. 1. in fi. Sed an iuramentum est videa-  
 tur remissum, quando creditor dat ma-  
 jorem dilationem illi, qui iurauit sibi  
 soluere intramensem: & dedit ei dilata-  
 tionem usque ad duos menses: Dic, p  
 communis est opinio p. non, ita Bar. e-  
 leganter, in l. 2. §. & post operis, ff. de o-  
 petis noui nunc. Bald. in cap. venerabili-  
 lem, de elect. facit glo. in c. fi. de precar.  
 que dicit, quod tempus prorogatum non  
 mutat conditionem, Fel. in cap. 1. nu. 3.  
 de iure iur. Quod idem dicit in excom-  
 municatione, Host. & alij, in c. præto-  
 rea,

rea, de appell. Fel. in cap. ad aures, de si-  
mon. nu. 2. qui dicit, quod prorogato ter-  
mino, adhuc durat excommunicatio.  
 12 Sed an difficultas liberet debitorem à  
poena conuentionali? Respon. quod dif-  
ficultas prestanti dupliciter considerari  
potest: vel ex conditionis euentu, vel ex  
mora. Exemplum primi. Si non dede-  
ro tibi bouem mense Maij, promitto  
nomine pœna dare tibi quinquaginta,  
& tunc licet casu aliquo moriatur bos,  
mihi praestanda est poena: quia pœna im-  
ponitur non ex mora, sed ex condi-  
tionis euentu, l. in illa stipulatione. ff. de  
verb. oblig. Exemplum more. Promitto  
tibi dare seruam in specie, quod si non  
dedero, centum, & tunc difficultas im-  
pedit moram committi, & per conse-  
quens pœnam, l. si vehenda, §. pen. ff. ad  
leg. Rhod. de iactu. vt puta, promisi sub  
certa pœna conducere res tuas statuto  
aliquo tempore ad certum locum, certe  
si casu sui impeditus, non committitur  
pœna. d. §. pen. Et hoc intellige, quando  
dari certa species est in obligatione, l.  
quod te, l. si homo mortuus, ff. de verb.  
oblig. quia si quantitas esset in obligatio-  
ne, securus esset: nam obligatio est in ge-  
nere, cum quantitas promittitur, l. in  
ratione, §. diligenter, ff. ad leg. Falc. &  
totum genus perire non potest, & ideo  
difficultas non liberat. An autem impe-  
diatur vinculum excommunicationis,  
 13 si t. quis iussus aliquid facere, minime  
sit fecit propter difficultatem rei facien-  
dit, verbi gratia, iudex excommunicauit  
Petrum, nisi venisset in termino ad  
perhibendum testimonium, Dic quod  
sic, quodcum Dicum, glo. in c. 2. de test. co-  
gen. quia impossibile preceptum non li-  
git, ff. q. sent. sine appell. ref. in l. 2. Et  
qui non potest, non contemnit, glo. in c.  
quam ff. in verbo, distulerit, de elect.  
immod etiam quo ad Ecclesiam, sed quia  
Ecclesia ignorat factum, ideo debet ab-  
stinere à diuinis, quousque probet impe-  
dimentum, quo probato, nulla indiget  
absolutione. Et ratio est: quia in dubio  
videtur mentem iudicis se velle confor-

mare iuri, sed ius excusat, per c. vt no-  
strum, vt eccles. benefic. nisi pro contu-  
macia, quæ est de peccato mortali, c. ne-  
mo, c. nullus, 1. q. 3. sed iste non pecca-  
uit, ergo. Quod quidem dictum Panor.  
extendit ad tententiam iudicis non so-  
lum inferioris, sed etiam summi Ponti-  
ficis: quia sententia hoc loco non in-  
fringitur ex defectu potestatis, sed vol-  
untatis, quæ voluntas potius debet pre-  
sumi iustior in Papa, quam in alio, arg.  
 40. dist. c. 1. Panorm. contra Host. in c. 2.  
de testib. cogend. An vero iudex debeat  
incipere à precepto excommunicationis,  
dic quod non, vedicit Dom. Pet. de  
Anch. conf. 56. incip. In Christi nomi-  
ne. Amen, per l. nimis propere, C. de  
execu. tei iudic. Vnde dicit Do. Ant. de  
But. in d. c. 2. de testi. cogen. quod incipe  
re statim à pœna excommunicationis  
est vehementer errare, & est signum  
 14 ignorantie. Quatto loco t. colligo ex  
definitione, dum dicit licite, illicitum  
iurandum non esse proferendum, fa-  
ciendum, nec seruandum. Verum quia  
non est hoc vsquequa verum, idem  
oportet inuestigare, quot modis iurame-  
tu n dicatur illicitura. Quapropter sci-  
 15 dum est, quod illicitum iuramentum  
multipliciter intelligitur. Est enim illi-  
citum aliquando ex eo, quod iuratur, al-  
li quando ex causa extra veriente, ali-  
quando ex modo iurandi: ita optimus  
tex. in cap. innocens, §. illicitum, 22. q. 4.  
Ex eo, quod iuratur, tunc est illicitum  
iuramentum, quando id, quod iuratur,  
sui natura vitiosum est, vt si quis iura-  
mento firmaverit aliquid facturum,  
quo vel corporis, vel anima salus adi-  
matur, vt homicidium, vel adulterium  
committere, vel alimenta matri, aut tra-  
tribus non subministrare, ad pacem cū  
aduersario non redire, & tunc quia ista  
perspicuum in se habent iniustitiam,  
quarumvis iure iurando affirmantur, iur-  
uari non debent, c. inter cetera, 22. q. 4.  
quia in malis promissis recindenda est  
fides, cap. in malis, de regu. iur. in sexto.  
Est etiam id, quod iuratur aliquando vi-  
tiosum,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

tiosum, non sua quidem natura, sed ex causis malorum venientibus. Veluti cum in seipso malum non est, tamen hunc ex votu pernitosum est: Hoc autem iuramentum licet illicitum sit, & per consequens non faciendum, non tamen seruati prohibetur, sed de violatione voti penitentia sibi imponitur a iudice, arg. tex. in c. qui post votum, de Reg. in 6. Verum tenet matrimonium contra votum castitatis, vt in c. vii. de voto in 6. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum, quando inconsideratè, & inscinter aliquid iuratur; quod tamen licet, & honestum est, & tunc tale iuramentum est seruandum, licet fuerit illicitum ex modo, & peccauerit iurando. Non enim talis semper peccat mortaliter, sed quandoque venialiter, secundum quantitatem culpe, vt not. Archid. in d.c. animaduertendu. Quinto loco, ex verbo, sacra rei, colligo, quod eius appellatione veniat Euan gelium, & fides. Vnde per fidem interpositionem quis ita obligatur, ac per iuramentum. Ita tex. in c. querelam, de iureiur. c. querelam, ne præ. vices suas, c. peruenit, c. cum tempore, de arbit. c. ad aures, de his que vi. optimus tex. in c. ex rescripto, tit. nostro, ibi, fidem prestat. Et postea dicit: Adimpleant, sicut iurauerunt. & ita fiduci prestatio est iuramentum. Hinc subsequitur, violatores fidei, periuros esse; quod adnotarunt gl. & Doct. in d. c. querelam, ne præla. vic. suas. Abb. & Fel. in c. querelam, tit. nostro. Subsequitur etiam violentem datum fidei, posse priuari beneficio, sicut veniens contra iuramentum, d.c. querelam, tit. nostro. Et ratio est: quia perjurium committit, & iura volunt ut pro perjurio priuetur, vt supra diximus, & c. cui non ab homine, de iudic. Infertur etiam, quod faciens contra fidem, sit famis, sicut periurus, eo modo, quo periurus interrogat infamiam, quod qn sit, plemente dixit Panor. in c. testimonium, de testib. cum fides data, & iuramenti equi-parentur, vt dixit gl. no. in c. 2. de spons. quorum sententia huic innititur roni,

quod fides iuxta eius propriam significacionem ad rem sacram pertineat, prout testatur Holt. in sum. nu. 2. extra, de iureiur. verum Archid. in c. iuramentum, 21. q. 1. tenet, non ita per iurij pena ordinaria puniendum esse violatorem fidei, ac cu, qui iusurandum per rem sacram violasset. Idem sentit gl. in c. pe. de iureiur. Ex quo infert ibi Archid. q. non debet priuari beneficio, sicut penurus. & idem videtur tenere, in cap. 1. de sepult. in 6. Quod quidem dictum Ber. & Holt. cap. ti. nostro, intelligunt in foro conscientiae tantum, vt refert Henric. in d.c. que relam, nu. 8. At Couar. de paet. p. 1. §. 2. au. 2. cui libenter assentior, sic dicit; q. aut aliquis iurat per fidem, habendo relationem ad virtutem Theologicam, id est ad fidem Christi, vel ad fidem Christianam, & tunc vere iurasse credendus est, & puniendus est tanquam violator iuramenti. Et ita intelligenda est prima opin. Panor. Holt. & Felin. aut iurans per fidem, illam refert ad fidem humana, quam & Gentiles, & Sarraceni servare tenentur iure naturali gentium, vel ad fidem nobilitatis, quae eam significat fidem, quam nobiles praæ ceteris in humanis actionibus prestare solent, & debet, & tunc in his casibus promissio, vel assertio facta sub mentione fidei, non est iuramenti: neque si non seruerit, est perjurium, neque est alicuius roboris quo ad alios iuris effectus. Ita Adr. & Alciat. in rubr. de iureiur. num. 5. Cap. 2. 2. q. 89. ar. 6. Qui etiam addit in du 17 bio. intelligendum esse promissionem de fide humana, & non prout est fides Theologica. Hinc Sotus, lib. 8. de iust. & iure, q. 7. ar. 1. eandem Caiet. opin. affimat, quod qui sic diceret: ita est in fine mea. vere iudicandus non est periurus, quia assert fidei suam in testem, si cut vniuersi principes facere solent. Quin etiam addit Caiet. vbi supra, quod idem procederet, si diceret per fidem meam. Quamuis per magis videatur formam testis adducere. Sed reuera, vt inquit Bonav. 3. dist. 39. q. circa literam,

q.3. idem est iurare in fide, & per fidē. Diuiditur autem iuramentum in multas species, vt habetur per Abb. in c. iuramentum, num. 1. & 2. de iure iuri. Sed 18duo sunt species † principales. Nam quoddam dicitur assertorium, quoddā promissorium. Assertorium dicitur, vbi de re præsenti, vel præterita aliquid asse ritur, vel negatur; promissorium vero, vbi in futurum quid faciendum, vel non faciendum promittitur.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Iuramenum à Domino prohibitum non est per se malum sed ex causa.*
- 2 *Iuramenum non connumeratur inter bona per se appetibilia.*
- 3 *Iuramentum adhibitis tribus comitibus licitum est.*
- 4 *Iuramenis tres comites conuenienter assig nauerit D. Hieronymus.*
- 5 *Iuramentum dici non potest, sed per iuriū deficiens comitibus.*
- 6 *Iuratio incanta, qua impròpiè per iuriū dicitor, multis fariam sit.*
- 7 *Iuratio incanta, quando peccatum sit mortale, & an obliget, non seq.*

## De comitibus iuramenti.

## Cap. II I.

**P**ost hæc aut̄ opere precium erit de comitibus iuramenti agere: nam ut iuramentum honeste fiat, aliquot necessaria sunt, sine quibus id permisum non est, immo inre optimo improbatum. Quod vt fiat manifestum, obiret interpretari nos oportet tex. in ea. eth Christus, §. quadam, de iure iuri. Quo in loco Innocentius III. asseuerat, quod quedam prohibetur, quia per se mala sunt, ut † furtum, adulterium, & huiusmodi, quæ nunquam sunt facienda. Quodam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt, sed quia si sunt frequenter, & pletumque, ex his mala

consequuntur: Sie iuramentum per se quidem malum non est, cum fit confirmatio veritatis: sed tantum prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti, & incauta iuratione, periurium sepe contin git: sicut in Ecclesiastico legitur. Vir multum iurás, replebitur iniuriae, & nō discedet à domo eius plaga. Accedat etiā tex. in c. ita ergo, 2. q. 1. vbi dicitur. Ita ergo præcepisse Dominum intelligitur, ne iuretur, ne quisquam sicut boni appetat iurandum, & affiduitate iurandi, ad periurium per consuetudinē prolabatur. Ex quibus verbis colliguntur tria. Primum, quod iuramentum non connumeratur † inter bona, quæ per se sunt appetēda, sicut sunt summa bona, scilicet virtutes: sed est indifferēs, & ex causa necessitatis, vel utilitatis bonum: vt Medicina non est per se bona, sed ex causa, ad subueniendum infirmatiati. Secundum, qd aliquid prohibetur non per se: sed propter aliud, quod inde potest sequi, 11. q. 3. cap. nolite, 38. dist. cap. ideo. Tertium, quod cessante causa inducente iurantem ad periurium: vt est causa frequentis, & voluntatē iurationis, cessate effectus, i. prohibitio iurandi, d.c. ethi Christus, §. quadam. Hinc si iuramentum † fieret de re licita, & adhibitis eius comitibus, tunc dubio procul licitum esset, & fieri posset sine culpa. Tres autem sunt hi comites, iuxta illud Hier. c. 4. Iurauit, Vixit Dominus in veritate, iudicio, & iustitia. Quiem locū Hieronymus interpretatur ita scribēs. Animaduertendum, quod insurandū hos habet comites: veritatem, iudicium, atque iustitiam, & addit: si ista desuerint, nequaquam erit iuramentum: sed periurium, c. 2. 2. q. 2. c. vlt. 25. q. 4. c. & iurabunt, 22. q. 1. d. cap. ethi Christus. N. Th. 2. 2. q. 39. ar. 2. & conuenienter assig nauerit Hieronymus hos comites: quo rum rō ea est iuxta D. Th. & Bonaventura, quod iuramentum non est bonum, nisi ei, qui bene vtitur eo. Ad bonum autem vsum iuramenti requiruntur tria, vnum ex parte iurantis, scilicet vt non leuiter,

## Decis. Aurearum

## Par. II. Lib. II.

leuiter, sed discretè, & ex causa necessaria iuret, considerando locū, & causam, tempus, & cæteras circumstantias, & sic requiritur iudicium discretionis, ne p̄cipitāter, & temerē feratur ad iurandū, neve illud appetat, tāquam bonum: sed necessitate, vel vtilitate ductus. Secundum, requiritur, in iuramento res, pro qua fit, & secundum hoc debetur sibi veritas, ut sit adequatio sermonis, & rei, alias diēbū non est confirmatione dignum. Item causa, quare fiat, & finis. & hæc debet esse necessitas, quæ comprehendit etiam vtilitatem, tan̄ propriam, quām proximi, quæ appellatur hic iustitia: nam si aon credit mihi proximus, quando illi volo persuadere, quod sibi, vel mihi utile est, possum, & iustum est illud iuramento confirmare, canon est, & ita ergo, c. seq. c. si peccatum, 22.q.4. Vel aliter, quoniam per iuramentum Deus, qui summa veritas est, & summa iustitia, in testem adducitur, primum ad eius reverētiam opus est, vt id, quod iuratur, sit verum, iustum, & æquum; deinde vt circumspēctēfiat. Aliter etiam glo. in d.c. animaduertendum, exponit: dicit enim, quid iurando semper debet esse veritas in conscientia, id est iuretur, quando certè scitur ita esse, alias si credatur tantum, nō debet de scientia: sed de credulitate iurari. Itē debet esse iudicium, id est deliberatio discreta, scilicet, vt non iuret, etiam verum, quis, nisi propter necessitatem; ideò secundum Host. in Sum. eod. titu. furiosi non possunt iurare, nec paruuli, id est infantes, c. paruuli, 22.q.5. Et ratio est: quia in iuramento debet esse iudicium, & talis actas nescit quid agat, ut C. de falso. mon. l.1. Debet etiam esse iustitia, id est, vt iustitia sit & licetum quod iuratur: etenim, iuramentum, cui veritas decit, dicitur falsum, & mendax: cui verò decit iustitia, dicitur iniquum, & illicitum: sed quod leuiter, & sine deliberatione sit, dicitur temerarium: vt etiā est assidua iuratio, vel otiosa, contra illud: Non assumes no mē Dei tui in vanum, 22.q.4. c. necesse.

Addit etiam ibidem Hieronymus, q̄ si ista tria defuerint, † nequaquam erit iuramentum, sed perjurium: & intelligit non solum perjurium, vbi tria defuerint collectiū, sed etiam si singillatim, id est aliquod illorum. Nam ex quo, aliqua exiguntur ad esse alicuius, sicut ista exiguntur ad esse iuramenti liciti, si vnu illorum defuerit, totum irritatur, nec illud stare potest, arg. opt. iii. c. quæ ipsiſ, dist. 3. in c. corepilcopi, dist. 4. Igitur si aliquod istorum defuerit, erit perjurū, secundum D. Hieronymum in loco p̄ citato, non quidem ex eo, quòd verē perjurij crīmē dici possit, (est enim propriē perjurium, mendacium iuramento firmatum) sed perjurium, id est incauta iuratio; quemadmodum exponit glos. communiter recepta, in capit. tua nos, extra de iure iur. incauta verò † iuratio quodammodo dicitur perjurium: quia iurans propter illum exponit se perticu- lo peierandi. S. Th. 2.2.q.98. art. 1. & 2. Quod quidem perjurium impropriē di cū multipliciter sumitur: nam quan doque ponitur pro temerario iuramen to, quod non habuit iustitiam secum, cap. innocens, §. fin. 22.q.4. Tale fuit illud Davidis, qui per Dominum iurauit occidere Nabal virum stultum, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinebant demoliri, cap. quod David, cap. seq. cap. si aliquid, 22.q.4. Sic turpe fuit illud Herodis, qui ebrius inter vina regnum pro saltatione promisit, Matt. 14. Mar. 6. c. vnuſquisque 22.q.4. Tale etiā est illud, quo malum incaute promitti, veluti si quispiam adulteræ perpetuam ciun ea permanendi fidem pollicetur. c. qui sacramento, & seq. 22.q.4. Item perjurium temerarium est ex modo iu radi, vel ex causa, vt quia iurat per creaturam, vel sine deliberatione, d. cap. eti Chtistus, & cap. innocens, §. fin. l'rimū ex deliberatione, † vel proposito factū, mortale peccatum est. cap. qui sacramento, 22.q.4. etiam si calore iracundiz, mo do non sit tantum, vt sapiat mentis alie nationem, arg. t. cx. 2.q.3. cap. si quis ira tus,

tus. & cap. seq. notandum, quia talis casus iurans non haberet consensum, & per consequens huiusmodi iuramentū non ligaret, glos. in l. 2. c. ad leg. Iul. maiest. quia non videtur Deus talem obligationem indiscretā recipere, 1 q. q. 1. c. nō est. Facit tex. in l. quicquid calore, ss. de reg. iur. Sic etiam confessio facta calore itacundia, non præiudicat, nisi detur perseverantia, glos. singularis in c. ex lit teris, de diuor. Votum pariter calore ira cundia emissum, non obligat, glos. not. in cap. dudum, vers. calore, de conuersi oni. Secundum, id est factum absque deliberatione super re licita, est peccatum veniale. Ita tex. 25. dist. ca. vnum. Arch. in d. c. qui iuramento, glos. in cap. tua nos, in fi. ext. de iure iuri. Primum etiam 3 est perjurium, † quia non habet secum iustitiam, quia id, quod iuratur illicitū est, vergens ad interitum, vel dispendiū salutis æternæ, & ideo nullo modo est seruandum. Hinc Daud, qui in temera riā iurationem cecidit, maluit non perfere quod iurauerat, quam iurationem suā suo hominis sanguine adimplere. De duobus enim malis elegit minus: quia minus fuit illud in comparatione maioris, licet per seipsum appennum malum magnum sit falsa iuratio, d. c. quod Daud, & seq. Vnde Beda Ser. 44. in Natali Decollationis S. Ioannis, dicit. Si ali quid forte nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorē vergat in exitum, consilio salubriter mutandum nouerimus, ac magis in instante necessitate peierandum nobis, quam pro vitādo perjurio in aliud crimen grauius esse di uertendum. Diffinitio enim hoc est incauta affirmatio laudabiliter soluenda est, nec est prevaricatio, sed temeritatis emendatio, c. diffinitio, 22. q. 4. Non n. peccatum est in frangendo, sed in hoc facit peccatum, temerē iurando, 33. q. 5. c. vna. glos. in d. c. tua nos, 1. sed incauta iuratio de re licita, ut si esset indiscreta ex modo iurandi, vel ex causa, vt quia iurat per creaturam, vel sine deliberatio ne absque utilitate, obligat, licet non ha

beat secum comitem iudicij, vt easia sit contra preceptū Domini, d. c. et si Christus: quia multa facta tenent, quæ ab ini tio fieri prohibentur. Facit tex. in c. vni co, de voto, in 6. De eo, qui contraxit matrimonium cōtra votum castitatis, quia tenet matrimonium, licet ille pec cauerit contrahendo; Sed quia de comi tibus iuramenti sunt capitula singula ria, ideo hęc summatim dixisse sufficiat.

## S V M M A R I V M .

1. *Iuramentum duplex, publicum, & prima triplum.*
2. *Iuramentum exigere priuata persona posse tripler. & nn. 11. 12. & 13.*
3. *Index quando exigitur iuramentum abs que peccato. & nn. 5.*
4. *Exigere, verbum, qualiter accipiatur in iudice.*
5. *Faci quis aliquid ex officio, quod alias quis facere non posset.*
6. *Index si procedit ex officio, quando iuramen tum exigitur non debet.*
7. *Index sciens pro certo falsos testes, an illos recipere possit, & per illos condemnare innocentem.*
8. *Index sciens pro certo iuramento, an iuratores recipere possit.*
9. *Executores iustitiae an iudicii obedienti precipient, ut aliquem occidant, quan do si sunt pro certo innocentem. vide etiam nnm. seq.*
10. *Priuata persona, an, & quando peccatum provocando hominem ad iurandum.*
11. *Iuramentum exigere, quandoque non est peccatum.*

Vtrum sit licitum exigere iuramentum ab aliquo.

## Cap. IIII.

 I R C A hanc quæstionem, priusquam ad eius decisio nē veniamus, sciendum est, quod sicut distinguuntur iustitia publica à priuata, ita duplex est iuramentum, scilicet publicum, quod res picit publicam iustitiam, & priuatum,

H quod

quod respicit priuatam iustitiam. Igitur questio hęc potest duplē habere sensum, de priuato, qui ab aliquo exigitiū ramentum extra iudicium, vel de ludice, quia ad instantiam partis, vel sine ea, ab aduersario exigit iuramentum. Rursum intelligi potest de fūramēto, quod unus ab alio exigit, quem ipse scit falsum iuraturum, vel verum, iux. tex. in c. ille, qui, & c. qui exigit, 22. q. 5. Præterea notandum est, quod priuata & persona tripliciter potest ab aliquo exigere iuramentum. Primō ad veritatis confirmationem, iux. tex. in cap. ethi Christus, de iure iur. v.g. quando quis dubitat de facto, & credit eum verum iuraturum; & tunc ad maiorem certitudinem exigit iuramentum, videlicet ut stabilior, & firmior sit ipsa promissio, & veritatis assertio, & tunc tale iuramentum non est peccatum: cum iuramentū sit confirmatio veritatis, d.c.ethi Christus. Secundo modo exigitur propter dubitationis sue remotionem: quia suspicatur ne homo sine iuramento dicat fūlsum, & tunc nec exigens peccat; est tamen humana tentatio, quia scilicet procedit ex qualam infirmitate, qua dubitat homo verum esse dictum. Quæ quidem infirmitas dicit malum p̄sonæ, non autem culpe. Et ita intelligitur illud Matt. 5. Quod autem amplius est, à malo est: non inquam culpe, sed p̄sonæ. cap. qui exigit, 22. q. 5. cap. non est, c. seq. c. ita ergo, 22. q. 1. cap. significasti, de elect. Tertio modo exigitur iuramenti ad veritatis subventionem, vt quando ab alio compellitur aliquis iurate, quæ scit iuraturum fūlsum, & hoc est peccatum mortale, d. c. ille, qui, & cap. seq. Et ratio est: quia quantum est de le, inducit eum ad peccandum, & qui causam damni dat, ipse damnum dedisse videatur. Item quoad personam & publicam iudex potest exiger iuramentum ab aliquo, quem scit fūlsum iuraturum, uel nescit, iux. tex. in d. cap. ille, qui, & cap. sequen. Rursum verbum exigere, aliter capit, si nos consideramus iuramen-

tum respectu personæ priuatae, & aliter si exigitur à publica: quia licet exigere significet impulsionem, & id, quod ab aliquo eo in iure exigitur, tamen respectu personæ priuatae dicitur iuramenti exactio prouocatio ad iurationem, tex. in d.c. ille, vbi prius dicit, prouocat, & postea, compellit; Hæc autem prouocatio satis dicitur fieri, cum quis suasionibus, & blanditijs inducitur ab alio ad iurationē, sicut à simili dicitur quis trahi, & compelli ad ludendum, qui ex suasionibus vel importunis precibus inducitur ad ludendum, ut nos supra dimicimus de ludo in eodem lib. 2. Quare sit, quod licet amissum in ludo in loro anima non sit reddendum, tamen fālit, quando sic quis ad ludum prouocaretur: quia nisi essent homines sic prouocantes, non tantū iuuenes luderent, quantum faciunt. Sicut dicitur de lenonibus, qui nisi essent, non sic sepe adulterium committeretur, l. 2. §. 2. ff. de adul. etiam de receptatoribus latronum, fine quibus nemo diu latere posset, ff. de recept. l. 1. In persona & verò publica potest considerari exactio per simplicem petitionem iuramenti ab eo, quem scitur fūlsum iuraturum. Immo nō solum iudex simpliciter petendo iuramentū ab aliquo, dicitur exiger, sed etiam si precaretur illum, cum preces superioris habeantur pro iussu, l. 1. ff. quod iussu sed modo ex his more solito ad casuum Decisiones deueniamus.

Et prima sit. Circa iuramentū publicum, id est ratione publica iustitia, iudex, & qui inducit, seu exigit iuramenti ab eo, quem scit fūlsum iuraturū, non peccat: modò exigit publico fungens officio, & munere, iuxta ordinem iuris ad petitionem alterius, cap. quamvis, 22. q. 1. Vbi August. inquit, quod si cut iurare non semper est malum: sed quandoque licitum est, quod pro necessitate aliqua, & cum cautela iuratur, ita etiam iuramentum recipere, vel exiger ex causa necessaria, & alijs debitissimis circumstantijs obseruatis, pot est sine peccato;

peccato; Et ratio est: quia iuramentum in judicij non exhibetur propter iudicem, sed propter alios: Vnde non est in potestate eius iuramentum remittere, quod in iusta ordinem juris exhibendum est; cum exactione illa non sit iudicis; sed partis, ad cuius instantiam exigitur; & legis præcipientis. Archid. & Turrecrem. in cap. ille qui, 22. q. 5. & in cap. quamuis, 22. q. 1. Soc. in suis fallen. Regula 210. Hinc collige vnum notabile, 6 quod dicitur facit quis aliquid ex officio, quod alias facere non posset, neque debet, argumentum opt. in c. si sacerdos de officio ord. 6. q. 2. cap. placuit, extra de temp. ord. capi ex tuarum. & cap. vlt. opt. tex. in c. non prohibeat, de consecr. dist. 2. nam cum nullum sacramentum sit maius, nec venerabilius in Ecclesia, quam corpus Christi, cap. nihil, de consecr. dist. 2. c. multi, 1. q. 1. constat, quod qui indignus exigit, non minus reus est, quam qui in dignè iurat: & tamen sacerdos qui Eucharistiam dispensaturus est, quamvis eum nowit horrenda crimina commississe, si probare non potest, exegerit; ille criminosus Eucharistiam, oportebit sacerdotem satisfacere exigenti, vt in praæallegato cap. non prohibeat, ita Archid. in cap. 2. 15. q. 5.

7 Secunda. ¶ Iudex, qui aduersarium non habet, non debet exigere iuramentum ab eo, quem scit fallum iuraturum, vel ab eo, quem scit citò posse labi in periculum, arg. tex. in c. clericos, de cohabit. cler. vel mulier. vbi inquit tex. qd non debet Praelatus copellere clericum ad abiurandum cōcubinam, hoc est ad renunciandum cum iuramento de nō redeundo, quando publicè tenet concubinā, ne ad eandem fornicationem instinet Diabolus; fraudis redēndo, per iurij reatum incurrit. Hinc inducit illum tex. Do. Ant. de Butr. quod si Praelatus est certus clericum peccatum commisisse, vel delictum, non debet ei indicere purgationem. 15. q. 5. c. presbyter. Sic si Iudex certus est, quenquam iuraturum fallum, nō debet illi iuramentum defer-

re. Et hoc procedit, quando Iudex procedit ex officio: secus autem si iure ordinationis, quia tunc nec actorem, nec testē potest à iuramento repellere, immo necessariò debet admittere, c. ex parte, c. significarunt, de test. Ita Dom. Ant. de Butr. in d. cap. clericos. Hinc inferunt 8 etiam, quod Iudex, qui scit accusatum coram se ad panam capitum, vel quamcunque aliam, immunit penitus à culpa, quæ ei imponitur, qd si videt testes paratos ad iurandum fallum, quod potest recipere: immo per illos etiam condemnare innocentem: nam magis sequi debet in iudicando documenta legitima, hoc est testes, & instrumenta, quam illud, quod ipse nouit, vt priuata persona. Potest in tñ hac cautela; vt diligenter probationes inductas discutiat, ut possit eatum inuestigare defectum. Quod si non possit eas de iure repellere, denet eas in iudicando sequi. Vnde Aug. super Psal. Iudex bonus nihil ex arbitrio suo facit: sed secundū leges, & iura pronuntiat. ita Panor. in cap. pastoralis, §. quia verò, de offic. deleg. Innoc. in cap. cum dilecta, in glo. magna, in fi. de rescr. Bar. & Bal. in Lillititas, §. veritas, ff. de offic. prædict. Vnde secundum Richar. quodlib. 3. q. 25. tenetur esse valde sollicitus souere partem illam, quam in conscientia sua scit esse veram, ne pereat propter defectum testium, vel debile patrocinium adiutorum. Si verò nullam viam taliter potest inuenire, causam alij, si potest sine scandalo, debet committere, secundum Hugon. & Richar. quod si non potest, credit Rich. posse secundum allegata scientiare, arg. tex. in c. si sacerdos, de offic. ord. cap. Deus omnipotens, 11. q. 1. & huius opinioni sine præiudicio videtur standum, licet Fel. in d. c. Pastorilis, nume. 23. linit. 3. & 7. dicat, quod Iudex in criminalibus, quando pro certis scit aliquem esse condamnum ad panam corporalem, qui est innocens, qd tunc debet sequi suam conscientiam; Sed quid facient qui executores, qui sciunt testes falsum iurare, & tamē coguntur à

iudice innocentē occidere, vel alio modo punire? Respon. Bar. & Rod. quod non debent obediere, si pro certo hoc sciunt, secus si dubitant: quia tunc excusantur propter obediencia bonum, arg. 10. tex. in c. quid ergo, 11. q. 3. Sed † pone; quod coram executorre dato ad sententiam exequendam proponitur sententiam esse latam per falsos testes, nūquid executor teneatur hanc exceptionē admittere. Inno. in c. pastoralis, de offi. leg. dicit, quod non: sed potest tamen si vult ad instructionem sui aliqua de falsitate audire, vt si quis videat, quę ipiū moueat, supersedeat, & superiori referrat. Quod idem dicendum videtur, quādo executor scit sententiam esse iniuste latam propter falsos testes, quam Iudeus credebat iustum: quia mince potest super seculare, superiori reserendo causam rationabilem, quare obediere non debet; arg. tex. in c. si quando, de rescrip. Quod si à superiori præcipere tur, vt sententia executioni mittetur, tunc non esset obediendum ei, argu. tex. in cap. Dominus, Sc c. Julianus, 11. q. 3.

11. Tertia. Privata persona, quę † hominem prouocat in iudicio ad iurationē, quem scit falso iuraturum, peccat mortaliter, & est homicida, quia supprimit manum illi, quem cogit iurare, vt suo periurio se interimat, & hoc modo loquitur tex. in d. c. ille qui hominem, & c. seq. 22. q. 3. Imitio tex. in d. c. ille, qui dicit, quę talis vincit homicidā, cum periuriū sit peccatum directe in Deum, & homicidium in proximum, sicē quo ad ecclesiam homicida, qui minus peccat, magis puniatur, cū natura humana maxime abhorreat homicidia. Arch. in d. cap. ille, in fine. Vbi etiam dicit, num. 2. quę tale peccatum etiam reperitur Domini num puniuisse in hoc seculo. Nam ut resert Aug. Cum quidam Titus nomine, de Hyppon. ecclesia vicino suo iusfrādum detulisset, & receperisset, grauitet nocte sequenti fuit Hagellatus a spiritibus. Sed si iustē ad iurandum prouocaret, eo cuius non est peccatum. v.g. De-

bes mihi centum, petij à te, negasti, nec probare possum, possum tibi sacramentū deserre, & recipere à te, si vis iurare, quia semper debeo credere, licet videā te paratum ad iurandum, q̄ non eris im memor tuz salutis, 1. q. 7. c. Iancimus. Si tamen scitē pro certo re falso iuratum, vel vel hemētem haberem præsumptionem de falso iuratione, non debeo recipere iuramentū, arg. tex. in c. clerros, de cohab. cler. vel mulier. vbi Do. Ant. notat contra illos laicos, qui videntes paratum aduersariū ad periurādū dicunt, q̄ voluntq̄ bisat sibi sacramentū: quia male faciunt, cum dent occasionem peccandi. Sic etiam Panorm. ex illo textu notat, numquam iuramentū esse deferendum illi, contra quem vehe menter præsumitur de transgressione, nam deferens peccat, quia est causa intentus illius, d.c. ille. Pariter nūquam est iniungendum alicui per iuramentū id, quod verisimile est illum non obser uaturum. Quod nota cōtra nonnullos confessarios, qui recipiunt à penitentibus iuramenta de ablinendo ab aliquo peccato: vadē potius poenara statuant. Et hæc estratio, quartæ iuuenib⁹ non iniungitur solemnis penitentia. dist. 50. cap. penitentes.

12. Quarta. † Qui exigit ab aliquo iuramentum extra iudicium ad veritatis confirmationem ex causa necessaria, adhibitis circumstantijs debitis, vel ad dubitationis remotiōnem, ut quia dubitar de facto, sed credit verum iuraturum, non peccat: nā in primo casu illud sit, vt timor sit ipsa promissio, & veritatis hisse tio. In secundo casu neque est peccatum: quia ad maiorem certitudinem exigit iuramentum. Bene verum est, quod lictēt malum non sit culpa, est tamen malum pena, non quidem exhibentis iuramentū, sed exigentis: cum talis incredulitas sit quedam pena, c. significati, de clock. in 6. & de tali iuramento loquitur cap. qui exigit, 22. q. 5.

13. Quinta. † Qui recipit iuramentū ab eo, quem scit fallum iuraturum, & ille ellet.

et sit paratus iurare, puta, quia se offert, & est aliqua rationabilis causa ad recipiendum tale iuramentum, non peccat mortaliter; quemadmodum licet iuramentū eius recipere, qui paratus est, per falsos Deos iurare, propter vtilitatem, non tamen licet eum inducere ad hoc, quod per falsos Deos iuret: Sic non peccat is, qui accipit pecuniam ad vsuram ab eo, qui vias exercet, & paratus est facere, & hoc si accipit propter aliquid bonum, quod est subuentio sua necessitatis. Sicut etiam licet ei, qui incidit in latrones, manifestare bona, qua habet, quę latrones diripiendo, peccat, ad hoc, quod non occidatur. Exemplo decem virorum, qui dixerunt ad Ismael: Noli occidere nos, quia habemus iagro. Hie rem. cap. 41. Cessantibus tamen his, q̄ non sit paratus, & q̄ sit vtilitas, peccatum est, Arch. in c. mouet, 22. q. 1. Pariter p. 1. lib. 1. nostrari Decic. c. 16. nu. 29. & 30. diximus, non peccare illum, qui inducit inapprobum ministrum ad cōfērem dum sacramētū p̄nitentiae: modo sit paratus illud conserre. Ex quibus omnibus concluditur, q̄ recipiendo iuramentum ab eo, qui paratus est iurare, & ex causa rationabili non pecco. Si tamen pro certo scirem illum falsum iuraturū, quod tamen quasi impossibile est, cū sit de re futura, nullo modo recipere iuramentum est licitum priuata personā, ita Arch. in d. c. ille, qui.

## S V A M A R I V M.

- 1 *Metus excusans qualis esse debat.*
- 2 *Metus an sit iustus, relinquitur indicis arbitrio.*
- 3 *Metus lenior iudicatur cadere in faminam, quam in hominem.*
- 4 *Coælio absoluta, & conditionalis que.*
- 5 *Coælio absoluta in quibus differat à conditionalis.*
- 6 *Modus cognoscendi metum præcisim à conditionalis traditur.*
- 7 *Iuramentum per metum extorium est obligatorium.*

- 8 *Licet animum obligandi non haberit.*
- 9 *Iurans per metum pecuniam dare latroni bū, aliud mente cogitans, obligatur.*
- 10 *Protestatio, quod iuramentum fuerit per metum extorium, non innat.*
- 11 *Iuramentum per coætionem absolutum, non est obligatorium.*
- 12 *In iuramento meticulofo duplex est obligatio.*
- 13 *Iuramento per metum extorio Romani Pontifices absolutum.*
- 14 *Matrimonium metu contrahitum an validum sit.*
- 15 *Et quid si contrahatur propter probabilitatem sufficienciam metu.*
- 16 *Dos soluta pp metū, nullam vim habet.*
- 17 *Dominium rerum ecclesiasticarum per metum intercedentem non transferitur.*
- 18 *Metu in sententia prolazione, an annulet illam.*
- 19 *Contra iuramentum coælum veniens, an peccet.*
- 20 *Iurans coælē, quod remedium habeat.*
- 21 *Iurans non repetere damna, aut repetere expensas.*

## De iuramento meticulofo.

## Cap. V.

**P**ro intelligētia huius capituli tria à nobis præmittēda sunt. Et primum, t̄quod ad hoc vt metus excusat, debet esse talis, q̄ possit, & debet cadere in constan tem virum, & talis metus excusat, alias non. Et id ipsum quoque se habet in matrimonio, vt appellant carnali, & spirituali. De carnali, 32. q. 5. c. fin. de spons. c. veniens, el 2. & ca. consultationem. De spirituali patet, qui cler. vel voun. c. fin. quod met. causa, cap. primo. Secundum, t̄quod t̄ metus iudicatur iustus ex circūstantijs. Vnde inuenio, q̄ quandoque excusat metus verborum, 23. q. 8. c. conuenior, & de conscr. dist. 7. c. fuerunt, & 31. q. 2. cap. Lotharius. Quandoque metus rerum, dist. 50. cap. presbyteros, cap. fin. extr. de his, quæ ut. Item quar-

H 3 doque

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

doque metus iudicis. 2.q.1.c.in primis, vel alicuius potestatis, aut potentis, C. quatum rer. aet. non datur, l.pen. Humani enim moris est, illum timere, qui potest nocere, & prodeesse, 16.q.2.cap.viis. Item quandoque metus status, & honoris, vel suipius, vel filiorum. L. isti, ff. quod met. causa, vel metus stupri, d. l. isti. Quid plus, quandoque excusat suspicio metus, ff. loca. l.habitoatores. Item quandoque inuenio quod non excusat, vbi metus cōtinet cruciatum corporis, vel metum mortis, l.interpositas, C.de transact. Vnde ad iudicandum ammetus sit iustus, inquit Archid. in ca. 1. 15. q.6.& Dom. Anton. in cap. cum dilecti, de his, quæ vi, quod attendenda est qualitas personarum, metum scilicet inferentis, & persona cui insertur. Vnde leuior † metus iudicabitur cadere in feminam, qua est fragilior, quam qui in hominem, vt no. in glo. in cap. cum locum, de spons. & est casus in l.si quis, §. ad filias, C. ad leg. Iul. maiest. notat Hosten. in Summa, de matrim. §. qualiter. Calder. de his, quæ vi, consil. 1. Hinc fit, q. vt mulier dicatur aliquid fecisse, per metum, non oportet q. sit talis, qui caderet possit in vitum, sed in constantem mulierem, cap. consultationi, in fi. & ibi Do. Abb. in vlt. not. de sponsal. Tertiū, quod absoluta coactio est, cuius † principium est extra operantem, non annexa, sed exclusa omnini voluntate operantis, & fit per manuum impositionē, vel detentionem. Exemplum: si inuitus trahatur ad ecclesiam ad audiendam missam, vel si inuitus detineatur, vel baptizaret quis Iudæum inuitum. De hac habetur in cap. maiores, extra eod. cap. presbyteros, diff. 50. Conditionalis vero est, cuius principiū impellens ab extra ante tempus operationis, sed secundum tempus operationis est ab intra in operante, quia propter aliquod præcedens mouetur vt velit, sicut qui pro alleluia da nati eijsc de illa metes, hic simpliciter non vult, sed præcedente causa impellente, hoc est periculo, pro tunc vult,

5 vt peius dānum eviter. Prima † coactio excusat à peccato, sed secunda non, licet attenuet culpam, vt notant Doct. in c. sa cris, de his, quæ ui. Prima non potest interuenire in emissione verbi, vnde ad promittendum iuramentum verbale, quis non potest cogi p̄tacisē. Hinc Philosophus, qui Secundus vocabatur, qui propter calum matris loqui noblebat, scripsit in tabula, dum à rege compellere tur. Vocis mēræ nulla tibi potest tradita est. Licet possit cogi ad iuramentum per tactum ad ponendum manum super librum, de iure iut. c. si verò, & quod ibi not. per Abb. Item in verbali desponsatione voce facta, non potest interuenire absoluta coactio, sed conditionalis sic. Sed in actuali, per annulum, sic. Itē absoluta coactio coniunctionis sexuū, cadit in mulierem, & non in virum, vt not. de spons. c. is qui, quamvis per Sodiam potest absolute vir stuprati, ita Dom. Ant. in cap. sacris, nu. 14. de spons. Modus † autem cognoscendi metum ex conditione à precilio, & absoluto, est; quia conditionalis dicitur, quando quis mortem comminatur alicui sub conditione, si aliquid non fecerit, prout not. in c. si de his, quæ vi, & per Dom. Ant. in c. 1. eod. tit. Quibus sic præsuppositis & præmissis, talis Regula præponitur. 6 † Ea, quæ fiunt per metum, vt plurimū regulariter valent, & tenent glo. in c. Abbas. Hinc fit, quod iuramentum per metum extortum, est obligatorium, carverum, extrā, de iure iur. tanquam habens annexam voluntatem, cum metus non excludat consensum, c. merito, 15. q. 1. l. si mulier, ff. quod met. cau. Plenè per glo. in d. cap. Abbas. & in cap. authoritatem, 15. q. 6. Quæ quidem conclusio † ampliatur. Primo, vt habeat locum, etiam si animum obligandino habuerit: nam tam in foro exteriori, quam interiori, tale iuramentum est obligatorium sub peccato mortali. Hinc qui i nemore captus à latronibus, vel in alia necessitate positus, aliquid dare, aut facere promittit, & verba iuratoria profert,

ſert, & obligandi animū non habet, mor  
taliter peccat: cum tale iuramentum ex  
ſui natura necessitatem ſeruādi promiſſa  
producat, vt ignis calorem: quare  
transgredio talis iuramenti eſſet peccatum  
mortale, vt inquit Sotus, lib. 8. de iust. &c  
iure, q. 1. art. 7. Secundò ampliatur, vt in  
telligatur de eo, qui in nemore captus;  
metu mortis promitteret pecuniam ani  
mo non iurandi. nam licet tale iurame  
tum non sit obligatorium in ſoro con  
ſcientiæ, vbi de omnibus creditur confi  
enti, de homic. cap. ſignificasti. Vnde si  
non habuit animum iurandi, ſed voluit  
tempus ſolum redimere, & eudere, non  
obligatur apud Deum, qui ſolum reſpi  
cit cor. 14. q. 5. c. ſi quid inueniſti, tamen  
in ſoro iudiciali ſibi non creditur, c. tua,  
de ſpons. not. I. inoc. in c. veniens, eo. tit.  
Vnde hoc caſu ecclēſia ob reuerentiam  
iuramenti ſtatuit, quod debet obligari,  
quasi velit in hoc oſtendere vim iuriſu  
randi, d. cap. verum, & cap. ſi verò, de iu  
reiu. Et idem tenet ibi Hoftiensis, ſcili  
cet, quod obliget in ſoro iudiciali. Tum  
etiam, quia ecclēſia potius präfumit ani  
mum iurandi, ne präfumat mortale pec  
atum, cap. veniens, de iureiu. Couat  
tit. de pac. 1. par. 9. 5. num. 3. Tertiò am  
pliatur, † quamvis iurans per metum pe  
cuniā ſe daturum latronibus, aliud  
mente cogitauerit, verbi gratia, prome  
tto me daturum, aut ſacturum aliquid, ſi  
à iudice coactus fuerit, vel ſi cœlū ruat,  
aut quid simile, nam licet à peccato fit  
inanimis, Archidiac. in ca. hoc videtur,  
num. 6. 22. q. 5. tamen in ſoro exteriori  
rale iuramentum eſt obligatorium, quo  
ad ecclēſiam militarem, que non iude  
cat de occulis, an ſcilicet habuerit ani  
mum ſe obligandi, vel non. Quartò am  
pliatur etiam in iuramento extorto per  
metum tamē, qui in vitum caderet co  
ſtantem, cap. debitores, de iureiu. ver  
bi gratia, pro vita conſeruanda, & rebus  
ideſt maiori parte bonorum, ca. Abbas,  
quod metus cauſa: quia tunc ratione iu  
ramēti ſingitur debitum, & huiusmodi  
iuramentum eſt obligatorium; licet po

ſtea alio iure ſingatur nō debitum, ſcilicet  
ratione coaſtionis, vnde potest repe  
te. Arch. in d. c. authoritatem. Quintò  
ampliatur quoque, vt hoc procedat, licet  
quis fine culpa ſua incidat in metum,  
quanius tunc vt in praecedenti caſu, po  
tēt petere reſcissionem contractus per  
actionem quod metu cauſa: verum ſi  
culpa ſua incidit in metum, tenent ge  
ſta, & nec compicit aliquid remedium  
metum perpello, tex. eſt singularis, in l. ſi  
mulier, ſi quod metu cauſa, vbi dicitur,  
quod ſi liberta ingratitudinem conimi  
ſit contra Dominum, & pænitu ne re  
uocaretur in ſcrutinem, aliquid proprie  
tate Domino ſuo, non ſuccurrunt ſibi co  
tra illam promiſſionem, licet metu ſer  
uitutis fecerit: & hoc ideo, quia ipſa ſibi  
intulit metum ingrati animi criminē, et  
Dominus iuste minabatur ſibi de reuo  
canda cam in ſcrutinem, Abb. in d. cap.  
10 Abbas, nu. 7. Sextò † ampliatur, etiam  
ſi fuerit ſacta protestatio, qd iuramentū  
ſuſtet extortum per metum: quia prote  
ſatio, qua ſacto eſt contraria, non iu  
uat, de constit. c. cum M. diſt. 3. 2. capit.  
quod interrogati, & de regular. cap. vi  
dua. Septimò ampliatur in iuramento af  
ſertorio, vbi nullus metus excusat, niſi  
forte à tanto, quia potius debet quis om  
nia mala fuſlinere, quām falſum affe  
re, 3. 2. q. 5. ca. ita ne. Limitatur modo pre  
11 dicta Regula, † vt ea, qua ſiunt per me  
tum, non teneant, & primo loco in coa  
ſtione abſoluta, quia talis non habet co  
ſenſum, & potius dicitur pati, quām a  
gere, cap. presbyteros, diſtin. 10. Secundo  
in ſoro exteriori, quando quis iura  
ret per verba duplicitia, aliud in mente co  
gitans, vt ſi cœlū ruat, promitto tibi  
pecuniā. Sylu. in verb. iuramentum,  
1111. nu. 7. Tertiò fallit, ut non obliget,  
ſi ſeruatum vergeret in peiorē exiū,  
ca. in malis, 22. q. 4. cum ſimilibus. Quar  
tò fi ante iuramentum meticuloſum, vel  
in ipſo iuramento protestatus ſuerit iu  
rans, ſe non ſponde, ſed coaſte promi  
ttere, cap. 1. quod metu cauſa. Et nec ob  
ſtat quod diximus in ſexta ampliatione:

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

quia illud procedit, quando post iuramentum sequitur protestatio, quia tunc illa facta contraria non iuuat, secus si fuisse facta ante, vel in ipso actu. Ita notanter Calder. in cons. 1. de eo quod met. cau. Quinto, quando iuramentum profertur super contractum à lege prohibito, tunc enim non obligat ipso iure, quia propter legis impedimentum, & resistentiam, oportet quod sit sponte adhibitum. Ita est casus in c. cum contingat, de iureiur. in cap. 2. de pact. in 6. in cap. licet, de iureiur. in 6. optimus text. in Auth. Sacraenta puberum, C. si aduersi. vendit. vbi dicitur, quod nullius est momenti iuramentum minoris, si interuenit metus. Sexto limitatur, quando quis sine culpa sua incidit in metum, nam tunc licet ob reuecentiam iuramenti quis obligetur, tamē audiretur contra iuramentum metu prestatum, si tamen esset metus talis, qui cadet in constantem virum, cap. cum dilecti, quod met. cau. cap. si vero, de iureiur. vbi tex. ponderat grauiissimum metum in relaxatione iuramenti. Sexto limitatur quo ad extorquentem in foro exteriori: Dicit enim Beatus Tho. 2. 2. q. 89.

12 art. 7. quod in † iureiurando, quod quis profert metu coactus, duplex est obligatio: una, qua obligatur homini, cui promittit, & talis tollitur per coactionem: quia ille, qui intulit hoc, meretur ut ei promissum non serueretur, Lqui in carcere. s. quod met. causa, c. Abbas, cum duobus seq. cod. tit. Alia est obligatio, qua obligatur Deo, vt implet quod per notum eius promisit, & talis obligatio non tollitur in foro conscientia, quia magis debet damnum temporale pati, quam iuramentum violare: potest tamē in iudicio repetrere quod soluit, vel praetato denunciare, non obstante quod contrarium iurauerit: quia tale iuramentum verteretur in deteriorem exitum: esset

13 enim contra iustitiam publicam. † Romani tamē Pontifices absoluunt ab hoc iuramento, non tanquam decernentes huiusmodi iuramentum non esse obligatorium, sed quasi relaxantes tales obliga-

tiones iusta de causa. Hac Thomas. Idē tenet Ioan. Calder. in d. c. si vero. Et sic quod dicit glossa predicta in d. c. si vero, quod iusserandum metu extortum est obligatorium, procedit, & habet locum in foro conscientia, non autem in iudiciali. Idem Calder. in d. cap. si vero. Dicitur autem obligatorium non eo modo, quo sunt alia iuramenta, sed quo ad hoc quod iurans non debuit propria auctoritate contravenire, sed prius Romanū Pontificem consulere, de elect. cap. venerabilem, verbo, nec valet. Octauo limitatur regula generalis, vt ea, quae sunt per metum, rata semper & firma sint in matrimonio: nam † matrimonium metu contractum non tenet, etiam si quis in metum inciderit culpa sua, cap. veniens, de spons. Et ratio est: quia matrimonia libera esse debent: nam in iuncte nuptiae difficiles exitus consueverunt habere, c. requisiuit, de sponsal. & vbi metus, vel coactio intercedit, consensus liber dici non potest. cap. cum locum, extr. de sponsal. Et sic matrimonium, non concubitus, sed consensus facit, 17. q. 2. cap. sufficit; Et non obstat contra predicta text. in cap. inter cetera, 22. q. 4. vbi text. videtur innuere, quod matrimonium ratum sit: quia respondetur dupliciter ad illum text. & primò, quod ibi non interuenit iustus metus, qui possit cadere in constantem virum, vel quod post coactionem subsecuta sit voluntaria, atque spontanea commixtio, quae purgavit metum praecedentem, ut extra, de spons. cap. ue- niens, cl. 2. veletiam tertio intellige secundum Ioan. de Ana. in d. cap. Abbas, nu. 4. in fine, text. in d. cap. inter cetera, quando quis contrahit matrimonium per metum cum illa, quam prius cognovit: nam tunc matrimonium per metum contractum tenet. At si contrahit matrimonium per metum cum illa, quam numquam cognovit, & tunc matrimonium non teneret, & est ipso iure nullius pondere. Et ita potest procedere communis opinio, quae se habet, quod matrimonium per metum contractum, non tenet, ut dicit

cit Anan. in d. cap. Abbas. Immò non ſolum eſt nullum matrimonii per metū 15 contraſtū, ſed etiam ſi † contrahere- tur per probabilem ſuſpitionē metus: etenim paria ſunt, aliquid fieri per gne- tum, vel per probabilem ſuſpitionē me- tus, ſecundum Innoc. in cap. cum nobis olim, de elec. Angel. in l. metum, in prin- cip. ff. quod met. cau. probatur in l. no- uifſime, §. ſi cōpulſus, & ibi plenius per Bald. ff. de auth. tutor. optime facit quod notat Ioañ. And. in cap. inſinuante, qui clerici vel vouen. Bar. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, ff. de noui operis nunciat. Franc. de Aret. confil. 14. nu. 18.

16 Nonò † limitatur in dote: nam dos ſoluta, vel promiſſa propter metum, nul- lam vim habet, vt in l. ſi mulier, §. ſi dos, ff. quod met. cau. Calder. eod. tit. conf. 2. & ratio eft: quia quemadmodum matri monium debet eſſe liberum, ita & dos, quæ eſt accessionis ad matrimonium, vt notat glo. in d. §. ſi dos. per tex. in c. accel 17 foriū, de reg. iur. Decimò, † in rebus ecclesiis per metum traditiſ: Non enim tranſeritur dominium intercedēte me- tu, cap. ſi quis presbyterorum, de rebus eccl. non alien. & eft communis opinio, ut per Abb. in d. c. Abbas, nu. 10. Et non obſtat tex. in cap. 1. 7. q. 6. vbi rei ecclieſtice alienatio admittitur, licet metus interceſſerit: quia intelligitur, modo duo concurrant. Primi, quod fiat in ca- ſuſlicito, ſecundi, quod ſeruetur forma à iure ſtatuta, ſive tradita, vt eft tex. in Clem. 1. de rebus eccl. non alien. Panor. in cap. eccleſia, de confit. quia his obſeruatis, conceditur alienatio, licet metus interceſſerit: cum coacta voluntas, ſit voluntas, 15. q. 1. cap. merito. Vnde- cimò, in voto, cap. 1. de his quæ vi; quia illud pendet à lioera voluntate vouétiſ: cum res ſit confiſſio, & non pracepti, 3. 2. q. 1. c. integritas, extra de uoto, cap. licet. Et volūtariū militem elegit ſibi Chriſtus, & coactū ſibi auſtinentiū diabo- lius, 15. q. 1. cap. non eſt. Duodecimò, in danda authoritate: vnde authoritas iu- toris per metum extorta, nullius eſt ro-

boris, l. 1. in fi. ff. de auth. tut. Tertiodecimò, in iurifictionis protogatione per metum, l. 2. 1. responſo, ff. de iudic. qui tex. licet ſpecialiter loquatur in eo, qui per metum prorogauerit iurisdictionē alterius iudicis, tamen gl. in d. c. Abbas, ſimpliciter intelligit etiam in translatio ne; & hunc intellectum videtur approbare Bar. in l. decernimus, C. de ſacros. ecclie. Et ratio eft: quia vbi agitur de iu- riſdictione conſerenda, metus vitiat a- ctum ipſo iure, d. l. 2. Quartodecimò, in eo, qui per metum facit teſtamentum, Lqua teſtamento, in fi. ff. de teſta. Quin 18 todecimò, † in ſententię prolatione, 1. q. 3. c. iniuſtum. Ratio autem eft: quia actus ſententia pendet à libero arbitrio ſententiam dicentis, 3. q. 7. cap. iudicet: ſed vbi metus intercedit, liber conſenſus dici non potest, cap. cum locum, de ſpons. Verum adnotandum, q. commu- niter tenetur contrarium, per id quod notat glo. 11. q. 3. c. quatuor, & in c. 1. de his, quia vi. in 6. Bald. verò in l. decernimus, C. de ſacros. eccl. dicit, quod Do- mini Decretistæ dicunt, quod in ſen- tia clauium, hoc eft censuræ, metus red- dit ſententiam nullam, quia claves non debent vim pati. Sed in alijs ſententijs temporalibus ſecus eft, allegat notata in d. c. quatuor. Quare Bald. videtur ſen- tire, q. ſententia excommunicationis la- ta per metum, ſit nulla, cuius contra- riū tenet glo. in d. c. 1. Tu tamen dic ſe- cundum Hugon. quod ſi ſententia ex- communicationis proſertur per metū, contra iuriſ ordinem, ſententia ipſo iure nullius eft momenti, aliaſ valet, & tenet, ſed probato poſtea, quod metu la- ta ſit, renocari debet, ad hoc 9. q. 3. c. fra- tres, 24. q. 3. cap. comperimus, & in hac ſententia reſideat Arch. in d. c. 1. nu. 6. Vi- timus caſus eft in procuratoris inſtitu- tionē, arg. extra, de procur. c. accedens. Hos caſus ponit Hoftien. de his, que vi. cap. fin. glo. in d. cap. Abbas. Sed modò videamus de quibusklā dubijs circa iura mentum coactū. Et priuilegiū. An pec- 19 cet † qui contra ſuum iumentū coa- ctim

ctum venerit? & videtur, quod non, per  
tex. in c. si verò, extra eod. Sed Archid.  
in cap. habemus, 22. q. 1. dicit, quod est  
peccatum mortale. Vnde sit, qd si quis  
metu graui coactus iurauerit rem suam  
iam a le traditam non repetiturum, tūc  
illam repeteret non potest absque pecca-  
to mortali, nisi absolutus à Summo Pō-  
tifice fuisset, de elect. c. venerabilem, §.  
pen. qui aliquando solet absoluere ho-  
mines non quasi decernens hoc iura-  
mentum non obligare, sed huiusmodi  
obligationem relaxans, ex iusta causa.  
20 Secundum, quod remedium † habebit  
coactè iurans rem suam se alteri datu-  
rum. Resp. qd tradat, & postea repeat.  
Sed quid si iurauerit non potere absoluo-  
tionem à tali iuramento? Dic, qd potest  
id ecclesiæ denunciare, & ecclæ ad e-  
ius denunciationem ipso proprio motu  
pot absoluere, extra, de iure i.c. quæad-  
modum, in fine. Tertium, an qui iurau-  
21 rit se non repetiturum damna, † possit  
repetere expensas? dic, quod sic: quia a-  
liud est damnum, & aliud expēsse. Quat-  
rum, vtrum qui aliquid extorserit per  
metum, teneatur restituere? Resp. bre-  
uiter, qd debet restituere non solum quæ  
eripuerit per talem metum, sed etiam  
omnia, quæ amiserit ille, cui fuerit illa-  
tus metus, lsi cum exceptione, §. Pe-  
dius, s. quod met. causa. Quod tamen  
fallit, si dans fuerit causa sui metus (v.g.)  
Minatur quis accusationem de crimine  
uerer perpetrato, licet talis, qui minatur,  
turpiter accipiat aliquid, vt ab accusatio-  
ne desistat, tamen necessariò restituere  
non tenetur, si aliàs potuit donare: at si  
incutitur timor iniustè. Exemplum, pa-  
ter communatur se intersecturum adul-  
terum cum filia, quod de iure ciuili li-  
cet: sed in Canone contrarium reperi-  
tur, vnde lex debet cedere Canoni, 10.  
dist. c. lege. Tunc tali metu extortum, te-  
neri non poterit in conscientia. Facit  
text. in cap. inter hac, 33. q. 2. nisi in re-  
fariendo suum interest puta fama lze-  
sa, & honoris, Sylu. in verbo, metus,  
q. 6. & finali.

- S V M M A R I V M .
- 1 Fides seruanda, si fides seruetur.
  - 2 Fides non seruanda, ubi non est *equalis contrahentium conditio*.
  - 3 Fides in obligacionibus non respectuismi nimè seruetur.
  - 4 Promissio iurata continuens diversa facta,  
si unum non seruetur, est ēi seruanda.
  - 5 Promissio seruanda est facta principaliter Deo, licet per aliam partē non seruetur.
  - 6 Fides an seruanda sit, quando vergeret contra ius publicum, & per consequens bannito.
  - 7 Fides an seruanda non seruanti in contra-  
dictibus inominatis, executione facta.
  - 8 Ad primam actionem ipso iure sublatam  
aliquis redire non potest.
  - 10 Fides seruanda non seruanti, quando sol  
vit pœnam.
  - 11 Fides non est frangenda frangenti in ma-  
teria treverarum.
  - 12 Fides vi seruetur, illi competit actio, qui  
prius adimplens promissum.
  - 13 Fidem non frango, si video non seruo, quia  
tupris illam fregisti.
  - 14 Clericus non licet episcopum contemnit,  
licet ab Episcopo contemnatur.

De conditione, quæ in Iuramen-  
to intelligitur, si mihi fides  
præstetur. Cap. VI.

**S**Vb sequenter videndum est de  
tacita tantum illa conditione  
quæ in Iuramento promisso-  
rio subintelligitur, si mihi fi-  
dem seruaueris, cap. peruenit, el 2. de  
iure iurant. Nam alia ponuntur per Do-  
ctor. in cap. quemadmodum, tit. nostro,  
vt si Pape placuerit, si res in eodem sta-  
tu permanferit, & similibus, &c. Igitur  
vna inter conditions tacitas, quas hēt  
Iuramentum promissorum est ista: Si  
mihi fidem seruaueris; Ideo si mulier  
contra fidem sponsalium, vel matrimo-  
nij venerit, licet iurauerim eam semper  
tenere pro vxore, vel ducere eā, possum  
non

non obstante iuramento venire contra, de iure iur. capit. quemadmodum. Facit etiam tex. in ea. cito, dicit. 95. vbi dicitur: Cur ego te habeam in Principem, cum tu me non habeas in Senatorem. Facit etiam tex. in cap. venientes, & in cap. ve niens, extra, exd. vbi iurans stare man dato alicuius, si mandatur aliquid fieri contra iuramentum licet p. actum, illud seruare non tenetur, cum tale iuramentum non extendatur ad verisimili ter non cogitata. Concordant denique iura, in l. cum proponas. C. de pact. & l. si conuenierit, ff. pro socio, 28. q. 2. cap. si infidelis, glos. in cap. frustra, de reg. iur. in 6. Et ideo iurans seruire Domino seu di, non tenetur seruire ablato feudo, arg. cap. 1. de feudo. c. potuit, extra, locati. Et promittens non expellere emph ycutam intelligitur si seruauerit promissa ex parte sua, I. quatuor, §. inter locatorem, si locari. Et Doctor obligatus ad lecturam, licet desister, si sibi non satisfit. Ita Do. Ant. & latius Panorm. in d.c. peruenit. Sed modo sunt nonnulli casus, in quibus rumpenti promissionem, vel iuramentum, debet fides seruari. Et primus est. † Vbi non esset aequalis personarum conditio: & vbi culpa posset alteri imputari. Exemplum, si maior ex contrahentibus esset unus, & alter pupillus, ff. de actio. empt. l. Julianus, §. si quis à pupillo. Quod ideo est, quia sicut in culpa, contrahens cum pupillo sine tutorc, igitur regula procedit, quādō contrahentium eadem esset conditio. Henr. in d.c. peruenit. Franc. in reg. frustra, de reg. iur. in 6. Secundus casus † est, quando obligatio nes non sunt respectivas ad inuicem, id est non inlectūtur ad idem factum, sed ad diuersum, (vt puta) promisi tibi sim pliciter dare certum librū, et iurauit, tu postea iurasti aliquid facere, certe licet non adimplam promissionem meam, tamen tu non eritas per iurium, si disseris adimplere promissionem tuam, quia tu non promisisti ratione promissionis mee, sed simpliciter. Habet ergo locum regula, in obligationibus ad inuicē respecti-

uis, & circa idem capitulum, uel conne xum, & non circa separatum, ut latē per Dom. Ant. & Abb. hic. Quomodo autem cognoscatur capitula separata, vide Anchār. conf. 204. incip. Iudex. Tertius casus est, † quando promissio iurata con teneret diuersa facta: quia fidem non ser uati circa unū pactum vel capitulū, seu factum, nō est seruanda circa aliud capi tulum, uel pactum, argum. ff. de legat. 2. l. cum pater, §. libertus. Et ratio est: quia separatorū separata debet esse ratio, c. si eo tempore, de elo. in 6.c. quia sp̄ce, de p̄b. in 6. Quartus † quando promissio suisset facta Deo, & principaliter cō cerneret ipsum Deū; quia tunc licet vna partium fidē fregerit, vel nō seruauerit, tri altera fidē seruare tenetur: Probatur in cap. quod Deo, 33. q. 5. vbi licet uxor adulterata fuerit, vir tamen adulterari non dēt, & adulterādo, peccat, & hoc sa tis innuit Ber. & Host. in d.c. peruenit, in fine gloss. sua. Sed tu dic quod obli gatio, quae est inter maritum, & vxorē, non est sub conditione, si alter fidem ser uauerit. Immò pure obligatur unusquis que Deo ad fidem seruandam, & ideo li cit alter fidem fregerit, non potest alter frangere: Immò puto, quod si pacto ex preso cōueniret, istud pactum esset tur pe, & non esset seruādum, Guido Pāpa in d.c. peruenit, num. 4. Quintus, † quia do fides seruata, vergeret contra ius pu blicum: quia eo casu fidem non seruanti fides seruari non debet: Hinc si facta es set pax inter duos, & promissum esset q̄ alter alterum nō offendat personaliter, nec realiter, si alter alterum, scilicet han nitum occidat, nō rumpit fidem. Quod dictum amplia, etiam si pax esset facta post bannum: Nam licet hosti etiam sit seruanda fides, 22. q. 4. c. Innocens, tamē tex. ille intelligi debet de hoste priuato, & non de publicē bannito: quia ius pu blicum per pactum tolli non potest, l. ius publicum, ff. de pact. Bakl. in l. accusatio nis, C. quod met. causa, qui intelligit de bannito, qui potest à quolibet de populo occidi, alias si statutū permetteret occi sionem.

# Decis. Aurearum

# Par. II. Lib. II.

sionem soli ipso offenso, tunc pax esset seruanda. Sed an intelligatur rupta pax inter duos, qui cum alterius vxore adulterium committeret, vel furtum saceret, dic, quod non: ita Bart. in L. verum, ff. de furt. quia id non facit animo vindicandi, sed causa libidinis, vel gratia lucrandi: secus si saceret causa vindicandi, & iniuriam inferendi, quia forte passus sit similem injuriam, de qua facta est pax: quia tunc dicitur pax rupta, secundum Bart. ibi. Franc. in d. reg. strustra. Sextus † est, in cōtraētibus inno[n]atīnīs, post execu[t]ionēm factam: vnde si tibi librum vendidi, & eum tradidi, vt decem mihi das, non potero post traditionem libri petere librum, vt in L. ancillæ, C. de rei vendic. sed agēdūm est ad premium, L. in ciuite, C. de rei vendic. Et ita Bald. limitat regulam: frangenti fidem, &c. & in L. cu[m] proponas, C. de paet. sed hæc mihi non videtur vera fallētia, loquimur enim de secunda persona, non autem de prima: hoc est, quando fracta fide quis possit frāgere illam. Septimus est, † quando prima actio fuit ipso iure sublatā, quia tunc ad eam redire non potest, gl. magna in L. mora, C. de paet. glossa in L. cu[m] propo[n]as, 2. C. de paet. Exemplum habes in c. cum inter R. seniorem. §. nos autem, extra, de elect. vbi habes, q[ui] ille R. senior qui renunciavit electioni de se factę, nō potest redire ad eam, licet fides sibi non serueretur. Et ratio est: quia per illam renunciationem sublatum fuit omne ius sibi competens ex electione. Cum enim quis renunciat beneficio, purè, & simpliciter, & sine p[ro]tectione aliqua renunciare debet, de offic. deleg. c. ex parte 1. c. cum pridem, de paet. & ideo ad ius pristinum nō reuertitur, vt no. Ber. in d.c. cum inter. Et ratio huius est: quia actio, vel ius semel extinctum, nunquam reuiuiscit, l. qui res. §. aream, ff. de solut. cap. quāris, vers. non potest, de consec. d. 4. Octauus † casus est, vbi ille, qui fidem mihi non seruauit, soluit mihi p[ro]nam, in quam per illam incurrit: nam postea teneor seruare ipso fidem: quia solutio

p[ro]na[re]t habetur pro obseruantia contra-ctus, cum p[ro]na[re]t succedit loco solutionis rei principalis debite, l. p[re]dia, ff. de act. emp. l. apud, §. Labeo, ff. de dolis exceptione. Cynus in L. petens, in 2. quāst. C. de pac. & procedit etiam si iuramentum in terueniat, d. cap. peruenit, el. secundo. 10 Nonus † quando in paetō esset apposita clausula, quod etiam secuta contruictione ratum maneret pactum, & vt alio non seruante fidem, alter nihilominus seruet: quia tunc fidem frangenti etiam fides seruabitur, secundum glo. medium in d.c. cum inter R. Io. Andr. in d.c. peruenit. Quo casu poterit pars seruans fidem agere contra illum, qui obligationi contrauenit ad interesse, uel p[ro]nam, si p[ro]na[re]t fuerit apposita in contractu. Quāuis vt tenet Felinus in d. c. peruenit, circ[um]ca finem, multi affirmant contrarium: quia clausula, Rato manete paetō, nihil operari debet ad commodum ipsius primi non obseruantis paetū, glo. in L. qui fidem, ff. de transact. Imola in c. potuit, extra loca. Et quia per hoc videtur dari materia delinquendi, & dolus videtur remitti, quod est prohibitum de iure, l. queritur, ff. de paet. dotal. tamen Socin. in suis fallentijs, regula 149. residet cum Ioanne Andrea, dicens, q[uod] dolus non patrocinatur, cū possit agere ad interesse. 11 Decimus † casus est, in conuentione facta super treugam, quia non possum frāgere fidem frangenti eandem mihi, multipliciter, donec tempus duret treugārū. ff. pro socio, l. actione, §. diximus. D. Anton. de But. in d.c. peruenit, & ibi Ioan. de Ana. sed aduerte, quod dictus §. diximus, nihil facit, secundum Guid. Papā, in d.e. peruenit, tanen ita communiter transeunt Doct. licet Imola in L. qui seruum, de verb. oblig. dicat, quod istud potius procedit de consuetudine, quam de iure. Felin. in d.c. peruenit, num. §. Exceptis his casibus semper in iuramento sub intelligitur conditio. Si mihi fides praestetur. Ex qua reguli, nonnullæ deducuntur illationes, & prima. † Seius iurat dare Titio decem, si Titius det sibi Stichum,

chum, quem Titius iuramento promisit, quod ille primo promissum seruare tenetur, qui primo sicut requisitus, per tex. in d.c. pertinet, vbi dicitur, promitterentem nō teneri, si quando constat reū cōditioni non paruisse, & hoc constare non potest, nisi fuerit requisitus, & non seruauerit promissum: igitur qui requisitus adimpleteuerit promissum, potest agere postea cōtra aliū, vt sibi fides seruetur: quia qui sub conditione promisit, non tenetur, nisi condicō adimpleteatur, Inst. de verbis oblig. §. ex conditionali. Oportet ergo illum prius implere, si pētere vult, alias petitio esset nulla, cū nulla sit alterius mora, ff. de verbo oblig. l. si

<sup>13</sup> pupillus. Secunda, si t̄ promisi te non offendere sub pena, & postea tu offendis, si ego te offendō, non inculpabor de pāce fracta, nec committitur pena. Ita Io. Andr. in d. reg. frustra. Abb. in c. quemadmodum, in 2. not. de iurecur. Benē facit text. in l. qui cum matre, §. libertus, ff. de bon. libert. ibi, ignoscendum est ei, si voluit vleſici prouocatus. Et non diciatur fractior pacis, qui ex causa noua offendit, secundum Bart. eleganter, in l. aut facta, §. causa, per illum text. ff. de pēnis, & sequitur Dom. Anto. in c. 2. de renunc. Et in dubio presumitur causa noua, secundum Bald. solenniter, in l. si p̄dium, in pen. col. C. de adil. act. Et cum istis concordat idem Bald. in l. cum proponas, in princ. C. de nau. sc̄n. dicens, quod in qua cūnque promissione, quam quis facit alteri, semper intelligitur conditio, nisi ex culpa alterius partis aliud euenerit. Qui nimmo ipse prouocatus secundo offendens, poterit petere penā à primo, secundum Bart. Bald. & Imol. in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. per illum tex. in ver. ceterum. Verum, si ambe partes contra uenissent, & non appareret de prioritate, secos esset: quia exactio pēnarum tūc compensatur, per tex. sing. in c. cōstitutus, de pēnis. Tertia, t̄ quod licet per p̄dicta videatur dicendum, quod clericus possit licet contempnere Episcopum, si ab eo contempnatur; quia dolus

dolo compensatur, & fides non est seruanda non seruanti, c. si ducturi, 32 q. 6. tamen cum non sit æqualis comparatio subdit ad P̄r̄latum, & filij ad patrem, contrarium est dicendum. Et non obstat tex. in c. esto, distin. 95. vbi habetur, Cur te habeam in P̄ncipem, cum tu me non habeas in Senatorem: quia vt dicit Hug. Hieronymus loquitur quod solet loqui vulgus, vel narrat quod non debeat fieri, sed quod solet accidere. Cū eam quis à P̄relato suo se uidet neglīgit, vel contemni iniūtē, statim eum neglīgit, vel paruipendit, ita Card. à Turrc. in d.c. esto, num. 1.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Iuramentum in interisum salutis aeterna vergens non obligat.*
- 2 *Iuramentum de tenendo secretum, quando non obseruandum.*
- 3 *Iuramentum tenendi occulitum, si per alios veritas sciri non potest, propria auctoritate frangi potest.*
- 4 *Iuramentum, quod vergit in dispendium salutis aeterna, non obligat.*
- 5 *Inser interisum, & dispendium discrimē.*
- 6 *Iuramentum, quod est contra salutem corporalem non seruandum.*
- 7 *Iuramentum non petendi alimenta apatre, an sit obligatorium.*
- 8 *Volam non ligai propter periculum mortis, ut iuramentum.*
- 9 *Iuramentum prestatum ratione iracundiae, non valeat.*
- 10 *Iuramentum prestatum contra Canonica statuta, non valeat.*
- 11 *Iuramentum, ubi maxima necessitas superuenit, an obligeret.*
- 12 *Iuramentum rem Ecclesie per P̄r̄latum non repetendi, an sit obligatorium.*
- 13 *Iuramentum, ubi primum est lucrum, & honestum, sicut est obligatorium.*
- 14 *Iuramentum secundum obuius primo promisso, quod obseruandum.*
- 15 *Iuramentum & volunt̄, quando sibi inuenit aduersantur, quod obseruandum, & nūq. 17. usque ad 20.*

- 16 *Iurans exercere episcopale corporale, an possit religionem ingredi.*
- 21 *Iurans seruare volumen statutorum, quid fernandum, si sunt duo contraria. vide quatuor Decisiones. usque ad num. 23.*
- 23 *Statutis proprio iuramento confirmatis, an licet aliqui venire contra.*
- 24 *Statuentes an ex rationabili causa possint statuta tollere absque periusio, & num. 25. & 26.*
- 27 *Superior tollens statuum Uniuersitatis iuratum, an illi de Uniuersitate teneantur ad obseruariam iuramenti.*
- 28 *Canonici iurans seruare statuta Ecclesie. vide etiam num. 29.*
- 30 *Successores iurantium, an sint periusi ve niendo contra statutum iuratum.*
- 31 *Iuramentum an prestari possit per procuratores.*
- 32 *Iuramentum, ut non obliget successorem, extende ad promissionem obedientia, ad Volum, Matrimonium, & Excommunicationem, usque ad num. 36.*
- 37 *Iurans pro se, & successoribus, non tenetur amplius iurare, sed tantum recognoscere tenetur se subditum. Sed quid si nihil dicit de successoribus. num. seq.*
- 39 *Iuramentum praestitum sub nomine dignitatis, an transeat ad successores.*
- 40 *Papa, & Imperator an ardant tractare possint absque consilio procurorum.*

Deregulis, quibus dignoscitur iuramentum non seruandum. Cap. VII.

**S**VBSEQUENTER considerandum est, qn*iuramentum non sit obligatorium: quod hisce regulis dignosci potest. Qua-*

rum  $\dagger$  prima sit, vbi iuramentum veritatem in interitu salutis aeternae, nullo pacto est obligatorium, cap. si vero, de iure iur. Quod, tunc dicitur, cum iuratur aliquid quod est mortale in se, ut corrumpere moniam, iugulare patrem, saueri visus, &c. nam tunc tale iuramentum nullo iure tenet nec diuino, nec humano,

cum non sit inventum ad inducendam huiusmodi obligationem, 22. q. 4. c. inter cetera, sed ad faciendam fidem, 22. q. 1. c. ita. Quare in his casibus potest iurans propria auctoritate contrahere, 22. q. 4. c. 1. & c. in malis, & c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. licet animos seruandi scienter illa illicita seruare iurauerit, c. 1. deiuriri. in sexto, in verbo, non servanda. Vbi Archid. & Franc. nam tale iuramentum potius dicitur periurium, c. animaduertendum, 22. q. 2. Quamuis debeat penitentem, 22. q. 4. c. 1. quia peccauit iurando, gl. in d.c. 1. vnde ei indicenda est poenitentia, c. cum quidam, §. fi. de iure iurandi. huiusmodi est  $\dagger$  iuramentum praestitum de tenendo occultum: quia tale iuramentum ut temerarium, non est seruandum, quando de alterius preiudicio agitur, & ideo non repellit a testimoniio. Et ratio est: quia seruari nequit absque interitu salutis aeternae, quia inducit mortale, scilicet taciturnitatem veritatis, 11. q. 3. c. quisquis de crim. falsi, c. 1. probatur specificè de testib. ca. intimauit, & c. constitutis, el primo, & vtrobius per glo. & Innoc. in d.c. constitutis, & c. testimonium, eod. tit. Quare sic iurantes de nunciandi sunt non teneti iuramento; d.c. constitutis, c. olim, de accusat. & ipso iure non tenentur, de offic. ord. c. quia pleriq. in fine, quod capitulum, licet ponat casum specialem, quando praetatus astrinxit subditum iuramento ad non parentum superiori inquirenti statum Ecclesiarum, vel personarum: tamen ex ea dem  $\dagger$  quod idem est. & in alio casu, quando deuenitur ad taciturnitatem veritatis in alterius præiudicium: hinc sit, quod  $\dagger$  quando veritas per alios nescitur, nec sciendi potest, & agitur de alterius præiudicio, debent, & possunt propria auctoritate contrahere, 22. q. 4. per totum, d.c. si vero, el 1. ubi tex. expressus, absque metu periurij: immo ut dicit Innoc. in d.a. testimonium, ex quo non seruant, presumuntur de peccato penitusse, quod commiserunt iurando; ex quo concluditur, quod ualeat testimoniū, etiam

etiam non dato quod p̄enituerint, & hoc exp̄resse tenet Archid. 6. q. 1. c. qui-  
cunque, dicens, hanc esse communē om-  
nium Doct̄orum sententiam. Secun-  
da. † Iuramentum, quod vergit in dispe-  
dium salutis æternæ, nullo pacto est obli-  
gatorum, optimus tex. in c. 2. in verbo,  
dispendium, de pac̄. in 6. Quod tunc di-  
citur, cum iuratur aliquid, quod est ve-  
niale in se, facit tex. in c. si aliquid, 22. q.  
4. optime facit tex. in d. c. 2. quia vbi tex.  
in c. si verò, dicit interitum salutis æter-  
næ, ille dicit, dispendium: quo etiam ver-  
bō utitur † tex. in c. cum contingat, tit.  
nostro. Sed planum est, quod interitus  
denotat mortem, at dispendium, damn-  
num paruum: per quod pater, quod mul-  
tum etiam differant. Archid. Io. Andr.  
& Geminianus in d. cap. 2. Tertia. Iura-  
mentū † vbi tale est, quod seruatum ver-  
geret in interitū salutis corporalis, non  
est seruādum, gl. in c. dilectus, quod me-  
caula, & in c. veniens, tit. nostro. Quod  
procedit, sine iuramētū tendat in mor-  
tem alterius, c. 2. 22. q. 4. & est contra offi-  
ciū, pietatis, & charitatis, nonnumquā  
adimplere sacramentum promissum, vt  
Heracles, qui iurauit quicquid petūtum  
esset, dare filiū Herodiadis, & nequā  
Ioannis p̄fūtit, ne promissum denega-  
ret, est etiam tex. in §. quisquis, 22. q. 4.  
qui affirmat, non esse adimplendum iu-  
ramentū denegandi alimenta fratri, aut  
sororibus, sive non petere alimenta pro  
7 propria persona. Quare † Io. And. dicit,  
quod filius emancipatus, qui iurauit de-  
cetero non petere alimenta a patre suo,  
laborans inopia, hoc non obstante, illa  
petere potest. Hinc etiam Panor. in c. si  
verò, tit. nostro, inuehit contra Cartu-  
sienes, quod non obstante Regula, &  
voto, debent carnes comedere, quando-  
non aliter possent mortem evadere quā  
per elum carnium, facit tex. in cap. confi-  
lium, §. cum aurem, & §. preterea, de ob-  
seru. ieiun. vbi Innocentius III. Bracha-  
tensi Archiepiscopo scribit, quod potest  
& debet supportare illos, qui in quadra-  
gesima, vel in alijs ieiunijs solēnibus in-

fīmantur & carnes comedunt, & hoc,  
vt maius in eis periculum euitetur. Vbi  
exponit gl. in verbo, periculū, id est mor-  
tis. Tum etiam, quia sicut iuramentum,  
8 ita etiam votum † non ligat propter pe-  
riculum mortis, cum pari passu ambu-  
lent. Quod verum est, quādo ex aliqui-  
bus probabilitib⁹ circumstantijs medi-  
ci affirmarent infirmum moritū ab-  
que predicto elū carnium. Verum dum  
glossa in dicto cap. si verò, exemplificat  
de Roma, ipsam declarat, per alias glo.  
7. q. 1. in cap. qualiter, quā simpliciter no-  
tat, quod lanum est state Romæ: sed  
quod iuramentum non sit seruandum,  
quando vergit in interitum salutis cor-  
poralis, glo. in d. cap. si verò, intelligit,  
quando mors vergeret directe in dictū  
interitum, secus verò, si occasionaliter:  
hinc dicit seruandum esse iuramētū,  
si Gallicus iuraret senioratum Romæ  
in Augusto, licet occasione talis iuramē-  
ti posset vita temporalis adimi, si tūc Ro-  
mæ moraretur, glo. in d. c. si verò. Quod  
dicunt Doct̄ores verum, vbi de hoc nō  
haberetur verisimilitudo, alias secūs, vt  
quia à medicis iudicaretur moritūs ex  
tali habitatione. Dom. Ant. in d. c. nu. 4.  
Quarta. Quando iuramētū vergit in-  
detrimentum omnium rerum, vel maio-  
ris partis, sine quibus non posset homo  
temporalem vitam ducere, 22. q. 4. ca. 6.  
9. fin. Quinta. † Quando iuramentum  
est p̄tēbitum ratione iracundie, & te-  
meritatis, cum tunc consensum volūta-  
tis non videatur habere, cap. quod Da-  
vid, 22. q. 4. not. in cap. ex litteris, extra-  
de diuīt. in cap. sicut ex litteris, tit. no-  
stro. Non enim iuramentum est vincu-  
lum iniquitatis, capanter, 22. q. 4. extr.  
eod. cap. quanto. An. verò sit peccatum  
mortale iurare calore iracundie, alias di-  
10. ximus. Sexta. † Quando iuramentum  
est p̄tēbitum contra Canonica statuta. Exemplū  
habetur in cap. si diligenti, defoto cōpe.  
vbi clerici etiam voluntarij, nō possunt  
pacisci iuramento, vt secularia iudicia  
sueant, cum non sit beneficium p̄fē-  
nale, cui renunciati possit, sed potius toti.  
Colle-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

Collegio Ecclesiastico sit publicè indul-  
 tū, cui priuatorum pactio derogare nō  
 potest. & cum iuramentum sit contra  
 Canonica statuta interpositum, c. inoli-  
 ta, cap. placuit, 11. q. 1. Septima, † vbi su-  
 peruenit maxima necessitas, & superio-  
 ris licentia haberi non potest, cap. ante-  
 cessor, 11. q. 3. & ibi Geminex quo tex.  
 colligit Archidia. & Turrecre. quod in  
 promissis implēdis magis animus, quām  
 forma verborum debet attēdi, vnde im-  
 munis est à reatu perjurij, qui excomuni-  
 catis comunicat corpore, & non ani-  
 mo, & hoc ex necessitate. Facit etiā text.  
 in cap. consilium, de obseru. ieiun. & in  
 cap. licet, de penit. & remiss. Et ratio est:  
 quia res venit ad illum casum, de quo si  
 cogitasset ab initio, non iurasset, facit c.  
 ne quis arbitretur, 22. q. 2. Vēl si iuraf-  
 set, illicitum esset iuramentum, Archid.  
 12. in d. cap. animaduertendum. † Octaua,  
 si sit præstitum de re ecclesiæ per præla-  
 tum non repentina, c. nosti, de elec. c. 2:  
 extra eod. vbi Host. Et ratio est: quia iu-  
 ramentum non debet esse vinculum ini-  
 quitatis, quia illaquearet ad rem illicitā  
 obseruandam, contra cap. cum quidam,  
 & cap. sicut, de iureiur. Item per iura-  
 mentum non potest quis se subtrahere  
 ab onere publico, cap. si diligenter, de fo-  
 ro compet. Sed hoc estonus publicum,  
 quod incumbit prælato circa defensionē  
 iurium ecclesiæ, 43. dist. cap. si rector. Et  
 melius in cap. si quis presbyterorum, de  
 rebus ecclesiæ non alien. ergo, &c. &  
 multum bene facit d. c. si quis presbyter-  
 orum, nam ibi punitur alienator, nisi si  
 bi per celerem repetitionē perfixerit.  
 Panorm. in d. cap. 2. Nona, quando iu-  
 ramentum esset metu grauiſſimo extor-  
 tum, & ante iuramentum præcessisset  
 protestatio, quod nō intendebat se obli-  
 gare, l. qui aliena, §. census, ff. de acq. hæ-  
 red. Nec intelligitur hoc facere in fraude,  
 quia renouet fraudem, ff. de leg. 2.  
 Lcum pater, §. Titio, Bald. in d. c. si vero,  
 tit. nostro. Decima, † vbi primum iu-  
 ramentum est licitum, & honestum, tunc  
 illud est seruandum, & non secundum;

quod est illicitum, eo ipso, quod primo  
 iuso licto obuiat, seu contrariatur, cap.  
 ueniens, cap. intellecto, de iureiur. ubi  
 tex. qui non dilapidator, sed tutor regni  
 esse debet, si iurauit non alienare, & po-  
 stea alienando itrauit non contrarien-  
 re, primum iuramentum est seruandum,  
 & non secundum: quia secundum con-  
 tra primum non potest seruari sine praedi-  
 cione salutis eternæ. Et hoc facit ad duas  
 quæſtiones, quarum prima est de Aduo-  
 caro, qui iurauit defendere causas duo-  
 rum monasteriorum inuicem litigan-  
 tium: quia tunc primum dēfendere de-  
 bet. Facit text. in d. cap. veniens, & Lope-  
 ris, ff. locati. Archid. in c. Episcopum, 7.  
 q. 1. in glof. fin. Bald. in d. cap. si vero. Se-  
 cunda quæſitio est, de muliere, quæ iura-  
 uit non alienare reum dotalem, quā po-  
 stea alienauit cum iuramento, tunc de-  
 bet stare primo iuramento, & non valeat  
 venditio, vt notatur in cap. cum conti-  
 ngat, de iureiur. cap. licet, eod. tit. in 6. Et  
 ratio, quare uenit io nō ualeat, est, quia  
 interdicitur à lege fauore ipsius, d. c. cum  
 contingat, facit tex. in Auth. Sacramen-  
 ta, C. si aduers. uenit. & non dependet  
 à mera facultate iuratis, etenim si actus  
 dispositio depéderet à mera facultate iu-  
 ratis, tunc actus etiam non iuratus va-  
 leret contra iuramentum prius factum,  
 v. g. Iurauit librum non alienare, & po-  
 stea alienauit, valet alienatio, licet sim p-  
 iurus. Inn. in c. dilecto, de preben. Itē  
 iurat testator non mutare testanētum,  
 & deinde mutat, tenet testamentum, li-  
 cit fit perturus, Ioan. And. in reg. quod  
 semel placuit, de reg. iur. in 6. & 13. q. 2.  
 14. cap. ultima uoluntas. Pariter, † si secun-  
 dum iuramentum obuiaret primo pro-  
 missio non iurato, quod erat licitum, ser-  
 uandum esset non iuramentum, sed pro-  
 missum: quod intellige, quando per iu-  
 ramentum fieret prejudicium alieno iuri,  
 scilicet illius, cui facta est promissio.  
 Hinc fit, quod qui aliquā promittit du-  
 cere in uxorem, deinde iurat cum alia  
 contrahere tunc primum promissum quā  
 uis non sit iuratum, seruare tenetur, c.  
 sicut,

sicut, de sponsal. quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, c. quanto, de iureiur. Sic si aliquis alicui promiserit, quod eum liberaret à morte, & postea iuret contrarium, nō iuramentum, sed promissum esset iurandum: cuni ad promissum implendū si obligatus quo ad Deum, ac si iurasset, cap. iuramenti, 22.q.5. Igitur de promisso non presumitur lenitile, & per cōsequens ad hoc nō extenditur iuramentum, & hoc, ne iuramentum dicatur temerarium: quia est contra ius, & suam promissionem. Rursum, t̄ quid dicendum, quando iuramentum, & votum fidei inuicē aduersantur, quod eorum erit obseruandum? Resp. & constituo quinque casus, quorū Primus est, astrictus iuramento ad aliquod opus corporale exercēdum, si post iuramentum nondum adimpletum voulit religionē, si potuit obtinere remissionē à parte, iux. tex. in cap. i. tit. nostro, tunc conclusio est, quod potest non obstante iuramento adimplere votum. Hæc conclusio probatur per textum in cap. præterea, 1. de spon. vbi habetur, quod licet fides sit hinc inde data simplicitate de matrimonio contrahendo, & postea displiceat contrahentibus, possunt sibi fidē remittere, ne deterius inde cōtingat. Et ratio est: quia omnis res per qualcumque causas nascatur, per easdem dissoluitur, c. omnis res, de reg. iure. In nihil tam naturale, eo. tit. Tum etiā, quia in iuramento subintelligenda est cōditio, si cōtrahentes in eadem voluntate permanferint, arg. extr. de iureiur. c. quenadmodum, cap. ne quis arbitretur, 22.q.2. Secundus, astrictus t̄ iuramento ad opus corporale exercendum, si non potuit à parte remissionem obtinere, potest religionē ingredi, si opus, quod iuravit adimplere, est expedibile in Religione, licet Holt. in sum. de iureiur. §. quis obligatus, vers. nunquid ergo, consiliū det, vt prius obseruet iuramentum, & postea ilā ingrediatur, c. commissum, de sponsal. Exemplum est de scriptura, & ita intelligi potest glo. in cap. præterea, dist. 5. 1. qua: di-

cit, quod obligatus ad scripturam liberti iuramento, non impeditur ab ingressu monasterij, vt etiam tener Inno. in c. fi. de oblig. ad ratio. & nec sit iniuria illi, cui seruire tenetur: quia instanti Spiritus sancti fit, 14.q.5. cap. dixit, arg. extra, de voto, cap. scriptura, de iureiur. c. peruenit, vbi nō intrigit propositum, aut promissum, qui illud in melius communiat, cap. admonere, 33.q.2. Tertius, t̄ qui iuramento tenetur regere civitatem per annum, iuramentum prius seruare debet, deinde votū. Et ratio est: quia opus illud non est expedibile in Religione, tamen prius adimplat votum ingredi do religionem, non vitiatur ingressus. Ita conclusio est Holt. quā tamen dicit esse veram, quando non faceret in fraudem, sed vt Deo seruiret, sed si faceret in fraudem, vt evitaret laborem, securus esset, vt sentit Inno. Ita Card. à Turre recte. in d.c. præterea. Quartus, quando vtrumque t̄ potest adimpleri, scilicet iuramentum prius emissum, & postea votum, tunc adimplendum est prius iurum. Exemplum. Iuramento quis promisit: Bertam accipere in vxore; & postea religionem voulit, tunc debet prius contra here matrimonium, & deinde si copula carnalis nō intercesserit post ratum matrimonii, religionem ingredi poterit, c. commissum, extra, de sponsal. Quintus, quando potest t̄ iuramentum subsequitur votum, & iuramentum non Deo, sed homini est præstitum, tunc iuramentum est seruandum. Et non obstat tex. in d.c. scriptura, & c. peruenit, quia intenditur, quod illud verum est, quando iuramentum esse præstitum Deo, sed secus esset, quando iuramentum præstitum esset homini, quo casu videretur Deum vele in testem adducere, c. etiā Christus, de iureiur. Vnde quando homini iuratur, & non seruatur, Deus contēnitur, proximus decipitur, & decierans infamatur, & ideo difficultus rumpitur triplex funulus, quam vnicus, vel duplex, ca. 1. de treu. & pace. Genit. in d.c. cap. præterea, 20 Quare t̄ licet votum, (quia principale

# Decis. Auricularum

objecatum habet Deum, cum sit promisio facta Deo inducat maiorem obligationem, quam iuramentum; alia tamen ratione iuramentum est fortius, & firmius, quod sit homini: quia non solum fecit votum obligat, sed vehementius, quia obligat & Deo, & proximo. Hinc sit, quod difficilior summi potestes absoluunt a iuramento, quam a voto, ut ibi diximus. Rursum, quid iuris, quando in volumine statutorum iuratorum sunt duo statuta contraria, quod illorum debet seruare iurans? respondeo apponendo diuersas Decisiones, quarum prima sit. Quando alterum ex contrariis est illicitum, & tunc licet iuris seruare statuta in uno volumine existentia, videatur iurare statutum quodlibet seruare de per se, vt probatur in c. 1. de iure. in 6. & per Archi. in c. inter cetera, 22. q. 4. tamen illud est verum, quando essent licita: quia iuramentum tantum resertur ad licitas, & rationabiles consuetudines, & ita presumitur iusse de mente iurantis, ut not. in c. Quintaallis, de iure. 2. Secunda, si si vtrinque statutum est licitum, quod est possibile in duobus contrariis, secundum notata per Io. Andr. in c. h. de consue. tunc si contrarietas potest aliqua distinctione salvare, vtrinque salvabitur in eatu suo. arg. tex. in c. cu tu, de testib. c. cum expediatur, de elect. in 6. Tertia, quando non potest aliqua distinctione salvare, & tunc si unum est editum a superiori, alterum ab inferiori, seruabitur conditum a superiori; etiam si sit prius coditum. Clem. ne Romani, de elect. vbi lex inferioris non tollit legem superioris. Hinc dicit ibi Imola, quod si qui affirnat quod Capitulum Sede vacante non possit reuocare Constitutionem Episcopi, cum habeat potestatem ab eo. Verum feder. de Senis dilputauit contrarium, vt refert Ioan. And. in cap. 1. de maior. & obed. in 6. quia non est verum, quod ab Episcopo habeat potestatem Capitulum Sede vacante, sed a Papa, vel iure communi, vt patet ex c. cum olim, 2. cap. his, quae, de maior. & obed. & co.

# Par. II. Lib. II.

tit. cap. 1. in 6. Igitur Regula, quæ se habet, quod lex inferioris non tollit legem superioris, procedit, maximè, quando inferior habet potestatem a superiore, vt est in cœtu Cardinalium vacante lede. Non enim potest immutare, vel corriger Sede vacante constitutione editam a Papa, vt notat ibi Imola. Quarta, si ambo statuta sunt condita a pari auctoritate, & tunc serubatur ultimum statutum, quia legum & statutorum proprium est, secundum corrigerem primum, cap. 1. de constit. in 6. Et haec procedunt, quando constaret quod iporum esset prius, sed quod duobus sitetur quid esset prius, tunc seruandus esset ordo scripture, c. mandato, de præben. c. penul. de elect. in 6. Quod Geminianus intelligit, quod in eodem volumine statutorum sunt contraria statuta diuerso tempore approbata, secus si eodem tempore: quia tunc cum non sit dare prioritatem, vel posterioritatem: quia quæ eodem tempore confirmantur, eodem tempore fieri vindentur, glo. not. in L. 2. C. de testam. tut. fit, vt neutrum sit valitum, arg. tex. in L. v. i. repugnantia, ss. de reg. iu. & iurans non obligatur ad obseruatiām alicuius, arg. tex. in c. imputari, de fi. instruc. fine de iure. in 6. Quod quidem dictum Geminiani impugnat Fracus, in d. c. 1. num. 8. de iure. in 6. Quid vero si de statutis, consuetudinibus, & constitutionibus proprio iuramento confirmatis, alicui venire contra, absque metu periurij: & more meo solito hoc dubium expetiam, etiam per plures Decisiones in lictis auctoritatibus: quatum

Prima sit. Prælati, & Canonici pnt licite iurare statuta, & consuetudines ecclesiæ: v. g. Est de consuetudine ecclesiæ alicuius, vt nullus ibi recipiatur in Episcopum, vel Canonicum, nisi iuret pro indemnitate ecclesiæ, vel aliud iuramentum præstet dumtaxat de re licita, puta quod nunquam erit in Concilio, quod illa ecclesia alteri supponatur, ita tex. in c. 1. de iure. in 6. Quod intellige post electionem: quia si ante, esset

# De regulis, quibus dignosc. &c. Cap. VII. 66

Simoniacum & ratio est: quia post electionem nihil sperat receptus à Canonicis, & tale iuramentum est restringendum tantum ad licita, ita Archidia. ibi. Si vero hoc iuramentum exigeret superior ante electionem, licitum esset, ut per glo. 8.q.3. in Sum. Franc. in d.c. 1.nu.1.

**24** Secunda, possunt statuentes † ex rationabili causa tollere statutum, & eo sublato, augere numerum Canonicorum absque metu periurij, ita glo. notabilis à simili, in c. in his, dist. 11. vbi Io. Andr. in cap. 1. de his, quæ fuit à maiori par. Capit. extendit etiam ad statutum, ut iuramentum duret remanentibus statuis, sed eis sublatis tollitur iuramentum, ita Abb. in d.c. 1. nu. 7. Fel. in c. cum accessissent, nu. 11. de conslit. Franc. in c. cum non deceat, nu. 3. de elect. in 6. Et ratio est: quia iufm catenus durat, quatenus durat constitutio, c. ex litteris, de const. & illud velut accessorium sequitur naturam principalis, licet quandoq; accessorum sit sortioris vinculi, quam principale, c. debitores, de iureui. Vnde, non videtur de ulteriori tempore cogitatum per iurantem, sed statuentes possunt constitutionem tollere, cap. cum omnes, c. cum accessissent, de constit. ergo. Hinc fit, quod Rectores, & officiales locorum, vel Collegiorum, possunt mutare constitutiones iuratas. Hinc ē fit, quod iuramentum de obediendo Prelato non obligat iurantem eotemoto; de hoc, de elect. cap. per venerabilem, in fi. vlt. glo. Sic nec iuramentum de seruando statuto obligat illo sublato, Henr. Boich, in ca. 1. de his, quæ fuit à maiori par. Cap.

**25** Tertia, † non possunt statuentes sine causa absque metu periurij autoritate propria statutum vel consuetudinem tollere, glo. in d.c. in his, vel propria auctoritate reformare. Io. And. in Decret. vni. de cler. non resid. in 6. qui alleg. tex. in ca. si vero, tit. nostro, c. venerabilē, tit. nostro, & quod ibi not. Inno. & Host.

Quarta, qui simpliciter contraeunint constitutioni iurata, non incurvant periurium >quia presumuntur sa-

cere animo tollendiā, & de hoc prius cogitasse, cum nemo præsumatur delinquare, nec inimicorum propriæ salutis, t. q.7. cap. sancimus. Paul. de Lazar. in Clem. 1. de Regul. Gemin. in d.c. in his. Quod intellige duobus cōcurrentibus: Primum est, quā collegialiter conseruerint: nam cōiter tenetur, quod iuramentum, quo singulares de Collegio vel Corpore iurarunt seruare constitutiones, vel staruta, non impedit quo minus illa Collegialiter per eos, ad quos pertinet, tolli possint: arctat enim iuramentum singulares personas ad illa seruanda, quandiu sunt statuta, & sic seruat totus orbis. Alias vero omnes studentes essent periuri, cum singulariter iurent seruare statuta Vniuersitatis, quæ ipsi constituant, quæ per se postea Collegia liter correcēta, vel sublata, non seruant. Et rō est: quia tali casu videntur iufm remittere, arg. tex. in c. 2. de spons. Abb. in d.c. 1. nu. 7. Fel. in d.c. cum accessissent. Secundum, quando id, quod iurant, concerneret utilitatem eorum, alias si principaliter eorum utilitatem nō concerneret, scilicet esset: quia tunc videtur iurare Deo, & per consequens suo contrario facto non possunt rumpere constitutionem. Tertium, secundum Innoc. in cap. dilecto, de præbend. nisi constitutio iutata resipiceret spiritualia. Hinc dicit, quod non valet recepicio saeta in Carltonicum contra iuramentū. Verum cum iuramentum possit remitti, quando Collegialiter fit contrauentio, videtur dictum Innocentij posse impugnari. Sexta, † Canovici, qui iurant seruare cōtentia in statuto, in vno casu nō possunt venire contra statutum, scilicet quando iurant etiam expressim seruare id, quod continetur in statuto, (verbi gratia) non augere numerum, vel quod non recipient aliquem Apostolam, &c. Ita Ioan. de Lign. quem sequitur Imola, in Clem. 1. de Regul. Fel. in d. c. cum accessissent. In alio etiam casu possunt sine culpa etiam nuda voluntate venire contra, quā sacerent speciale statutum,

& eaute, scilicet quod instrumentum super his statutis praestandum non impedit illa tolli, vel mutari, etiam nuda voluntate. Henric. in c. i. nu. 5. de his, quae sunt à maiori parte capit. Septima, + si prior, quando tollit statutum Vniuersitatis iuratum, non faciendo mentionem de iuramento, tenetur nihilominus ille de Vniuersitate ad obseruantiam iuramenti, ex quo iuramentum est tale, quod potest seruari sine peccato, cap. si vero, tit. nostro, vt puta, concernens commodum singulorum. Et hoc ideo: quia in dubio non est presumendum superiorē voluisse tollere iuramentum, ita glo. valde not. in cap. cum non deceat, de elect. in 6. Et est unum dictum valde mirabile, vt statuto sublatu, remaneat iuramentum accessorium. Octaua, + Canonicus in suis litteris, quando sicut receptus in Canonicum, existentibus tunc clausis tollentibus statuta, & consuetudines ecclesie, si deinde in sua receptione iurare seruare ecclesie statuta, & consuetudines, non videtur renunciare gratijs sua rum litterarum tollentii statuta, & consuetudines praedictas; ita Ioan. And. in regula inspicimus, de reg. iur. Francus, 29 in cap. i. de iure iur. in 6. Nona, + Canonicus, qui tempore sua receptionis iuravit ut supra, & postea impretauit gratia, & priuilegium contra dicta statuta, vt talis impretratio non sit subreptitia, debet exprimere in litteris, quod ipsemet iuravit, per notata in c. cum non deceat, de elect. in 6. Vbi habetur, ibi, in glo. fin. qd per generalem clausulam, Non obstatib. quibuscumque statutis, consuetudinibus, vel priuilegijs, nunquam intelligitur derogatum, quando talis essent iurata, nisi fiat specialis mentio de iuramento, dato, quod apponenteretur dictio, quibuslibet, vel quibuscumque, vel quomodo libet: quia etiam taciturnitas eius, quod redderet impretrantem difficultorem, redit telescriptum subreptitium, ut inc. postulasti, de rescript. Tum etiam, per notata in cap. cum aliquibus. de rescr. in 6. vbi Papa, faciendo gratiam vni personę

in una ecclesia, non videtur velle statutis, & consuetudinibus illius ecclesie derogare, nisi de eis fiat specialis mentio. Facit cap. constitutus, eod. titu. Quod si fecerit mentionem de iuramento, tunc stabilienda est & altera Decisio. Qui vult impetrare contra statuta iurata, impetrando, non incidit in periurum, & valet impretratio, modo gratia fiat motu proprio a Summo Pontifice, arg. cap. ve nientes, de iure iur. & ibi per lo. Andr. Verum si ad instantiam partis habetur gratia, tunc periurus erit, si absque causa impretrauerit priuilegium contra dicta statuta, si iuraverit statuta, & contenta in eis obseruare, nisi prius petat ab solutionem à iuramento, ut habetur per Rotum, Decisione 294. Secus autem, si ex causa rationabili superueniente impretrasset: quia in qualibet iuramento intelligitur, si res in eodem statu permanuerit, vt in cap. quemadmodum, de iure iur. & notatur in cap. cum inter M. de renunc.

30 Rursum, + an successores iurantium seruare statutum, veniendo contra illud dicantur petiuti: propono multas Decisiones: et Prima est. Si successores iurantium seruare statutum, veniendo contra illud, non sint periuri: & ita habetis alia Regulam, quando iuramentum non est obligatorium. Et ratio est: quia omne iuramentum est personale ex parte iurantis, quod procedit, etiam si quis iuraret seruare statuta pro se, & suis successoribus, ut not. per Host. & Doct. in cap. veritatis, tit. nostro: cum iuramentum non transeat in tertiam personam, ita no. gl. in Clem. non potest, de procur. in glo. fi. Hinc fit, qd si pater iuraverit fidelitatem pro se, & filiis, quod tale iuramentum non extenditur ad haeredes iurantis, C. de rebus cred. l. generaliter; in princ. Et ratio est: quia iuramentum ex parte iurantis est personale, & ideo cum persona finitur. Item nec potest quis iurando promittere factum alienum, quod non est in sua potestate, ita Bald. in l. que in ecclesiistarum, num. 38. de constitut. Tum etiam,

# De regulis, quibus dignosc. &c. Cap. VII. 67

etiam; quia in spiritualibus numquam ligatur anima sine proprio cōsensu: quia licet sit honestum, quod in spiritualibus obligationibus filius sequatur voluntatem patris, non tamen est necessarium, vt not. in c. 1. de despons. impub. & in c. ex litteris, de spons. & in cap. vnicō, de despons. impub. lib. 6. Facit quod no. 24. q. 3. in Summa.

Secunda. Licet possit conueniri corā Iudice Ecclesiastico, et per illum cogi Ecclesiastica Censura ad obseruantiam Iuramenti, c. finali, de fato competit. in 6. non tamen eius hæres, cum Iuramentū ex parte iuratis sit personale: licet astrigni possit ex obligatione prædecessoris ad obseruantiam contractus, C. de hæred. act. l. fin. C. de pæl. l. pæsto.

Tertia. Quæ in superioribus duabus Decisionibus diximus, extende etiam ad Iuramentum populi, qui semper est idem, & tamen successores iurantium non ligantur periurio, ita multum notanter voluit Card. in Clem. i. §. nos, q. 3. de iureiuran.

Quarta. Cum iuramentum sit actus Religionis, qui à persona minime separatur, c. veritatis, de iureiur. Bald. in l. vnicō, §. ne autem, C. de caduc. tollen.

<sup>31</sup> Hinc fit, † nusquam posse præstari per procuratorem, cum tractetur de obligatione spirituali, quæ specialē consensum exigit, cap. vnicō, de procur. in 6. nisi in tribus casibus: Primus est, si haberet speciale mandatum. Secundus, quando ratificat, & ita ratihabito comparatur speciali mādato, & locum habet, ubi requiritur speciale mandatum, vel quādo fecit, & non reuocat, quia ex quo fecit, videatur per consensum confirmare, ita tex. ubi etiam Franc. in cap. fin. tit. nostro, lib. 6.

Sed aduerte, quod id, quod diximus requiri speciale mandatum ad iutandum, ita intelligendū est, vt in mandato exprimatur qualitas iuramenti, cap. fin. de iuram. calum. in 6. Hinc fit, quod si procurator haberet speciale mandatum ad iutandum de calunnia, non posset iurare de veritate dicenda, vt dicit ibi Franc.

Etratio est: quia iuramentum per procuratorem, fit in animam Domini, c. 2. de test. in 6. Et idē non potest ab aliquo speciali consensu illum obligare, cum tangat animam iurantis. An vero procurator deie- rans, peccet? dic, quod sic, cum auxilietur periurijs, quia per organum eius existit mendacijm, arg. 4. 6. dist. c. sicut non suo. Quod intellige, si scienter hoc fecerit, Zab. in Clem. Romani, §. nos itaque, nu. 15. de iureiur. Rursum, an possit præstari iuramentum per procuratorem ad hoc specialiter deputatum, quando lex requirit iuramentum propria manu exhiberi? Die, quod non, c. si vero, el secundo, de sent. excom. cum talis actus eius sit conditionis, quod per alium geri non possit. Facit glo. in Clem. i. verbo, publice, de vita & honest. cler.

<sup>32</sup> Quinta. † Quemadmodum iuramentum non obligat successorem, sic nec promissio obediencie, ita Doc. communiter restringunt tex. in c. cum olim, 1. de restit. spol. afferentes ibi, quod obediencie promissio facta per unum, etiam prælatum, alios non, obligat, nisi de ipsorum mādato promittatur, vel nisi alij pro quibus etiam iuratur, scirent hanc obedienciam à suo prælato præstari, vel eorū procuratore, & hoc patenter, quia tunc efficaciter ex iuramento obligarentur, velex obediencie sic præstata, C. de iuramen. calum. l. 1. & 2. Panorm. in d. cap. veritatis, num. 4.

<sup>33</sup> Sexta. Idem in voto: † Vnde pater, qui ex voto aliiquid promisit pro suo successore (verbis gratia) vovit filium fore monachum, non cogitur filius illud adimplere; quia votum est personale, & ideo lolam personam vouentem obligat. Abb. in c. olim, num. 14. de restit. spol. Doc. in cap. licet, de voto.

<sup>34</sup> Septima. † Idem in matrimonio, arg. tex. in cap. vnicō, §. porrò, de despons. impub. ubi parentes non possunt contra hære matrimonia, vel sponsalia pro filijs contradicentibus tacite, vel exprefſe: cū in matrimonij filius non censeatur esse in potestate patris, cap. fin. de iudic. li. 6.

# Decis. Aurearium

## Par. II. Lib. II.

licet filij possint contrahere etiam contra expressam eorum voluntatem, c. veniens, cl. primo, de spons. Et aduerte, φ filius tacitè dicitur consentire, quādo pa ter contrahit pro filio tacente, & non cō tradicēte, nīsi talis taciturnitas esset me tinclofa: quia si tunc mina, vel verbera suissent in causa, vt ille propter metum taceret, talis metus instringeret matrimonium, ita tex. not. in cap. ex litteris, de spons. ita voluit glo. in cap. accedens, de conuers. coniug. in princ. Franc. in d.c. vniuers. §. porr. num. 4.

35. Octaua. † In excommunicatione: quia excommunicatio nō trāsgreditur personam delinquentis. Hinc sit, quād pro peccato alicuius hominis, nō potest eius familia excommunicari: Nec filius, vel vxor, pro peccato patris, aut mariti, nisi aliquo modo consentiat criminis illius: Cū nemo sit excōmunicandus nisi pro peccato proprio mortali, & talis, qui aliter corrigi non potest, 11. q. 3. cap. nemo Episcoporum. Vnde cum peccatum Domini non sit peccatum familiæ, nec peccatum patris, & filii, ergo decisio uera. Ita probatur in Sun. 24. q. 3. vbi etiā notatur, quād quandoque vnius punitur pro alio sine culpa, sed non sine causa.

36. Nona. † Licet iuramentum sit personale ex parte iurantis, est tamen reale ex parte eius, cui iuratur, hoc est, transit ad hæredes eius, cui iuratur. Innoc. in d.c. veritatis; & ratio est: quia iuramentum assumit interpretationē cōtractus illius, super quo interponitur. probatur in l.vl. C. de non nuntier. pecun. Hinc est, quād qui promittit Tito decem, talis vtique promissio ad hæredes Titij transit, ergo & iuramentum, Couar. de iure iii. par. 1. §. 5. num. 4.

37. Decima. † Iurans, qui in iuramento fecit mentionem de successoribus illius, cui iuratur, vt quia iuravit fidelitatem pro se, & successoribus suis, non cogitur amplius iurare, sed bene tenetur se reconoscere subditum, & vasallum: Vndē licet arctari non possit ad repetendum iuramentum, arctari tamen potest ad re

nouandum, ne contingat, quād porcat memoria contractus temporis longinquitate, & ita intelligitur tex. in d.c. longinquitate. 12. q. 2. Dom. Ant. Panor. & Henr. in d.c. veritatis.

38. Undecima. † Iurans, qui nullam mentionem fecit in iuramento de successoribus, sed simpliciter iuravit sub nomine proprio, vel apposuit aliquod verbum personale: vt, promitto tibi, is tunc iurare cogitur cuiilibet successori, 2. q. 2. c. ſepe, & cap. longinquitate. Imola in d. Clem. Romani, nīsi is, cui iuratum fuit, remoueret à dignitate: quia eo casu non tenetur iurans ad iuramentobſeruantiam: quia intelligitur præstatum personæ ratione dignitatis, & ita intelligitur tex. in c. venerabilem, de elect. in fine. Pariter ex eodem textu notatur, quād si ille, qui iuravit in sua prima institutio ne, vt Canonicus, si renunciavit, & postea iterum receptus est, quād non est ligatus suo antiquo iuramento, prout etiam no. in c. 2. de nou. ope. nunc. Feder. de Sen. conf. 264. num. 1.

Duodecima. Si Dominus successor dicit, quād sius predecessor pro se solo accepit iuramentum, non pro successoribus, sed vasallus afferit contractum, tunc vasallus, qui dicit, tenebit hoc probare, Iei. ff. de proba. §. fin. Instit. de hæc ius.

39. Tertiadecima. † Iuramentum, quod est præstatum simpliciter, sub nomine dignitatis, transit ad successores, quantum cumque nulla fuerit facta mentio de successoribus. Dom. Anton. Panormit. & Bald. in d.c. cap. veritatis. Exemplum: Si quis dixerit, promitto obediē Episcopo Senensi, vel Romano Pontifici: quia dignitas non variatur ex diuerentiis præsentium, cap. libertu, 12. q. 2. cap. si gratio se, de reicrip. in 6. Quin immo, quando iuramentum præstatur à dignitate, dignitati, tunc tam ex parte iurantis, quam ex parte eius, cui iuratur, transit ad successores. Ita Bald. not. tex. in d.c. veritatis, vbi iuramentum fuit præstatum à dignitate, dignitati: quia Regia Maiestas non moritur, arg. tex. in d.c. si gratiosē.

Quar-

**Quartadecima.** Imperator, qui est Dominus mundi, ff. ad L. Rhod. l. de prece-  
ratio. Et Papa, qui est primus super omnes homines, 9. q. 3. cap. cuncta, & c. per  
40 principalem, debent fardua tractare, et illi cum consilio procerum s. col. de prohib. feud. alie. c. Imperiale, & hic cum consilio Cardinalium, adeo, q. sine ipsis gesta, non obseruentur per successore, ut notabiliter dicit Io. Mon. de haeret. c. super eo, lib. 6. vbi refert, q. collationes Abbatiarum, Episcopatu, & superiorum dignitatum facta per Celestium sine consilio Cardinalium, fuerunt reuocatae per successorem. Sed aduerte, quod Gemin. in d. cap. super eo, dicit, quod communis est opinio, q. Papa id possit sine eis: quia ipse est super omnia consilia. vide ibi Francum.

**S V M M A R I U M .**

- 1 *Iurare per Deum, an maius sit, quam iurare per Euangelia. Distinguere;*  
*Vincula duo magis ligant quam unum.*  
*Sub eod. nn. 1.*
- 2 *In iuramento an sit necessarium tacitus scri-  
paturum.*
- 3 *Iurare per membra Dei, prohibitum est.*
- 4 *Ei in multis casibus peccatum est mor-  
tale.*
- 5 *Iurare per Denm, vel per oculos Christi,  
quod horum sit maius peccatum.*  
*Intellectus sex ad tex. in c. si quis per ca-  
pillum, 22. q. 1.*
- 6 *Iurare veraciter per falsos Deos, minus  
peccatum est, quam iurare falsum per  
verum Deum.*
- 7 *Iuramentum sex modis dici potest incan-  
tum.*
- 8 *Iuramentum nunquam recipiendi prala-  
tionem, an sit validum. & nn. 13.*
- 9 *Iurare absque necessitate, vel visitate,  
peccatum est.*
- 10 *Verbum otiosum quid sit, & quos pariat  
effelius ex Beato Bernardo.*
- 11 *Iuramentum non adhibita diligentia di-  
cendi verum, quod peccatum. & nn.  
seq.*

- 14 *Iuramentum ex sua natura illicitum, nul-  
lo pacto seruandum.*
- 15 *Iurans superfluè comedere, & comedens  
qualiter peccet.*
- 16 *Minimum non excusat à peccato morea  
in multis casibus.*
- 17 *Vi in simonia, ubi datur intellectus ad c.  
est si questio, de Simonia.*
- 18 *Furtum de minima re quandogae non  
excusat à mortali.*
- 19 *Vsura etiam in minimo constituit pecca-  
tum mortale.*  
*Beneficii tenuissimae non excusat ab horis di-  
cendas.*
- 20 *Debito non habens unde soluat, etiam  
in minimo, debet luere in corpus.*
- 21 *Minimum habetur in consideratione in  
duobus casibus.*
- 22 *Iuramentum licet sustineret contractum  
de iure civili, tamen praestitum dolo, vel  
metu, est ipso iure nullum.*

**De quibusdam Decisionibus  
in materia Iuramenti.****Cap. VIII.**

**V**BSE QVENTER videbimus de quibusdā dubijs per modum Decisionis: quorū prima erit. Licet † secundum se maius sit iurare per Deum, quam per Euangelia: cum Deus sit maior omnibus, & cuius gratia est Euangeliū, c. si aliqua, 22. q. 1. vbi Chrysostomus, tamen considerando iuramentum ex parte iurantis, tunc magis est obligatoriū iuramentum illud, quod sit magis sole-  
niter. Vnde quo ad Ecclesiā, iuramen-  
tum, quod sit tacitis factos sanctis Euangelijs, magis obligat, quam simpliciter iurans per Deū. facit tex. in c. Rursum, qui cler. vel voun. tum propter scandala, tum propter maiorem deliberatio-  
nem, que adhibetur tacitis Euangelijs, & maiorem solemnitatem coram Iude-  
ce, & scriptore, quod non sic est in iu-  
ramento per Deum; vbi communi con-  
suetudine faciliter, & sine deliberatio-

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

ne, & pr̄minoribus iuratur, æqualiter vero hinc inde positis grauius est, si quis per Deum iurans, periuret, quām si periuret per Euangelium, Inn. in d.c. eti. Christus .. Quod si quis obijciat, q̄ duo vincula magis ligant, quām vnu, & triplex, quām duo, dist. 13. cap. duo. Et qui plures offendit, plus peccat, dist. 94. cap. si quis autem legationem, & 11. q. 3. cap. pr̄cipue. Quare cum quis iurat falsum per creaturam, tunc contemnit creaturam, & Creatorem in creatura. Sed qui iurat falsum per Deum, contemnit solum Deum, ergo videtur q̄ magis peccet, qui iurat falsum per creaturam, quam per Creatorem: Nam respondeo, quod qui iurat per creaturam, contemnit tantum Deum in creatura, non autem Deum in se. Sed qui iurat per Creatore, propriè contemnit Deū. Et ideo cum Creator in infinitum melior sit in se, quām in creatura, magis peccat falsum iurans per Deum, quām per creaturam: Sicut qui blasphemat aliquem in propria persona, quam in familiā, maiorem ei facit iniuriam, Arch. in c. manet, nu. 5. 22. q. 1.

**2** Secunda Deciso. Iuramentū, † quod pars defert parti, licet possit fieri, & pr̄stari prouerbiis ambabus partibus, ff. de iureiur. 1. 3. §. vlt. Innoc. in d. cap. eti. Christus, tamen in iuramentis, quæ à iure pr̄cipiuntur, vt est iuramentum testis de calunnia, semper est iurandum secundum Innoc. super sancta Dei Euā gelia, 1. q. 3. c. non Hagitatetur, de iuram. calum. c. vlt. ita quod ipsa Euangelia tāgantur, cap. hortamus, 3. q. 9. Idem in omnibus alijs iuramentis, quæ à iure, velà iudice, velà partibus defertuntur, 1. q. 3. c. quoties, de consecr. dist. 2. c. ego Berengarius, cap. quoties, §. 1. ibi, super sancta, de purg. Canon. vbi dicit Innoc. non sufficere habere coram se Euangeliū. Et eidem est, si partes promiserint aliquid iurare nulla forma specifica. Hosten. & Innoc. in d.c. eti. Christus. Archid. in c.vt circa, nu. 3. de elect. in 6. Ve rum glos. in Clem. 1. §. portò, vers. taeta,

de hæret. restringit supradicta solum in casibus, in quibus expresse à iure requiri teretur tactus Euangeliorum, alias sufficiet tangere quemlibet alium librum, vel aliam scripturam, & ita est hodie generalis cōsuetudo, vt resert Francus, in d.c. vt circa, nu. 9. Et hæc intellige in iuramento obligatorio. Verum si à iure non requireretur tactus scripturarum, tunc sufficeret iuramentum verbaliter pr̄stitū non tactis scripturis: & ita debet intelligi quod notat Inno. in c. cum contingat, de iureiur.

**3** Tertia. † iurare permēbra Dei prohibitum est, per tex. in c. si quis per capillum, 22. q. 1. ne diuinam naturam huiusmodi membra habere credamus sicut quidam falso dixerunt, 22. q. 3. c. vlt. vers. Antropomorphita, sic dicti, ob id, quod Deum humana membra habere, que in diuinis libris scripta sunt arbitrantur, cum tamen Deus Spiritus sit incorporeus, nec enim membris distinguitur, nec corporis mole censetur. In his tamen casibus † iurare per membra Dei, peccatum est mortale. Primus, quod iurando credeter Deum esse corporeum, nobisq; similem, ita tex. in d. cap. si quis per capillum, ibi, Dei. Vbi Dei nomine diuinam naturam intelligit: Nam diuina persona, scilicet Dei filius, habet talia, secundum quod est homo, per quæ iurare prohibemur. Ita Archid. ibi, vbi etiam querit. † Si vnu iurat falsum per Deum, & alius falsum iurat per oculos Christi, quod est maius peccatum, & magis penale † & videatur, quod maius peccatum sit illius, qui iurat per Deum, d.c. mouet. Tamen Dominus Hugo Cardinalis dicebat, quod magis penale, & maius peccatum est, iurare falsum per oculos Christi. Sed hoc inquit Archid. est ex circumstantia ingratitudinis: quia qui sic iurat, ingratus est, quod Deus factus est homo pro eo. Secundus, quando iurans per membra Dei, & sciens non habere, peierare non metueret, & ita etiam intelligitur tex. in d.c. si quis per capillum, secundum

dum Arch. ibi. Tertius, secundum Car-  
din. ibi. Qui quodam exquisito modo  
iurādi diuidunt Christum, quasi mem-  
bratim, qui valde rationabiliter sunt re-  
dargendi. Quartus, quando iuratio  
ficeret per membra Christi honesta, non  
affirmando, sed detestando, & vitupe-  
rando, quamuis per itam, d. cap. si quis  
per capillum: nisi iracundia tanta esset,  
vt dementia compararetur: quia tunc  
non esset peccatum mortale, arg. 2. q. 3.  
cap. si quis iratus, & cap. notandum. Ita  
Hostien. in tit. de maledic. §. queritur,  
col. 1. Quintus, indifferenter iurantes  
per Dei, vel Virginis Matri membra  
quæcunque, etiam honesta sentit glo-  
ri. in cap. 2. de maled. dum allegat tex. in d.  
c. si quis per capillum, esse blasphemos.  
Quæ quidem opinio, eo casu esset ad-  
mittenda, vbi quis hisce affuetus esset  
vti iurationibus, nam tunc propter con-  
temptum satis præsumptum diuinæ ma-  
iestatis, existimarem eum esse blasphemum,  
grauissimeque esse puniendum,  
non quidem poena statuta, scilicet mor-  
tis, ut in Auth. ut non luxur. contr. nat.  
sed arbitrio Iudicis, vt concludit Coua-  
de pacl. 1. parte, §. 1. nu. 7. In alijs autem  
casibus iuratio per membra Christi ho-  
nesta, si desit contemptus, nō esset mor-  
tale peccatum, vt colligitur ex Angelo,  
in verbo, Iuramentum, 3. q. 12. Sextus  
est, quando aliquis iurat per membra  
Dei, quæ in alijs hominiibus reputan-  
tur inhonesta, dicto cap. si quis per ca-  
pillum: nā tunc blasphemus verus est.  
Archid. ibi: cum talia iuramenta fieri  
non possint absque maxima iniuria di-  
uni nominis. Blasphemia siquidem est,  
proprie vituperium, atque conutum  
cum diminutione honoris. Vnde licet  
Christus re vera habuerit illa membra,  
vt quilibet altius verus, & integer ho-  
mo, eaque ratione illa nominantes non  
mentiantur. Tamen dum illa in Chri-  
sti ignominiam, & vituperium nominant,  
volentes ex ipso modo pronun-  
ciandi innuere aliquid esse in Christo  
ignominiosum, & vituperabile, blasphe-

mi veri sunt. Hinc Carol. V. Cæsar lege-  
lata in Toletano conuentu, penas statu-  
tas in blasphemos sanxit infligendas cō-  
tra iurantes membra Christi, & Deipar-  
re Virginis, Couar. qui supra. Alfon. à  
Cast. lib. 1. de iusta hæret. punit. c. 12. Et  
ex his habetis sex intellectus ad d. c. si  
quis per capillum.

6 Quarta. † Minus malum est iurare  
veraciter per falsos Deos, quam falso  
per verum Deum, si in iuramento con-  
siderabimus id, quod asseritur, c. mou-  
et, 22. q. 1. Et ratio est: quia ex illa par-  
te asseritur verum, scilicet iurare per fal-  
sos Deos, sed iurare per Deum verum,  
asseritur falso. Sed respiciendo ad il-  
lud, quod iuratur, maius malum est  
iurare verum per falsos Deos, quam fal-  
sum per verū Deum. Et ratio est: quia  
qui iurat verum per falsos Deos, com-  
mittit idolatriam, quia iurat cum vene-  
ratione idolorum: Sed qui iurat falso  
per verum Deum, committit periu-  
rium; & dubio procul maius est pecca-  
tum idolatria. ita Turrecrem. in dicto  
cap. mouet.

7 Quinta, † Inulta D. Bonavent. & Ar-  
chid. in c. omne, 22. q. 1. Iuramentum  
contingit sex modis posse dici incautū.  
Primo modo, quando iuratur aliquid,  
quod simpliciter vergit in salutis detri-  
mentum, sicut cum aliquis iurat se fa-  
cturum aliquid, quod non potest sine  
peccato mortali consumari. Secundo di-  
citur incautū, cum iurat aliquid, quod  
vergit in salutis suæ dispendium, & per  
fectionis impedimentum, puta, cū quis  
iurat proserre verba otiosa, vel non in-  
traturum Religionē. Tertio, cum quis  
iurat in oīm cuentum, quod in uno ca-  
su contingente vergit in salutis dispen-  
dium, & alio casu contingente vergit in  
salutis profectum, sicut si cum aliquis iu-  
rat se nunquā recepturum prælationē,  
quod quidem est in salutis dispendium,  
si utiles sit, & Canonice eligatur. Tunc  
autem vergit in salutis profectum, si sit  
persona inutilis sibi, & alijs, ad statum  
illum promoueri, Card. à Turrecrem. in

cap. si aliquid, 22. q. 4. Quæ quidem iura inuenta Arch. ibi dicitur vergere in peiorē exitū. Qui etiam addit Quartum, cum iuratur aliquid, quod est veniale, de quo supra in secundo, puta comedere plus debito, cap. quinque, de consecr. dist. 5. Quinto, cum iuratur aliquid indifferēs, quod ex circumstantia effici potest mortale, vel veniale, puta non transire per talem viam, qui quidem transitus, potest mihi afferre peccatum mortale, ob mulierem, quam lasciuē amo, vel veniale, puta dicendi verba otiosa. Sexto, cum iuramentum excludit opus charitatis, vt quod non dabit elemosynam illi.

Sexta. Cum cupiditas, & affectus iurandi sit illa, quæ prohibetur præcepio Domini, & non actus, cap. non est, 22. q. 1. Hinc fit, qd qui iurat non t compulsum vtilitate propria, vel alterius, aut necessitate, peccat, deinceps enim ei iudicium, & discretio, quæ sunt comites iuramenti; quod est contra aliquos, qui habent iuramentum pro magno, & est eis suave & delectabile tota die habentes in ore per Deum, & S. Iacobum, cum de omni verbo otioso redditur simus rationē, cap. quoties, 22. q. 5. & dicitur verbum 10 otiosum, t quod caret aut vtilitate rectitudinis, aut necessitate rationis. De quo verbo dicit B. Bern. Irdus: Leuis quidem res est sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat, leuiter transit, sed grauiter vrit, leuiter penetrat, sed non leuiter proseritur, leuiter exit, sed non leuiter reuocatur, facile volat, atque ideo facile violat charitatem.

11 Septima. Qui non adhibita omni diligentia, & non inspecta omni circumstantia circa inquisitionem veritatis iuramento firmat quod putat verū, quod est falso, dicitur temerē iurare, id est sine iudicio, & sine discretione. An verò peccatum sit mortale? dic, quod tāta potest esse temeritas, vt iurans peccet mortaliter. Sed si diligens est, non tā ex toto peccat venialiter. At si omnē diligentia adhiberet, non peccaret, ca. homines, 22. q. 2.

12 Ex quo t̄ textu habentur tres modi iu-

randi falsum. Primus, re tantum, vt cū quis putans verum, quod est falso, adhibita omni diligentia iurat verum esse. Secundus, animo tantum, cum quis credit aliquid esse falso, quod est verum, & tamen pro vero iurat. Tertius, re, & animo simul, vt cum quis scit falso esse, & tamen ex certa scientia iurat verū esse. Primus non peccat, sed secundus, & tertius mortaliter. Archidiac. in dicto capit. homines.

13 Octaua. t Qui iurat non se receptum prælationem, tunc licet quandoque hoc possit vergere in salutis prosectorum, vt si sit sibi, et alijs persona inutilis ad statim illum promoueri, tamen pertinaciter resistit eo casu, quo utiles est, & Canonice eligitur, atque à superiore sibi iniungitur, peccaret. ita D. Tho. qui hoc probat exemplo Moyse, & Hieremias, qui cum tenuissent prælationis officium, ad ultimum humiliiter obedierunt. Vnde huiusmodi iuramentum in cautū reputatur, quia quantum in se est, diuinæ prouidentiæ præjudicat, & quodam modo impugnat diuinæ iustitiae perfectionem, & Spiritus sancti inspirationem, & obedientiam ad superiores, excludit, Turrem. in cap. si aliquid, 22. q. 4.

14 Nona. t Qui temerē iurat quod sui natura illicitum est, vt committere adulterium, vel fornicationem, & quod seruatum uergit in interitum utriusque salutis, id est animæ, vel corporis, vel in dispendium salutis spiritualis, id est committere peccatum veniale, tunc nullo modo debet illud obseruare: sed potest propria autoritate venire contraria, licet debeat penitentiam agere, cap. Sacramēto, 22. quast. 4. c. in malis, ead. quast. vbi Archidiac. exponit siue de mortalibus,

15 siue de venialibus. Sed quid si t̄ quis propterea quod iurauit, superflue comedere, vel verbū otiosum dicere, superflue comedere, vel verba otiosa dixit, notat Hugo in cap. si aliquid, 22. q. 4. qd talis mortaliter peccat, non quia comedit superflue, vel verbum otiosum dixit, quod in se veniale est, sed quia transgreditur

ditur illud præceptum. In malis promissis rescinde fidem. Alij dicunt, quod sic transgrediendo non peccat, nisi venialiter: quia si illa authoritas intelligatur generaliter, quod extendatur ad mala venialia, quantum ad illa, non est præceptum, & in hac sententia residet Archid. in d.c. in malis.

**16** Decima. † Minimum, quod quis promittit non obseruare, non obseruando, mortaliter peccat in his casibus. Primus est, quando mens verbo non cōcordat. Secundus, in iuramento assertorio, cum inuocatur Deus in testem falsi: & sic habes easum, vbi modicum non excusat à peccato mortali. Alius casus est in Simonia: nam quantuncunque

**17** modicum † sit quod datur, inducit Simoniam, si detur ex pæcto, ca. si quis prebendam, 1. q. 3. cap. ex tuę, cap. tua, extra, de Simon. vbi pæcto interueniente, etiā sex solidi inducunt Simoniam, & quandoque sex oboli. 1. q. 1. c. iudices, & tremissis, idest tertia pars solidi. 1. q. 1. cap. placuit. Et non obstat text. in cap. & si questio[n]es, extrā, de Simon. vbi modicum excusat à Simonia: quia text. ille loquitur quando modicum profertur ex liberalitate, & recipitur, vel quando sumus in dubio, quia modicum p[ro]sumptiu[m] non p[re]sumunt datum propter intentionem habendi spirituale. Ita Dom. Anto. & Panorm. in d.c. ex tuę. Item

**18** alias † est casus in furto: quia in furto non distinguitur quantitas, 1. q. 6. c. f. quia vbi committitur illicitum, quantitas rei non expectatur. 1. q. 4. c. quecumque. Et quantitas munerum, diversitatem iuriū non inducit, 2. q. 1. cap. iudicces, & c. placuit: vnde sursum committitur pro vna gallina, & ouo, propter frequentiam delicti. Inst. de rerum diui. §. gallinarum. Quod intellige, quando surando minimum, habebat voluntatem surandi & magnum. Vel quando auferret minimum inuitio Domino, quod quando sit, uide quia scripsimus par. 1. lib. 2. in nostris Decis. c. 93. nu. 27. Rursum † in usura. Nam quicquid fortia-

cedit, usura est, cap. plerisque, 1. q. 3. vbi quidquid verificatur etiam in niodico, idest in illo, hoc est salicita, ut ibi per Archidiac. facit etiam tex. in cap. cum tu, de usur. Pariter beneficium tenue hahens, non excusat ab horis canonicas dicendi: quia sibi imputari debet, q[ui] permisit se ad beneficium tenue promoueri, argu. c. horrendus, 32. q. 5. ad hoc dist. 91. cap. clericus vietum. Et recipiendo beneficium obligat se ad horas, & alia onera beneficij supportanda, not. Flor. in c. nisi, cum pridem, de renunc. ubi dicit, q[ui] inter recipientem, & conseruentem beneficium, oritur contractus, ita quod ex eo beneficiatus deber compelli nedum ad horas dicendas, sed quicunque onera beneficio incumbentia subire, de cleric. non resid. per totum. Idem debitor non habens † unde soluat, regulariter in corpus luere debet, l. si id, quod. ff. de iuris. omn. iudic. quam regulam declarat gl. 1. in fine, in reg. peccatum, de reg. iur. in 6. Amplia, procedere, etiamsi in uno numero deficeret, secundum Bald. in l. cum sit, de sept. uol. nisi forte per errorem hoc factum esset, secundum Bald. in l. quamuis, in fine, ff. de cond. & demon. Socin. in suis fallen. Reg. 81. Rursum,

**21** quamuis † de minimis non habeatur ratio: tamen fallit in horis recitandis: Et enim si cōsulto omitteret unam horam, peccatū esset mortale, licet una hora ad cōparationem horarum, dici posset minimum, ut diximus infra de p[ro]en[ti]s non recit. hor. canon. cap. 5 l. lib. 2. Item per minimam l[et]acionem sententia iudicis retractatur, l. & maioribus, C. de appell. cap. 1. de appell. in 6. Alios casus uide ut supra, cap. 93. nu. 28.

**22** Undecima. Iuramentum † licet sustinet contractum, qui prohib. iuris est de iure ciuiili, si tamen est dolo, uel metu p[re]stitum, est ipso iure nullū, text. optimus in cap. 2. de pæct. in 6. vbi licet lex ciuilis imponet pæctū patri à filia factū, dū nuptiū tradaretur, ut nullum regressum haberet contra bona paterna, si tamen iūto non ui, uel dolo p[re]stito firmatum fuerit.

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

suerit, ab ea omnino obseruari det. Verum si iuramentum interponitur alias super actu. à iure non prohibito, tunc si est præstatum per metum, indiget absolutione; ita tenet Dom. Nicol. in c. contingat, in 2. col. & plenè per eum in cap. si vero, de iure iuri. & idem est dicendum, quando interuenit dolus, ut nullum sit iuramentum, & non indigeat absolutione; Nam ex quo dolus auferit consensum ab actu, l. 1. elegant, ss. de dolo, iuramentum non obligat, ut voluit Io. And. in cap. 1. de commod. & Feder. in suo consil. 96. Ex quo enim cessat voluntas, non ligat iuramentum, ut in c. veniens, c. Quintuallis, de iure iuri.

### S V M M A R I U M .

- 1 *Iuramentum magis obligat, quam simplex promissio.*
- 2 *Explicantur verba text. in c. iuramenti, 22. q. 5.*
- 3 *Inter iuramentum, & simplicem loquela nullum est discrimen quo ad Deum sed quo ad Ecclesiam sic, n. seq.*
- 5 *Discrimen magnum est inter iuramentum, & simplicem promissionem in tribus casibus, num. 6. & seq.*
- 8 *Obligatio iurata plures habet effectus, quæ non iurata.*
- 9 *Donatio facta à patre filio iurata, valet, sic & pauperibus, n. seq.*
- 11 *Iuramentum firmat quæ sunt de iure probita.*
- 12 *Velsilla, ad qua firmanda adhibetur, se sunt secundum ius.*
- 13 *Vel etiam quæ sunt præter ius, ut qui iurat soluere usurpas.*
- 14 *Iuramento firmatur actus prohibitus in favorem publicum secundario.*
- 15 *Iuramentum contra bonos mores dicitur dupliciter.*
- 16 *Iuramentum assumit naturam contraria, super quo interponitur.*
- 17 *Iuramentum appossum in testamento habet vim clausula codicillaris.*
- 18 *Iuramentum confirmatoriorum contractus transit ad heredes.*
- 19 *Iuramentum promissorum inducit fortio-*

- rem obligationem, quam utrum.*
- 20 *Iuramento statut in his, quæ dependent à conscientia. vide nr. 26.*
- 21 *Iuramento statut deponentis apud hospitium fardellum clausum, & sigillatum.*
- 22 *Iuramento etiam statut deponentis ignorasse se esse consanguineos, vel affines.*
- 23 *Iuramento statut viri se cognoscere mulierem ad domum traducendam.*
- 24 *Conscientia alicuius iurata in tribus casibus non statut.*
- 25 *Nuncio simplici iurato an sic credendum.*
- 27 *Iuramentum est in specifica forma seruandum.*
- 28 *Ad iuramentum quis presumitur magis deliberatè accessisse.*
- 29 *Iuramentum non subiicitur dispositioni laicorum.*
- 30 *Clausula, Non obstante, nunquam tollit actum iuratum.*

De viribus & virtute iuramenti.

### Cap. IX.

**G**oNFERENDO VNUM in locū plures iuramenti effectus, ille primum locum obtineat, †<sup>q</sup> magis obligat iuramentum, quam simplex promissio, cum in simplici loquela nullum sit diuini numinis testimoniū. At iuramentum sive assertoriū, sive promissorium, semper cum diuini numinis testimonio fit. Hinc iure pontificio multi competit iuramento effectus, quos nequaquam habet simplex promissio, sicut constat in Authent. Sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. c. cum contingat, de iure iurant. Verum huic dicto obstat textus † in cap. iuramenti, 22. q. 5. cuius verba hæc sunt. Dominus inter loqueland nostram, & in inter iuramentum nullam vult esse distantiam: quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium: quia utrumque & periurium, & mendacium diuini iudicij pena damnatur.

tur dicente Scriptura. Os, quod mentitur, occidit animam. Ex quibus verbis colligitur, q. inter iuramentum, † & simplicem loquela, Deus non facit differentiam. Hinc Host. in cap. venientes, de iure iuri, cuius sententiam recensit alijs opinioribus approbat ibi Panorm. in fine, dicens, quòd si primo aliquod licitum promisi absque iuramento, ad illud obseruandum obligor apud Deum, ac si iurasset, d.c.iuramenti. Facit etiam tex. in c.1. de pac. & expressus in c. qualiter, eo. tit. vbi dicitur, studiosè agendum est, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur. Vnde pondera verbum illud generale, promittuntur: & illud, opere compleantur. Facit etiam illud Psalm. Quæ procedunt de labijs meis, non faciain irrita, dist. 23. cap. Psalmista. Vnde si post illam simplicem promissionē subsequetur iuramentum, contrarium illi, tunc non iuramentum, sed simplex promissio esset seruanda: videtur enim iuramentum temetarium cōtra promissionem suam, arg. d.c.iuramenti. bonus tex. in c.ex litteris, & c.sicut, de sponsal. vbi Innoc. in d.c.sicut, dicit, quòd si primo contraxi sponsalia cum una sine iuramento, deinde contraxi cum alia cum iuramento, ualent priora, licet sine iuramento, quasi non valeat iuramentū contra promissionem alteri factam. Ex quibus omnibus concluditur, quòd nulla est differentia inter simplicem loquela, & iuramentum: quia sicut quis compellitur ad obseruantiam iuramenti, ita debet compelli ad obseruantia promissionis, seu paci, d.c.iuramenti, & c. Psalmista. Sed hac dubitatio satis congrue potest multipliciter dissolui. Et primo sic intelligendo, quòd Deus † non facit differentiam, scilicet quo ad interitum salutis, quia uterque peccat mortaliter, iuxta illud: Os, quod mentitur, occidit animam, Sapient. 1. & d.ca.iuramenti, qua ratione quique meretur priuati, & priuatus est gratia Dei, & vita eterna, 25. dist. c.vnum, §. alias, ea demam. Sed respectu quantitatis reatus, magis peccat,

qui venit contra iuramentum, & illud non obseruat, quam qui simplicem promissionem. Simile est in voto solemni, & simplici, c.rursum, cap. consuluit, qui cleric. vel vovent. Et ratio est: quia iste magis contemnit Deum, qui firmavit promissionem suam peri iuramentum, & transgressus est, 22.q.1.c.mouet, ca. 1. de iudic. c.querelam, tit. nostro. Ideo iuramentum adjicit maius vinculum, c.super eo, de consanguin. & affinit. c.pratre rea, 2.de sponsa. Et tanto maius, quanto id, quod præstatur, est sanctius, d.c.mouet. Igitur prima solutio est, quòd licet Deus non faciat differentiam, quando scilicet simplex loquela tendet ad mendacium, & ad fallendum, & non esset fraus in modico. Ecclesia tamen facit differentiam: quia simplex mendax de crimen emēdatus, non est infamis, nec punitur de falso, & potest promoueri, q. secus est de mendace iurato, c. testimonium, de testib. Secundo responderi potest, q. præallegata illa authoritas, Deus non facit, &c. † intelligitur quando iuramenti, & simplicis promissionis datur validitas: sed quando simplex promissio esset nulla, tunc Deus facit differentiam. Exemplum in c.debitores, de iure iuri, vbi simplex promissio soluendi vñras est nulla, propter turpitudinem recipientis. Iuramentum vero valet: quia Deus turpiter non recipit, nec iurā peccauit: ita Panor. in d.c.debitores, nu. 3. in fi. Tertio, quo ad soliditatē maximē differt simplex promissio à iuramento, 22.q.1.c.1. Etenim obligatio, que oritur ex conventione iurata, plures effectus sortitur, & habet, qui simplici promissio ni non conueniunt, notatur in c.constitutus, de refcrip. per Henr. in d.c.debitores. Quartò † potest responderi, maximum esse discrimen ex modo proferendi: quia ad veritatem simplicis assertiōnis satis est habere in animo id facere quod affirmat, c. beatus, 21.q.2. quāuis non sit certus quid faciet, quare licet propositum sine causa detrectet, non est inēdax. Ut si ego modo dico me à prandio dormi-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- 1 dormitum, & postea nolo. Sed in iu-  
ramento non satis est id in animo habe-  
re, sed requiritur quod habeat in animo  
antequam iuret adeo firmum, & certum,  
ut nisi impossibile fiat factum, vel in dete-  
riorem exitum vergat, ne uitiam liceat  
contra iuramentum facere. Sotus lib. 8.  
de iust. & iure, q. 1. art. 7. Secundus effec-  
8 tus est: quia obligatio, quae oritur ex  
iurata conventione, plures habet effectus  
quam habet non iurata, v.g. confessio ab  
fente parte non preiudicat, nec plene pro-  
bat, l. certum, §. si quis absens, ff. de con-  
fess. glo. in ca. fin. de confess. tamen fallit,  
nisi talis confessio est iurata, vt notat  
Bartol. in Lcum quis, §. codicillis, ff. de le-  
gat. 3. sensit etiam Bartol. in l. 1. C. res in  
ter alios acta, vbi dicit, quod si parte ab-  
sente quis dicat: In veritate sum debitor  
talis, quod confessio preiudicat, per glos-  
sam, §. q. 7. c. quoties. quia tantum est di-  
cere, in veritate, quantum si iuretur. Pa-  
norm. in c. ethi Christus, de iureiur. ergo  
pater, quod iuramentum habet validare  
confessionem factam absente parte. Ade-  
de Phil. Corn. conf. 113. incip. Circa, in  
litera A. in prima parte, & Bald. in cons.  
344. in 4. parte. Sic, ille est promittens fa-  
ctum alienum, regulariter non teneatur,  
vt l. stipulatio ista, in principio, & in §.  
que situm, de verb. signif. & in §. si quis  
alij, Inst. de inutili stipul. Fallit tamen,  
quando interuenire iuramentum co-  
modo, quo valere potest. Rursum, & quam-  
uis donatio facta a patre filio in potesta-  
te, non valeat regulariter, l. donare, ff. de  
donat. inter vir. & vxor. l. 2. C. de inossi-  
donat. vbi hoc notatur per Doctores.  
Tamen fallit, vbi pater filio donat in po-  
testate, & iurat non reuocare, secundū Bald. in Lirritam, C. de vsl. pro donatio.  
Et sequuntur nouissimi. Sic lex secun-  
da, C. de rescind. vendit. locum non ha-  
bet, vbi super contractu interuenisset iu-  
ramentum ex certa scientia, ut no. Bal. in  
Lquæ sub conditione, §. 1. ff. de cond. In-  
sti. nisi aduersarius cum induceret ad iu-  
randum suis persuasionibus: quia tunc  
non obstat iuramento à tali scientia te-  
tractari potest venditio quantumcumque  
iurata, sicut etiam retractari posset, si in  
terpositum esset iuramentum per errore  
facti, ut colligitur ex no. in textu, in d.l.  
10 2. vers. Nono quarto. Pariter licet & do-  
natione facta pauperibus non valeat, nisi  
quis praesens sit, qui pro eis donationem  
recipiat, tenet glossa, & Bartol. in Lillud,  
C. de factos. eccl. f. allit, nisi esset interpo-  
situm iuramentum, quia tunc valebit do-  
natione, dato, quod nullus recipiat pro eis,  
& iurans compellitur ad obseruantiam  
iuramenti: ita tenet Dom. Anton. de Bu-  
tr. & Abbas, in c. sicut, el 2. de iureiur. Sic  
mulier Velleiano renunciare non potest  
regulariter, glossa, & ibi Doct. in c. si dili-  
genti, extra, de foro compe. tamen fallit,  
quando interuenit iuramentum, cu. tunc  
absq; dubio illi renunciare possit, extra,  
de iureiur. cap. cum contingat. Et dicit  
Io. Andr. in d. c. si diligenti, & prafumitur  
tunc certiorata, ut noluit Archid. in  
c. 2. de pac. in sexto, secundum Do. An.  
in d. cap. si diligenti. Et hoc etiam voluit  
Bar. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. vide  
plenus in d. ca. cum contingat. Tertius  
11 effectus & iuramenti est, quod firmat, &  
facit tenere ea, quæ sunt de iure prohibi-  
ta, c. cum contingat, extra, de iureiur. c. li-  
cet, eod. ti. in 6. c. quamvis, de pac. lib. 6.  
veru quia contra hoc facit tex. in c. quan-  
to, extra, de iureiur. in c. constitutionem,  
§. ceterum, de verb. signif. c. non est obli-  
gatorium, de reg. iur. in sexto, ideo opor-  
ter ut plures constituamus casus scitu di-  
gnos, ad dignoscendum quando iurame-  
num firmat de iure prohibita, vel non.  
12 Quorum primus sit iste: iuramentum  
firmat illa, ad quæ firmanda adhibetur, si  
sunt secundum ius, & à iure approbata,  
vt in c. significati, de elect. c. 1. de iureiur.  
lib. 6. & d. c. h. Exemplum: Lex civilis  
prohibuit alienationem rei dotalis, mu-  
lier iuxta hanc prohibitionem promisit,  
& iuravit se non alienaturati dotem,  
tunc tale iuramentum, quia est appositi  
circa ea, quæ sunt secundum ius, est om-  
nino certandum, nisi vi, aut dolo fuerit  
prestatum, d. c. licet, ita ut si sequatur alie-  
natio

natio iurata, nihil illa valeat, propter iuramentum primum glo. est sing. in d. c. licet, in gloss. finali, quam tenet Bar. in l. si p̄dium. C. de iure dot. & in l. si quis pro eo, in tertio mēbro principali, ss. de fideiussor. vide Alex. in Lduobus reis, §. idem Pomponius, ss. de iureiur. vbi dicit, quod illa glo. in terminis suis est magis communiter approbata: eam dicit singularem lalon, in Auth. Sacra menta pubrum, C. si aduersi. vend. in col. 17. in quinta limitatione, vbi eam extēdit ad minores. Qui etiam limitat dictam glossam, vt procedat, quādo ille cum quo celebatur alienatio, vel actus, sciebat talē actū fieri contra iuramentum prius p̄stitū: secus si ignorabat, prout in dubio presumitur: quia tunc valebit actus non obstante iuramento. Imola in Lcum vir, in pen. charta, ss. de vsucap. & ante eum lo. Faber, Inst. quibus alienare licet vel nō, in princip. Alexand. cons. 3 8 1. Secundus 13 calus est. † Iuramentum firmat ea, ad quā firmando adhibetur, licet non sint secundum ius, sed prater ius, c. debitores, extra de iureiur. Vnde qui promittit soluere vſuras, non promittit aliquid cōtra ius, nam non est intentio iuris, quod verē, Scirrecuperabiliter soluatur, sed potius numeretur, qua numeratione facta debitor impluit quod iurauit, & autoritate eiusdem iuris postea repetit, vt notat Host. in d. c. debitores, quod totum fit ob reverentiam iuris iurandi, & non propter vſutarij iustitiam. Vnde ea ratio ne fit accessoriū fortius esse, quā principale; Inde etiam sit, quod debitor soluens vſuras, non pecet: quia hoc facit ob reverentiam diuinī numinis, propter iuramentū, l. qui per salutem, ss. de iureiur. notat Bald. in d. cap. debitores. Inde etiam sit, quod licet scienter debitum soluat, tamē potest repetere, quod est contra rex. in Lcuris, ss. de regu. iur. l. 1. ss. de condic. indeb. Et hoc ob obseruantiam iuris iurandi. Inuoc. in d. cap. debitores.

14 Quārtus † effectus. Iuramento firmatur actus prohibitus in fauorem publicum, sed secundario, & non principali-

ter, c. cum contingat, extra de iureiur. c. licet, eod. titu. lib. 6. Franc. Aret. consil. 9. Darius, consil. 43 2. nume. 22. Barto. in l. si quis pro eo, ss. de fideiussor. Calder. consil. 9. de iureiur. Hinc dicit Francis, in d. cap. licet, non solum mulieres, quando alienant suas dotes, non posse venire contra, si per ipsas appositum esset iuramentum de non alienando, sed etiā quādo consentirent alienationibus dotium factis per suos maritos, vel alias personas. Et si dicatur, hoc iuramentum esse contra bonos mores, ego non est obligatorium, vt in Regula, non est obligatorium, de regul. iur. lib. sexto. Respon- 15 deo, quād† iuramentum potest esse contra bonos mores dupliciter: vel contra bonos mores ciuiles, vel contra bonos mores naturales. Vnde quando dicitur, non esse obligatorium iuramentum cōtra bonos mores, debet intelligi, non de ciuibib; sic enim qualibet lex fundatur super bonos mores ciuiles, & rationem, dist. 4. c. erit autem, c. consuetudo, dist. 1. Sed quando est contra bonos mores naturales, quia præstatur super continentē in se aliquam turpitudinem, & insinūtū natūrālē: naturalia enim sunt imminutabilia, distin. 5. in prin. ideo iuramentū contrarium non valet; quia est præstium super immutabili, & sic si super non dependēt, a potestate iurantis, vt quando p̄t̄ staretur super legem editam in fauorem publicum: quia non potest ius publicū à persona priuata remitti, l. ius publicum, ss. de paētis. Secus quādo fundatur lex principaliter super fauorem priuatum, licet secundario illud cedit in fauorem publicum: nam tunc valeret iuramentum contrarium, c. cum contingat, ti. nostro. & c. cōtingit. Rursum, si iuramentum apponitur ad confirmationem eorum, quās sunt prohibita propter sui turpitudinem, vt occidere hominem, fauere vſuris, sursum committere, nullo pacto est iuramentum seruandum, c. inter cetera, 22. q. 4. c. non est obligatorium, c. in malis promissis, de regu. iur. 16 in sexto. Quintus † effectus principalis iura.

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

juramenti est, quia assumit naturam cōtractus, super quo interponitur, l. fin. C. de non numer. pecun. vbi iuramentum, quo quis iuravit soluere pecuniam sibi mutuo numeratam, eam conditionem habet, vt intra biennium possit qui iura uit, opponere exceptionem non numerata pecunia: quia hæc promissio soluendi pecuniam numeratam, hæc naturam habet, quod possit intra bienniū op ponit exceptio non numerata pecunia. Idem constat in cap. fin. de procur. lib. 6. Vbi qui iurat non reuocare procurato rem, licet petiurus sit, si cum reuocauerit, tamen reuocatio tenet: quia cōditio, et natura huius actus illa est, vt libera sit procuratoris ad negotia, vel litis reuocatio: cum nemo posset innito Domino ipsius nomine aliquid agere. Sic si iuramento promisi Titio domū vendere, & non alteri, & denum alteri illam domū venu didero, & tradidero, profectò licet per iuris sum, nihilominus tamen secūla ven ditio tenet: quia hæc est natura actus promisi, vt ante traditionem nullā perfectionem habeat, quæ irreuocabilis sit, saltem in hoc sensu, vt contrarius actus teneat, si per se cōstat, Lquoties, C. de rei vendic. Idem etiam probatur in cap. quemadmodum, extra, de iure iurant. Et tandem qui uellet corroborare hunc quintum effectum, videat Marcum Anton. in tracta. de virtute iuramenti, in septuagesimo septimo effectu, col. finali, qui illum corroborat duodecim fundamentis notandis, & postea limitat octo modis. Vide etiam Ialonem, in l. si conuenierit, in secunda & tertia col. ff. de iurisdictio. omn. iudic. Sextus est, 17 quod̄ iuramentum appositum in testamento, habet vim clausule codicillaris, & sic operatur repetitionē à veniētibus ab instituto, tex. singul. in Lcum pater, §. filius matrem, ff. de legat. 2. facit c. ad no stram, de iure iur. Bar. in Lsi quis pro eo, ff. de fideiuss. Soc. in suis fallen. Reg. 398. vbi per dictum text. inquit, quod̄ iurans videatur apponere clausulam, vt si nō vallet quod ago, vt agō, id est testamentum

valeat ut ualere potest, id est iure codicil lorum. Septimus est, q̄ t̄ licet iuramentum nō transeat ad hæredes, cum sit per sonale, cap. veritatis, de iure iur. tamen non procedit in iuramento confirmatio contractus, sicut in casu tex. in c. cum contingat, extrā, eod. & in cap. licet, eo. tit. in 6. quia sicut eius contractus validus transit ad hæredes, eodem modo trā sit effectus iuramenti tamquam eius sequela. Ita pulchrè Paul. de Cast. col. 65. & 67. Idem videtur velle Felin. in cap. cum sit generale. col. 6. de foro compet. Octauus, quod̄ iuramentum promissoriū inducit fortiorē, & firmiore obligacionem, quam votum, ea ratione: quia nō solum sicut uotum obligat, per illud Psal. relatum, ca. 1. de uoto. Redde Deo uota tua. Sic iuramentum per illud diuinum. Redde Deo iuramenta tua, c. et si Christus, de iure iurant. Et per illud praeceptum: Non assumes nomen Dei tui in vanum, sed propter hoc, quod iuramentū non solum obligat Deo, sed etiam proximo, adeo quod̄ licet Summi Pontifices passim absoluant iusta de causa à voto, à iuramento, tamen quo iurās obligatus proximo, non absoluant, nisi de consenīu eius: tum, quia licet uotum metu emissum sit ipso iure nullum, per cap. 1. de his, quæ vi. iuramentum tamē metu contractum est ualidum, c. uerū, de iure iur. cap. ad audientiam, c. Abbas, ubi glof. solemnis, de his, quæ vi. quamvis uotum possit dici magis obligatoriū alia ratione, quia inducit maiorem obligacionem, quam iuramentum, ea ratione: quia principale obiectum est ipse Deus. Arch. in sum. 22. q. 1. Item uotum solemne plus obligat quo ad modum obligandi, quam iuramentum, quatenus tradit actualiter hoc, quod promittitur, D. Thom. in 4. sent. dist. 3. q. 1. ar. 3. q. 3. ad secundum. Nonus, quia t̄ in his, quæ dependent ab animo aliquius, standum, est ipsius iuramento, glossa not. Institu. de action. §. sed ille glof. in l. at qui natu ra. §. me absente, in glof. magna, ff. de negot. gest. glossa in L. §. 2. ff. de iur. actuq; priu.

pñi. & ibi Bart. & tex. in cap. pastoralis,  
 de raptor. Facit etiam tex. in c. si verò, el  
 2. de sent. excom. in cap. ut circa, §. alio-  
 quin, de elect. in 6. c. præsentium, extrà.  
 de testibus, c. pastoralis, extrà, de excep.  
 vbi glossa dicit, quod tunc iuramentum  
 est legitima probatio. Idem voluit glos-  
 sa, in verbo, saltem, in c. statutum, §. 1.  
 21 de rescrip. in 6. Hinc infertur, † qd de-  
 ponentes apud hospitem validam, vel  
 fardelum clausum, & sigillatum, statut.  
 iuramento de rebus in eo existentibus,  
 si sibi per hospitē dissigillatum, & aper-  
 tū retradatur, doctrina est Bartoli, qui  
 refert Iason. in Lin. actionibus, col. fin.  
 ff. de in lit. iur. vbi vide Iason. col. penul.  
 qui hanc dicit esse communem senten-  
 tam. Idem in l. si quando, col. antepen.  
 C. vnde vi. Infertur etiā hac ratione, qd  
 in his, quæ dependent ab animo, standū  
 est ipsius iuramento, quod ignorātia re-  
 gulariter probetur per iuramentū, glos-  
 ta ordinaria in Reg. Præsumitur, de re-  
 gu. iur. lib. 6. glos. in c. innotuit, de elect.  
 probat text. in c. si verò, el secundo, de  
 sent. excom. vbi qui percutit clericum,  
 probabiliter ignorans eū esse clericum,  
 excommunicatus non est, ignorans ta-  
 men probari potest per propriū iurame-  
 22 tum. Sic contrahentes † matrimonij  
 in casibus prohibitis, iuxta Clem. i. de  
 consang. & affin. sunt excommunicati,  
 vt ibi dicitur, si tamē probabiliter igno-  
 rauerint se esse consanguineos, vel affi-  
 nes, & tunc tales non ligat dicta C. eū  
 tūto: quæ quidem ignorantis probatur  
 per iuramentū proprium, cum agatur  
 de his, quæ sunt intrinsecā cordi, de elec-  
 t. c. vt circa, in 6. & in c. nulli licere,  
 c. si verò, de senten. excommun. In mol. in  
 Clem. i. col. mihi quinta, de consan. &  
 23 affin. Rursum † infertur, quod si impu-  
 bes desponsata, & traduēta ad domū vi-  
 xi, postea pubes facta petit licentiā alte-  
 ri nubendi, non audiatur, si vir iurat se  
 eam cognouisse, cap. continebatur, de  
 despon. impub. quamuis mulier negau-  
 rit le esse cognitam: nam statut affer-  
 ti iurare ipius mariti, c. si quis vxorē,

33. q. 1. quod intellige, qn simul cohabiti-  
 tuerint, & ita proprie intelligitur tex.  
 in d. c. si quis vxorem. & c. cōtinebatur:  
 quia illa puella fuit traduēta à marito  
 ad dominum, & hoc propter fauorem ani-  
 mæ, vt per Archi. in d. c. conteinebatur:  
 nam vt dicit Tamer. in d. c. cōtinebatur,  
 vbi cunque vertitur periculum animæ,  
 potest exigi iuramentum à Reo, etiam  
 24 si actor nihil probauerit. In tribus j ta-  
 men casibus non statur conscientia ali-  
 cuius. Et primus est in his, quæ possunt  
 alias legitimè probari, c. ex parte, de off.  
 ord. c. sicut nobis, de sent. excom. Hinc  
 non est credendum super veritate car-  
 naloris copulæ viri testimonio et afferman-  
 tis cura iuramento, si mulier contraria  
 probauerit per testes, vel alia legitima  
 documenta, de præsump. cap. illud, c. lit.  
 teris, & de testibus, cap. præterea. Et ta-  
 tio est: quia tunc demum ad suffragium  
 iuramenti recurrente est, cum alia  
 probationes decesse noscuntur, cap. sicut  
 consuetudo, de prob. Henr. in c. si verò,  
 el 2. de sent. excom. Secundus, quando  
 esset magna præsumptio contra afferen-  
 tem: quia tunc nunquam staretur dicto  
 ipsius etiam cum iuramento, & etiam  
 p̄dēntibus ab animo. Bar. in l. inter om-  
 nes, i. §. recte, in vte. col. ff. de sur. Innoc.  
 & Paul. de Lazar. in c. cognoscentes,  
 de constit. arg. tex. in l. si verò conuiuij.  
 C. de iure iur. vide gl. fingu. in cap. præ-  
 posuisti, in verbo habetur, dist. 8. 2. Ter-  
 tius, non statur iuramento afferentis,  
 quando persona non esset fide digna.  
 Bal. singulariter, in Lfallus, in 3. col. &c.  
 in 3. oppositione, C. de sur. glo. in c. signi-  
 ficasti, el 1. ver. si est ita, extrā, de homic.  
 25 Hinc licet regulariter nunc oī simplici  
 iurato sit credendum, quod aliquem ci-  
 tauerit, nisi ex aduersio valide offeratur  
 probationes, extra, de testi. cap. cum no-  
 bis, Innoc. in c. quoniam contra, extra,  
 de probat. tamen nuncio vili utique for-  
 san non esset credendum. vnde Archi.  
 in d. cap. proposuisti, dicit: Dicas auda-  
 der, quod est arbitriarum an sit creden-  
 dum nuncio simplici, quamuis iurato,  
 K argum.

# Decis. Aurearum

Par. I: Lib. II

argum.ad hoc, extra, de iure iur. cap. vlt.  
Nam nimis graue est, quod vni nuncio  
quamuis iurato, forsitan vili contra Epi-  
scopum vnum cōtrarium iurantem cre-  
deretur: cum sic Episcopus possit dāna-  
ri absens, nec audiretur appellans. Hoc  
etiam sentit Hostien. in cap. cum parati,  
extra, de appell. Prater tamē istos easus,  
in his, que dependent ab animo, standū  
26 est ipsius iuramento. † Et ratio est: quia  
non est verisimile, quod quis si remem-  
orat salutis, 1.q.7. capit. sancimus.  
Tum etiam, quia illi testi magis creden-  
dum est, qui melius veritatem nouit, ex  
trā, qui matr. accus. pos. cap. videtur. Sed  
nullus possit Deum ita nouit conscienc-  
iā hominis, sicut ille, de cuius conscienc-  
ia agitur, ergo. Tum etiam, quia deficiē-  
tibus probationibus, debet facere ho-  
mo quod potest, 11.q.2.c. faciat. & quia  
impossibilium nulla est obligatio, l. im-  
27 possibilium, ff. de regul. iur. † Decimus  
est, q̄ iuramentum est in specifica for-  
ma seruandum, c. debitores, de iure iuri.  
vbi qui iurat soluere vsuras, tenetur ser-  
uare iuramentum in forma, & soluere  
vsuras, licet postea debitori competit  
repetitio vsuraru n post solutionem.  
Hinc Hostien. Ioan. And. & Imola, in  
specie, in cap. ad nostrām, de iure iuri. af-  
serunt, quod si quis Titio iuramento  
promiserit soluere centum, non poterit  
compensationem obijcere: sed tenetur  
iuramentum adimplere specificē, hoc  
est soluere, cum compensatio non sirve-  
ra, sed facta solutio, l. si cum filio, ff. de  
compen. l.3. ff. eo. quod quidem dictum  
an sit verum, vide Couar. in rubr. de  
paſt. in prima parte, §.4. num.9. Vnde-  
28 cimus † est, quia ad iuramentum quis  
p̄tsumitur magis deliberatē accessisse,  
Anton. in cap. si diligenti, col. 5. de foro  
competen. Bar. in l. ciendum, col. 2. de  
verb. oblig. Alex. confi. 8. Vīsis, ad finē,  
lib. 5. Hinc dicit Dom. Anton. ibi, q̄ li-  
cet mulier nō possit renunciare Velleia-  
no, (cuius rō est: quia qua facilitate mu-  
lier inducitur ad fideiubendum, ex  
qua habet Velleianum, eadem facili-

tate inducitur ad renunciādum, l. dolis,  
ff. de noua.) tamen fallit, quod est iura-  
tum, quia iuramentum roborat ipsam  
renunciationem: Et hoc quia pr̄sumi-  
tur ad iuramentum venire cum delibe-  
ratione, & quia ibi adeſt duplex conſen-  
sus, C. ad Velleian. Auth. Siue autem, &  
quod no. glo. de iure iuri. cap. cum contin-  
gat, & cap. ex reſcripto, vbi etiam dicit,  
quod propter iuramentum mulier etiā  
pr̄sumitur certificata, vt notatur de  
paſt. c. quamvis, lib. 6.

29. Duodecimus. † Iurum tanquā quid  
spirituale nō subiectur dispositioni lai-  
corum. Vnde vbiunque dubitatur an  
iuramentum sit licitum, vel illicitum,  
non potest Princeps ſecularis cognosce-  
re, ſed illud ſpectat ad forum Ecclesi-  
ſticum, cap. venerabilem, ibi, ad noſtrū  
iudicium, le elect. c. nouit, de iudic. cap.  
tua, de ord. cogn. cap. lator, in h. qui ſi-  
lent legi. An verò ad ſolum Papam per-  
tineat cognitione, dic, quod in negotijs ac-  
duis, & inter magnas perfonas ad ip-  
ſum ſolum pertinet, vel quando vellet  
dare licentiam contraueniendi ſine per-  
mutatione, vel alia commutatione in  
melius. Ita Pauerm. intelligit tex. in d.  
c. venerabilem: quod est ſemper menti  
tenendum pro limitatione illius capitu-  
li, alias poſtet etiam epifcopus interpre-  
tari iuramentum. Ita Specu. titulo, de  
lega. §. nunc offerendum, verf. 23. alle-  
gate c. significante, extra, de pignor. Ter-  
tius decimus † Clausula, non obſtantē,  
nunquā tollit actum iuratum, vel con-  
ſtitutionem iurata, glo. est ſingul. in  
cap. cum non deceat, in glo. fin. de elect.  
in 6. probat tex. in c. constitutus, de re-  
ſcript. glossa in Clem. dudum, verf. pa-  
cta, de ſepultu. niſi fiat ſpecialis men-  
tio de iuramento, dato, quod appone-  
retur dictio, quibuslibet, vel quibuscul-  
que, vel quomodo libet, de quibus in  
tex. in d. cap. cum non deceat. Et fortius  
haberet locum, quando ſuifset iuratum  
exprefſe id, quod continentur in ſtatuto.  
ita glo. in d. c. quae quidem glossa proce-  
dit, ſive dicta clausula apponatur in iu-  
re,

# An in iuramentum cadat &c. Cap. X.

74

te, sive in re scriptis, sive in privilegijs, secundum Doct. in d.c. cum nō deceat. Et nō obstat si quis dicat, quod sublatu statuto, videatur tolli iuramentū, quod est accessorium, & per cōsequens si quis suffulit statutum, privilegium, vel cōstitudinem in ecclesia iuramento firmata, quod quacunque de causa quis absit, etiam si vilitate ecclesie prosequatur, nihil percipiat, quod videtur tollere iuramentum: quia Panorm. in d. cap. constitutus, intelligit illud procedere, quando quis scienter tolleret statutum iuratum: quia tunc iuramentum tollitur, sublatu statuto. Sed quando tollens statutum ignorabat iuramentū, tunc etiā si apponenter clausula, non obstante, non est sublatum iuramentū: quia non videtur habere animum tollendi illud, cum iuramentum obliget Deo, pro hoc in cap. debitores, de iure. Hæc sanè de virtibus iuramenti vt cunque explicauimus, non ignari, multa à Doctoribus, & præcipue à Mar. Ant. in tract. de virtute iuram. hac in re tractari, qui quidē habetur in 3. volum. tractatum. Sed hæc pro aliquali eius cognitione sufficere arbitramur.

## S V M M A R I U M .

- 1 Dispensatio non vinculum iuramenti, sed materiam respicit.
- 2 Dispensatio non in iuramentis assertoriis, sed tantum in promissoriis contingit.
- 3 Dispensatio super iuramenti consuevit bisariam fieri.
- 4 Regula ad discernendum quanam iuramenta Papa, vel Episcopi dispenset.
- 5 Absolutiones à iuramento ut denuo, quā doque expedite.
- 6 Capitulum an Sede vacante possit à iuramento absoluere.
- 7 Absolutione an possit peti elapsō termino solutioinis usurvarum.
- 8 In relaxatione iuramenti an sit citanda pars.
- 9 Iuramentirelaxatio peti solet ad duplē cēm finem.

- 10 Absolutione facta ab Episcopo est valida etiam absentibus absolvendis.
- 11 Iuramentum Iudex ex officio in quibus casibus possit relaxare.
- 12 Dispensatio iuramenti licet sit manifeste vnde, & licet, possit ex causa remitti.
- 13 Absolutione facta a Papa à iuramento in foro fori, presumitur facta ex causa.
- 14 In iuramento quod seruans non possit sine peccato, nulla est necessaria absolutione. & nu. 21.
- 15 Summus Pontifex, quandoque sine causa possit à iuramento absoluere.
- 16 Iuramentum, quod principaliter respicit commodum hominis, an possit a Papa remitti. & an à parte, nu. seq.
- 18 In iuramento dolo, vi, aut metu extortis, quādoque nō est necessaria dispensatio.
- 19 Iuramenta qua Papa, & qua Episcopus relaxet.
- 20 Absolutione possit peti, quando iuramentum continet iurisprudinem ex parte suscipiens.
- 22 In iuramento supererogationis, an sit necessaria absolutione.
- 23 In iuramentis indifferentibus dispensatio necessaria non est.
- 24 Iuramenta irritare ad quem pertineat.
- 25 Iuramenta qua partes fibi iniuriam remittere possint. nu. 26. & 27.

## An in iuramentum cadat dispensatio. Cap.X.

**R**IUSQVAM descendamus ad regulas generales, quibus possit dignosciri quenam iuramenta solus Papa, & quę Episcopi relaxare possint. Item in quę sint dispensabilia, mutabilia, aut reiterabilia, vel denique remissibilia per ipsam partem, cui iuratum est, aliqua nos ad huius capituli faciliorem expeditionem prænotare oportet, quorum Primum erit: qd dispensatio non semper sumitur pro iuris relaxatione, sed quādoque notat dispositionem rerum, vt not. de tornae. c. 2. in f. Gemin. in procem. 6. in ver-

## Decis. Aurarum Par. II. Lib. II.

- ho factos sancte. nu.4. Hic autem accipi-  
tur pro iuris relaxatione. Rursum di-  
spensatio † non respicit vinculum iura-  
menti , vt aliquid contra iuramentum  
fiat , quandoquidem iuramenti vis , cuius  
que obseratio sub præcepto diuinio co-  
tinetur , cap. eti. Christus , ibi . Redde  
Deo , tit. nostro , atque adeò cum dispen-  
satio contra ius diuinum dari non possit ,  
fit , vt dispensatio respiciat materiam iu-  
ramenti , & ad id tendat , ut quod sub  
iuramento cadebat , amplius non ca-  
dat : (vethi gratia) si quis iurauerit ieiuni-  
um , quod postea eis obstaculum ma-  
ioris boni , per dispensationem tollitur.  
Sotus lib.8. de iustit. & iure. q.1. art. 9.  
Constat in rubr. de pæct. i. par. 9.3. nu.4.  
vers. tertio. Secundum illud erit conser-  
vandum , quod quando dicitur , posse  
dispensari in iuramentis , non est intel-  
ligendum in iuramentis assertorijs , que-  
sunt de præterita , vel præsenti : quia in  
talibus iurans statim aut verum , vel fal-  
sium asserit , cap. homines , 22. q.2. & cap.  
is autem . Vnde veritas prælens post-  
quam iuratum est , mutari non potest :  
nam ad præterita non est potentia , &  
ideo non cadit dispensatio : quia di- pen-  
sare in ipso actu iurandi , esset contra  
præceptum diuinum , quod eleganter  
explicat D. Th. 2.2.q.89. ar.9. Igitur di-  
spensatio in iuramento promissorio tan-  
tum contingere poterit . Tertium illud  
adnotare † debemus , quod super iura-  
mentis consuevit bisariai dispensari ,  
directe , & indirecte . Directe , ut Pa-  
pa , quo ad beneficia Ecclesiastica , in  
quorum dispensatione plenissima fun-  
gitur potestate . Item dispensat Ecclesia  
ex officio propter causam , vt in iuramen-  
to coacto , cuius dispensatio in odium il-  
lus fit , qui vim intulit , & vbi quis dece-  
ptionem aliquam , vel nimiam facilita-  
tem circa consilium iurandi allegaret .  
Fit etiam dispensatio ob alias causas ,  
15. q.6. cap. nos lantorum , &c iuratos .  
Et in summa , vbiunque cedit in com-  
mune bonum , nisi tertia personæ iniuria  
fiat , legitima non potest esse dispen-  
satio . At indirecte dispensatur , quando  
subtrahitur materia iuramenti . Ut si Pa-  
pa Episcopum functione sua priuet , aut  
Regem Regno , vel subditos absoluat ;  
ne iuramento obedientiæ illi amplius te-  
neantur . Sotus , qui supra , in fine . Qui-  
bus sic prædictis , multæ regule circa di-  
spensationem iuramentorum possunt col-  
legi : quarum prima est . Ad discernen-  
dum in quibusnam iuramentis solus  
Papa dispensare possit , & in quibus Epi-  
scopi , ad id conuiciendi sunt oculi , ut  
si essent vota , solus Papa , an Episcopi possint  
illa remittere . (Exempli gratia) In tnb.  
Votis , nempe , Religionis , Castitatis , &c  
Hierotoliunitate peregrinationis solus  
Papa dispensare potest ; sit ergo conse-  
quens , ut in similibus iuramentis earum  
trium religionum ad solum ipsum di-  
spensare pertineat . At equa in alijs om-  
nibus votis , nempe aliarum peregrina-  
tionum , ieiuniorum , &c . Item non lu-  
dendi , aut non venandi , Episcopi dispe-  
nsare possunt , sit ut in similibus iuramen-  
tis fortiori ratione iidem Episcopi dispen-  
sandi facultate fungantur . At quando  
dicimus Episcopos posse dispensare , in-  
tellege , dare absolutionem a iurio , qua il-  
lis utique competit ratione publici offi-  
cij , quod gerunt : quia expedit fâli quando  
re publicis , vt tales absolutiones den-  
tur , & communii bono sunt utiles , vel  
in pecuniam humanæ lexit , que contin-  
git in iurantibus extortis ad solutionem  
vñsuratum , cap. 1. c. debitores . tit. nostro .  
vel propter iuramenta metu extorta : nâ  
talia iuramenta præstata iurantem obli-  
gant ad eorum obseruantia , datur enim  
ex ea causa absolutione , que ab Episcopo  
zône publici officij potest concordi , cap. 6.  
verò . cap. cum quidam , tit. nostro . alius  
autem prælatus citra Episcopum , qui non  
habeat Episcopalem iurisdictionem , nô  
poterit absoluere à iuramento , si-  
cut nec in voto dispensare poterit , sicut no-  
tatur in cap. 1. de voto in 6. Ita Panor-  
in cap. quanto , nu. 8. tit. nostro . An ve-  
rò † Capitulum Sede vacante possit di-  
spensare . Respon . quod de iure poterit , q.  
sic :

5 sic: Cum sede vacante succedat in spiritualibus, & temporalibus, de supl. ne  
glig. prælat. cap. pen. & vlt. Et in Capitu-  
lum transeunt omnia, quæ pertinent ad  
Episcopum ipso iure: Vnde potest etiam  
iudicare de heresi, ca. ad abolendam, de  
heret. Et hoc est iuris diætonale. lo. An.  
in addit. ad Specul. de officio deleg. §. nunc  
de Episcoporum. vers. sed nünquid Le-  
garus, ergo succedit Capitulum: & non  
obstat, quod prælati inferiores Episcopo  
non dispensant, sed Capitulum est inte-  
rius Episcopo; Innocent. cap. 2. de eo, qui  
fuit ordin. recep. Nam respondeo, quod  
Capitulū quatenus succedit Episcopo,  
non est inferior, sed illi par: quia gerit vi-  
ces Episcopi, vnde quāvis iure Capituli  
dispensare non possit, de simon. c. ex insi-  
nuante, tamen iuste Episcopi potest, ita  
7 Franc. Zabar. conf. 3. c. col. 3. An † verbo  
possit peti absolutio, postquam elapsus  
est terminus solutionis vñsurarum? Fe-  
der. de Senis, conf. 288. dicit, quod non,  
quia iam incidit in periurium, & frustra  
postulat legis auxilium, qui committit  
in legem, cap. quia frustra, de vñsur. sed  
debet solnere vñsuras, & postea repeteret,  
c. debitores, extrā, de iureiur. Sed cum iu-  
rans sit obligatus ad duo, ad soluendum  
in termino, & ad soluendum simpliciter,  
dici potest, quod qui non solvit in  
termino, incidit in periurium, sed quate-  
nus remanet obligatus post terminum,  
potest petere solutionem de periurio,  
tamen sibi imponenda est paenitentia.  
Ita videtur tenere Dñmus Anton. tit. 10.  
de absolutione iuramenti, ver. non usca-  
sus. Rursum, † an sit vocanda pars ad-  
uersa, cum quis sibi petit à iudice ecclæ-  
siastico relaxari iuramentum factum ad  
instantiam ipsius. Panormit. in conf. 12.  
in 2. par. nu. 6. & in cap. 1. tit. nostro, di-  
cit, quod vbi cunque iuramentum est ob-  
ligatorium ex parte obligantis se, & al-  
liquam utilitatem continet ex parte reci-  
pientis, nequaquam debet relaxari nisi  
vocata parte. Cuius ratio est: quia ex  
quo per absolutionis actum præiudicium  
irrogatur parti, in eo, quod sibi utilitas

adimitur, debet pars vocari: quia nihil  
debet fieri in præindictum absentis, c. 1.  
extrā, de causa possell. & si aliter fiat, ab-  
solutio non valet, ita etiam tenet Albe-  
ricus in rubr. C. de vñs. in fine. & Imola  
in Clem. dispensiosam. vers. Nota he-  
ne gloss. de iudic. Innoc. in c. debitores,  
de iureiur. vbi dicit, q. episcopus antequā  
absoluta iuramento per metum extor-  
to cognoscet an fuerit metus, qui potue-  
rit cadere in cōstantem. Est enim actus  
iudicialis, ex quo agitur de præiudicio  
alterius, vnde non potest Episcopus pro-  
cedere ex officio, ut not. Io. Andr. in c. fi.  
de foro compet. Ita etiam notat Feder.  
de Sen. conf. 190. & consulut. Zabar. vt  
ipse resert in c. 1. de iureiur. & est ecom-  
munis opinio, ut per l'philippum Deciū,  
in c. qua fronde, in vlt. colum. de appel.  
Ex quibus verbis colligitur, non esse vo-  
candam partem, quando constaret nota-  
riè iuramentum continere turpitudinē  
ex parte recipientis, ita quod pateat cer-  
tum esse, nullam defensionē competere  
in hoc. At si manifestè non constaret de  
turpitudine illius, ut quia non conlitar,  
quod iuravit soluere vñsuras, quia contra-  
ctus erat sub forma licita conceptus,  
tunc in relaxatione à iuramento, necessa-  
ria erit partis citatio, vt in c. debitores,  
extrā, de iureiur. Ioan. Andr. Federicus,  
& Cardin. Sic etiam non esset vocanda  
pars, quando non ageretur de præiudi-  
cio partis, vel de modico. Exempli gratia,  
de secundo. Vt si esset praesbitum iura-  
mentum de non petendo relaxationem  
à iuramento, tunc Innoc. in d. c. debitores,  
dicit, q. cum relaxation ab illo sit mo-  
dici præiudicij, poterit iudex ex officio  
suo etiam in absentia partis, relaxare. Se-  
quitur Imola, ind. Cle. Dispensiosam.  
Sic Oldrad. conf. 120. quod incipit, Ad  
duplicem, dicit, † quod si petitur relaxa-  
tio iuramenti ad finem habilitati perso-  
nam, ut non obstante iuramento possit  
detegere fraudem contractus, tunc talis  
relaxatio potest fieri non citata parte:  
quia de grandi præiudicio creditoris nō  
agitur: remanet. n. creditori omne ius

# Decis. Aurcarum

## Par. II. Lib. II.

saluum ad debitum defendendum. Sed si sit ad hunc finem relaxatio, ut obligatio, quæ contracta erat super vñsiris, ex toto tollatur, tunc necessaria est partis vocatio. Contrarium tamen in utroque casu consuluit Bertrand. in consil. 1. 14. par. 2. dixitque videri verius, & magis communiter teneri, ut in quacunque re laxatione iuramenti, pars, quæ inde latet di potest, citetur, alioquin relaxatio est nulla. Adde etiam Socin. consil. 50. Nec etiam esset necessaria citatio partis, quando periculum esset in iuora: vel quando iurasset non vocare creditorem in iudicio. Fel. in cap. 1. de iureiu. Decius ubi supra, qui ponit prædictas limitationes.

<sup>10</sup> An t̄ vero valida sit absolutio facta ab Epò absensibus absoluēdis? Dic. q. sic: quia priuilegiū potest conferri etiam absenti, c. 1. §. adiiciebatur, & §. ex parte, de concess. præb. in 6. sicut etiā donatur absenti, labienti, ff. de donationib. C. de donat. I. non ambigitur, & l. si aliquid. Sic etiā absens de beneficio inuestitur, c. actedens, de præbend. & cap. si tibi absenti, eod. lib. sic etiam à sententia interdicti, & suspēnsionis pót absolui absens, Innoc. dicit notabiliter in cap. cum desideres, de sent. excom. An t̄ verò ludex possit relaxare iuramentum debitori ex suo officio? Oldr. consil. 1. 86. dicit, quod sic, in duobus casibus. & Primus est, quando creditor, qui ex ordine tenetur remittere sacramentum de soluēdis vñsiris, seu in fraudem vñsirarum extortum, iux. tex. in cap. 1. de iureiu. ad illud relaxandum induci non potest, immo cōtumaciter id sacere recusat, arg. tex. in cap. cum quidam, §. vlt. de iureiu. cap. constitutis, de testibus 1. 5. q. 6. cap. authoritatē. Secundus, si absens sit creditor, ut à parte moneri non possit, arg. ff. de fidicim. libert. I. si cum seruum, §. si quis seruum. Et hac fuit sententia Innoc. & clariss. Host. in cap. debitores, extrā, de iureiu. Secunda regula. t̄ Dispensatio, quæ tantum in iuramento promisorio contingere potest, si iuramentum est maiuscē vtile, & licitum, potest remitti ex

causa: quia sine causa non potest, ex quo iuramentum est licitum; & est iusta causa, si turpitudinem cōtinet ex parte recipientis, licet ex parte præstantis sit licitum, cap. si verò, extrā, de iureiu. vel propter scandalum evitandum, vt notat glos. in cap. quanto, tit. nostro. Vel si prorogetur in multis malum exemplum, & hoc ad tempus, vel in perpetuum, glo. in d. cap. quanto, 2. 5. q. 1. cap. fi. vers. ipsi namque, cap. verum, cap. ea te, cap. si verò, tit. nostro. Archid. 1. 5. q. 6. cap. authoritatē. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9. ubi Caet. uel maior utilitas imminet in commutacione, sicut dicimus in Voto. ut not. Innocen. in cap. debitores, titu. nostro. Vel subest aliqua iusta causa, 1. 5. q. 6. cap. nos sanctorum. & dicto cap. authoritatē. Hæc tamen iusta dispensandi causa saltē requiritur in materia concerneente Dei honorem, & reverentiam, ut fabricandi ecclesiam, uel ingrediendi Religionem: nam tunc cum obligatio sit Deo quæfita, nullus illam potest remittere præter Deum. 24. q. 1. cap. manet. 2. 3. q. 4. cap. is 13 qui. Si tamen Papa alium t̄ aboluit, præsumitur in dubio causa quo ad ecclesia militante, ut in simili notat glossa, in cap. non est, extrā, de uoto. & per Legistas, in l. fin. C. si contra ius uel utilit. publica sed quo ad Deum, dispensatus absque causa, non est tutus, ut singul. dicit Innoc. in cap. cum inter, de renunc. glo. in d. cap. non est, quam communiter sequuntur Doct. ibi. Quod quidem dictū extende, ubicunque Papa dispensat contra ius diuinum fine causa, ut tunc ille, cum quo dispensat, non sit tutus quo ad Deū. Ratio est: quia Papa tenetur defendere ius diuinum usque ad animam, & sanguinem, 2. 5. q. 1. c. sunt quidam. Vnde dicit Archid. in cap. quæ ad perpetuam, 2. 5. q. 1. quod licet Papa possit dispensare super uoto, & super decimis, tamen si dispensat sine catula, peccat. Et quod ille non sit tutus, cura quo suis prelati dispensat sine causa, tenet D. Tho. in 2. 2. q. 88. art. ult. ultrà medium. An uero hoc simpliciter procedat? glos. in d. cap. non est,

est, dicit, quod tunc dispensatus sine causa, non est iuratus in conscientia, si facta est ad instantiam partis. Quam glossam etiam sequitur Dom. Card. in Cle. l. 2. in §. 1. in 1. quest. de penit. & remis.

<sup>14</sup> Tertia, † quando iuramentum ex parte iurantis non potest seruari sine interitu, & sine dispendio salutis æternæ: Ut quia iurauit committere peccatum mortale, vel veniale, & tunc nulla petitur absolutione: peccatum enim fuit iurando, non transgrediendo, cap. in ligetis, de iure iurant.

<sup>15</sup> Quarta, † in materia pertinenti ad liberam Romani Pontificis dispensationem, potest Romanus Pontifex sine causa aboluere, ut Doct. in cap. quanto, tit. nostro. & in cap. constitutus, de rescript. vbi Abb. & Felin. v. g. Est præstitum iuramentum, quod Canonici nullum recipiant in eorum Collegiū ulterius numerū, tunc potest Papa absoluere à tali iuramento sine causa: quia in iuramento intelligitur excepta authoritas superioris, & per consequens Papæ, tex. in cap. venientes, de iure iurant. facit tex. in c. ad nostram, eod. tit. Sic si quis iurauerit non alienares ecclesiasticas, poterit ex dispensatione Romani Pontificis alienationem rerum ecclesiasticarum permittere, & alienare. Faciunt multa, quæ Felinus more suo solito accumulat in cap. quæ in ecclesiistarum, nume. 4. extit., de constitut. Paniter, si quis voulisset non iurare, & postea compellitur sacerdos se purgare, vel alius compellitur super contractu ueritatem dicere, debet non obstante voto iurare: quia in omni iuramento intelligitur authoritas superioris excepta, d. c. ve nientes. Ita Bar. Brix. in dominicali 39. allegat 2. q. 4. tribus, in fi. & c. inter cetera. de voto, c. non est. L. f. ff. qui satisf. cog. facit 3. 2. q. 2. c. voluit. Gemin. in cap. quia plerique, de offic. ord. in 6.

<sup>16</sup> Quinta, † iuramentum si fuit præstatum priuato super aliquo contractu, vel conuentione, vt soluendi id, quod ei debet, non potest summus Pontifex eius obligationem per dispensationem remit-

tere, sed compellendus est iurās ad eius obseruantiam, de iure iur. c. eti Christus nisi subsit causa, quæ iustam efficiat iuramenti remissionem: cum tale iuramentum respiciat principaliter commodum hominis. Archid. in d. c. auctoritatem.

Quin immò potest, quod nec in melius potest Papa tale iuramentum commuta rei nuptiæ, cui acquisita est obligatio: quia unum pro alio inuito creditore solui non potest, ss. si cer. pet. l. 2. Inst. quib. mod. tol. oblig. in prin. Innoc. in cap. inquisitionis, de sent. excom. Et hoc non accidit ex minori facultate Papæ, neque ex dignitate iuramenti, sed ex natura contractus, qui iuramento confirmatur. Enim vero qui facultatem non habet tollendi alteri quod suum est, nequit ei iniuriam inferre cui præstitum est iuramentum, illud relaxando, vt etiam cocludit Sotus, d. art. 9. in fine, posset tamen ille,

<sup>17</sup> in cuius † fauorē præstatum est iuramentum illum sponte absoluere, c. 1. de iure iur. c. significavit, de censib. c. 2. de spons. & idem de dilatione solutionis facienda si iuratum fuerit quod fiat circa statutū diem, de spons. cap. præterea. 1. Vel si iuramentum concerneret utilitatē virtus que contrahentium, vt quia aliqui iurant ad iniuciem aliquid facere, secus tamē esset, vbi quis simpliciter iuraret ad commodum suum: nam non poterit sibi remittere iuramentum, ne autorizet in facto proprio, nec aliust remittere poterit sine causa. Speculat. in tit. de legat. §. nunc, vers. hoc quoque. Panormit. in c. quanto, num. 8. tit. nostro. In his tamen casibus, quibus Romanus Pontifex potest à iuramento absoluere, necessarium est quod sciat pactum iuratum, & scientiam habeat actus iurati, ita glo. celebris in cap. cum non deceat, de elect. in 6. quæ affuerat generales Canonum, vel statutorum derogationes, minime tollere statutum iuratu, quam glossam existimat etiam singularem in ea. constitutus, Abbas col. 3. & Felin. col. 2. de rescrip.

<sup>18</sup> Sexta, † in iuramentis dolo, vi, aut mente extortis, non est necessaria dispensatio

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

in duobus casibus. Primum est, quando contractus super quo præstatur, est à legge reprobatus in favorem iurantis: nā tale iuramentum nō est obligatorium, & sic est casus à contrario non cauillando litteram, in c. cum contingat, de iure iuri. in c. licet, eod. lib. 6. & in cap. quamvis, de pæc. eod. libro. Nam omnia illa iura excipiunt causas, in quibus dolus interuenit. & idem probatur, quando interuenit ius, aut metus, ex quo enim talia iuramenta veniunt contra legē, non ligat, nisi sint omnino voluntaria. Fator tamē tutius esse, quod in his casibus petatur absolutio, vt tentunt ibi Doct. sed primum notabiliter probatur ex illis iuribus, illa non cauillando. Sic etiam licet iuramentum non veniat contra dispositum à iure, si tamen interueniret dolus, qui iurantis excluderet in mente, & quia cessante dolo nō se obligasset, potest q̄s contrauenire nulla petita absolutione, tex. optimus in lege tres fratres, ff. d pac. & in l. foro, C. de coll. Et ratio est: quia vbi intercedit dolus, ibi excluditur voluntas, l. i. ff. de dolo, & iuramentū non obligat ulterius mentem iurantis, cap. ve-niens, cap. quanto, cap. Quinta nullis, tit. nō nostro. In taliis autem iuramentis, si sunt dolo, aut vi, aut metu extorta, Episcopus dispensat, 15. q. 6. c. 1. & 2. c. cum contingat, de iure iuri. Immo quandoque ex causa dispensare poterit in iuramentis licet præstutis, vt 15. q. 6. cap. nos sanctorum: & cap. iuratos, vbi ob aliquod crimen communissimum, ut propter excommunicationem, remittitur iuramentum fidelitatis præstitum excommunicato. Pater, vbi iuramentum ambiguitatem habet, licet non sit, conducens, vel nocivum, seu si impliciter in genere, uel in talicatu, tunc Episcopus dispellere potest, quod intelligitur exceptus illis tribus, Papæ reseruantur. Ita colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 10. & 89. art. 9. Subintelligitur etiā, nisi esset in magnis personis, & arduis negotiis, propter scadalu, arg. text. in cap. maiores, extrā, de baptis. vbi maiores causæ suarē Papæ reseruan-

dæ. Vel nisi simus in multum dubijs; quia, tunc recurrēdum est ad summum Pontificem, & ita potest intelligi, c. vñ-venibilem, extrā, de elec. Sed in alijs potest Episcopus ratione solius suę diœcessis, sed Papa respectu totius orbis, vt sen-  
ti Specu. vbi supra, potest vel commuta-re, vel absoluere, subintelligitur etiam, nisi iuramenta fint expresse reseruata summo Pontifici, ut sunt iuramenta su-per statutis collegiorum scholarium, & ecclesiasticorum, quae sunt Papæ, quorum di-spensationes seruat.

20 Septima, † quando iuramentum con-tinet turpitudinem ex parte insipientis & maximè concurrente turpitudine ma-terie super qua præstatur, & tunc iura-mētum obligat, & potest peti absolutio non obstante contradictione aduersarij. Ille est casus in cap. 1. & cap. debitores, & cap. verum, & c. si vero, tit. nostro.

21 Octaua, † in iuramentis promissorijs illicitis, ut quia continent peccatum, v.g. de homicidio perpetrando, vel no-ciuij, vt quia sunt maioris boni impedi-tiuia, ut non ingrediendi Religionem, dispensatio nō est necessaria, c. in malis, cap. iurauit, cap. quod David, 22. q. 1. Pro secundo facit c. peruenit, tit. nostro. D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 9. peccatum enim fuit in iurando, sed non in contrauenie-do, ut in cap. quanto, eod. tit. Quare hu-iusmodi iuramenti, ita nulla indigent dispe-satione, sed rem iuratam in sua nuda na-tura relinquunt. Vnde qui iurauit sur-tum facere, monialem corrumpere, pro-pria autoritate venire potest contra iu-ramentum, licet debeat penitente de tem-ario iuramento, ut in cap. ad audienciam, in fine, de sponsal. 22. q. 4. c. 1. & sequen-ti. Innoc. in c. venerabilem, de elec. Quod

21 idem † dicendum est de eo, qui iurauit aliquod opus supererogationis non faci-re, nam perinde est, ac si non iurasset: Consultis tamen esset contra iuramen-tū facere, tamets illud adimplere nō fit peccatum: nisi opus supererogationisca-sum necessarium constitueret, vt dicunt Summislx in uerb. iuramentum. Qui-bus

bus non obstat tex. in cap. cum quidam, §. fin. de iure iuri. quo probatur necessaria esse absolutionem à iuramento illi cito, & contrario rationi. Etenim, iuramentum de non loquendo patri, aut matri, sorori, vel fratri, aut eis non exhibere charitatis subsidia, est contra charitatem erga proximum, & erga patrem, & est contrarium paternę reverentię. Item non subuenire, repugnat rationi naturali, cap. inter cetera, 22. q. 4. Nam respondetur, quod vera est assertio, quod in iuramentis manifeste illicitis nulla sit necessaria absolutione, quia dum tex. in d.c. cum quidam, §. v. dicit, necessariam esse absolutionem, intelligi debet à peccato quod commiserunt iurantes, cum promiserint seruare id, quod in dispendiū salutis eterne manifeste vergebat. Igitur absolutione non est necessaria à iuramento, sed à peccato, quod iurans commiserat, ita temerè jurando, sic Couar. intelligit illum text. tit. de paet. in initio secundæ partis, nu. 4. circa finem. Pariter, si ego iuraui non reuelare secretum mihi per te dicendum, debet intelligi de honesto, & non alteri nocivo, quia tunc possum reuelare, non tamen omnibus, sed illi, q. potest prodeſſe, & non obesse, ut puta laerdoti, qui admoneat illi, vel oret pro illo, arg. tex. in ca. hoc videtur, 22. q. 5. & ibi gloſſa. vide tex. iuncta gloſſa in c. nerui, in vers. contagione, dist. 13.

23 Nona, † in iuramentis indifferētibus, ut non loqui Petro, vel cum eo non comedere, non ingredi domum eius, aut non negocari, leu non accipere mutuum dispendiū necessaria non est: cum talia iuramenta militent contra charitatem, & ita non sunt obligatoria, ca. in malis, 22. q. 2. nisi ideō iurauerit ut uite occasionem peccandi, quam solet incurtere quis ex familiaritate illius. Vel si id, quod iuratur, quod est indifferēs, ex circunstantia aliqua efficiat veniale. Ponit exemplum Archidiaconus de eo, qui iurat nō negocari, vel non accipere mutuum: nam si talis ueniret ad calum: in quo non posset aliter uiuere, nisi veniat

contra iuramentum, tunc secundum Archidiac. quārenda est absolutione à iuramento, ut resert Do. Anton. in cap. cum quidam, de iure iuri. Astenſis lib. 1. de iuramen. ar. 11. circa princ. Archid. Flor. de absolu. & dispendi. iuram. cap. 6. vers. tertius modus.

24 Decima, † ad vnumquemque pertinet irritare iuramentū, quod à sibi subdito factum est, & circa ea, quae eius potestati subdūtur, vt pater irritare potest iuramentum puellæ, & vir uxoris, vt habetur per D. Thom. 2. 2. q. 89. Facit tex. in c. venientes, tit. nostro, ubi in iuramento intelligitur excepta authoritas superioris, qn illi prejudicat. Hinc per illum tex. habetur, quod si inferior fecerit statutū iuratum de sententijs statim mandandis executioni, non obstante appellatione, tenetur quidem appellationi ad superiorem interposita defere non obstante iuramento, quod non potuit præ iudicium facere iuri superioris: quia ius hoc habet, ut ad eum appelletur.

25 Undecima. † iuramentum, quod pertinet principaliter ad Dei fauorem, cultum, vel religionem, partes sibi inuicem remittere non possunt: Quinimum ut dicitur per Panorm. in c. quanto, tit. nostro, nec Papa remittit, sine causa. Si vero tale iuramentum sit factum in fauore hominis, & ille sponte obligatione remittit, non indiget iurans alia absolutione: quia Deus uidetur etiam remittere: cum ad utilitatem alterius iuramentum receperit, not. in cap. 1. de iure iuri. ad idem cap. 2. de spon. Exemplum primi: vt si duo iurent, quod ibunt ultra mare militare pro Deo, scilicet bellando contra infideles, vel quod intrabunt Religionem, vel quod dixerint duo, vel tria psalteria adiuuicem. Aut si qui artifices iurent, quod de lucro dabunt certā portionē fabrica alterius Ecclesiæ, vel in alios pios vsus. Si tamen aliqui iurent quod ultra mare simul ibunt, remittere sibi possunt ut simul nō eant, sed remittere non possunt sibi quin uadant. At quādo sumus in dubio, an talia iuramenta

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

ta videantur facta intuitu pietatis, vel in fauorem hominis, ut si quis amico iuraret pondus auri in dotem suę filie elargiri, tunc cum huiusmodi promissiones sint anticipates, videndum est quo animo fiant: nam si promissio fiat homini in gratiam ipsius, humano more, iuramentum potest ab illo relaxari, sicut ipsa puella idem sibi præstitum iuramentum remittere posset: Sed si promissio fiat intuitu pieratis, & religionis, natum iam induit voti, quod ab homine relaxari non potest. Igitur quando talia iuramenta absolute fiunt, ita ut qui fecit, diligenter nequeat quem animum habuerit, censenda sunt propter naturam materiae vota iuramento firmata. Summa Asten. Archiepi. Flor. vbi supra. Sotus lib. 8. de iusti. & iure, q. 5. art. 9. vers. secundum argumentum.

26 Duodecima. Iuramentum, † quod respicit principaliter cōmodum, quod absque iuramento facere tenebatur, partes sibi remittere non possunt: quia propter salutem animarum videtur iuratum. Ut si laniones iurent, quod carnes insectas, aut corruptas pro sanis non vendant, aut mercatores ut carius non vendant merces suas, Asten. artic. 11. colum. pen.

27 Tertia decima † primum promissum per iuramentum licetum, & permisum potest propria autoritate absque superioris facultate in melius commutari, ut in perpetuum votum religionis, cap. peruenit, extrā, de iure iur. Facit tox. in cap. scripturæ, de votolo. fin. ff. qui satid. cogant. verbi gratia, iurauit quis ire ad sepulchrum, vel contrahere matrimonium cum aliqua, propria autoritate potest contrauenire, ingrediendo religionem, argumento tex. in d.c. scriptura. Sic si coniuges iurarent numquam diuertere ab iniucem, tunc si vellent in gredi Religionem, possent: quia commutarent iuramentum in melius. Io. And. in c. tua nos, 2. de iure iur. Verum si iuramentum concerneret utilitatem priuatam, tunc sine consensu illius, cui

præstitum fuit, etiam in melius commutari non potest: nec prodest in hoc superioris authoritas, not. tit. nolstro, c. quanto. per Innoc. in cap. cum inter, de renunc. Kursum, si implementum iuramenti concerneret honorē Dei, tunc fieri non potest commutatio, quando id, in quod commutatur iuramentum, dubium esset an sit maius bonum. Inn. in d.c. peruenit, vel quando illud maius bonum esset manifestum, & evidens, sed obseruatio eius, quod iurauit, non impedit, vel perturbat maius bonum, puta, quia iurauit ire ad sanctum Iacobum, & tunc intendit ire ad sepulchrū, quia potest implere primum, & postea ire ad sepulchrum. Vnde in tali commutatione si vellet priimum in secundum commutare, requiritur authoritas superioris, scilicet Episcopi: quia sicut potest votum commutare, ita & iuramentum, ut not. Innocent. in cap. debitores, extrā, de iure iur. At si non posset servare iuramentum sine turbatione majoris boni, & tunc non potest primum in secundum commutare sine superioris authoritate. Exemplum. Iurauit quis seruire vni hospitali, postea vult seruire alteri hospitali magis religioso, & populo suo, certè non poterit illi seruire sine superioris authoritate: quia sic liberaret se propria authoritate ab obligatione. Abb. in d.c. peruenit, num. 2.

## S V M M A R I U M.

- 1 Periurium multipliciter dicuntur.
- 2 Periurium secundum Decretistas capitur propriè, & impropriè.
- 3 Iuramenta, qua obligent sub mortali ad discernendum Regula.
- 4 Iuramentum per falsos Deos, est species blasphemie.
- 5 Iurare per falsos Deos, an sit minus peccatum, quam mendaciter per verum Deum.
- 6 Periurium in se, & secundum se est malum.
- 7 Periurium an maius crimen homicidio, & adulterio. nn. seq.

- 9 *Votum simplex frangens, an peior sit adulterio.*  
 10 *Periurium magna emphasi prohibetur, & quare.*  
 11 *Periurans pena quando infamia, & de aliis penis. & n.s. seq.*  
 12 *Clericus, ab primeur beneficio ratione periurio.*  
 13 *Audiens iurare falsum, & tacens, nunc quid peccet.*  
 14 *Dennunciare an teneatur qui videt proximum vicinum in commiendo peccato.*  
 15 *Universitas si iuramento promisit aliquid dare, & moribus sunt iurantes, non successores teneantur id ipsum adimplere sub pena periurii.*  
 16 *Venient contra iuramentum roties periurie, quoties contra illud venire.*

## De Periurio. Cap. XI.

**S**VBSE QVENTER considerandum est de periurio. Et primo de multiplici acceptione periurij. Secundò de qualitate, & quantitate peccati. Tertiò de poena periuri. Quartò de quibusdam dubijs. Circa primum sciendum est, q. 1. periurium multipliciter dicitur, † & primò, periurii dicuntur falsa iuratio ignoranter facta. Et istic habita omni diligentia nullum peccatum inducit, 22.q. 2. cap. homines, sed non habita omni diligentia peccatum est veniale. dist. 3. 2. §. verum, in si. vtrum si non adhibere diligentiam proueniret ex ignorantia iuris, vel facti, crassa, & supina, esset mortale, 22.q. 5. in glossa, in cap. qui deierat. Secundo modo, periurium dicitur falsa iuratio scienter facta. Et tunc si hoc contingat extra iudicium, peccatum est, mortale, 22.q. 2. c. homines, facit enim contra Dei praeceptum, Leuit. 19. Non periurabis in nomine meo. Si vero iuraret solemniter coram iudice in iudicio, tunc non solum peccaret mortali- ter, sed si lata esset contra eum sententia diffinitiva in causa accusationis, esset in famis, 6.q. 1. c. infames. Tertio modo di-

## Cap. XI.

citur periurium coram Deo vera iuratio, cum credulitate falsi. Ut qui iurat verum, quod credit falsum, ita lo. Calder. in cap. quanto, de iure iur. qui idem dicit de eo, qui credit venire contra iuramentum, & non venit, vt si credebat iuramento non esse satisfactum, cui tam erat satisfactum: quod fari placet Panormitanus, cum Deus recipiat animum, & non manum, 14.q. 5. c. si quid inuenisti, de pœn. dist. 1. c. si propterea, & c. si cui. Quarto modo dicitur periurium, indiscreta, & incauta iuratio. Et istud quandoque est peccatum mortale, vt si quis iurasset incaute aliquod illicitum adimplere, vt surari, &c. Et ita intelligitur tex. in c. qui sacramento, 22. q. 4. Quandoque est veniale, vt quando quis temerè iurasset sine necessitate, vel vtilitate, seu iocose, 25. dist. cap. vnum, not. glo. in c. Archidiaconum, dist. 3. c. Quinto modo dicitur periurium transgressio iuramenti, & istud quandoque nullum peccatum est, vt in illicitis, 22. q. 4. cap. in malis: peccatum enim est in iurando, sed non in contraueniendo, quin etiam nullo modo tale iuramentum est feruandum, 22.q. 4.c. 1. 2. & 3. Si vero sit transgressio iuramenti liciti, est mortale peccatum, 6.q. 1. c. quicunque, 22.q. 1. cap. animaduertendum. Sed considerandum est, q. non omne periurium dicitur propriè periurium: nam quoddam † dicitur periurium simpliciter, & quoddam secundum quid, vel secundum Canonistas, quoddam propriè, seu striete, & quoddam impropriè, & large. Periurium simpliciter est illud, cui deest primus comes, nempe veritas, aduersatur enim præcipuo, potissimoq; fini iuramenti, qui est veritatis confirmatio, & attestatio, cap. eti Christus, de iure iur. Huiusmodi est falsa iuratio scienter facta, & oē assertorium periurium, quod fit contra mentem, scilicet, quoties quis iurat id, quod credit esse falsum, vt est illud de quo mentionem fecimus in tercia specie periurij. Reliqua vero illicita iuramenta, tametsi suo gradu dicantur periuria,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

periuria, sortiuntur tamen hoc nomen secundum quid, quoniam in illis salvatur veritas, qua finis est iuramenti in intentione iurantis, ut in prima, & quarta specie diximus, & in sexta. Quod idē accidere potest in iuramentis promissorijs. Ex his igitur † habes fidissimam regulam ad dilcernendum, quemnam iuramenta obligent sub peccato mortali, & quem non: nam assertoria, confirmatoria, & testificatoria, quem pro suo fine habent veritatem, semper obligant sub mortali reatu. Hinc diximus in 1.lib.c. 14. quod omne periurium assertorium, quod est de re præsenti, vel præterita, obligat ad mortale. Omne inquam in quacunque materia etiam levissima, & quocunque fine, etiam sanctissimo. iuramentorum vero, quem sunt obligatoria, quæque resultant ex iuramento promissionis, grauitas ex natura obiecti pensanda venit, vnde si in re leui continget, peccatum veniale esset. Igitur periurium prout est promissorum, non erit semper mortale, sed prout est assertorium, ex sui natura erit peccati mortale. His etiam accedit iuramentum illud, quod siue veraciter, siue † mendaciter fit per falsos Deos, quod quidem iuramentum est species blasphemie, de qua loquitur tex. in cap. mouet, 22.q.1. & est idolatria: quia qui per falsos Deos iurat, insigne blasphemie genus Deo impingit: sane qui honorem vni Deo debitum, alijs, qui non sunt eo digni, imputavit, eos actione illa iurandi ita colit, ac si illis aut supplicaret, aut thurificaret. Hinc Chrylost. Idolatriam inquit facit omnis, qui per aliud Deo iurat. Idolatria vero magis sceleratum sacrilegium est, quam periurium. Et nec te † moueat illud August. in d. cap. mouet, quod minus malum est veraciter iurare per falsos Deos, quam mendaciter per verum Deum: quia illud intelligitur quatenus ad rationem per iurem periurii, cuius quidem substantia est falsum iurare: nam minus malum est veraciter iurare per falsos Deos, quam me-

daciter iurare per Deum verum. Et ad idem addit id, quod subdit, quod quanto id, per quod iuratur sanctius est, magis est penale periurium. Ita Sotus, lib.8. de iustit. & iure, quæstio.2. art.3. Non autem quantum ad id, per quod iuratur. Rursum iurare per creature more gentili, quamvis qui iurat Christianus sit, vt per Solē, & Mercurium, peccatum est mortale, cap. clericum, 22. q.1. Et hæc circa primum. Verum circa qualitatem peccati notandum est, † ꝑ periurium est malum, non tantum in se, sed etiam secundum se, ita ꝑ nullo modo potest fieri bonum. Cuius ratio est duplex. Vna, quia plerunque periurium claudit in se mendacium, quod est secundum se malum, c. primum, 22.q.2. Secunda autem ratio est generalis, quia omnis periurans summa veritati contumeliam facit, dum eam ad eius confirmationem inducit, ad quod non debet assumi, & ideo quia deordinat hominem, non tantum ad proximum, sed etiam ad Deum: inde est, quod semper est malum. Immo non solum est malum, sed est † maius malum, quam homicidium: cum periurium sit contra rationis ordinem directè, & immediate respicientem Deum. Et homicidium est contra rationis ordinem directè, & immediatè, respicientem proximum. Item periurium est prævaricatio præcepti prioris tabulæ, qua eius detrahitur & honori & reverentia. Homicidium vero est contra præceptum secunda tabula. Quod si quis obijciat hac ratione posse concludi grauius esse in dominica facere opus seruile, quam homicidium, eo quod mandatum de seruandis festis attinet ad priorem tabulam: nam respondeo, quod festorum præscriptio, quæ ab ecclesia seruantur, non est de iure diuino, sed duntaxat humano: & ideo violatio festi non est ita graue peccatum, quam homicidium, vel furtum. Qui vero id, quod de iure diuino de celebrandis festis cautum est, transgrederetur, grauius, quam homicida pecca-

peccaret, puta, qui nullum in tota vita obseruaret tempus, quod dicaret cultui diuino. Hec Sotus, que quidem opinio videtur probari per tex. in cap. ille, 22.q.5.vbi reddit rationem: quare periurus vincit homicidiam: quia homicida corpus occidit, ille animam. Verum glossa ibi, in verbo, vincit, dicit, non intelligas, quod plus peccet periurus, quam homicida: quia immo hic plus peccat, quia per periurium creatorem tantum offendimus, & nos tantummodo maculamus, sed per homicidium Dei iussa superbe contemnimus, & proximo impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. ita tex. in c.1.dist.13. Rursum, quo ad effectum irregularitatis, maius censetur homicidium, & magis horrendum, ut inquit Panor. nu.6. c. fin. de tempor. ord. Item, quo ad effectum dispensationis: nam potest Episcopus dispensare cessante infamia, Io. And. in d.c. fin. Sed periurium dicitur vincere homicidium: quia maius damnum facit: Enimvero, maius damnum est in amissione viuis animae, quam mille corporum, 24.q.3. c. si

8 habes. Vincit etiam adulterium, † quia tanto peccatum est grauius, quanto corrumptus ordinem dignorem, si eque corrumptus ipsum, sicut ordo minus dignus corrumpitur per aliud peccatum. Certum est autem, quod ille ordo est dignior, qui debet esse hominis ad Deum immediate, & directe, quam ille, qui debet esse ad proximum, & ad Deum proximo mediare. Primus autem ordo corrumpitur per periurium. Secundus per adulterium: nec ordo secundus corrumpitur perfectius per adulterium, quam primus per periurium. Adulterium enim non est propinquius maxime iniuriæ, que possit esse contra Deum. Immo econuerlo: periurium enim propinquius est blasphemiam, que est contra Deum ex eius odio, quam adulterium homicidio. Ita Rich.3.dist.39.q.4.art.1.

9 Sic etiam idem dicimus in voto, nam strangens simplex votum, peior est adul-

tero, c. melior, 27.q.1. Quod intellige non quo ad ecclesiam, quantum ad veniam, vel pœnam: cum strangens simplex votum, triennij poena puniatur, vt 27. dist. cap. si vir, & adulter septennij: & hoc ideo, quia fractio voti minus scandala Ecclesiam, quam strangens simplex votum, sed quo ad culpam: cū sit maius peccatum, quia in Deum specialius committitur, arg. 17. q.4. c. sicut 2. quia strangens simplex votum, spirituale coniugium violat, adulter carnale: ite offendit Deum, ille homines, & tanto maius peccatum committitur, quanto maior est ille, cui insertur iniuria, c. mouet, 22.q.1. vel dicitur maius peccatum, quia strangens votum à maiori præmio eredit, glossa in d. cap. mouet. Sed vt ad furamentum deueniamus, & vt sciamus quam grata sit peccatum periurium, illud scienium est, † quod alia mendacia simpliciter prohibentur, at periurium cū magna emphasi. Leu.1. Non periurabis in nomine meo. Nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. Et Exod.20. Non satis Deus duxit nos ad mortuos facere ne nomen eius in vanum assumeremus, sed subdit. Neque enim habebit insontem Deus eū, qui assumperit nomen Dei in vanū. & C. de iureiuran. lusurandi inquit Religio violata, satis Deum vltore habet. Quapropter, et si Respublica non perinde, ac homicidia, periuria vlciscatur, nō ideo existimandum est nō esse grauioris culpe. Vnde 21.q.1.cap. mouet. ait Augustinus, grauissimam esse penam periurij, & apud Deum, & apud Ecclesiam. Et idem in c. in nouo, 22.q.1.dicit in no te testamento dictum est, ne omnino iuremus: quod quidem mihi ideo dictum videtur, non quia verum iurare peccatum est, sed quia peierare immane peccatum est, à quo longe nos esse voluit, qui omnino ne iuremus admonuit.

11 Quare † & periuri infames iure habentur. 6.q.1.cap.infames, &c. quicunque, extra de tel. cap. testimoniis. vbi Panorm. qui dicit dicta iura debere in telligi

## Decis. Aurearum. Par. II. Lib. II.

telligi de infamia canonica , glo. in d.c. quicunque facit glo. in cap. illi, qui, cad. quælio. verum quia vtrum per iurum sint infames, multi multa , & diuersa dixerunt: ideo tu dic secundum Panorm. in d. c. testimonium, quod aut loquimur de iuramento assertorio, quod est de præterito , vel praesenti : aut promissorio , quod est de futuro . Si de primo , per iurum non est infamus, nec secundum iura ciuilia , nec Canonica . Exemplum de eo, qui falso testimonium dixit, nisi fuisset condemnatus , & declaratus, vt falsus testis, ff. de iure fisci, l. eius, qui defatigatorem, in princ. ibi, oportet constare prius. de heret. ea. cum secundum, in s. lib. 6. quia tunc efficeretur infamis non tam ratione iuramenti, quam falsitatis, quo casu etiam emendatus non admitteretur in testem: quia ex quo semel deliquerit in illo officio, semper suspensus est in illo, vt in l. s. aliquid , C. de fusce. & arg. lib. 10. est tex. in terminis, in cap. quicunque sciens, 6.q.1. nisi uetereretur iuramentum in eius præiudicium . Faciunt dicta per Panorm. in c. intelleximus, nu. 14. de iudic. si vero iuravit de futuro, verbi gratia, dare aliquid in futurum, & non seruauit, & tunc si iurat sibi, vel Deo, non efficitur infamis, securus si iuravit ei, cum quo contraxit: quia hoc casu plus deliquerit, offendens Deum, & proximum, arg. tex. in cap. 1. dist. 13. & ita in effectu voluit glossa, & Bar. post eum, in l. Lucius, ff. de his, qui 12 not. infam. verum si essemus in iuramento temerario , tunc tale iuramentum, quod dicitur illicitum, c. fi. 22. q. 4. non repellit a testimonio, sicut nec a dignitate, c. sicut nostris , de iure. glo. in ea. Archidiaconum, dist. 85. sed in foro penitentiali imponitur poenitentia tantum unius anni, 22. q. 4. c. qui factamen to. Sed si iuramentum temerarium fieret in coniurationibus, vel conspirationibus illicitis, si clerici, vel monachi comiserint, sunt degradandi: si laici excommunicandi, & hunc infames, 21. q. 1. c. conspirationum , & c. coniurationum.

Nec admittuntur hi tales in testimoniu, cap. per tuas, extra, de simo. nisi agatur de generali statu Ecclesiæ , vbi quidem interrogantur, & si dicunt contra eum, in quem consipauerunt , dummodo per alios legitimè comprobetur, sententia valet . Sed & ad detegendam conspi rationem admittuntur & coguntur, vbi alii testes deficiunt, extra de testib. cog. cap. fi. ne tantum malicie remaneat impunitum . Vtrum autem per iurum eius priuetur beneficio, vide Abb. in c. ex parte, nu. 2. de rescrip. Eran per iurum ratione certi beneficij priuetur omnibus beneficijs, vide eundem in cap. tua nos, el 1. de iure. Postremo, circa per iurium possent multa dubia oriri, & Primum . An necessitas excusat à peccato, si quis non satisfaciat rei promissa aliectu cum iuramento, vide quæ diximus, lib. 2. in noltris decis. in 1. par. c. 1. 8. num. 24. Secundum . Quid de illo, qui provocat ad jurandum eum, quem scit, vel probabiliter credit, falso iuratum, vel recipit ab eo iuramentum veritati contrarium, & scienter, vide sup. in 1. par. lib. 2. cap. 16. num. 10. & in 2. par. vbi sup. c. 4. Tertiū . Pone quid aliquis 13 audiat aliquem iurare, † & ipse scit, & tacer. nunquid peccat ? August. mouet hanc quæstionem in cap. hoc videtur , 22. q. 5. & dicit hanc esse difficilem , & forte ob authoritatem Leuit. quæ dicit, q. anima, quæ audierit vocem iurantis falsum , retinque fuerit, quia aut vidit, aut conscient est, nisi indicauerit, portabit iniuriam suam. Præterea, non caret scrupulo societas occulta, qui manifesto facinori definit obuiare, 83. dist. c. error. c. facientis, dist. 86. Econtrario videtur quod peccet manifestando, nā qui crimen occultum pandit, non errorem corrigit, sed prodit, 11. q. 1. c. si peccauerit. Tandem hanc quæstionem sic solvit August. in d. cap. hoc videtur , q. sufficit audienti, vt se soluat ab hoc peccati vinculo, si indicet talibus , qui magis possunt prodesse, quam obesse per iuro . Siue eum corrigoendo, siue admonendo,

nendo, siue Deum placando pro eo, int. sunt sacerdotes, vel honesti, atque discricti parentes. Et ad hanc denuntiationem tenetur quilibet secundum omnes, qui viderit aliquem vicinum praecipito. in committendo peccato, d. cap. hoc videtur. Sed ad denunciandum certamen iam commissum dicunt sere Doctores omnes, quod tenentur praelati ex precepto : alij vero non tenentur, nisi ex consilio. Et intelligas Praelatos largam Ecclesiasticos, quam seculares, etiam patrem familias circa suam familiam, 23. q. 4. cap. duo ista, & ead. que est. 5. cap. 15 non putes. Quartum. ¶ Vniuersitas alii cuius collegij, vel ciuitatis obligavit se iuramento ad aliquid, mortui sunt iurantes, queritur, an successores sint perjuri, si transgrediantur? Respon. quod non: quia obligatio ex parte iurantis est personalis, unde non transit ad successores quo ad periculum perjurij, tenetur tamen adimplere, arg. extra, cod. c. veritatis: cum omnes obligationes antecessorum transeant ad successores, extra, de solut. c. 1. cap. tua, de vsl. Item, quia idem populus est hodie, qui fuit centum annis retro. 7. questio. 1. cap. denique: Quintum. Veniens contra promissionem iuratam toties incurrit perjurium, quoties venit contra. Unde si vna die facit contra iuramentum, est perjurus, si postea alio die iterum facit contrarium, est perjurus in diversa specie, ita Archidicit, q. facit tex. in c. sed licet, de senten. & re iudic. allegat. 6. q. 1. c. amittare. Gemini. in d. c. Sed licet. Et haec de iuramento dicta sufficiant.

## SUMMARIUM.

- 1 Votum designat promissionem que Deus fit & desiderium.
- 2 Votum diversa sortitur vocabula, & qualiter in voto tria considerentur.
- 3 Propositum, quod in solis finibus cogitationis fiat, an obliget apud Deum.
- 4 Votum qualiter definatur, & eius explicatio.

- 5 Definitionis perfectio consistit ex genere, & differentiis.
- 6 Promissio ad constitendum votum sola non sufficit, nisi sit deliberatio.
- 7 Deliberatio voti quam necessaria, & de hac multa singularia.
- 8 Deliberationis plenius, qua necessaria ad votum, & quotuplex.
- 9 Votum in puerili aetate emissum validum est.
- 10 Vota mulierum in partu, & in infirmitate, ac virorum, an valeant.
- 11 Votum de re illicita non est obligatorium: cuncta promissio non fiat in gratiam Dei, neque sit de indifferenti, nn. 17.
- 12 Iepie in vovendo fuit incausus, & in redendo impius.
- 13 Votum se non defendendi, etiam si ab alio interdictatur, an sit validum.
- 14 Votum, ubi salus corporalis, vel spirituialis amittitur, vel peccatum mortale incurrunt, non est feruandum. Et idem de pacllo, iuramento, consuetudine, pracepito, lege, vel alio simili vinculo.
- 15 Mibi vindictam, & ego retribuam quomodo intelligatur.
- 16 Verba Apost. 12. ad Rom. Non vosmet ipsos defendantes, exponuntur.
- 17 Votum materia non est propriè opus precepti. Nec id, quod sit in baptismo, numeri. seq.
- 18 Votum communis transgressio non facit speciale peccatum.
- 19 Votum propriè fit Deo, sed an fieri possit sanctis, & praelatis, nn. seq.
- 20 Sex genera hominum sunt, quae vota emittere non possunt.
- Episcopus, clericus secularis, n. 24. seruus, nn. 25. puer. vide nn. 26. uxor, nn. 27. nisi in duabus casibus.
- 28 Vovere an quis possit per alium.
- 29 Votorum multifaria species.
- 30 Monachus quale vobis emittat.
- 31 Votum obligatio semel exuncta per irrevocationem an in uxore remiscat.
- 32 Votum religionem, & ingrediens intentione statim extundi, an vobis saluficiat.
- 33 Nonius egrediens monasterium intra annum

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

*hunc probationis, an restituet alimenta monasterio.*

34 *Vouens religionem, & non ingrediens, an possit cogi per monasterium.*

35 *Votum solemne an magis obliget, quam simplex.*

36 *Votum solemne duplicitate solemnizatur.*

37 *Votum solemne an dirimat matrimonium praeclens.*

38 *Ad votum solemne quatuor necessaria.*

39 *Votum solemne non potest dici de futuro.*

40 *Votum an ex sola promissione obedientia solemnizetur.*

41 *Voti solemnis adiunctionis ratio duplex assignatur.*

42 *Professio facita quando fit.*

43 *Habentes nonnullorum suscepimus quando inducat tacitam professionem.*

44 *Ei an tacite professio non facta expressa professione cogatur in genere ad professionem.*

45 *Votum filii, qui promisit se seruaturum in adulsa etate, an possit pater irritare.*

46 *Votum uxoris quale vir irriteat.*

47 *Votum adimplere impeditus non peccat. & an debeat per aliud adimplere, numero 53.*

48 *Votum quod modis irruetur.*

49 *Votum dandas calicem filio liberao, an sit licitum.*

50 *Votum non petendi dispensationem à Papa, non valeat.*

51 *Votum an quis possit adimplere per aliuns.*

52 *Votum visitandi sepulchrum duplice respectu fieri potest.*

*Impossibilitas non liberat à voto, est tamen causa dispensations.*

54 *Vouens visitare sepulchrum, si mortuus est in uscere, an à voto liberetur. & quid si infirmetur.*

55 *Votum visitandi sepulchrum, quando dicatur factum in subsidium.*

56 *Votum non comedendis carnes, quando sine peccato frangi possit.*

## De Voto. Cap. XII.

**R**AETER ea, quæ in prima parte, lib.2. cap. 21. cum sequentibus diximus de voto, duo restant explicanda. & Primum, verba ipsius definitionis. Secundum, quædam dubia pertinentia ad ipsam materiam, de qua agitur 27. q.1. per totum, & 27. dist. per totum. & extr. eo. atque repetitur in 6. in illa dist. 27. Incipit Gratianus tractare continentiam clericorum, & prosequitur usque ad 35. q.1. ubi ponitur quando posit fieri matrimonium inter videntes, sed priusquam votum ipsum quid sit, explicitemus, hoc primum de nomine notandum est: significat enim † vouere cam præcisè pollicitationem, quæ sit Deo, ad differentiam promissionis, spononis, & pollicitationis, quæ communia verba sunt, & sunt vel Deo, vel hominibus. At vero, quia id, quod à Deo votis, hoc est oblatis promissionibus depositimus, valde desideramus, inde usq; ve nit, ut desiderium ipsum votū dicatur. Unde voti compotes dicitur, & pro voto succedere gaudemus, dum nostra assequimur desideria. Et vota facere idem est, quod optare, & precari. Hic autem non usurpatur nomine in hoc posteriori, sed in priori significatu, ut vovere, sit vota emittere, & quod Latinè dicitur, vota suscipere, hoc est aliquid Deo sanctè polliceri. Verum † votum hoc, diversa fortiter vocabula secundū diuersos status. Nam cum quis in origine disponit aliquid boni facere, dicitur deliberatio, cap. qui bona, 17. q.1. ibi, ex deliberatione: at si proponit in voluntate id firmiter se facturum, dicitur propositū c. neque viduas, 27. q.1. ibi, proposito. Sed si accedit promissio, dicitur propriæ votum, & indissolubilitatem tenet illud seruare, cap. qui post votum, de regul. in 6. Ita glossa in d. cap. neque, vel secundum loan. And. in cap. 2. extra, eo. in voto sunt tres partes, scilicet initium, confir-

confirmatio, & consummatio, ut hic per cum, qui remittit ad beatum Thomam 2.2.q.87.ar.1. vbi dicit, quod votum habet in se obligationem annexam, secus in promissione, quae fit homini, quia requiritur verborum expressio, vel consensus. Sed quo ad Deum sufficeret solus animus deliberatus, & sic illud, quod dicitur in d.c.2. quod sicut propositum non obligat hominem, l.s. repetendi, C. de cond. ob causam, † ita nec obligat Deo, debet intelligi, quando statur in solis sibibus cogitationis, quia primi motus non sunt in potestate hominis, i.e. cogitationis penitus, scilicet de penitus. Secundus si firmavit in mente Deo aliquid facere, tunc enim quo ad Deum, qui interrogat cor, & non manum, 14.q.5. c.si quid inuenisti, efficaciter obligatur. Et sic tria sunt consideranda. Primo initium, & secundum Host. in d.c.2. ex hoc non obligatur homo, alias pauci essent, qui non essent obligati. Secundo confirmatio, quando eonfirmat in mente, & tunc iste est obligatus Deo, ita loquitur c. qui bona, 17.q.1. Non autem obligatur ecclesia: quia ecclesia de hoc non iudicat. c.1. vt Eccles. benef. Tertio est consummatio, quae fit per verborum expressionem, & tunc ecclesia potest ipsum compellere, c. licet, extra eo. Quae vero sint consideranda, ut votum propriè dicatur, & ut quis vere emittat votum, dic, qd tria ex parte voluntatis, rationis deliberatio, propositum voluntatis, & promissio, in qua demum voti ratio perficitur, ut nos diximus in prima par. lib. 2.c.21.nu.2. Quod quidem votum sic definiti potest post multas Doctorum definitionem. Votum est promissio deliberatæ voluntatis Deo de his, quae Dei sunt, facta propter bonum finem. Diximus, est promissio: quia ad constitendum votum non sufficit solum propositum etiam præcedente de liberatione, nisi sequatur promissio saltem corde facta. ita D.Th.2.2.q.88.ar.1. Nam licet promissio homini fieri non possit nisi per verba, aut alia signa extrema, tamē Deo fieri potest solo corde,

Ipsæ enim respicit cor, & non manū, d. c. si quid inuenisti: licet quo ad ecclesiastum multum operetur, quod quis exprimat votū, quia tunc semper potest cogi ad illud perficiendum. Ita gl. in sum. 17. q.1. Arch. in d. c. qui bona, & in c. proclivius, circa finem, 20. q. 3. Diximus. Deliberatæ voluntatis, ad differentiam votorum, quæ sunt ex surceptione, in quibus non inuenitur plena ratio voti. Per hoc, quod dicitur Deo facta, vbi intelligitur: vel Diuis, separatur à promissione, quae fit hominibus, constituiturq; in religionis genere. Adiectum est autem de his, quae Dei sunt; ad explicandum materiam consiliorum, quae propria est, at peculiari voti, licet extendatur ad preceptum; propter bonum finem dicitur, ad excludendum vota facta propter finem malum, quæ licet sint de re bona, non tamen proprie loquendo sunt vota. Sed modo ex ipsa definitione multa deducamus; & Primum colligo, definitionis perfectionem, quae constat ex genere, & differentijs, genus enim est promissio ex deliberatione, & proposito p. faciens. Per hoc autem, quod dicitur Deo facta, datur differentia à promissione, quæ fit hominibus. Sic diuim dicitur, de his, quae Dei sunt, explicatur propria materia voti, quæ est consiliorum, ad differentiam votorum, quae sunt præceptorum, quae non sunt propriæ peculiari illorum materia. Secundum colligo, qd † sola promissio non valet, nisi prædat deliberatio cū proposito, tex. est in c. literaturam, de voto, qui simpliciter dicit, qd si aliquis animo propositus est, qd religionem esset ingressurus, nihilominus non obligatur: quia iura facienda mentionem de proposito, intelliguntur de proposito cum deliberatione, & animo se obligandi. Igitur promissio non constituit votum, nisi cum proposito se quatur deliberatio. Sic etiam † deliberatio omnibus necessaria est, quæ indilectos hominum calores potest refrigerare, 2.q.6.ca. anteriorum. Et deliberatio p. hominem retrahit, & facit videre bo-

num, quod ante malum apparebat, 11. q. 3. cap. illa, & cap. cum apud. Et laudabilis est cautela deliberationis, cum qua totum ratio regit, & furor sibi nihil vēdicas, d. cap. illa, & seq. Hinc sententiae sunt cum deliberatione proferēt, Cle men. pastoralis, §. verum, de re iudic. in extrauag. Ioan. X X I L excrabilis, §. nos itaque, 11. q. 3. c. cum apud, & c. sequen. Et consilia non sunt præcipitanda, & opera: tempore enim indigemus ad deliberandum, ut matutius agamus, dist. 50. cap. ponderet circa principium. Sic ecclesiæ negotia maxima cum deliberatione sunt explenda, 45. dist. cap. licet. Sic concilia cum deliberatione magna fieri debent: Hinc dicuntur esse maioris autoritatis, quam Decretales epistolæ, dist. 20. cap. de quibus, arg. tex. in cap. prudentiam, §. illa, de offic. deleg. Sic intra decem dierum spatium appellatione facta vtrum quiescendum sit ab ea, est deliberandum, 2. q. 6. cap. anteriu rum. Sic pro conuictio non est habendum, quod sit sine deliberatione, 2. q. 3. cap. si quis iratus. Et princeps, qui omni lege solitus est, l. princeps, ff. de legib. deliberatione vti debet in agibiliibus, c. deliberatione, de offic. deleg. in 6. Dubium enim non est, omnia, quæ cōsilio recto geruntur, iure, meritoque, effe ctu, & firmitate nitit, C. de repu. l. 3. Et veritas sepius examinata citius splendescit in lucem. Postremò in tantum quidam moram deliberationis exten dunt, quod bonum, quod consequi intende bant perdunt, 17. quæst. 1. Cap. qui bona. Vnde qui ex deliberatione ad me liora non proficiunt, etiam ab eis bonis, quæ habere videntur, cadunt, d. c. qui bona. Tertium ad votum requiri tur plenitudo deliberationis, plenitudo enim deliberationis t̄ bisariam confide rari potest. Vno modo, vt opponitur subreptioni, scilicet subitanea, ubi nulla est ratio culpa, vel meriti, & talis deliberatio necessaria est ad votum. Alio modo plena deliberatio, quæ sufficiens est ad votum, in eo consistit, quod ho

mo cognoscat quid faciat; quæ alio mo do vocatur semiplena: Hinc fit, quod si quis ira percitus, aut calore, seu mortis metu, quæ rationis iudicium tollerent, votum emitteret, non obligaretur. Vbi tamen illa rationis lux perlit, quæ face re potest aut metitum, aut mortale cri men, votum obligat. Nam si talis promissio facta homini obligaret, quando eo iudicio pecuniam pollicetur, aut vox rem ei sponderet: ergo obligat etiam re spectu Dei: Non enim remissior est Deus in exigendis promissis, quam ho mo. Rursum deliberatio hæc, cognoscē do quid facias, sufficiens est ad meritū, & ad mortalem culpā, ergo ad voti obli gationem, quod quidē sub mortali reatu obligat, c. licet, extra de voto. Definita est expressè hæc conclusio in c. veniē tis, ti. nōl tro. Vbi Alex. III. dum cōmutat̄ votum in puerili ætate factum, quā dam facilitate sine plena deliberatione emissum, colligitur efficaciter obligare, & sic votum potius procedēs ex quadā facilitate animi, quam discretionis iudi cio, non impedit obligationē Deo quā rendā, ita Panor. in d. c. veniens, qui di cit. Ad hoc tenebris semper menti istum tex. quia nescio alibi ita clarum. Erratio est: nam ut aliquis i' racundia accensus, aut repentina motu, dummodo sit rōnis cōpos, pōt votum frangere, & mortaliter peccare, ita & eadē passione dominante, potest votum emittere, & per votum Deo obligari: Neque enim ma jor libertas ad aliquid promittendū, quād ad seruandum promissum deside ratur, facit glo. in c. 1. de delict. puero. & 17. q. 4. c. sunt opes. Vbi illi, qui tumultuatio mentis in impulsu, nō iudicio opes ecclesiæ contulerunt, de voti leuitate taxantur, & nihilominus tanquā sac religi habentur, si eas reuocant. Et ex his decidi possunt multæ quæstiones, scili ceter, quid de votis t̄ mulierum, quæ faciunt in partu, vel in infirmitatibus, vel angustijs suis, vel suorum. Aut etiam vi ri, quæ faciunt moti ex aliqua angustia, nūquid ea seruare teneantur? quia si ha buerunt

buerunt intentionem obligadi se Deo, cogitantes de causa, quæ mouebat eos ad mouendum, scilicet infirmitate, aut periculo, & de fine, i.e. de cuaione periculi, propter quod equitandum vouerant, tenenda sunt, licet ex tribulatione emissâ sint, iuxta illud Ps. Reddâ tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea, & locutum est os mei in tribulatione mea. arg. 17. q. 4.c. sunt opes: Nec enim fuit hac vota sine deliberatione, ex quo vouentes sunt in sana mente. Idem credo de iura mentis, quæ nō uergunt in deteriore exitum. A stens. lib. 1. de voto, artic. 2. Quamobrē fallax redditur Angeli Regula in uerbo Votum, qui dicit, q ad perpendendum an subitum uotum fuerit validum, uidendum est nēpe, si trans facta angustia periculi, eum, qui vout, peniterit, vel est malè contentus, quia tunc signum est uotum non tenere: nā parum veritatis habere uidetur: quia eiū si diu deliberes, potest fieri, ut post facti te tāderer, ut inquit Sotus, de iust. & iure, lib. 7. q. 1. ar. Quartū, cum supposita natura voti, sit propria facta Deo, & promissio est rei, quam quis in alterius gratiam facere disponit, hinc fit, q de re t̄ nulla illicita fieri licet potest votum, quia tale uotum si fieret, comminatio potius esset, quam promissio: nam promissio est nō nisi beneficij, ergo promittere Deo aliquem occidere, aut lūri, potius esset comminatio, quam promissio, quare tale uotum non esset obligatorium: quia Deus respuit obligatiōnem oblatam sibi contra semetipsum. Vnde Isidorus, & habetur 22. q. 4. in mali promissis, rescinde fidem, in turpi uoto, muta decretum. Et in talibus magis placent Deo transgressores, quam obliteratores, etiam si interuenient iuramentum, ut dicit Host. in Sum. de iure iur.

12. nu. 2. Sed si obijcitur de lepte, t̄ qui propter uotum filiam suam interfecit, ludic. 11. & tamen in Heb. 11. numeratur inter eos, qui per fidem uicerunt regna. Respon. quod ipse in uouendo fuit incautus, & in reddendo uotum, impius,

sed de illa impietate cum penituit, & ideo sanctis annumeratus fuit. Richar. 1111. dist. 38. q. 3. ca. 1. Nam cū primum uidit filiam suam, scidit uestimenta sua, & dixit. Heu me, filia, decepisti me, &c. aperui os meum ad Dominum, & aliud facere non potero: ubi aperit fatetur uouisse sine discretione. Fuit quoquo impius in reddendo: quia fecit contra præceptum, Non occides. Pariter cum 13 quis t̄ expresse uoueret se non defendere, etiam si interficeretur, eo casu, quo posset se defendere, tale uotum tanquam 14 temerarium non obligaret. Nā ista t̄ est regula, quod quandocunque aliquid uetur, uel promittitur, quo facta salus corporalis, uel spiritualis amittitur, uel peccatum mortale incurritur, nō est seruandum uotum. Sicut nec promissum pactum, nec iuramentum, nec præceptum, nec consuetudo, nec lex, neque aliud simile uinculum, 22. q. 4. cap. f. & c. inter cetera, de iure iuri capitulo. Et ratio est: quia cum talis promissio sit de re illicta, idē non est facta in gratiam Dei, & per consequens non est obligatoria. Nec obstat dictum illud, quod si quis percussit te in maxillam, præbe illi & alteram: quia intelligo in propriis terminis, quod leuū offenditionem non tendentem ad occisionē, uel mutilationem debet quis cum patientia ferre, & alteram maxillam præbere. Nec obstat 15 quod t̄ dicitur, Mihi uindictam, & ego retribuam, quia illud est uerum, quod nō debet fieri uindicta, quantumcumque sit offendit, sed se tueri, ac tuendo defendere uitam, auctoritas iā dicta non prohibet. Aliud est enim uindicta, & aliud 16 defensio, ut patet. Nec t̄ illud Apostoli obstat. Non uos defensores, &c. quia intelligitur, quādo aliter quam se defendere euadere poterāt. Et hoc est, quod subditur. Date locum ira; Vt secundo potest intelligi. Non uos defensores à martyrio amore D. nostri Iesu Christi. 17 Quintum, t̄ cum uotum in gratiā, honoreque Dei fieri debeat, nō solum de re iniusta fieri non deber, quod esset ini-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

quum, uerum neque de re, quæ illi non  
est accepta, quippe quod cū Deo in glo-  
riam non cedat, vanum est; Ut si quis  
voueat vngues die sabbathi non relin-  
dere, aut iter die louis, aut Martis, non  
arripere, & hæc vota dicuntur de re in-  
differenti, de quibus in prima parte, li. 2.  
18 nu. 26. cap. 21. diximus. Sextum, † cum  
propria materia voti si supererogatio-  
nis, infertur, q̄ opus præcepti, quatenus  
est necessitas, non est materia voti, be-  
nè tamen quatenus est in nostra volun-  
tate. Materia enim voti est illa, quæ eius  
rōne fit debita, ergo quatenus opus est  
legis obligatione debitum, nō cadit sub  
voto: quia non pendet ex nostra volun-  
tate ut sit debitum, sed ex legis necessi-  
tate. At verò quia præcepti necessitas non  
est simpliciter necessitas, sicut illa, quæ  
est mori, aut non volare, sed voluntariè  
illud adimplemus, aut transgredimur,  
hac ratione cadere potest sub voto, non  
quidē, vt ad id obligemur, ad quod non  
tenebamur, sed ut ad id, ad quod tene-  
bamur, gemina simus obligatione ad-  
stricti. Sed de his diximus supra in 1.p.  
c. 21. nu. 18. Septimum, nec in haec de-  
19 finitione † includitur uotum, quod fit  
in baptismo, quod quidem uotum Magi-  
ster sent. 4. dist. 38. appellat uotum cō-  
mune, eo, quod omnes in baptismo fa-  
ciunt, nam diabolo, & pompis eius re-  
nunciare promittunt, & tale fit de eis,  
quæ sunt necessaria ad salutem, de con-  
fess. dist. 4. cap. prima, 1. q. 1. cap. si quis,  
§. ecce. ibi enim diminutæ inuenitur ra-  
tiovoti, quia uotum propriæ est quid vo-  
luntarium, & respectu principij, à quo  
procedit, & respectu eius quod uocatur: sed illa obligatio, quæ habet aliquid  
necessitatis, habet incomplète rationem  
voti, & huiusmodi est uotum communi-  
ne, quod est de his, ad quæ impléda om-  
nis homo tenetur, ut abrenunciare dia-  
bolo, & omnibus pompis eius, i. mortali-  
bus peccatis, tenere fidem catholicam,  
seruare Decalogum, & breuiter omnia  
illa, sine quibus non est salus. Hinc, cū  
huiusmodi uotum nō sit propriæ votū,

& non habeat complète rationem votū,  
20 fit, quod † Christianus transgrediens  
Christianismi præcepta, nō dupli, sed  
simplici peccato delinquit, quod manife-  
stum signum est, illic nōs non obligati  
nisi simpliciter, nullo superadditovoto,  
quod ex verbis illie prolatis constat. Nā  
recipiēs baptismum solum, proferat hæc  
verba. Abrenuncio, & volo, & credo:  
quorum verborū nullum promissioñē,  
quæ est de essentia voti significat, quare  
per nullum istorum verborum uotum  
propriæ emittitur: Neque enim abremū  
ciare, est promittere, sed expoliare se an  
teacta vita, neque velle esse Christianū,  
est promissionem emittere: & credere,  
ad solum fiduci assensum refertur. Sotus  
lib. 7. de iustit. & iu. q. 1. ar. 3. Igitur cum  
non sit propriæ uotum, fit, q̄ transgres-  
sio noti communis non faciat speciale  
peccatum, sed tantum addat peccato spe-  
ciali deformatiæ: magis enim pec-  
cat baptizatus ex eodem genere peccati,  
quā nō baptizatus, ut patet ad Heb. 10.  
Quanto putatis deteriora supplicia me-  
teri, qui sanguinē testamenti pollutum,  
&c. Ita Archid. & Turrcerem. in d. cap.  
prima. Infertur etiam, quod cum baptis-  
mūs non sit propriæ uotum, fit, q̄ par-  
vulus, qui non habet uolum liberi arbitrij,  
pot per alium obligari, ut per patri-  
nū, c. parvuli, c. cum pro parvulis, de eos  
sec. dist. 4. quod fieri non posset, si esset  
propriæ uotum, cū sit propriæ de his, ad  
quæ non omnes tenentur, & per conse-  
quens de eo, quod est omnino voluntariū,  
vt per Turrcere. In d. cap. prima,  
nu. 3. O statum, cū uotum supereroga-  
tionis debeat esse de his, quæ Dei sunt,  
infertur, nō esse obligatorium uotum  
emissum de bono supererogationis ad  
malum finem, verum de his diximus  
in 1. par. lib. 2. cap. 21. num. 22. Nonum,  
21 cūn†de forma voti sit, q̄ fiat Deo, cap.  
magnæ, §. 1. de voto, infertur, quod pro  
missio, quæ fit homini, non fit uotum,  
sed tantum, quæ fit Deo: quia cum ho-  
mo obligat se ad faciendum aliquod be-  
num, nulli autem à Deo potest homo  
de

de iure obligare se totum; quia sibi soli competit potestas de iure super hominem totum. Et nullus potest recipere obligationem de iure, nisi conueniat ei de iure potestas in illam rem, & ideo soli Deo potest fieri uotum, propriè loquendo de uoto; Rich. 4.d.; 8.q.2.ar.1. At verò votum, quod sit sanctis, vel prelatis, ad religionem pertineat, quandoquidem religio habet solum Deum pro obiecto, ita ut possit esse materia uoti. Exempli, Vouet quis Beate Virginis, aut D. Petro, aut D. Iacobo peregrinationem, vel Religiosus ait praeposito. Voueo Deo, & ero tibi obediens. Vel promittit obediētiam Deo, & Beato Benedicto, aut Dominico, an huiusmodi vota facta sanctis, videantur facta Deo. Resp. sanctos bisiarium considerari, uno modo, ut homines, aut Angelos, qui pura sunt creatura, & isto modo dicit S. Th. q. promissio illis facta non est votū, nisi id ipsum quod sanctis promittimus, offerimus Deo. Itaque votum, quod facimus. Beate Virginis, non est votū, nisi quia quod ipsi promittimus, offerimus Deo, nimirum, ei pollicentes quod hoc, vel illud faciemus in honore Virginis. Secundo verò modo considerantur, ut Deus est in illis, non quomodounque per gratiam, ut in viatoribus, sed per gloriam; quasi in his, qui ratione status suum iussus presentem diuinitatem participat. Et sic vovere sanctis, est vovere Deo, qui est in ipsis. Sot. lib. 7. de iusti. & iure, q. 2. ar. 3. in fine. Decimum, votum ut in superioribus patet, est promissio, quae fit Deo, Deus autē, qui auctor est naturalium legum, nō vult aliena surripi, ut sibi tribuantur, quare neque eleemosynas, quae de rapina sunt, gratas haberet, c. non est putanda, 1.q.1. Qui autem in aliena est potestate, non est sui iuris. Hinc fit, q. nullus per promissionem potest se firmiter obligare ad illud, q. est in alterius potestate. Sex autē sunt genera 23 corū, qui non sunt omnimodo in potestate sua, sed alterius, & ideo nō habent liberam facultatem vovēdi, scilicet Re-

ligiosus, Episcopus, clericus secularis, seruus filius familiæ, & vxor. De Religioso est tex. in cap. monacho, 20.q.4. & loquitur D. Th. 2.2. q.88.art.8. & Pan. in cap. scripturæ, de voto, & nos infra, atque in prima parte, lib. 2. cap. 27. Sic Episcopus votum, per quod inter eum, & suam ecclesiā vinculum dissoluatur; emittere prohibetur, extra, de renun. c. nisi cum pridem, in fine, nec etiā aliud; per quod Ecclesiae suæ grauiter prejudicetur, extra, de iure. cap. sicut nostris. Unde non potest votum peregrinationis, per quod diu ab ecclesia sua absentari oportet, emittere sine licentia sui superioris, c. magna, extra, eod. Votum tamen abstinentiæ, & eleemosynæ temperatæ potest emittere, arg. 8.q.1. cap. Clemens de tellam. c. relatum, 1. & breuiter emittere potest omne, & quodlibet votum; per quod præbeat bonum exēplum, d.c. magnæ, §. 1. Clericus tamen etiam secularis nō potest sine licentia prælati peregrinationis votum emittere, de cōfessr. dist. 5. cap. non oportet, nec aliud, per quod relinquere oporteat ecclesiam suam, arg. de renunc. cap. admonet, excepto tamen voto ingrediendi Religionē, sufficit enim tali casu licentiam petere, 25 19.q.2. c. due. Seruus est per tamen votum, per quod paratur præjudicium dominicæ potestati, nō obligatur, arg. tex. in c. relatum, de sent. excom. & in c. si seruus sciente, dist. 5.4. Hinc non potest ordinem suscipere, vel Religionem ingredi ignorante Domino, d.c. si seruus. Si autem esset tale votum, quod non impedit seruitium Domini, puta dicere aliquas orationes, tunc potest seruus, ita concludunt Doct. & præcipue Ananias, in d. cap. scripturæ, nu. 5. De filio familiæ pariter distinguendū est, prout nos diximus in prima parte lib. 2. c. 26. Sed 26 aut puer, vel puella quæ intrarunt in nonasteriu, infra annos pubertatis, possint revocari per patrem, vel tutorem, quamvis steterint in monasterio per annum, & die in, dic quod sic: nisi pater contenserit, vel datum habuerit, 20.q.2.c.1. & 21.

# Decisi. Auricularum

## Par. II. Lib. II.

de regul. cap. si quis autem: nisi monasterium sit tantum remotum, quod ad patrem, seu tutorem infra tantum tempus nequeat notitia peruenire; tunc enim maius tempus conenit indulgeri, ut 17. q. 2. cap. si quis incognitus. Tali itaque casu patria potestas tales vouentes excusat à transgressione votorum: quia quod lege permittente fit, prenam non mereatur, s. de iudic. L. qui auctoritate, & 22. q. 1. cap. pueri. Nec pater peccet reuocando, quia utitur iure suo, arg. s. de iniur. Liniuriarum actio. Sed hodie dicta queatio non potest procedere, cū secundum Concil. Trident. nemo validè profiteri possit, nisi ex pleat annos 16. Vxor etiam 27 sine tamen consensu viri vouere non potest, cap. manifestum, cap. noluit, 33. q. 5. vbi idem dicendum de voto, quod de licentia viri emisit: quia semper in huiusmodi votis debet obedire viro, licet vir pecet, d. c. noluit. Si vero vetaret voto, quod fuit emissum absque sua licentia, non peccaret, Innoc. in d. cap. scriptura: Quod idem intelligunt quidam in viro, quod intellige, quando emitteret voto, per quod circa debitum reddendum praejudicaret uxori: quia licet vir sit superior, quia caput, d. c. manifestum, tamen in tali casu non ad imparia iudicantur, 32. q. 1. c. si quis uxorem, 32. q. 5. c. praecipit Dominus, & c. Christiana Religio, & cap. hac imago. Vnde, non posset vir emittere voto peregrinationis, & abstinentiae: quia praejudicaret vxori quo ad debitum reddendum. Hinc dixit Bar. in questionibus, quod si vir peregrinationem vout, & postea matrimonium contraxit, q. vxore contradicente adimplere non potest, cum vir, & vxor quo ad debitum reddendum, ad paria iudicentur, d. c. manifestum, §. in premisis, 33. q. 5. Excipitur tamen voto peregrinationis ultimariæ, quod uiri, vel mulieres, si sint potentes, facere possunt altero invito, c. ex multa, §. in tanta, extra, eod. sed non vouens potest videntem sequi, si vult, cap. quod super, §. fin. cod. titu. Excipitur etiam uotum

continentis, quod postquam de comuni consensu auctoritate Diccesani factum fuerit, neuter potest reuocare, de conuers. coniug. cap. 1. & cap. penul. Undecimum, cum voto sit promissio 28 facta Deo, hinc sit, quod quis tamen per alii voulere non possit, sicut neque penitentiam accipere, vt de penit. dist. 1. c. que penit. glossa in cap. presbyter, dist. 2. Quid intellige, quod ad effectum excisionis causarum peccatorum sequentium: quia ieiunio in viuis, alterius caro non domatur. Sed quo ad effectum solutionis debiti peccatorum precedentium, tunc potest alius in charitate existens iejunare, satisfaciendo pro alio, licet sit potens, vt inquit D. Tho. sed non est permittendum, vt alius pro alio satisficiat, nisi defectus aliquis appareat in penitente, vel corporalis, per quem sit impotens ad sustinendum, vel spiritualis, per quem non sit promptus ad portandum penitentiam, Arch. in c. penitentia, de penit. dist. 3. Potest tamē quis iurare pro alio, cap. tibi Domino, dist. 63. & matrimonium contrahere, cap. procurator, de procur. lib. 6. qui debet ad hoc habere speciale mandatum, Arch. in d. cap. tibi Domino, nu. 3. & in cap. nec illud, 30. q. vlt. & de his omnibus vide glo. in ca. sciendum, 27. q. 1. Item potest quis orare, ieiunare, facere elemosinas, & celebrare pro existentibus in purgatorio, 13. q. 2. in praesenti, & cap. pro obsecratis, & c. animæ deiunctorum, & cap. tempus, & cap. non eit, de penit. dist. 1. cap. 1. Duodecimum, colligo ex omnibus supradictis, tamen varia esse species votorum. Nam ahud est tacitum, aliud expressum, vt supra, nu. 4. aliud deliberatum, & aliud sub reptitum, ibi, num. 4. Item aliud voluntarium, aliud necessarium, seu commune, vt nu. 19. Kursum licitum, & illicitum, atque indifferens, ut nu. 11. & 17. Et hæc quoad primum. Sed modo deueniamus ad alias decisiones, quarum hæc sit prima. Monachus tamen sine licentia Abbatis sui voto emittere non debet, cap. monacho, 20.

q.4. Et ratio est: quia renunciauit voluntati proprie*t*, 12.q.1.cap.non dicatis, & suam voluntatem in aliud contulit, verum si votum esset de rebus Monacholicitis, vt si vouerit dicere vnū Psalterium, vel aliquam aliam orationem, vbi nihil mali potest cōtingere, tale votum tenetur seruare, secundum Inn. & Host. in d. c. scripturæ. Archid. in e. admonere, nu.4.33.q.2. Henr. Boich in d. cap. scripturæ, num. 3. & ita intelligi potest tex. in d. c. Monacho, in verbo stragendum, ex quo textu habetur, q. Monacho non licet votum emittere, quod si voueret, stragendum erit: vbi nota, quod si erat stragendum, ergo tenuit: quia id, quod nullum est, strangi non potest. Ad hoc de desponi. impub. cap. ad dissoluendum, extra, de recrip. cap. fin. Sed non est seruandum citra authoritatem superioris, vt dicit Archid. in d. cap. Monacho. Verum si obseruatio voti posset præbtere materiam vagandi, vel scandalizandi fratres, vel minuendi debitum obsequium, tunc tale votum nullum profus est, d.c. Monacho, in verbo, stragendum. Quid quidem verbū potest exponi de factō, sicut patet aliās, extra, de rebus eccles. non alien. cap. si quis presbyterorum, dist. 17.c. presbyteris. Exemplum, si quis emiserit votum peregrinationis, vel abstinentiæ, cuius obseruatio in primo casu occasio vagandi esset, 20.q.3. c.2. & 3. & in secundo scandalum, cum debeat se fratribus assilicare, arg.4.1.dist. cap. qui quis, & cap. fin. At si votum vouerit ingrediendi aetiori Religionem, tunc tale votum validum est licentia petita, licet non ob tenta, cap. licet, de Regul. Quod si vouerit antequam monasterium ingrediretur, tunc etiam sine licentia Abbatis ipsum exequi non debet, argu. 33.q.5. cap. noluit, cum omnia temporalia bona videatur mutasse in Religionis obseruationem, glo. in cap. admonere, 33. quest. 2. per tex. in cap. scripturæ, de uoto. Si tamen talis primo votum tempore adimpleret, & postea ad Religionem

nem migraret, tutius videbatur: quia tunc vtrumque adimpleret, arg. extra, eod. cap. per tuas, & melius in cap. commissum, de sponsi.

31 Secunda. Licet votū obligatio semet extincta per irruptionem prælati, num quam reuiuiscat, ita vt votum prælato mortuo sit adimplendum, vt nos diximus lib. 2. in prima part. c. 27. nu. 5. tamē sc̄us est de uxore, quae ad preceptum virtutis strangit votum abstinentiæ, scilicet, q. eo mortuo facta vidua tenetur exequi votum suum. Et idē dico de penitente infirmo, quod recuperata sanitate, teneatur exequi penitentiam, 26.q.6.c. si quis de corpore, & q.7. cap. 1. per regulam illam. Quod si quid debet fieri, & impeditur ne fiat, remoto impedimento faciendum est, arg. 7.q.1. c. eos. & 33.q.2. c. antiqui. Facit ad hoc 8. dist. c. qua contra, vbi Archid. in verb. instaurandum, ponit questionem. Quod si quis iurauit id, quod sine peccato potest seruare, vult tamen cōtrauenire, & agere penitentiā de periurio, dubitatur, vtrum possit? & dicit quod non: quia semper tenetur illud adimplere si potest sine peccatiō: et si tempus adimplēdi præterit. Sic filius tenetur adimplere votum, postquā esse cōsus est sui iuris, etiam si votum emiserit tempore, quo habebat patrē. Ita lo. de Anan. in d. c. scripturæ.

Tertia. Vouens ingredi religionem, licet si cū causa exierit, post ingressum voto satisfecerit, & non peccauerit, ut nos diximus in prima parte, lib. 2. c. 24.

32 nu. 4. Tamen si post votum tale penteſes de voto, intraret ea intēctione, vt statim exiret, non videtur satisfacere voto suo: quia ipse in vouendo hoc non intēdebat, & habebat ex malignitate propoſitum malignandi. Et in his, quæ Domino offeruntur, Deus magis pensat intēctionem, quām factum: quare tenetur saltem experiri an sibi expedit in Religione manere, non autem tenetur ad perpetuo manendum, secundū D. Thomam, quem sequitur Archid. in cap. sci- mus, nume. 3. 12. q. 1. concordat glossa

## Decis. Aurearum . Par. II. Lib. II.

- in cap. quod Dei timorem, de statu monach. & ibi Innoc. Turrecrem. 20. q. 1.  
 33 in summa, nu. 6. An vero † nouitius e-  
 grediens monasterium intra annum pro-  
 bationis debeat restituere alimenta mo-  
 nasterio : Dic q. non: quia fructus sunt  
 ad hoc deputati, vt sustententur, c. 1. §.  
 sane, de statu regul. in 6. vbi Gemin. qui  
 tamen dicit, q. necessario ille tex. hoc nō  
 probat, quia loquitur de professis .
34. Quarta. Aliquis † promisit intrare ali-  
 quod monasterium, licet tale votum sim-  
 ple sit, & de futuro, tamen monasterium  
 potest agere contra talēm, vt votum  
 adimplat; etiam si in genere uouerit  
 hoc, scilicet aliquam Religionem ingre-  
 di, & non dixit quam: nihilominus ec-  
 clesia potest ipsum compellere, ut intret  
 vnam de approbatis, & hoc, quando si-  
 bi fuerit facta fides in iudicio, quia de  
 occultis iudicare non habet, cap. erube-  
 scant, dilt. 32. cap. consuluit, 2. q. 4. nisi in  
 foro penitentiali, extr. de voto , cap. per  
 tuas, & de penit. & remis. cap. omnis ,  
 secundum Host. quia ita not. extr. de cen-  
 si.c. ex parte. Quia Decretalis eum facit  
 expresse pro eo quod dictum est, quod  
 licet nulli specialiter sit facta promissio,  
 sive votum, tamē uouens obligatur, ita  
 ut Monasterium possit agere contra uouen-  
 tem, vt intret Monasterium, Innoc.  
 in d. cap. ex parte .
35. Quinta, si licet de natura voti non sit,  
 quod solemniter uouens magis obliga-  
 tur, quam uouens simpliciter , cap. tur-  
 sum, qui clerici vel uouent. tamen illud  
 intelligitur quo ad geps peccati: quia  
 uerque peccat mortaliter, tam transgre-  
 diens votum simplex, quam solemnne ,  
 d. cap. rursus . Vbi dicit text. quod sim-  
 ple votum apud Deum nō minus obli-  
 gat, quam sollemnē, dicit glossa. 1. id est  
 non minori tempore, quia utrumque in  
 perpetuum obligat. Et uirtusque fractio  
 est mortale peccatum. Sed non quantum  
 ad grauitatem, nec quantum ad impedi-  
 mentum matrimonij. Vnde † votum so-  
 lemne, quod duobus modis tantum so-  
 lemnizatur, scilicet per susceptionem sa-
- cri ordinis, & per professionem ad certā  
 regulam more debito, videlicet in manu  
 illius, qui potest recipere hanc professio-  
 nem, cap. 1. de voto, in 6. si praeedit ma-  
 trimonium, impedit, & dirimit matri-  
 monium sequens, & c. 1. & 2. qui cle. vel  
 uouent. & de cler. coniug. cap. sanè sa-  
 cerdotes, & d. cap. 1. At votum simplex  
 impedit ne matrimonium contrahatur,  
 contractum tamen nō dirimit. Hoc est,  
 post votum simplex non debet contrahi  
 matrimonium, si tamen de facto contra-  
 hitur, tenet, nec illud dirimitur: quia  
 simplex votum soluit superueniente  
 in matrimonio, 27. dilt. c. 6. vir. 27. dilt. 1. c.  
 nuptiarum, cap. meminimus, qui cle. vel  
 uouent. cum similibus. & cap. consuluit.  
 An verò talis cothahens possit debitum  
 non solum reddere, sed etiam exigere, di-  
 ximus, quod sic, in prima parte , lib. 2.  
 cap. 24. num. 20. Ratio autem, quare ma-  
 trimonium post votum solemne sit nul-  
 lum, nō autem post votum simplex, est,  
 quia ille, qui facit votum solemne, con-  
 trahit matrimonii spirituale cum Deo,  
 quod est multo dignius, quam carnale  
 matrimonium. Ait enim A post. ad Cor-  
 inth. 11. Despondi enim vos viuū mīro  
 &c. sed matrimonium carnale impedit  
 matrimonii aliud cothahī, & illud post  
 contractum dirimit, ergo & votum so-  
 lemne, cum per votum dederit potesta-  
 tem alteri super seipsum ad continentię  
 promissa obsecrationem: qui autem de-  
 dit rem alicui ad aliquem vium, non po-  
 test candem rem dare alteri ad vium co-  
 trarium. Si autem queritur, an † votum  
 solemne dirimat matrimonium prae-  
 dens? tunc respondeo, quod dirimit, si  
 non est carnale matrimonium consum-  
 matum, cap. verum , cap. ex publico, de  
 conuer. coniug. sed si est consummatum,  
 regulariter non dirimit, ut extra, de con-  
 uer. coniug. cap. 1. cap. quidam, cap. cum  
 sis, cap. xoratus. ita quod coniunx con-  
 summato matrimonio non potest religio-  
 nem ingredi, sive matrimonium fuerit  
 consummatum carnali copula violēta ; vt  
 quia sponsa violēter fuerit cognita à vi-

ro Iponso, siue non: Nam post talēm co-  
gnitionem uiolentam, si sponsa fuisset  
monasteriū ingressa, reddenda esset ma-  
tito, qui iure suo vñus est, arg. extrā, de  
elect.c.sum Ecclesia Vulterana, in fine,  
quia ex quo cognoscitur, præsumitur cō-  
sentire, cap. iniuper, qui mat. accus. pos.  
& hoc intellige de sponsa de præsenti.  
ita Host. in summa, de conuersi. coniu. §.  
& vtrum, versi, quid si virgo. Quam op-  
tionem videtur approbare Archidia. in  
sum. 33. q. 1. cū glossa sua vltima. Si verò  
copula violenta interuenierit post ingressum  
Religioñis, verbi gratia, si sponsus  
violenter rapuit spolum de præsenti in-  
gressam monasterium, & profiteri volé-  
tem, quam oppresit, quæ postea profite-  
tur, tunc si sponsus ipsam repetet, non  
potest illam rēpetere: quia quæ contra  
ius fiunt, debent vtique pro insectis ha-  
beri, si. qui satisti. cogant. l. quoties. Cum  
trigo contra ius, & uitiose oppressa fue-  
rit, quo ad faciente, habetur pro nō fa-  
cto. Immo comprimens deliquerit, & po-  
nam meretur: quia priuauit illam ptiui-  
legio virginitatis, & per consequens au-  
reole, & consecrationis, vt not. 3. 2. q. 5.  
c. reuera. & cille. Item deliquerit, quia  
sunt amator ardenter in uxorem, 32. q.  
4. cap. origo. Item sacrilegus, & excom-  
municatus opprimendo Religiosam, li-  
cet non professam, cap. religioso, de sent.  
excom. lib. 6. Item, quia ius sibi dicit in  
re propria, contra illud 16. q. 6. cap. pla-  
cuit, C. de iudic. l. nullus, igitur cum de-  
liquerit, est propter sui odium repellen-  
dus, alias daret ea uita malignandi, con-  
tra illud, 10. q. 1. c. legi de diuor. c. quāto,  
inf. Henric. Boich. in c. vxoratus, nu. 4.  
vñque ad num. 7. de conuersi. coniug.

38 Sexta. Ad solemnizationem voti ne-  
cessaria sunt quatuor, sine quibus non  
erit uotum huiusmodi solemnne, quam-  
uis publice fiat coram omnibus. Primum,  
consensus de presentia ad perpetuam cō-  
tinuentiam, vel ad Religionem. Secun-  
dum, notificatio eiudem personæ facta  
coram publica persona. Tertium, tradu-  
ctio facta in manu publicæ personæ.

Quartum, approbatio, & receptio facta  
per illam publicam personam. Persona  
uerò publica quo ad hoc dicitur Episco-  
pus, 27. q. 1. c. uiduitatis, vel eius Vicar-  
ius, qui supra hoc habet eius mandatū  
speciale, vel generale. Item Abbas, uel  
Abbatissa, extrā, qui cler. uel uouent. c.  
ueniens. Item quicunque alius prelatus  
alicuius Religionis, ad quem hoc spe-  
ciat secundum sui ordinis statuta, uel a-  
lius de mādato Abbatis, ut Monachus,  
extra de donat.c. inter dilectos, uide In-  
noc. extrā, de Regul. supr. c. porrectum.  
39. Hinc nota, quod non potest dici uotū  
solemne, quando sit de futuro, per ea,  
quæ notantur in c. rursus, qui cler. uel  
uouent. de uoto in 6. c. 1. Vnde dicitur uo-  
tum solēne, qn̄ est professionis præsentis,  
aliās celeriter simplex, licet certo re-  
spectu uotū solēne dici possit illud, quod  
factum est publice, prætentibus Notario  
& testibus, quamvis strictè non: Vndē  
concludit Innoc. in cap. per tuas, de uo-  
to, quod licet uotum solēne certo re-  
spectu impedire matrimonium contra-  
hendum, non tamen dirimeret contra-  
ctum: quia non est strictè solēne. Est  
tamen aduertendum, q̄ licet coniugium  
tollat uotum simplex, non tamen hoc fa-  
cit coniugium spirituale, quod est nota-  
bile, quāsi dicat Inno. quod si contraxis-  
set matrimonium post hoc uotū, ualui-  
set, de uoto in 6. cap. unico. Ex quo appa-  
ret, quod matrimonium carnale plus ope-  
ratur quām spirituale. Sed an uotum  
40 ex t̄ sola promissione obedientiæ solem-  
nizetur: dic quod non: ita tenent Inno.  
& Host. in c. consuluit, qui cler. uel uou.  
Paul. & Imo. in Clem. 1. de relig. dom.  
ni si promittatur obedientia monachalis:  
quia tunc uidetur voluntati sūz ex toto  
renunciare, & in manibus superioris ex  
toto committere, 12. q. 1. ca. non dicatis,  
ad hoc, quia seculares clerici promitti  
obedientiam, & tamen nō profitentur.  
dē maior. & obed. c. 3. & 4. Item, quia  
obedientia promitti potest sine alijs sub-  
stantialibus regulis, ut patet in fratribus  
militiæ beatæ Virginis, qui licet promit-  
tant

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

tant obedientiam, ut intut matrimonio proprio, quorum regula approbata est per sedem Apostolicam, ita refert Guilielmo dicta Clem.

41. Septima. ¶ Etsi uotum simplex, sicut solemne què obliget apud Deum, tamen duplex assignatur ratio apud Doctores adiunctionis huius uoti solemnis; prima est, publica honestatis iustitia: ualde enim in honore huic est, si Monachus contraheret matrimonium relictu claustro. Et idem de eo, qui totaliter alligatus est ecclesie per ordinis sacri susceptionem, 84. dist. cap. cum in praetenso. & cap. seq. Quod deo ueru est, q. Monachus post uotum solemne per ingressum Religionis ipso facto si contrahere presumperit matrimonium, sententiam excommunicationis incurrit, per c. eos, qui, de consanguine, & affin. in Clem. Secunda est, quia per uotum solemne transiret uouens potestatem, & dominium sui corporis in aliud, ut puta Abbatem, per professionem, ad hoc, 19. q. 3. cap. statuimus, cum similibus, & per susceptionem sacri ordinis. ergo cum non sit dominus sui corporis: quia iam in aliud transfluit, non potest transire in mulierem: Hinc fit, quod uotum solemne praecedens matrimonium, facit uouentes omnino personas illegitimas ad contrahendum, & per coniugem quod nullum sit matrimonium contractum post ipsum uoto, ut dicit Arch. & Franc. in e. 1. de uoto, in 6.

Octaua. Votum etiam solemnizatur per tacitam professionem, factam alicui de Religionibus approbatis quantu ad matrimonium dirimendum, d. ca. quod 42. uotum, de uoto, lib. 6. Quæ ¶ quidem tacita professio tunc dicitur fieri, quando constat expressè, quod constitutus in aetate legitima hodie secundum Cone. Trident. ingrediens Religionem habuit deliberatum animum relinquendi seculum, & evidenter constat cum uitam uoluisse mutare, ut dieit text. in c. non solum, de regul. in 6. ubi etiam Archid. Hoc autem duobus modis constat po-

test. Primus est, per propriam confessio- nem ipsius ingressi, vt dicit Inn. in c. con- sulti sumus, de regul. vbi in terminis de 43. citat istam questionem, dicens, ¶ quod susceptio habitus nouiorum cum pro- posito relinquendi seculum, inducit ta- citam professionem, & solemnizat vo- rum, & impedit matrimonium contra- hendum, & dirimit iam contractum; constat etiam dicit ipse, quia quando intrauit, sic protestatus est, scilicet, quod uult seculum relinquere, & mutare vi- tam & habitum, & abdicat a se proprie- tam bonorum suorum, & similia. Idē tener Do. Anton. in d. cap. consulti, & in c. statutum, in f. cod. tit. de regu. Vnde narrat de quodam suo socio, qui in- gressus fuit Ordinem Montis Oliueti, & dum respiceret retro Bononiam, di- xit. Stes cum Deo mundo, amodò tecū nullum volo habere participium, dicit enim per illa verba Dom. Ant. quod ille socius suus, qui vocabatur Fr. Nicola, fuit professus tacite. De multis etiā modis faciendi professionem tacitam agitur per Zabat. in cons. 21. qui ponit sex modos. Sed an nouitius ordinari se per mittens ad minores intra annum probatio- nis, intendat per hoc profiteri? Dic q. non. ita incidenter no. Ioan. Andr. & post eum Gemin. in c. Abbates, nu. 9. de priuile. in 6.

44. Nona. ¶ Suscipientes habitum Reli- gionis eo animo, vt ad seculum non re- deat, nulla facta ibi professione, tunc ad mitiorem Religionem cogendi sunt tra- fice, si austerioritatem religionis, ad quam migrasse noscuntur, seruare noluerint, ita determinat glossa, in cap. super eo, de regul. Et sic patet, quod tacite professus obligatur religioni in genere, licet non in specie; & alia glossa super verbo, vo- tum, dicit, ex quo renunciauerunt secu- lo generaliter, nōdum facta professione alicuius religionis, cogendi sunt remane- re, velibi, vel ad mitiorem transire, si sponte voluerint. Hoc idem probat tex. in c. consulti sumus, de reg. vbi dicitur, quod si is qui conuertitur, proposuerit abso-

absolutè vitam mutare , vt sub habitu Regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur , subdit text. in response: quod debet ut regulariter vinat , ad laxiorem saltem regulam pertinere . Hoc idem probat text. in cap. statuimus , cod. tit. cum dicit , quod nouitij in probatio: ne positi ad patrem statum redire pos: sunt iniira annum , nisi euidenter appar: eat , quod tales ad solutè voluerint uitam mutare , & in religione perpetuo Domino seruire ; Fit etiam tacita professio alio modo , prout nos diximus in prima parte lib. 3. c. 1. num. 26.

**45 Decima.†** Ilius adhuc impubes , uotum emisit ie seruaturum continetiam , vel ingressurum Religionem , cum venie: rit ad ætatem legitimam , vel cum pater eius obierit , pater habita uotitia voti , illud reuocavit , queritur , nunquid pater possit illud irritare contradictione . Resp. Hugo , quod sic : vnde irritato uoto , non tenebitur illud filius seruare : nisi iterum vœuat , vel iuret : quia obligatio semel extinta non reuiuscit . Nec pater , vel tutor peccat in reuocando : quia hoc si: bi conceditur iure , & à Deo . Innoc. in c. scriptura , de voto , qui etiam dicit , quod si impubes dol capax fecerit uotum abstinentie vel peregrinationis , vel aliud , debet completere , postquam paternam exierit potestate , quia potuit se obligare Deo , sicut & diabolo , c. 1. de delici. puer . Cum huiusmodi tamen est facile dispen: sandum , cum sint inexperti , cap. venien: tis , extra , de voto . An vero pater con: sentire dicatur voto emisso per filium , si scit , & non contradicit ? dic , quod sic : dicitur enim contentire tacite , ca: pit. 1. 31. q. 3. .

**46 Undecima.** Quamuis vir possit irrita: re uotum vxoris ante matrimonium emis: sumi , tamen si ante matrimonium con: tractum obligauit se † mulier alicui ho: mini , non posset post contractum matri: monium vir eius deobligari ab illa obli: gatione . Idem credit Rod . si post con: tractum matrimonium iuraret aliquid alicui , quod ipsa posset contradicente vi:

ro facere : quia vir non posset tale iura: mentum irritare , not. in d. cap. mani: estum . Et in summa , vir , illa sola votavxo: ris potest reuocare , quæ ipsa sine scanda: lo viri implere non potest , ut de ieiunan: do , ad matutinas surgendo , & in camisa de nocte iacendo , alia autem non potest reuocare , nec vxor tenetur eius reuoca: tionis obedire , vt si uoueret quod aliquid de proprio daret . si paraphernalia habe: ret , uel si uoueret aliquod Pater noster , vel Psalmos singulis diebus dicere . ita lo . Anan. in d.c. lscripture , nu. 10.

**47 Duodecima.** Votum adimplere impe: ditus , † non peccat , d. cap. noluit . Neo etiæ peccat ille , qui vetat , ut maritus vxo: ri , vel pater filiæ , vel Dominus seruo , Abbas religioso : quia qui utitur iure suo , nemini facit iniuriam , l. iniuriarū , ff. de iniur. cap. cum ecclesia Vulterana , de elect. Ius ergo dat sibi potestatem , ut possit inhibere , ergo non peccat prohib: bendo : Sicut nec illi peccant , qui pro: pter potestatem non obseruantur : quia fa: ciunt lege permittente , L. Gracchus , C. de adult. c. noluit , 73. q. 5. .

**48 Tertiadecima.** Votum irritatur non solum superioris authoritate , sed etiam ex defectu conditionis generalis , vel spe: cialis in voto appositæ , vel subintellec: te . Exempli de generali , vt uoueo ire ad S. la: cobū si uixerō . Vel si potero , aut si Deo placuerit , faciam hoc , vel aliud : ha sunt conditiones generales , quæ in quolibet actu intelliguntur , 16. q. 1. c. in parochia , c. non est , de uoto , 22. q. 2. c. Beatus Pau: lus , & de multis huiusmodi conditioni: bus habetur per tex. in cap. quemadmo: dum , de iure iur . Item si sit conditio spe: cialis . Ut si filius meus liberabitur , offe: ro pallium tali ecclesiæ , ibo ad S. Iacobū . He sunt speciales , quæ non subintelligi: tur , nisi extinximantur , f. de verb. obli: gationi autem , & l. si repetendi , C. de con: dit . ob caus . vnde dicit glossa , quod ex defectu harum conditionum mutatur uotum : quia non arctatur quis ad uo: tum adimplendum , nisi tales conditiones extiterint , ideo si filius non liberabitur , non

# Decis. Aurearum

## Par. II. Lib. II.

non tenetur adimplere, 32. q. 2. cap. fin.  
& de restit. spol. cap. olim, de condit. ap-  
posit. c. uerum.

**49. Quartadecima.** Qui † ita nouit, si fi-  
lius natus liberabitur, dabo ecclesias cali-  
cem, filio liberato, potest Rector ecclesias  
agere, ad petendum calicem, quem offe-  
rendum uouet, cum tale uotum compu-  
tetur inter uota licita, arg. tex. in cap. ex  
parte, de censibus, & de seru. non ord.  
ca. eo libentius. Et ita communis est sen-  
tēia Theologorum, licet honestius sit,  
secundum Inno. ut liberaliter Deo offe-  
ratur ealix, & postea pro sanitate, uel  
quouis alio modo precibus supplicetur,  
1. q. 1. cap. iudices, & q. 2. cap. quam pio.  
Et non obstar, quod dicit Inno. quod ta-  
le uotum sit ab initio illicitum, cum uo-  
uens intendat a Deo aliquo factō emere  
sanitatem, quod simoniacum est, 1. q. 1.  
cap. qui studet. Nam respondetur: quod  
secundum hoc inter Deum, & hominem  
nulla pax intercedit, sine qua expressa  
non intercedit simonia, 1. q. 2. c. quam  
pio. Et si de mentali agatur, uix est ho-  
mo, qui pro Deo aliquid faciat, quin ab  
eo speret habere aliquam remuneratio-  
nem, praterquam quod ipse Deus pro-  
mittit secundum opera se facturum, ex-  
trā de sum. Trinit. c. 1. §. vi. Tum etiam,  
quia cum Deo non committitur simo-  
nia, ita not. 82. dist. c. ptesbyter, in fine  
glossae. Et hanc opinionem tenet Archi-  
m. c. scimus, 12. q. 1.

**50. Quintadecima.** Votum † non peten-  
di dispensationem à Summo Pontifice  
non italet, ita Richar. 4. Sent. dist. 18. Fe-  
lin. conf. 26. nu. 10. Felian. c. constitutus,  
nu. 9. & nu. 18. de rescript. & ratio est:  
quia votum de non petendo illud, quod  
est utile animæ illius qui uouit, non est  
obligatorium, sed quandoque est utile  
animæ uuentis, & dispensatur secū in  
uoto, quia quādoque est ei nimis graue  
ad obseruandum, ita & probabilit̄ t̄met  
transgressiōis periculum, ergo uo-  
tū de nunquam petendo dispensationē  
Papæ in aliquo uoto non est uniuersali-  
ter obligatorium. In casu tamen, in quo

vtilius esset animæ uuentis dispensatio  
nē non petere, quā petere, obligatus es-  
set ad non petendum, quia si quis uoue-  
ret aliquid, quod in uno casu potest esse  
utile ad salutem, & in aliquo casu inuti-  
le, uotum tenetur seruare in eo casu, in  
quo est utile ad salutem, & nō in illo, in  
quo est ad salutem inutile: nisi uouens  
intenderit & in nullo casu obligetur, si  
non in omni obligatur. Ita Aitens. li-  
bro 1. tit. 20. art. 11. q. 2. Est etiam inuali-  
dum tale uotum non petendi dispensa-  
tionem, quia est in præiudicium Papæ.  
plerumque, enim expedit & dispenset  
propter aliquod utile uel honorificum  
ecclesiæ. Fel. qui sup. num. 9. Et semper  
intelligitur excepta authoritas Papæ, d.  
c. constitutus. In casu tamen, quod uo-  
tum est ualidum, in dispensatione non  
solum debet fieri mentio de voto, sed eti-  
am & uouerit dispensationem non pe-  
tere. Immo & tertio si uoluisset etiam  
& si eam peteret, & obtineret, non ute-  
retur ea, debet hoc exprimere, alias im-  
petratio esset subreptitia Fel. qui supra,  
nu. 14.

**51. Sextadecima.** Qui † uouet uisitare se  
pulchrum, ipso adimplere ualeant, tene-  
tur per seipsum, & non per alium, exc.  
qui si uotum, cap. magnæ, §. 1. verl.  
cum vox claret prophœtica, de uoto. i.  
Quod intellige, siue uotum sit persona-  
le, ut quia uouit illud uisitare causa deuo-  
tionis, siue sit reale, ut quia uouit ire pro  
pter subsidium; quia in utroque casu te-  
netur adimplere per se, licet admitti pos-  
sit compensatio, d. c. magnæ.

**52. Decimaseptima.** Votum quis emisit  
uisitare sepulchrum, quod quidem du-  
plici respectu uisitari potest, uno modo  
causa deuotionis, & ut uideat illam ter-  
ram, & alio modo causa dandi subsidiū.  
Primo casu est deobligatus à uoto, si im-  
peditus esset iusto & perpetuo impedi-  
mēto, ita ut nullo modo possit adimple-  
re, per se, cum in omni uoto personali  
subintelligatur cōditio illa, si potero. Et  
hoc est uerum secundum Hostien. quan-  
do impedimentum post uotum superue-  
nit:

naret: Nam si tempore, quo votum enfi-  
sit, impeditus erat, videtur vovere ut te-  
dimat, alia ceteri debet irrisorium, arg.  
d. cap. magnæ, & cap. quod super his, §.  
tutrum, & sic nota, quod impossibilitas  
non liberat, est tamen causa commuta-  
tionis, text. in d. capit. quod super his.  
Idem si moritur, liberatus est à voto:  
quia dictum votum extinguitur cum  
persona, & idem hæres non tenetur ad-  
implere, sed si temporali impedimento  
eßer detentus, tunc taliter impedito da-  
tur dilatio, l. cap. quod super his, §. vnde  
credimus, quod etiam exemplificari po-  
test in illo, qui uouit quod eras sumet  
Religionem, & aliquo casu impeditus  
non intrat, nam postea tenetur intrare,  
& ratio est: propter duo in voto ipso im-  
plicita. Vnum, ut intrat, aliud, ut eras.  
Vnde dies præfixus nō fuit appositus ad  
finiendam, sed ad dilatandam obligatio-  
nem, quare nō finitur per lapsum ipsius,  
arg. text. in l. Celsus, de arbitri. extra, de  
dolo, & contu. c. cum dilect. Sic si uotū  
sit de aliqua re, verbi gratia. Promissa  
sunt aliqua, habendo mentē, & oculum  
ad certam rem, ut fructus, qui colligun-  
tur ex tali fundo centum corbes, tunc si  
fructus non colligerentur illo anno, li-  
beratur promittens, & expectatur tem-  
pus, quo colliguntur, quod non esset, si  
simpliciter centum voto promisisset:  
quia semper remanet obligatus: quia ge-  
nus perire non potest, ita Do. Ant. in d.  
c. quod super his.

53 Decima octaua. Quis † uouit visitare  
sepulchrum, iuit ille ad illud visitandum  
causa deuotionis ad perficiendum voto,  
mortuus est in itinere, excusatus est à vo-  
to, nec hæres tenetur. Sed quid si ille,  
qui uouit, iuit, & infirmatur in itinere,  
dic quod excusat voto: nisi tempore  
voto esset impeditus: quia tunc dicitur  
verè adimplere per alium, secundum  
Hostiens. quem sequitur lo. de Anan.  
nu. 16. de voto.

54 Decimanona. Qui † uouit visitare se-  
pulchrum causa dandi subsidium, tunc  
eo non valente ob aliquod impedimen-

tum illud visitare, deberet per alios expli-  
cite, & si moriendo nos mandaret expli-  
cti, possent heredes compelli, d. cap. licet,  
vel ut adimplant uotum patris, & ex-  
pensas, & subsidium, quod pater, vel te-  
stator facturus erat, ipsi faciant: cum ex  
voto nudo obligatio trahatur, ff. de polli-  
cit. l. 1. in princ. Et nuda promissio facta  
ciuitati, obligat, ff. de pollicit. l. pactum,  
multo fortius facta Deo, vel in subsidio  
terra sanctæ: quia Deus inter simplicem  
loquaciam, & iuramentum nullam facit  
differentiam, c. iuramenti, 22. q. 5. argu-  
tex. in cap. 1. & 3. de paet. Dom. Anton.  
& Henric. in d. cap. licet, de uoto. & ex  
his etiam inseritur, quod obligatus ad fa-  
ctum, quod postea fit impossibile, tenie-  
tur ad interesse: Nam si quis esset obliga-  
tus scribere librum, licet pollea fieret ce-  
cus, vel amittat manus, non tamen est li-  
beratus, immo succedit obligatio ad in-  
teresse, ita probatur per text. in c. quod  
super his, & ibi lo. de Anan. extra,  
de uoto. ¶

55 Vigesima. † Votum, quis emisit visi-  
tare sepulchrum, & ibi aliquid dare. Hu-  
i usmodi votum potius dicitur factum  
in subsidio terra sanctæ, quam causa  
deuotionis: cum ex talibus oblationi-  
bus uiuant illustrates, qui morantur ibi;  
Nam non haberent aliquid vnde uiue-  
rent, nisi ex illis eternolynis. Ita lo. de  
Anan. in d. c. licet.

56 Vigesimaprima. † Einisit quis votum  
de carnibus non edendis, infirmatur, ita  
ut medici dicat ipsum in magno pericu-  
lo esse, nisi vescatur carnibus, & non ali-  
ter euadere posse: de præcepto superioris  
potest carnes comedere: quia calus est  
necessitatis; & in huiusmodi uoto tacita  
inest cōditio, nisi necessitas cogerer, vel  
præceptu m maioris adesset, & ad hoc sa-  
cit expresse quod notat Ray. in Sum. de  
votis, §. sequitur videre; Archid. in cap.  
non solum, num. 2. 3. 2. q. 8. Iunior dicit:  
Turrecrem. in d. cap. non solum, quod  
credit etiam sine præcepto maioris, si à  
medicis certificaretur quod aliter non  
posset morte euadere. Pariter lo. Ande-  
ria

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

in cap. fin. extrà, de obseru. ieiuni. putat quòd voulens non comedere carnes sex ta feria, potest illas comedere, si in illa feria festum nativitatis Domini occurrerit: quia uotum debet intelligi de esu non licito, cap. petitio, de iure iur. & cap. ad nostram, 3. de verb. signif. cap. super quibusdam. Si uero illum casum in uoto includere intendisset, ut si uouisset nunquam comedere carnes, uel non comedere etiam die aliàs permisso, feci s' esset: Sed tu tene contra, ut videtur expressum ibi, in d. cap. fin. nec voto. & ibi glos. vlt. Et non obstat quòd dicit Ioan. And. quod uotum debet intelligi de esu non licito: quia respondeo, quod isti uuenti esus illa die dicitur non licitus, etiam si illa die festum Nativitatis occurrat. Ita Zabar. in d. c. fi. in f.

## S V M M A R I V M A .

- 1 Festum quid, & quotuplex.
- 2 Dies omnes possent dici dominici, sed propter excellentiam dies dominica dicuntur qua in multis est privilegia.
- 3 Festiuitates sanctorum, quod agantur in terris, multiplici de causa sunt insti- tum.
- 4 Festum, & feria unde dicantur.
- 5 Feria in temporaneas repentinae, aliquae solemnes distinguuntur.
- 6 Omnis feriale triplices.
- 7 Dies diuerfimodè compunctionis.
- 8 Dies qualiter incipiuntur quo ad feriatio- nem.
- 9 Dies duplex, naturalis, & artificialis.
- 10 Festum an conservandine minni possit.
- 11 Laborantes sabbatho post occasum, vel in precipiu s' solennitateibus peccant.
- 12 Festis diebus ob necessitatem multa licent.
- 13 Mercari, & multa alia facere diebus fe- stis non licet. & seq.
- 14 Cittatio in festum an valeat.
- 15 Cittatio si sit die feriata ut compareat in festo, non valeat.
- 16 Cittatio forma in assignatione diei ad comparendum.
- 17 Instruementum in diebus festis dari non de-

- bet, nec genuflexio fieri, nisi in 4 casib- bus, nu. seq.
- 19 Instruere executio in diebus festis fieri non debet, nisi in duobus casibus.
- 20 Mercatus diebus festis adire an sit pecca- tum mortale.
- 21 Festis non potest diebus festis iurare, sed bene deponere.
- 22 Matrimonii contractus potest fieri diebus festis, sed copula carnalis, vel solemnita- tes, non.
- 23 Nupialis solemnitas quare in quibusda- diebus ferianis sit prohibita, redditur ratio.
- 24 Acciui coningali abstinentia est in diebus solemnibus.
- 25 Debiuum petere, vel reddere quod pecca- tum in his diebus.
- 26 Ludicra in diebus festis sancto omenino ex- tirpanda.
- 27 Vacandum est diebus festis circa quin- que.
- 28 Qua sunt voluntaria iuris dictio exer- centur in die festo.
- 29 Excommunicatio die festo an fieri possit se- ne peccato. & nu. seq.
- 30 Operationes multe sunt licita die festo.
- 31 Docere, consulere, & predicare licet die festo.
- 32 Festi ob excelleniam debarbitur abstinen- tia, & macerationi carnis.
- 34 Festiuitates Episcopos cum populo, & cle- ro pricipere potest.
- 35 Canonizatio sanctorum non Episcopo, sed tanquam summo Pontifici reservatur.
- 36 Canonizare sanctum quinque rationibus ad solum Papam pertinet.
- 37 Sanctum qua consequatur per canoniza- tionem.
- 38 Preces porrigere alicui defuncto, quem sanctum qui credis, an licet.
- 39 Canonizatio sanctorum multa requirit.
- 40 Pueri baptizati incontinenti mortui an sine canonizandi.
- 41 Practica, & modus canonizandi San- ctum.
- 42 Miraculum ut sit, qualiter requiriuntur, aliàs nisi illa concurrant, non est mira- culum.

Ferias

- 43 Feriis ob necessitates hominum indictis  
potest per partes renunciari, unde eis in  
utris Index non potest procedere.
- 44 Iude.: an cogantur in causis, de quibus in  
Clemen. Sepè, procedere tempore fe-  
riarum.
- 45 Bellandum non est in aliquibus diebus.

## De diebus festis. Cap. XIII.

**V**I A non tantum in diebus dominicis abstinentia est ab operibus seruilibus, & Deo uacandum, iuxta tex. in cap. ieiunia, de consecrat. distin. 3. sed etiam in aliquibus festis, quæ per Ecclesiam indicuntur: ideo ad maiorem instructionem interserendum est titulus de diebus scilicet. Quare adnotandum est ad eius intelligentiam, quod t̄ festum est dies ob ruerentiam Dei, uel alicuius Sancti ad celebrandum hominibus instituta. Et est triplex festum, scilicet, Summum, Mediū, & Simplex. Summa festa, quæ & solemnia dicuntur, secundū aliquos sunt quatuor, scilicet, festum Nativitatis Christi, festum Paschæ, festum Pentecostes, & festum Assumptionis B. Virginis, de quibus tex. expressus in cap. alma mater, de senten. excommunicat. lib. 6. Alij dicunt, quod sunt septem, & addunt illis hæc tria, scilicet festum patroni, qui ciuitatem conuertit ad fidem, festum sanctissimi Sacramenti, de quo plenissime in Clem. Si Dominum, de reliqu. & vener. sanct. & festum omnium Sanctorum. Festa media sunt alia festa Beate Virginis, ut festum Annunciationis, Nativitatis, &c. & festa Apostolorum. Et nota quod festa Virginis gloriose, sunt principaliter quatuor, Annuntiatio in Vero, Assumptio in Aestate, Nativitas in Autumno, & Purificatio in Hicme, quæ sunt ad modum lapidum preciosorum, & corona in anni circulo collocata. Festa simplicia sunt sicut Confessorum, Virginum, & Martirum. Festum autem diciatur à feria, quasi sciarum, sic sumitur

de consecr. dist. 3. c. 1. in princ. extra, de ser. cap. conquestus. Videlicet dicitur dies festi. i. oiosi, & religionis, quasi in eis sola res diuina agenda sit; facit tex. in cap. ieiunia, de consecr. distin. 3.

2. Secundo sciendum est, quod t̄ licet omnes dies dici possint Dominicæ, cum omnes à Deo facti sint, scilicet quo ad causam efficientem, ipse enim dixit Genes. 1. Fiat lux, & facta est lux, tamen ob quasdam prærogatiwas, inter omnes dies hebdomadæ hæc dies Dominicæ dicitur dies Domini, estque ueneranda, cum dicatur pre alijs diebus quandam habere excellentiam, quæ in multis videri potest, & per iura corroborari: nam præter ea, quæ diximus in nostris Decisionibus, lib. 2. c. 34. nu. 4. illa die consecrantur Episcopi, c. quod die, 73. dist. ubi inquit Archid. quod Episcopi debent consecrari dic Dominicæ, more Apostolorum, qui de mandato Domini imposuerunt manus Paulo, & Barnabæ die Dominicæ, & dicit insignia, quæ licet Dominus in illa die, quia eodem die Dominus resurrexit, & resurgendo celos aperuit, detentos diu in interno ad paradi- sum euexit, paracletum misit, fabricam mundi incepit, sed non incarnatus. Itē minores ordines in diebus Dominicis, & in aliis festiuitatibus præcipuis conseruntur, de temp. ordin. c. 1. & cap. de eo. Host. c. 2. nu. 8. de ferijs.

Item die Dominicæ Episcopus non debet absesse ab Ecclesia sua, sed ibi debet diuinis officijs interessere, & in ea sacerdotali more præcipitur residere. c. Episcopus, de consecratione, d. 3. nisi infirmitate, uel alia causa fuerit impeditus, quia infirmitas in multis casibus excusat, 7. q. 1. c. nihil, 5. q. 3. c. f. zegrotans, 91. dist. c. clericus. Sed nota, quod per diem Dominicæ Arch. in d. c. Episcopus, in telligit omnes dies summè festiuios.

Item die Dominicæ nullus Episcopus, causas audire p̄sumat, 15. q. 4. per totū.

Item die Dominicæ ab omnibus misera vſque ad finem est audienda, de consecr. dist. 1. c. missas.

Item

Item die Dominico non est iejunandum, de' consec. dist. 3. i.eiunium.c. con filium, de obser. iejun. Sic die Domini co Eucharistia infirmis ministralanda, debet consecrari die Dominico, quia illa dies est dies Domini propter excellen-tiam; tamen ob necessitatem poterit consecrari alijs diebus serialibus: quia necessitas non subiacet legi, cap. quanto, de consue. Ad unum tamen aduerte, quod Antichristus diem Dominicum, & diē Sabbati faciet custodiare, ut per hoc ad se Christianos, & Iudeos cautius attrahe-re possit, vt habetur in c. peruenit, de co-fect. dist. 3. Quod optime facit contra vertulas multarum regionum, que in Sab-bato, aut profus abstinent ab operibus seruilibus, aut à certis, vt à nendo, uel suendo: Tales enim in hoc Iudaizare videntur, vt dicit d.c. peruenit, quod diligenter memoria commendabitis. Item hic solus dies, nisi aliud festum incidat in hebdomada, est venerandus ob reue-rentiam Domini. Quare hac ratione dies Dominicus, qui uocabatur dies So-lis, C.de fer. l. omnes, ritè à veteribus mu-tatus est in diem Dominicum, ut ibi per Hostien.

Tertio sciendum est, quod multiplicitas causa institutum fuit, ut festivitates Sanctorum in terris agamus. & prima est: nam cum sanctis honorem impendi-mus, Deum in sanctis honoramus, & ipsum in eis prædicamus: quia qui sanctis honorem tribuit, illum specialiter hono-rat, qui eos sanctificauit. Secunda est, propter auxiliū nostrę infirmitatis: quia enim per nos salutem habere non possumus, ideo sanctorū intercessionibus indigemus, à quib. vt adiuuari mereamur, merito ipsos honorare debemus; legitur enim 3. Reg. 1. quod Bersabe, que interpretatur puteus facietatis. i.ecclesia triū phans, filio suo, id est ecclesię militanti, regnum suis precibus obtinuit. Tertia est propter augmentū nostrę securitatis & ad spei nostre subleuationem, ut per sanctorum gloriam, que nobis in eadē festivitate proponitur, nostra spes, & se-

curitas augeatur. si enim homines mortales nobis simile s potuerunt ita per sua merita sublimari, constat, & nos simili-ter posse, cum manus Domini brevia ta non sit. Quarta est, propter exemplum nostrae imitationis: cum enim corū fe-stivitates recensentur, ad eorum imitationem prouocamus, vt scilicet eorum exemplo terrena contemnamus, & co-lestia desideremus. Quinta est, propter debitum mutua vicissitudinis: Sancti enim de nobis in celo festum sciunt: quia gaudium est Angelis Dei, & anima-bus sanctis, super uno peccatore penitē-tiam agente; vt igitur eis vicissitudinem rependamus, iustum est, vt quia ipsi de nobis festum agunt in celis, & nos de ipsis festum agamus in terris. Hac Guilielmus Antifiodorensis episcopus in summa sua de officio.

Quarto, cum festum dicatur à feria, 4 ideo scidum est, quod apud Latinos di-cuntur feriæ, à ferio, ferias, quod est ces-so, cessas; quia omni die cessandum est à malo, vel secundum Isidor. feriæ à fando nūcupate sunt, & quod quolibet die sa-batur, hoc est loquebatur Deus in prin-cipio creationis mundi, vt patet Gcn. 1. uel feriæ dicuntur, à fabricando, quia quolibet die aliquid fabricauit Deus, uel dicuntur feriæ quasi festuæ, vnde Papias, feriati dies, sunt in quibus res diuinæ fit: & sic feriæ dicuntur, quasi festiuæ dies.

Quinto notandum est, quod feriarum quædam sunt temporaneæ, quædam repen-tinæ, & quædam solemnes. Tempora-neæ sunt, quæ dantur pro fructibus col-ligendis, & sunt duorum mensium, & gratia messium, & uindemiarum, & secundum diuerias regiones citius, aut tardius indicuntur, aut preconizantur; nā messes in calidis regionib. in festo S. Ioā-nis, uel circa, incidentur: in montanis tardius, ad hoc, C.de ferijs, l. publicus, & l. omnes dies, ff. cod. l. presides, & ff. de off. proconf. l. sed in aliam. In his autem nō potest fieri processus judicialis, nisi de consensu, extra cod. c. conquestus. Re-pentinæ

pentinx verò feriæ sunt, quas Imperator indicit, vel propter victoriam, quam habuit, vel quia ei natus est filius, uel hu si modi, & dicuntur repentinae: quia repente, sive subito indicuntur, & nullus præter Principem indicere potest. C. de fer. l. nullo. Feria vero solemnes, sive festi, sunt quedam præcipue solemnitates, quæ indicuntur ad honorem Dei, & sanctorum eius, de quibus in c. consequens, extra de fer. glossa, in uerbo, feriatur, in Clem. saepè, de verb. signific.

**Sexto** notandum est, quod conuenienter traditum est inter precepta diuinæ præceptum de obseruatione alii ciuius dei, scilicet Sabbati, in quo specialiter uacandum est Deo, iuxta S. Thos. secunda, secundæ, q. 122. art. 4. & abstinentium ab operibus seruilibus, secundum illud Leuit. 23. Omne opus seruile non facies in eo, opus tamen seruile dicitur, à seruitute. Est autem triple seruitus, vna quidem, qua homo seruit peccato, secundum Io. c. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati: & secundum hoc, omne opus peccati dicitur seruile. Alia vero seruitus est, qua homo seruit homini, secundum corpus. Tertia autem est seruitus Dei, de qua Luc. 1. Seruimus illi in sanctitate, & iustitia, & secundum hoc opus seruile posset dici opus latriæ, quod pertinet ad Dei seruitum. Quibus sic positis, consuetuamus plures Decisiones, quarum

Prima: secundum diuersitatem eorum quæ geruntur, diuersimodè dies † incipit, & terminatur, quia quantum ad officij celebrationem, de vespera in vesperam fit computatio, ut in c. 2. in prin. extra, de fer. Quantum vero ad ordinandum, incipit dies à uespera, & finit in mane sequenti, ut 75. dist. c. quod à patribus. Quo ad iudicandum, incipit ab ortu solis, & finit in occasu, cum iam iudex pro tribunali honestè sedere non potest, ut extra de offi. deleg. c. consuli. Quo ad soluendum, sive quo ad contractus, dies incipit à medietate noctis precedantis, & finit in medietate no-

ctis sequentis, ut in dicta Decret. consistuit, & s. co. tit. l. more Romano. Quo ad treugas obseruandas, dies incipit ab ortu solis, & finit in occasu, ut extra de treug. & pace, ca. 1. Quo ad claram carni, incipit post coenam, c. de esu, de conser. dist. 3. glo. in c. 2. de fer. licet glossa teuerit contrarium in cap. 1. de consecr. distinct. 3.

**8** Sed quo † ad feriationem incipit dies vespera præcedenti, & finit in sequenti uespera, cap. omnes, de fer. c. pronunciandum de consecr. dist. 3. Et intellige uesperam, id est sero. Hoc est ultimam partem diei præcedentis, seu vigiliæ videlicet immediate post uigesimalam quartam horam, usque ad ultimam partem diei festi. Qualiter potest intelligi id quod dicitur Genes. 1. factum est vespere, & mane dies unus unde secundum † Nicol. de lyra ibi scriptura loquitur de die naturali. quia artificialis est quādiu sol durat super terram. Cuius primam partem scilicet mane, ponit protota die, & primam partem noctis, quam uocat uespera, pro tota nocte. Igitur secundi scripturam, & ecclesiam festum incipit immediate post occasum solis dici præcedentis, usque ad occasum solis diei festi. Initium tamen, & finis festorum debet seruari secundum corum qualitatem, & consuetudines diuersarum regionum, & sicut magnitudo festorum exigit celebrati, sic uidetur ea debere prius incipere, & tardius terminari. c. quoniam, de fer. ex quibus uerbis colligitur, si recte considerentur quod † consuetudo non potest minuere festum, id est ut festum tardius incipiat, quā ab occasu nisi effet de illis, quibus consuetudo derogare potest. Sed tantum augere, præterquā in dominicam, ne si ante occasum incipiatur, uideamus Iudaizare. c. 1. de consecr. dist. 3. Igitur ex his colligitur, q. nulla consuetudo potest excusare laborantes sabbato post occasum, uel in præceptis solemnitatibus, cum fiat contra ius diuinum Pisan. uerb. feriae.

**Secunda**, licet diebus festis uerbis abstinen-

M dum

dum sit ab operibus seruilibus, tamen  
1 quædam sunt officia, † quæ humana ne-  
cessitas festiis diebus exigit exerceri, ut  
officium coquendū, scribendi, & præpa-  
randi cibaria, & hac necessitate excusan-  
tur coqui, laniōnes, scriptores. Præterea  
si magna necessitas ita efflagitauerit,  
nullum seruile opus est, quod in festiis  
diebus non licet exercere: omnia autē  
spiritualia sine necessitate licet facere in  
diebus festis, vt est, lectiones doctrinæ  
scholaribus legere, & in libris studere;  
& prædicare, arg.c.irreligiosa, de conse-  
cra.dīst.3; Arch.in c.peruenit, num.3, et  
in c.ieiunia, de confec.dīst.3.

Tertia. Cum ut supra diximus debea-  
mus abstinere ab omni seruili opere;  
Hinc sit, vt à mechanicis, agriculturis,  
12 & ab alijs ſecularibus negotijs, † ſeili-  
licet mercaturis, iuditij, sacramentis;  
abſtinere debeat, cap.1.de ſerij. Ve-  
rum quo ad mercaturas, adeo procedit;  
vt etiam contraria conſuetudo non ex-  
cuset, cum sit prava, non excusat inquā  
à pena spirituali, licet bene à pena tem-  
porali, ut tradit Abb.in c. cum vene-  
rabilis, de confue. nam licet mercatura in  
13 fe † non sit peccatum, tamen de facili  
in mercatura incurritur peccatum, cù  
difficile sit inter ementes, & vendentes  
non interuenire peccatum, c. qualitas,  
de paenit. dīst.5. vnde propter propin-  
quitatem ad peccatum, prohibetur sal-  
tem his temporibus. Simile in cap.etsi  
Christus, de iure iurando. Item abstra-  
huntur homines à contemplatione, &  
veneratione Creatoris, cui debent inſi-  
ſtere his diebus; ex cauſa tamen posset  
mercurius concedi his diebus, argu.tex.  
in cap.licet, & c.fin. extr.de ſer. Pariter  
nec diebus festiis licet iudicare, vnde  
nec ſententia lata, nec iudicialis proce-  
ſus factus in festis ob Dei reverentiam  
ſeruandis, etiam, si partes conſentiant,  
tenent: niſi neceſſitas cogat, vt ſi res ef-  
ſet tempore peritura, vel pietas ſuadeat,  
ut ſi sit cauſa debilitum, vel miserabilium  
personarum, & hoc in diebus expressis,  
extra, cod. cap.conqueſtus; illis autem

fetijs, quæ gratia meſſium, aut vinde-  
miarum ſunt introductæ poſſunt par-  
tes renunciarē, & tunc iudicialis pro-  
cessus, aut ſententia valet, nō autem ut  
ſupra diximus, ſerijs ſolēnibz introducti  
ſit in fauorem Dei, cap.ſi diligenter, de  
ſoro compet. Iſi vnuſ, ſi. de pacl. aed. &  
q; etiam compromittendo in aliquem,  
tanquā in arbitruim, non poſſunt renun-  
ciare: nam arbiter procedit ad instar Iu-  
dicis, & tenet ſeruare ferias ſolēnes,  
Lomnes, C.eo. quod fecus eſt in arbitra-  
tore, cum ſit quidam amicabilis compo-  
ſitor, & mediator pacis, c.i. ext.eod. &  
l.fin.C.cod.Rutſum, nec ſerijs repenti-  
nis partes poſſunt renunciarē, cum non  
ſint introductæ in eartuſ fauorem, d.l.  
omnes dies, prope ſinem, Abb.in d.cap.  
conqueſtus, eod. tit.nu.10. &c 1.r.

14 Quarta. Citatio ſacta in die ſertiata,  
vel ad diem feriatani per Papam, vel au-  
thoritatē Pape, & ex terra ſcietia iphiſ, qui ſuper hoc corrigi nō poſteſt, vt 9.q.3.  
cap.aliorum, impugnari nō poſteſt, &  
ita poſteſt intelligi c. cum dilecti, de do-  
lo, & contum. & de accus.c.veniens, in  
princ. Sed citatio ſacta per alium iudicē  
inferiorem, ſeu authoritate alterius iu-  
dicis inferioris, ſi fit ad respondēndi, &  
procedendum in die feriata, valet, ſi in  
citatione exprimitur talis cauſa, qui poſ-  
ſit traſtari, & ſuper quo poſſet procedi  
tempore feriato, ſicut ſunt cauſa alimē-  
torum pupillorū, vel miserabilium per-  
ſonarum, quæ hiſ diebus traſtari poſ-  
ſunt: quia in operibus miſericordia di-  
ſtinctio dierum non eſt habenda, 76.  
dīſt. cap. vtinam, & de conſecr. dīſt.1.  
cap. nunquam. & cum processus in illa  
cauſa valeat, per conſequens, & citatio,  
quæ eſt de processu, vt ext. de probat.c.  
quoniam contra falſam, Archid.in cap.  
placita, 15.q.4. at ſi in citatione non ex-  
primitur talis cauſa, qui poſſit traſtari  
die feriato, tunc ſecundum com.talis ci-  
tatio non tenet, per l.dies festos, C.cod.  
vbi habetur, quod ſilente debet horrida  
vox praconis. Ita concludit Abbas con-  
tra Ioan. And. in ea.conqueſtus, nu.20.  
extr.

extra cod. vbi dicit, quod in citatione est triplex actus: Primus praeceptum de cito tando: Secundus, executio praecepti, & actus citationis: Tertius est, processus, qui fit vigore citationis. Vnde nullus actus istorum trium potest fieri die feriata. Facit tex. in c. i. cod. tit. At citatio facta in diem feriata, quia non esset in honorem Dei, sed in sauorem hominum, si caderer in diem non feriata, teneret. Ita Zabar. in Clem. i. q. 3. de iudic. Rursum sū, nec citatio valet, si fit die non feriata pro die feriata, i. vt compareat tali die festo; nā talis citatio non valet, & ideo alia est necessaria; Et ratio est: quia vbi citatio fit ad diem feriata, est temeraria, & contra ius, & ideo non deber aliquo modo afficeret citatum, c. bonæ, el. 2. de elect. & quæ contra ius sunt, pro infestis sunt habenda, L. non dubium, C. de legib. reg. quæ cōtra ius, de reg. iur. in 6. Erat ideo cauti sint iudices circa formam citationis, ut quando diem assignent ad comparendum, sic dicant. ¶ Talem dicti tibi assignamus, & si forsitan tunc dies feriatus occurrat, assignamus tibi diem non feriatus proxime subsequentem, & hoc quia posset, qd apud se non esset feriatus dies, sed apud citatum sic. ita Holt. in c. conquesitus, nu. 4. de fer.

Quinta, in diebus festis debent homines abstinentia à sacramentis, nisi causa facienda pacis, vel pro fide, pro obedientia, pro fama, extra de elect. cap. significa fuit. Hoc tamen abstinentia à sacramentis, quo ad iudiciale iuramenta, de quibus loqui videtur cap. i. de feriis, est praeceptum, sed in alijs iuramentis extra iudiccialibus consilium, ut magis abstineatur in festis, quam in alijs diebus. Item 18 abstinentia debet à genuflexione in diebus festis, 30. dicit. cap. h. 76. distinet. cap. scire: cum tales dies deputentur altissimo, cui orandum est cum facie sursum, & non deorsum. Fallit tamen in multis casibus: quorum Primus est, ut non licet in publico genuflexere, secundus autem in secreto. Archid. in d. cap. fin. extra eodem cap. quoniam. Secun-

dus est in elevatione corporis Christi, cap. sanæ, extra, de celebr. miss. vbi omni die quis debet genua flexere. Tertius, ex penitentia licebit genua flexere, atque in benedictionibus nubentium, & similibus. Quartus, cum Episcopi consecratio, vel clericorum ordinatio celebratur, tunc enim consecratis, & consecratus tantum genua flexere possunt, secundum quod modus consecrationis requirit. Ita Do. Ant. de Butr. in dicto capit. quoniam. Altens. de fer. lib. 1. tit. 23.

19 Sexta, ad mortem nullus iudex in diebus festis condemnare, vel iustitia executionem facere debet, quia his diebus abstinentiam est ob Dei reverentiam, & ne homines abstrahantur à contemplatione, ita ut non possint per hoc intendere diuinis. Et non obstat, quod condemnare ad mortem sit licitum, cū sit ordinatum ad finem iustitiae: nam dicitur in hoc iudex minister Dei, & bene meretur iudex bene iudicando, & condemnando, 23. q. 5. c. non est crudelis, & cap. qui malos, & cap. miles, & cap. cum minister. Unde in Psal. Beatus, qui facit iustitiam in omni tempore. Nam respō. quod ista non prohibentur, quia in se sunt mala, sed ne homines abstrahantur à contemplatione, & non possint per hoc intendere diuinis, & sapientia litigando incidant in peccati, & desperationem. Vnde debent esse his diebus quieti, vnde Psalmus. Beatus, qui facit iustitiam in omni tempore, subaudendum est, competenti, arg. de auth. & vbi pall. c. pen. excipit tamen has qualitates, latronem publicum, & nocturnū depopulatorum agrorum, de immunit. eccles. cap. inter. in quibus puniendis, summi numinis speratur venia, & multorum salus, & incolumentis procuratur, C. de fer. I. pen. Ita Abbas, in c. i. num. 2. & 6. extra, cod. Item excipitur urgens necessitas, c. licet, de feriis. & quo ad applicationem faciendam, C. cod. L. 1. Item vbi cùmque in mora vertitur imminēs, & urgens periculum animarum, quod

M 2 sunt

# Decis. Aurarum Part II. Lib. II.

sunt omnibus temporalibus proponen  
d.r. 12.q.2. cap.principius, l.lancimus,  
C.de sacrosan. Ecl.

20 Septima ire ad mercatus† qui in Do-  
minica, vel alijs festis maxime precipuis  
sunt, non est peccatum, si hoc sit pro ne-  
cessitate: At si sit ex improba cupiditate  
lucranti, vt faciunt meteatores, qui ex  
improba cupiditate lucrati propter ire  
quentidos mercatus, & nundinas, vix,  
aut num juani ecclesias intrant, mortali-  
ter peccant. Meteatus autem, qui sicut  
de iusticibus cōpetentibus ipisis festis,  
non sunt illiciti, aut facile prohibendi,  
cum tamen propter hoc euntes ad tales  
mercatus non dimittant audire diuina  
officia. Astenſ. de fer.lib. 1. tit. 23.

21 Octaua. testium depositio die festo  
facta, † licet valeat, cū sit actus extraiu-  
dicialis, & fieri possit in secreto, exēplo  
Danielis, vt vuln. in Clem. si. de offic.  
deleg. & not. Spec. tit. de fer. §. 1. vers.  
sed quid si tunc. Tamen si iuramentum  
interposuerit testis die festo, non tenet.  
Et ita actus depositionis trahitur ad a-  
ctum iuri, & ad eius tempus, h.s quando,  
C. de testi, & ibi not. & in Authen.  
de testib. §. pen. col. 7. & de testib.c. ve-  
rabili. Ex causa tamen necessitatibus, iura-  
mentum factum die seriata, validum es-  
set, vt si sunt telles valetudinarij, vel pe-  
rieulum esset in morta diuturna, ut in c.  
quoniam frequenter, vt lite non con-  
test. An verò possit fieri talis depositio  
testium sine peccato, dico, quod non:  
etiam partibus cōsentientibus, & testi-  
bus, intelligendo, de serijs, quibus non  
potest renunciari per partes, tum quia  
notarius male facit scribendo, & exer-  
cendo officium suum propter lucrum,  
tum quia debet attendere diuinis, & de  
facili potest incidere in periurium in  
deponendo falsum: vnde mercatus in  
se licitus est, & est actus extrajudicialis,  
& tamen non licet, vt in d.c. 1. de fer. ita  
Abb. ibi, nū. 9.

22 Nona. Diebus seriatis † matrimonii  
sine celebri solemnitate licite potest cō-  
trahi, quia in contrahendo nulla reperi-

tur causa prohibitiōnis, cum non sicut  
conuiua, nec exercetur commercium cat-  
iale; sed tantum interuenit consensus  
de presenti, in quo nullū reperitur pec-  
catum, immò est Sacramentum, ut in  
cap. debitum, ext. de big. Sic uideamus in  
simili, q̄ secundum leges non licet in-  
tra tempus luētus mulieri nubere, pēt  
tamen sine pena aliqua intra hoc tem-  
pus sponsa effici: quia cessat ratio prohi-  
bitionis, cum per hoc nō fiat sanguinis  
perturbatio, seu cōmixtio, vt l. solet, ff.  
de his, qui not. inf. ita glo. in c. cappel-  
lanus, extra, de serijs, qua sentit, quod  
matrimonium quoque tempore con-  
trahi potest, sed ipsa nuptialis cōuiua,  
seu nuptiales solemnitas, & solemnies  
traductiones, & carnis cōmixtio, pro-  
hibetur his diebus seriatis. ita glo. not.  
qua hoc vult, 33. q. 4. c. non oportet. Est  
etiam tex. in cap. nec vxorem, ea. cauſa,  
& quest. vbi simpliciter dicit, nec ux-  
orem ducere licet, &c. & sic simpliciter  
non prohibet solemnitatem, sed ducere  
ad domum. Ita etiam probatur in c. nō  
oportet, vbi prohibentur conuiua hoc  
tempore. Et per hoc inseritur, quod non  
solum hæc prohibitiō procedit in virgi-  
nibus, sed etiam in viduis, qua etiam si  
ne solemnitate iuris non debent coniū-  
gi hoc tépore, nec duci ad domum. Ita  
Abbas, post multas opiniones affinat,  
in c. cappellantis, num. 2. & 4. de serijs.  
Quamquam Host. & alij sequejas, vi-  
deantur sentire, quod tam consenitus,  
quam solemnitas, in diebus seriatis, de  
quibus diximus in prima parte lib. 2. ca.  
8. c. num. 27. interdicantur, ex eo, quod  
talibus dicitur ecclesis non inteponit  
authoritatem suā, nec sine autoritate  
ecclesis matrimonii est contrahendum,  
alijs clandestinum indicatur. Sed re ve-  
ra Host. sicut satis austerus ad violadū  
literas textuales Canonum, & Decre-  
torum in quantum potest capi ex tex-  
tu cap. non oportet, cum tribus seq. 33.  
q. 4. & ex tex. totius tituli de matrimoni-  
contrac. contra interdict. eccl. & ex c.  
cappellanus, de fer. Soh spōsē traductio-

& celeb<sup>itas</sup> nuptiarum, comprehenditur prohiberi. Et ita communiter tenet Doct<sup>r</sup>. moderni in d<sup>c</sup>.cappellanus.  
 23 Ratio † autem prohibitionis, quare ab Aduento Domini nostri Iesu Christi, usque in diē Epiphaniæ, & à seria quartæ Cinerum usque in octauam Paschatis inclusuē, fit prohibita nuptialis solemnitas, & traductio sponsæ ad domū sponsi, est, quia illis temporibus occurunt solemnissimæ festiuitates, quia tēpore Aduentus occurrit festiuitas Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, cum Circuncisione, & Epiphania. Tempore septuagesimæ occurrit in memoria passionis, mortis, & resurrectionis D.N.I.C. quibus solemnitatibus consueunt fideles plus quam alijs vacare deuotio<sup>n</sup>is alibi<sup>s</sup>, & spiritualibus exercitijs magis diligenter intendere, & sumere sanctam Eucharistiam, de confessa<sup>d</sup>is. 2.c.etsi non frequentius, & cap. in coena Domini, & cap. omnis, extra, de penit. & remiss. per solemnem autem nuptiarum celebrationem propter festa, quæ ibi quamplurimum indiscrètè sunt, & in aliquibus partibus cum majoribus expensis, quam sit dos, & donatione propter nuptias, euagationes, & dissolutiones quamplurimum exercentur, & resoluuntur quasi omnino, & in totum contemplationes coelestium gaudiorum. Cum illa tempora sint potius ordinata ad lamenta, ut hat debita preparatio ad perceptionem tam excellentes sacramenti, ut dicit Apost. 1. Cor. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Et ideo prohibitum est supradictis temporibus nuptias celebrari.

24 Decima, fin die Natiuitatis Domini, & reliquis festiuitatibus abstinentium esse dicit Aug. à proprijs vxorib. 3.q.4. cap. Christiano. vbi dicitur, qd à lictus etiam abstinentium est ad tempus, ut scilicet impetrari possit quod postulatur. & cap. quotiescumque, ead. quæst. quare non licet temporibus lacris petere debet. Hoc tamen communiter tenetur

pro consilio in his, qui diu in matrimonio extiterunt. Et ratio est: quia licet actus matrimonialis culpa caret, tamē quia rōnēm deprimit propter carnalem delectionem, hominem reddit ineptū ad spiritualia, & ideo in diebus, in quib. pricipiū spiritualibus est vacandū, non licet petere debitū. Verum dicit S. Th. 25 qd exigens † aliqua infirmitate, vt puta concupiscentia, & delectationis causa ductus, venialiter tantū peccat, nisi concomitaret nimius contemptus temporis, vel exhortationis ecclesiæ, ita qd propter tempus etiam si Deus præcepit, non absinherent: quia tunc peccatum esset mortale. Idem etiam dicit S. Thos. & Pet. de Palude, quod si quis ad lubricum carnis, & suam infirmitatem, cuius est conscientia, vel conscientia, vehementer timet, & propter hoc petit, venialiter peccat: Exaltus autem reddens, si non potest cautè, & sine periculo subter fugere, & disserre, non peccat reddendo. Hoc etiam tenet Richar. in 4. Sent. dist. 3.2.ar.3.q.1. Quod quidem propter lubricum carnis est diuinitus ordinatus, vt semper petenti debitum reddatur, ne aliqua occasio peccati detur, salua tamē debita honestate, quia non oportet, qd latim in publico, vel in locis sacris, prestatetur ita Card. à Turrecr. in c. sciaris, nu. 5.6. & 7.33.q.3. & Ioan. à Capistr. in sua summa de matr. nu. 298.

Vndecima. In festis ludicra, quæ exerceantur, † sunt omnino extirpanda, c. cū decorum, de vita, & honeste. cleric. l. dies festos, C. de serij, quæ quidem ludicra, dicuntur narrationes rerum inhonestarum, & tales ludi non debent fieri in ecclesijs, nec etiam per clericos vbi cūque. Quinimò dicit Canon, Clericum non debere interesse illis ludis, & spectaculis, nisi fierent ad pias causas, ut in representatione passionis Christi, & ad communionem, dummodo iurificationes non misceantur, arg. de consec. dist. 2. cap. femel, & distin. 4. cap. quarris, in f. pariter prohibentur & choreæ, Clem. 1. de celebrat. miss.

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- Duodecima.** Quinque sunt, quibus in diebus festiuis specialiter vacandū est  
 27 at dignē seruitūtibus. Primo quidem va-  
 candū diuinis laudibus, hymnis, & can-  
 tis spiritualibus Deo pfallendo, vt de  
 confscr. dist. 3. cap. ieiunia, & secundum  
 illud Psal. 80. Exultate Deo adiutori no-  
 stro, iubilate Deo Iacob. Secundō, vacā-  
 dum est concionibus, & regularibus di-  
 sciplinis, secundum illud Eccles. 38. Sa-  
 pientiam scribe in tempore vacuitatis,  
 idest vacationis festiue, & qui minorat-  
 tur actū, idest, mundano opere, percipi-  
 et illam. Tertiō, vacandum est medita-  
 tionī sancte, vt puta: quain gloriōsus  
 est Deus in potestate sua, quam potens  
 in rerum creatione, quā pius, & largus  
 ijs, qui benē colunt eum. Quartē, vacā-  
 dum est deuote orationi, tunc autem  
 maximē & fiducialius orādūs est Deus,  
 orandi sunt sancti, quando eorum festa  
 celebrantur, & eorum gloria cōmemor-  
 ratur. Matt. 7. & Luc. 11. Petite & acci-  
 pietis. Quintō, vacandum est eleemosi-  
 narum largitionibus, debent enim lar-  
 giores eleemosina fieri in festis, quām  
 in alijs diebus. Hoc enim multū iuuat  
 ad imprestandū Dei, & sanctorum  
 gratiam, Proverb. 18. Donum hominis  
 dilatat viam eius, &c. Hac Turrec. in  
 c. 1. nu. 8. de confscr. dist. 3.  
 28 Tertiadecima. † Diebus feriatis pos-  
 sunt agi omnia ea, quā sunt voluntarie  
 iurisdictionis, ut emancipare, adoptare,  
 excommunicare, & absoluere, vbi cau-  
 sa cognitio nō requiritur, l. actus, C. de  
 feriis. Idem firmat Feder. de Senis, con-  
 sil. suo 11. vbi plus dicit in excommuni-  
 catione, † vt valeat etiam, vbi requiri-  
 tur causa cognitio, licet enim tunc sit  
 iniusta, scilicet lata tempore feriato, ta-  
 men quantum ad Ecclesiam militante,  
 saltem contemni non debet. Hinc con-  
 cludit idem Feder. de Sen. ubi supra, q.  
 excommunicatio lata in citatum tem-  
 pore feriato, propter messes, non com-  
 parentem, teneat, licet sit iniusta. Hinc  
 insert ipse, num. 3. quod hodie Roma-  
 na Curia facit solemnē processus, vt

plurimum diebus solemnibus, ut etiam  
 patet in c. 1. de iudic. & in Clem. & exe-  
 cutores gratiarum omni tempore suos  
 processus faciunt generales, sententiā  
 latam continent, & contrafaciens, in  
 cedit in sententiā. Item si quis quocun-  
 que die transgressus fuerit statutū E-  
 piscoli sententiā excommunicationis  
 continens, vt si quis die Dominico lu-  
 fit ad azardum, vel visitat monasteriū  
 monialium contra statuta pœnalia ip-  
 sis Episcopi, incidit in canonem late  
 sententiā. Si ergo statuta Episcopi, que  
 autoritatē sumunt ab ipso Episco-  
 po, ligant die Dominico, quare ergo  
 Episcopus non potest ligare die Domini-  
 nico, cum etiam statuta Episcopi fieri  
 possint die Dominico. Præterea excom-  
 municatio, & absolutione paribus passi-  
 bus ambulant, & qui potest unum, po-  
 test & aliud, & vtraque requiri causa  
 cognitionē, vt probatur in eo, quod  
 legitur, & notatur in cap. cum infor-  
 me, de maior. & obed. Sed tempore feriato  
 potest quis absolui, & omni die recipi,  
 cum conuersus fuerit, vt not. per Host.  
 in Sum. de fer. §. quid in eis, ver. sed que  
 pertinent, vbi etiam dicit, quod excom-  
 municatio, quā causa cognitionē non  
 requirit, ut in notorijs, tali tempore po-  
 test ferri. Cum ergo causa cognitionē nō  
 sit de substantia talis excommunicationis,  
 poterit ferri tali tempore, licet in iniu-  
 stā, cum causa non sit de substantia ex-  
 communicationis. Quod si quis oppo-  
 neret, q. iurisdictio ordinarij est suspen-  
 sa tempore feriato, ff. de fer. l. 1. & l. si  
 feriatis, extrā, eodem tit. ca. conquestus.  
 Sed talis sententia fuit lata tempore fe-  
 riato, cuius iurisdictio erat suspensa, igi-  
 tur sententia non iniusta, sed nulla fuit.  
 Ita hanc questionem determinauit D.  
 Ioan. Andr. in cap. prætentī, de senten-  
 tia excommunicationis, in sexto, per  
 tex. 12. q. 2. c. alienationes. Item senten-  
 tia excommunicationis requirit cogni-  
 tionem, & cognitio lessionem, 3. q. 6. §.  
 sed notandum, ver. si quis, & ff. de offic.  
 Procons. l. nec quicquam, §. vbi decre-  
 tum.

tum. Sed tali tempore fedeli non potest, ergo &c. Nam respondeo ad primum, quod argumentum procederet quando iurisdictio Ordinarij esset suspensa simpliciter, & absolute. Sed iurisdictio Ordinarij est suspensa tempore feriato in his, & circa ea, quae de iuris necessitate ad sui esse, & ad suam substantiam requirunt cognitionem, & iudicialem indaginem. Cum ergo ad substantiam iustitiae excommunicationis requiratur causa cognitionis, & debitus ordo, quae interuenient non possunt tempore feriato, sequitur, quod talis sententia non est iusta, sed iniusta, ergo mereatur absolutionem, & quamdiu non erit ab solutus, ut excommunicatus visitari debet, non tamen est nulla, quia excommunicationis requirit causa cognitionem, non ad sui necessitatem, & substantiam, sed ad sui iustitiam, ut in cap. sacro, de sent. excom. ergo &c. Unde, si quis ex falsa causa excommunicetur, quia creditur contumax, cum non sit, nihilominus est excommunicatus, licet sine onere debeat absoluiri, ut in cap. venetabilibus, de senten. excom. lib. 6. Igitur iurisdictio ordinarij, quantum ad iustitiam sententiam excommunicationis quae ferri non potest sine causa cognitione, est suspensa: sed quia causa cognitionis non est necessaria ad substantiam excommunicationis, ut patet in d. cap. sacro, sequitur, quod tempore feriato lata, tenet. Sed ad secundum argumentum forte sustineri potest, quod quando cum causa cognitionis iudiciorum, vel sine causa cognitione solemniter pro tribunali sedens publice iudexit, tulit sententiam excommunicationis, tali tempore non teneat sententia ipsius iure. Si vero non sic, sed de plano, & in occulto tulit eam, tunc in vitroque causa valet sententia excommunicationis. Quae quidem conclusio, quod excommunicationis lata die feriato, teneat, licet sit iniusta, procedit, sive sint sensim, sive solemnes, sive repentinae, ut affirmat Abbas, in c. conquestus, ex-

tra de ser. nu. 17. vbi etiam not. nu. 18. quod actus spectantes ad voluntariam iurisdictionem, vbi necessitas cessat, vel pietas, explicite tenent, sed peccant exercentes tales actus illo tempore sentiato, per tex. in c. 1. extra, de fer. & in fine, vietiam iuramenta non debet prestari extra iurisdictionis videtur inhibiti.

Quattuordecima. Multe operationes sunt, quas licitum est fieri diebus festi us; primo quidem excipitur operatio spiritualis: quia talis cum sit secundum spiritum, sive mentem, secundum quam homo non est seruus hominis: sed secundum corpus, non potest dici proprietas seruili: Ex quo sequitur ut cor relarie, quod docere, consulere, praedica re verbo, aut scripto, sit licitum die Dominicana, ita Archid. in c. ieiunia, de consecr. dist. 3. arg. in c. religiosa, ead. dist. ad de quod dixit idem Arch. in d. c. peruenit, ea. dist. de studio, vide Buttr. & Abb. in c. 1. extra, de fer. vbi allegat S. Tho. 2. 2. q. 12. 2. art. 4. ubi dicit, quod nullus actus spiritualis exercitij est contra observationias Sabbati, putat, si quis doceat verbo, aut scripto, vbi nu. 18. dicit gl. q. lector diuinæ legis, aut Doctor in die Sabbati ab opere suo non desinit. Secundò quod lectiones scholaribus notare, aut legere licitum est die festo. Tertiò, disputare, aut etiam publicas repetitiones sacre pro veritatis dilucidatione licitum est. Quartò in lectiōibus libros corrigitur die festo sine magno tamē labore licitum videtur. Quintò, scribere aliquid, ut colligendo aliqua utilia ad legendum, vel predicandum licitum videtur. Sextò in operibus misericordie distinctione dierum non est habenda, 76. distinc. cap. vii. in am. de consecr. dist. 5. cap. nunquam.

Quintadecima. Propter excellentiam festi est detrahitur abstinentia, & maccrationi carnis: Hinc, si festum Nativitatis occurrit sexta feria, licitum est carnes comedere, exceptis professis, & videntibus, c. explicari, extra, de obseru.

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

38. Ex quo textu colligitur; quod in die festo non solum spiritualiter homines videntur debent, sed etiam cum honestate possunt in cibis aliquā delectationē accipere. Pariter facit etiam ille rex, ut etiam in instantia possint iūc homines licet vti vestibus preciosis, in venerationem festivitatis. Ita Abb. in d. cap.
34. Sextadecima. Festivitates, quas Episcopus cum clero, & populo praecepit obseruari, sunt obseruandas. Ita not. in c. conquestus, extra, de fer. Ita etiam est tex. in c. 1. de consecr. dist. 3. c. 1. ibi, cum populo, quem rex ponderat in de Ana. in d. cap. conquestus, num. 4. Ethoc intellige de sanctis canonizatis i. quia Episcopus etiam cum † populo sanctum Canonizare non potest, glo. in d. c. 1. de consecr. dist. 3. cap. audiuius, extra, de reliq. & vener. sanctor. c. 1. cod. tit. in 6. Ratio vero, quare referetur Canonizatio Sanctorum Summo Pontifici, est
35. multiplex: tum † quia ista est de maioribus causis, que inter Christianos propone possunt, & sic est ad sedem Apostolicam referenda, c. maiores, de baptis. tū quia miracula attribuuntur fidei; Hac igitur questio cum sit de fide; præcipue est ad sedem Apostolicam referenda, 24. q. 1. c. quonies. tum, quia ad Papam sponte declarare dubia scripturaru, c. per venerabilem, qui filij fint legit, multo fortius dubia sanctitatis; quia circa majora maius dubium vertitur, idc &c. de elec. li. 6. c. vbi periculis. tum, ne propter multorum episcoporum simplicitatem populum decipi contingat; c. 1. & 2. de reliq. & vener. sanct. Vitanò, ne in infinitum contingat sanctos multiplicari, & sic devotionem refrigerere, & sanctitatem vilescere, 80. dist. c. Episcopi.
- Decimaseptima. Per canonizationē
36. hæc consequitur Sanctus, quod Ecclesia pro eo solemniter, & pro aliquibus solemnius dicit officium c. vniuerso, de reliq. & vener. sanct. in &. Item inter alios Sanctos in Litanijs nominatur, et inuocat, gl. in d. c. vniuerso, verbis, sedis Apostolicę.
37. Decimaoctava. Licet solemnes preces publice mittere, vel solemne officium publice dicere quis nequeat pro aliquo, 38 qui nondum est canonizatus, tamen alicui defuncto, quem sanctum credit, licet cuiilibet preces porrigitur, vt pro ipso ad Deum intectedat, vt dixerant In nocen. & Host. cod. tit. cap. 1. glossa in d. cap. vniuerso.
39. Decimanona. Multa requiriuntur ad Canonizandum sanctos. & Primo: An illi, de quo canonizado queritur, prior vita testimonium præbeat pro laborib. multis, moribus callis, actibus strenuis, 61. d. c. miratur: oportet enim hoc praesenti testificatione prædicari, & bone sa me præconijs non taceti. 2. q. 2. c. quatuor. Et maxime quarti debet de simplicitate, & humilitate: qd superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Item debet quarti, an in vita persecutio nes passus fuerit. 1. q. 1. cap. omnis qui, & cap. habi ad unum, & an passus fuerit ex charitate. Querendum est etiam de miraculis factis in vita, & post mortem. Dixi de miraculis: quia ad hoc vt quis tanquam sanctus Canonizetur, probanda est frequentia miraculorum, & per eosdem testes, & non sufficit probare per duos testes forte. vnum miraculum ad inuocationem ipsius sancti factum tali die, & aliud factum eadem die, vel seq. per alios testes per inuocationem Sancti eiusdem, quia diversi probante, nec concordant in idem, nec in eundem actum. Institutum de duobus reis, §. 1. extra, de refut. cap. licet ex quadam Ambaudi in c. nec in irum, 26. q. 1. 2. 3. 4. 5.
40. Vigesima. Pueri & baptizati incontinenti mortui non sunt canonizandis: quia nec multam gloriam facit. Deus cum eis, speciale tamen est in innocentibus, qui vice Christi mortui sunt, inocenc. & Zabat. in c. u de reliq. & vener. sanct.
41. Vigesimaprima. Practica, & modus canonizandi sanctum hoc modo procedit. Primo expectatur quod aliquis plus honestus, & authenticus & denuncient factum,

factum, & supplicant pro canonizatio-  
ne non semel, sed plures, & instanter,  
sicut dicitur de cessione, & pallio, de  
elect. cap. cum post, & cap. quidam, de  
renun. Non. n. constituit Papa moueri  
statim ad hoc, sed expectare quod diu pulse-  
tur & famam attendere, & utrum mira-  
cula crebrescant, & continuentur. Et  
hoc ideo, quia per malos sunt miracula.  
I. q. 1. c. teneamus, unde caendum  
ne decipiatur populus, & quia circa ma-  
iora maius periculum vertitur, ideo cau-  
tius est agendum, s. a. d. itc. q. niescamus,  
s. i. d. itb. c. murmur. Dicunt tamen ali-  
qui, quod si est illusio, vix possunt conti-  
nuati miracula ultra quadraginta dies,  
sed vt dicit Host. in d. e. de reliq. & ven-  
fanc. de hoc certi non sumus. Secundo,  
si continuentur supplicatio in instatia,  
& fama, & miracula, consuevit Papa  
proponere inter fratres, & aliquibus  
Episcopis patrem illius, qui dicit sanctus,  
vel alii honestis, & discretis, & incor-  
ruptionib[us] personis committere, vt in-  
quirit de fama, & devotione populi,  
de miraculis, & alijs in genere, & non  
in specie, & quo ad famam, non quo ad  
veritatem, & quod si bi referant que-  
inuenerint, & an eis videatur quod super  
veritate, & in specie sit inquisitio  
committenda. Tertio, si referibant talia  
per que videatur quod inquisitio verita-  
tis committi debeat, Papa iterum requiri-  
rit consilia fratrum an sit committenda;  
vel no. Quarto, si inquisitio committenda  
videtur, iterum Papa scribit eis,  
vel alijs, quod veritatem inquirat. Vt  
in mole lama. Secundus de vita. Tertio de  
miraculis exacte, diligenter, fideliter,  
& prudenter, secundum articulos, &  
interrogatoria, que sub bulla transmis-  
tit, & que inueniente, remittant sub sig-  
nillis suis, de huc cap. venerabilis de test.  
Quinto, censit inquisitione committenda  
examinatio in Curia, aliquibus cap-  
pellaniis, vel alijs personis authenticiis,  
& discretis, quae etiam formente eohy-  
cas. Et de his rubricis, que sunt, super  
dictis resuum no. de testi. c. presentium.

Sexto, rubrica sic facta examinantur  
exacte per Papam, & fratres, & Papa re-  
quirit consilia fratrum, an videantur  
probata talia, propter que sit canoniza-  
tio facienda. Septimo, si videtur Papa  
facienda, diffinit hoc secreto inter fra-  
tres. Octavo, adiunctis episcopis, qui  
sunt presentes in Curia narrat publice  
in Consistorio ea, que acta sunt, & pro-  
bata, non facta mentione de diffinitio-  
ne secreta, & requiritur consilium pre-  
latorum. Nono, assignatur certa dies, in  
qua omnes conuenient ad aliquam cer-  
tam ecclesiam, & tunc illuminantur ce-  
rei multi, & sermunit ecclesia taperis, &  
paras, & conueniunt Papa, & fratres, &  
totus clerus, & populus, & facit Papa  
sermonem recitans processum, & probata,  
& induces populum ad orandum quod  
Deus non permitteat eos errare. Doc-  
imo, flexis genibus fit deuota oratio, &  
cantatur Veni Sancte Spiritus, vel a-  
lius hymnus, sine antiphona conve-  
niens. Undecimo, surgit Papa ab ora-  
tione, & diffinit illum esse Sanctum, &  
Sanctorum Catalogo ascribendum,  
& tanquam Sanctum esse venerandum,  
& sollem suum esse colendum tali die.  
Duodecimo cantatur Te Deum lauda-  
mus, & celebrat missam in honorem illius  
Sancti, secundum Hostien, in d. e.  
i. de reb. & vener. Sanct. qui dicit hunc  
ordinem non senper ad vnguem fuisse  
seruatum, & maximè cum agebatur de  
maritirizatis pro tidei. Illi enim conve-  
niunt facilius, & letius expediti. Hec  
Zabala dicit. *Ubi sunt vestigia tuorum  
ob. Vigesima secunda. Ut si miraculum  
42 quatuor requiruntur. Primum, ut sit  
contra naturam. i. prate ordinem natu-  
re. Th. i. p. i. 100. art. 4. vt de virga Moy-  
si mazata in serpente. Sicut asina lo-  
quente ad Balaam, capitulo ex initio  
de heret. Secundum, ut miraculum  
ex Deo; & non ex arte contingat, nec  
ex illibolite, nam miracula quandoque  
sunt per malos. i. 4. i. cap. debatius, &  
cap. prophetatus. De Thos. p. i. 100. art.  
i. 8. i. 12. q. 178. art. 2. Non si est enim  
mar-*

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

martytes à Deo impetrasse quæ mandant, s.o.d. c. si quis præpostera. Tertiū, quod sit eidens, Quartum, quod sit ad corroborationem fidei. Herba enim ministerio hominis transit in vitrum, sed hoc nihil ad corroborationem fidei. Et ideo ad Canonizationem nisi hæc quæ concurrant, miracula non prodescant, & miraculum propriè non dicentur, sed potius miraculosum, vel mirum, nam si sit contra naturam, & sit à Deo, & non sit eidens, & apparet, non est miraculum, sicut de pane, qui transubstantiatur in corpus Christi, cum Marthæ, de celebrat. miss. sic si sit contra naturam, & non sit à Deo, non est miraculum, sicut quod fecerunt Magi Pharaonis, quia fecerunt ranas, & serpentes. Similiter si sit contra naturam, & à Deo, & sit apparet, & non sit ad corroborationem fidei, non est miraculum, sicut si nascitur aliquis triples. Archid. in d. cap. teneamus. De Martyribus tamen non sit tanta examinatione, sed queritur de miraculis, & causa, propter quam passi sunt, arg. de consecr. distin. 4.c. eathecumini, & capitu. bapti. vicen. vt dicit Asten. lib. 6. tit. 29. art. 5.

4) Vigesimateria. ¶ Ferijs ob necessitates hominū indictis, vt sunt feria in festum, & vindemiarii, potest per partes renunciari, cap. finali, defer. in fine. Eis autem iniuitis procedere non potest Iudex, adeò quod si procedat, sententia lati parte inuita, vel absente, est ipso iure nulla, præter appellationem aliquam, l. 1. ff. de ferijs. Fallit tamen hoc, quando in literis commissionis esset appositum ut possit procedi simpliciter, & de plano & sine strepitu, & figura iudicii, quia tunc Iudex etiā iniuitis partibus potest procedere tempore harum feriarum, d. Clem. Sapè, quamvis non tempore feriarum indictarum in honorem Dei, & Sanctorum. Ita voluit text. à contrario sensu, d. Clem. Quod extende, licet sint causæ matrimoniales, beneficiales, usurarum, & decimarum. Pariter, nec

iudex potest procedere tempore feriarum repentinatum, quia cum in Clement. Sapè, non permittatur tali tempore, vt Iudex possit agere, ergo videatur prohibitus, argumento de prælump. cap. nonne, & cap. 2. de translat. prælat. Ita confirmat gloss. in verbo, feriarum, in d. Clem.

Vigesimaquarta. Iudex non cogitur in causis, de quibus Clement. Sapè, de 4) verb. signific. procedere † tempore feria to ob necessitates hominum, secundum formam d. Clem. sed potest, si vult. Ita glossa, in verbo valeat, quia dum dicit, quod valeat, seu possit procedere summatiæ, & de plano, &c. non per hoc cogitur, quia non quicquid iudicis potest committitur, id iuris necessitatibus subjicitur, ss. de iudic. l. non quicquid, & ss. de offic. præl. sapè, de offic. deleg. c. consulunt. Et per hoc infert glossa, & dat consilium, quod si viderit aliquam partium Iedi gratuitex ex tali processu tali tempore faciendo, quod debebit supercedere, cum & hoc facere possit. Et quia Iudex debet prouidere utilitati cause, & partium, accedens, vt lite non conteste. c. statutum, §. insuper, de ref. in 6. Ad hoc quod not. Specul de arbitri. in fi. versi. sed nunquid tunc sedere. Vbi dicit, quod arbiter, in cuius compromissio renuntiatum est huiusmodi ferijs, non tenetur tali tempore procedere, si non vult.

4) Vigesimaquinta. Bellandum, † nō est feria quinta ob honorem Ascensionis, & Cenæ, de consecr. distin. t. c. porrò, & distin. 3. cap. litteris, nec feria sexta ob reuerentiam Passionis, nec die Sabbathi, quia & illa die corpus iacuit in sepulchro, & propter metum Iudiciorum Apostololatuerunt, de consecr. d. 3. c. Sabbatho, nec die Dominicæ, ob reuerentiam resurrectionis, 7. d. cap. quod die Dominicæ. Et ideo videtur in alijs feriis, c. h. de ferijs, Hostien. in c. 1. de treuga, & pace.

S V M M A R I U M.

- 1 *Corpora sanctorum sine autoritate Papae non possunt transfigi de loco ad locum.*
- 2 *Reliquiae an possint alicui Ecclesia concedi absque autoritate Papae.*
- 3 *Reliquiae sanctorum an possint causa denotionis furtiuè tolli.*
- 4 *Reliquiae si de loco tollantur, an sint execrata Ecclesia.*
- 5 *Consecratio altaris an possit fieri sine reliquiis.*
- 6 *Reliquiarum loco in altari an sint laudabile ponere corpus Christi.*
- 7 *Reliquiae vendi non possunt, & quare.*
- 8 *Reliquiae sanctorum non debent passim ostendis.*
- 9 *Reliquias an in processionibus possint absque peccato in minoribus constituti, portare.*
- 10 *Reliquiae de novo inventae an sint venerande, num. 11. & 12.*
- 11 *Venerandus non est sanctus, donec per Papam sint approbat.*
- 12 *Deus laudandus est in sanctis suis.*

De reliquijs, & veneratione sanctorum. Cap. XIV.

- P**RAETER ea, que diximus in nostris Decisi. par. 1. lib. 2. cap. 2. & habetur de materia, de consecr. distinct. 1. cap. placuit, & cap. corpora, & distinctio. 2. 3. cap. non licet, & repetitur in 6. & in Clemen. His possunt addi decisiones, quarum prima.
- 1 *Licet corpora sanctorum sine autoritate summi Pontificis non possint trasferri de loco ad locum, modo sint tradita perpetua sepulturæ, c. corpora, de consecr. dist. 1. & ibi glo. que allegat tex. in Lvlt. C. de reliq. nisi necessitas imminet puta ignis, aut deprædationis, quia tunc sufficiere videtur authoritas præsidis prouinciar. l. i. C. eod. tit. tamen non prohibetur per tex. in d. cap. corpora, ut reliquijs*

quæ aliquæ, quæ sunt in aliqua Ecclesia, non possint concedi alicui in aliqua Ecclesia sine consensu Papæ, aut Episcopi, ita Hugo. quem refert Turrecr. in d. c. corpora, nu. 2. vbiunque maiori reverentia transferentium possint venerari, ut dicit etiam Mag. Aug. de Anchona, quem refert Turrecr. in d. cap. corpora, num. 3.

Secunda. Reliquiae † sanctorum etiā causa deuotionis non possunt furtiuè recipi de loco absque peccato sacrilegij, & furti: nisi essent apud infideles recondite: quia tunc licet possunt de terris infra deluum furti, qui illas iniustè possidet, & de eorum dominio auferri, & ad loca Christianorum trāsportari. Alias preter hunc casum sacrilegium cum furtu committunt, auferendi factum de sacro, vel sacrum de non sacro, cap. quisquis, 17. q. 4. vbi Archid. ibi dicit, nu. 3. quod sacrilegium est propriè sacrarum rerum furtum, etiam si causa deuotionis fiat: quia deuotio non est exercenda cum iniuria alterius, sed modo talis furtuia sublatio reliquiarum fieret cum iniuria sanctæ synodi Maguntinensis quæ, c. corpora, de consecr. dist. 1. instituit, & Apostolicæ sedis, quæ illud capitulum confirmauit, cuius authoritas contemeretur. Ita Archid. & Turrecr. in d. c. corpora.

Tertia. Reliquiae † licet tollantur de ecclesia, non per hoc execratur ecclesia. Quod intellige de reliquijs, quæ sunt in ecclesia in capsâ, vel in arca, secus autem de reliquijs, quæ sunt sub tabulis altaris. ita Do. Abb. in cap. 2. num. 1. de iure pat. Et sic nota, quod potest Episcopus execrare locum sacrum, i. facere non sacrū, quia auferendo rem sacram de loco, remanet locus profanus. Et hoc non debet fieri nisi ab Episcopo, vel alio de eius mandato, cap. placuit, vbi Archid. nota de consecr. dist. 1.

Quarta. Non debet altare † consecrari sine reliquijs, si fieri potest, c. placuit, de consecr. dist. 1. Non tamen secundū Hug. reliquiæ sunt de substantia consecratio-

erationis ecclesie, vel altaris, & ideo non minus consecrabitur ecclesia, vel altare, si ille non habeantur. Quod Hostien. in sum. intelligit dictum cap. placuit, de altariis infixis, non autem de tabula, siue altari portatili. Quam quidem sententiam sequitur Gulielmus in ration. dicens. sane hinc reliquijs non fit consecratio altaris fixi, bene autem uiatici, siue portatilis. ita refert Turrecrem. illam approbando, in d. cap. placuit, licet Hugo, de consecrat. dist. 1. cap. nullus, quem refert Zab. in cap. ad hanc, num. 8. cod. tit. dicit simpliciter, quod reliquijs non sunt de substantia, sed de necessitate. Unde qui illas non posuit, puniendus est, tanquam transgressor. Quot verò reliquijs ponenda sint, non est numerus statutus, sed arbitrarius, de offic. deleg. c. de causis. Dicit tamen Io. Andr. se experimentum, quod aliqui Episcopi querunt reliquias trium sanctorum, putantes id de substantia, quod sibi nos placet, licet sit commendabilis devotio. An vero tamen laudabile sit loco reliquiarum apponere corpus Christi? Quidam dicunt, quod sic. Innocen. super hoc habito consilio dixit contrarium; quantum responseionem latet Arch. in d. cap. placuit: quia cum corpus Christi cibus sit anima, ca. non iste, cap. panis, de consecr. dist. 2. non debet seruari nisi ad opus infirmorum, cap. tribus gradibus, ead. dist. & ideo non debet poni ad alium usum, quam ad quem institutum fuerit, puta ad refectionem animarum. unde Christus dixit, accipite & manducate ex hoc omnes, & non dixit, reseruate, uel recondite.

7 Quinta. Reliquiae tamen non possunt, ita glo. in cap. 2. de reliq. & vener. sanct. quia reliquie sanctorum martyrum, uel ipsi martyres vendi non possunt, C. de fact. sanct. eccl. l. nemo: quia sacra res non recipit estimationem, l. facer, §. vlt. ff. de ter. diuis. ideo non potest vendi pretio, quia sine pretio venditio non consistit. Init. de emp. & vend. §. premium, ff. cod. l. 2. §. sine pretio. Item, quia spiritualia vendi non possunt, nec spirituali-

bus annexa, de iure patron. c. de iure, & qui spiritualia vendit, capitale crimen committit. 1. q. 1. cap. qui studet. & quod glossa dicit de martyribus, idem est de sanctis alijs, quia estimationem non recipiunt. Ant. de But. in c. 2. nu. 8. tit. nostro. Item, tamen nec passim ostendi debent causa quæstus, ut habeantur largiores eleemosynæ: quia haec est quædamлага venditio. Abb. in d. cap. 2. extrahendo extra capsam, ut plures oblationes recipiantur, sic enim reliquijs per hoc detrahitur, quia vilipenduntur: nam omne rarum pretiosum, 92. d. c. legimus, ad fi. 27. q. 2. c. institutum. Item ex hoc redarguuntur clerici per laicos de auaritia, de deci. c. 1. & propter ipsam auaritiam dicit Host. q. male seruatur quod hic dicitur de non ostendendis reliquijs extra capsam. Dicit etiam in d. cap. 2. q. auaritia, & insolentia clericorum omnia statuta frangit, quod esset corrigendum, facit de decimis, c. 1. in fine. ita Zabar. in d. cap. 2.

9 Sexta. tamen Vasa sacra, vbi continentur reliquiae, licet secundum Hugo. & glo. in c. non licet, dist. 23. ex Concilio Barchensi prohibetur omnibus in minoribus ordinibus constitutis illa portare in processionibus. Tamen ut dicit Turrecrem. in d. cap. non licet, debet intelligi tex. ille de vasis sacris, id est, calice, & patena, tum quia vocat ea altaris, tum quia consuetudo est in oppositum: quia in multis locis uidemus, quod vbi plures reliquiae portandæ sunt, non solum subdiaconi portant, sed euam in minoribus ordinibus constituti.

10 Septima. tamen Reliquiae de nouo inueniente non sunt venerandæ in publico sine auctoritate Papæ. Et intelligo, reliquias nouas omnino nouas: nam antiquas venientes de nouo, uenerari licet, modo sint reliquiae sancti canonizati, & hoc certum esset, alias ubi oriuntur aliqua dubitatio, tunc non sunt venerandæ publicè absque auctoritate summi Pontificis. & ita tex. in cap. 2. tit. nostro procedit in duobus casib. Primus est, quando essent reli-

reliquia nouæ, Secundus, quando du-  
biū esset an reliquie sint sancti canohi  
zati, ita Dom. Anton. de But. & Panor.  
in d. cap. 2.

11 An verò ad reliquias nouas licet  
secretae devotionem habere, & eas vene-  
rati. Dic, quid sic, arg. tex. in d. cap. 2. Ita  
Dom. Ant. ibi, nro. 6.

12 Octaua. Reliquiae † sanctorum sunt  
aliquo modo venerande. Nam sicut  
vult Aug. i. deciuit Dei. Qui ad aliquem  
afficitur, ea, quæ de eo relinquuntur,  
post mortem ueneratur, non tantum  
corpus, & partes corporis, sed etiam ali-  
quia extiora, ut vestes, & similia. Sed  
manifestum est, quidam sanctos Dei uene-  
rari debemus tāquam Christi membra  
filios, & amicos, & intercessores no-  
stros. Et ideo reliquias Sanctorum qua-  
lescumque in eorum memoriam hono-  
re congruo venerati debemus. Vnde &  
ipse Christus huiusmodi reliquias con-  
uenienter honorat in prefentia eorum  
miracula faciendo. Asten. lib. 1. de actib.  
latr. tit. 6. art. 3. in fi. vers. vtrum.

13 Nona. Licet publicè non sit veneran-  
dus † aliquis sanctus, donec per Papam  
sit approbatus, quia quem approbat, est  
approbatus, & quem reprobat, reproba-  
tus est. 24. q. 1. cap. huc est fides, & cap.  
quoniam vetusto, tamē licet cuilibet in  
secreto alicui defuncto, quem sanctum  
credit, preces porrigit, quanvis non  
posset ei solemnies preces publicè emitte  
re, vel officium solemne dicere, ut dixe-  
runt Innoc. & Host. extr. de reliq. & ve-  
ner. sanctor.

14 Decima. Cum Deus sit † laudandus  
in sanctis suis, laudando quæ sancti sece-  
runt in Dei virtute, & sanctorum reli-  
quias venerando. gl. 2. & tex. in Clem. i.  
de reliq. & vener. sanctor. & cap. 2. &  
cap. gloriosus, cod. tiru. in 6. Hinc infer-  
tur, quid ex laudibus impensis familiæ  
Dominus laudatur, sicut in vitupe-  
rijs familiae Dominus blasphematur :  
maxime si illi de familia sunt honora-  
biliores, grauitate maturi, & pleni elo-  
quio, 11. quæstio. 5. capit. habet hoc.

ita Zabat. in Clemen. 1. in p̄tine. de re-  
liq. & vener. sanctor.

### S V M M A R I V M .

- 1 *Sacramentum generat. m sumptuum multis  
placiter sumuntur.*
- 2 *Consecratio unde, & quotuplex dicatur.*
- 3 *Consecratio Ecclesia, & altaris quare  
fiat, & nu. 6.*
- 4 *Consecratur alius homo, & aliter alia  
res.*
- 5 *Ecclesia nomen multipliciter accipitur.*
- 6 *In consecratione Ecclesiarum rite, qui ob  
seruantur, plenus est mysteriis.*
- 7 *Missa non est de substantia consecrationis  
sed de solemnitate.*
- 8 *Consecratio Ecclesia hodie fieri potest ab  
Episcopo.*
- 9 *Consecrare Episcopus ecclesiam non de-  
bet absque sufficienti dose, alias pu-  
natur.*
- 10 *Dos ecclesia qua competens dicatur.*
- 11 *Altare non potest erigī in ecclesia etiam  
consecrata sine permisso diaconis.*
- 12 *Procuratio vi pro visitatione, sic pro con-  
secratione recipi potest.*
- 13 *Consecratio qualis er probetur. & nu. 18.*
- 14 *Procuratio an episcopo debeatur cum ec-  
clesia reconciliatur.*
- 15 *Consecratio iam in solemnibus, quam  
prius diebus fieri potest. Quod se-  
cū est in collatione ordinum, vel in  
chrismate.*
- 16 *Consecratio Ecclesia per pecuniam dici-  
tur potius exercitatio, quam consecra-  
tio.*
- 17 *Reconsecranda Ecclesia in quatuor casi-  
bus est.*
- 18 *Altare in quinque casibus potest reconse-  
crari.*
- 19 *Ecclesia potest consecrari, & reconsecrari  
fine altari, & econverso.*
- 20 *Ecclesia potest consecrari, & reconsecrari  
in quibus casibus non reconse-  
cranda, sed reconcilianda sit.*
- 21 *Homicidium si sit sub Ecclesia in ca-  
mera, vel in cella, non indiget reconcili-  
atione.*
- 22 *Propter homicidium commissum à se  
ipso.*

- ipso Ecclesia reconcilianda est.
- 24 Oratorum si pollutur, an reconcilietur ut ecclesia non consecrata.
- 25 Ecclesia non consecrata an reconciliari debeat, si sanguine, vel semine sit polluta.
- 26 Missa in consecratione à quo sit caranda.
- 27 Altare ut consecrari debet ab Episcopo, ita & execrari.
- 28 Vestimenta Ecclesia debent esse honesta, & sacra.
- 29 Veste sacra non sunt in profanos usus redigenda, sed vestitiae consumptae sunt cremandae.
- 30 Vessis sacra quamdiu in ea adeat forma, non est iterum consecranda.
- 31 Sacrum quando trahat, vel non trahat ad se non sacram.
- 32 Consecratio calice si vinum in illum mittatur, non transi in sanguinem.
- 33 Consecrare an licet in calice de aliam materia, quam de auro, argento, vel plumbio.
- 34 Consecratio Episcopi intra quod tempus peti debeat, & ubi facienda.
- 35 Consecrationem, an Vicarius possit exequi.
- 36 Consecrandus an ante, & qua discussione examinandus.
- 37 Consecrationis tempus in Episcopum quamodo incipiat currere.
- 38 Consecrationis velum quando imponendum, & solis virginibus, & ab Episcopo, & qualiter.
- 39 Velum quadruplex in iure pontificio assignatur.
- 40 Virgines violenter corrupta non consecranda.
- 41 Consecrationis Eucharistia plures casus assignantur: & primo, an illam impedit defecitus ex parte consecrantis.
- 42 An defecitus vita. 43. Excommunicatus, vel constitutus in peccato mort. rite ordinatus sacerdos, si conficit, peccat mortaliter. An defecitus ex parte materia, numero 44. Et quae sit materia, num. 45. An defecitus intentionis consecrantis, num. 46. An defecitus ex parte forma, vel solemnitatis, num. 47. & 48.

De consecratione Ecclesiae vel altaris. Cap. XV.

**M**ore nostro solito ad faciliorum intelligentiam dicendorum aliquia promittimus. Deinde ad decisiones devenerimus. Ut igitur faciliorem redditum Archid. in c. 1. de consecr. distin. 1. & nos supra lib. 1. cap. 1. nume. 2. quod Sacramentorum ( generatio sumpto hoc vocabulo ) quedam sunt salutaria, quedam veneratoria, quedam ministratoria, & quedam preparatoria. Salutaria sunt illa, quae ad salutem sunt necessaria, vt Baptismus, Eucharistia, Confirmation, Poenitentia, Extrema vnitio. De hoc etiam in glo. no. 1. in c. veniens, de transact. Veneratoria sunt festivitates, que per certa anni tempora in aliquius facte rei memoriam venerabiliter celebrantur. Ministratoria sunt officia omnia ecclesiastica nocturna, sive diurna: Et dicuntur ministratoria, quia per ea ministratur, & exhibent Latria Deo, & quia per ea reliqua sacramenta ecclesiastica conficiuntur, ministrantur, & celebrantur. Preparatoria sunt, quoniam omnibus sacramentis celebrandis preparantur, & sunt, vt Ecclesia, Altaria, ecclesiastica varia ornamenta, & generatim omnia ecclesiastica vrenfilia, & eorum consecratio, secundum Hugo. in d. c. 1. sic etiam gl. in c. f. 1. quest. 3. dicit, quod consecratio altaris est Sacramentum laet go modo sumptum, cum sit sacræ rei signum, extra, de simo. c. cù sit Romana. Secundo sciendum est, quod consecratio, & est simul factare. 24. q. 3. c. pudenda. Velcum alio faciat, iuxta glo. in c. Episcopos 23. dist. Et hæc consecratio dicitur multiplex. Ut Ecclesia, vel altaris, & in Decretali, & in 6. cod. ti. & de consecrat. dist. 1. Item Episcopi. De hac dist. 65. per totum. Item Virginum, ut 20. q. 1. capitul. placuit. Item est Consecratio Corporis, & Sanguinis Christi, de con-

secr. dist. 2. per totum, &c. quia. Item res inanimata, vt calicis, & cap. vt calix, de consecr. dist. 1. Tertiò sciendum, quod consecratio altaris præcipue consistit in coniunctione mensæ, id est lapidis superioris, & structura inferioris, secundum Innoc. in rubr. & Zabar. in cap. 1. tit. nostro, qui etiam dicit, quod coniunctio designat coniunctionem fidelis animæ ad Deum, simile de big. c. debitum.

**3** Quartò † notandum, quod res inanimata, vt Ecclesia, altare, & huiusmodi alia, ideo consecrantur, vt per hoc specia liter diuino cultui deputetur, & ad eas, & ad sacramenta, que in eis celebrantur, maior deuotio recipiatur, & in maiori reuerentia habeantur. Et etiā piè est credendum quod ex hoc ceteris paribus diuina virtus ibi assistat ad gratiam libertatis infundendam. Nam ipse, qui habet in celis habitationem, visitator, & adiutor est loci illius. Et inde est, quod ante consecrationem emundantur, & exorcizantur, vt inde virtus inimici pellatur. Et similiter Ecclesia, que sanguinis effusione, aut cuiusquam scamine fuerint polluta, reconciliantur, quia per peccatum ibi conum issum apparebat ibi aliqua operatio inimici, de conser. dist. 1. cap. Ecclesiast. Hæc Thom. 3. q. 8 2. art. 3. capit. 3.

**4** Quinto aliter consecratur homo, † & aliter res; nam homo consecratur, i. ordinatur, vel voto conuersio[n]is obligatur, alia res consecratur, id est deputatur utilitati Ecclesie, & talis res dici potest sancta, vel sacra, non quia sit sancta in se, vel sacrata, sed quia rei sacre oblatæ, unde qui res Ecclesia rapit, sacrilegium committit, item res quandoque consecrat quando aliquam consecrationem, vel benedictionem recipit, vt calix, panis, alta re, & huiusmodi. Ita Archid. hec not. in cap. nulli. 1 2. q. 1. Sexto † sciendum est, quod Ecclesia multipliciter sumitur. Non quandoque vocatur oratorium, dist. 42. c. pen. & vlt. 16. q. 5. c. lator. Quandoque domus orationis, c. cum Ecclesia, de immu. eccl. in 6. c. & hoc diximus, 16. q. 7. Quandoque ecclesia non consecrata, d.

c. cum ecclesia tit. nostro, c. 1. & 2. licet proprie Ecclesia non consecrata dicatur Basilica, & consecrata ecclesia. Aliquando templum. distin. 88. c. Ejcensi. 1. q. 3. c. ex multis. Aliquando tabernaculum, de cons. dist. 1. c. 1. dist. 36. c. 6. Quandoque domus Dei. 1. q. 3. c. non solum. c. de cert. de immu. eccl. in 6. E test ratio: quia ibi Deus specialiter inhabitat, vnde i ea habitantes Christus protegit. Domus enim tutissimum refugium, & receptaculum esse dicitur, plerique. ss. de in ius uoc. Hæc Archid. & Io. Andr. in c. r. de consecr. eccl. in 6. Sed modo ad decisiones descendamus. Et prima. Ut ecclesiaz consecrentur, † conuenienter ab ecclesia institutu fuit pluribus ex causis, quarum Prima, vt diabolus, & potestas eius penitus expellatur, vt refert Gregor. in Dialo. lib. 3, quod cum quedam ecclesia Arrianorum fidelibus redditâ consecra retur, & reliquias sancti Sebastiani, & beate Agathæ illuc delatæ fuissent, populus ibidem congregatus, portum, repente inter pedes huc, illucque discurrente senserunt, qui fores ecclesie repetens, à nullo videri potuit, omnesque in admirationem commotuit, quod idcirco Dominus ostendit, vt cunctis patesceret quod de loco eodem immundus habitator exiret. Secundo consecratur ecclesia, vt ad eam confugientes saluentur. Vnde aliquæ ecclesie post dedicationem à principibus priuilegiantur, ut ad eam confugientes saluentur, facit tex. in cap. reos, 23. q. 5. Hinc in tabernaculum legitur fugisse Iacob, & cornu altaris apprehendisse, 3. Reg. 2. Tertio, vt ibidem orationes exaudiantur. Hinc in missa dedicationis dicitur. Concede ut omnes, qui deprecatur conueniunt, ex quacunque tribulatione consolationis tuæ beneficia consequantur. Quarto, vt in ea laudes Deo solvantur, quod fit septem horis. Quinto, vt ibidem dignæ ecclesia stica sacramenta ministrentur, vt patet quasi per totam distinctionem primam de consecr.

**7** - Secunda. Ritus, qui † in ecclesiarium conse-

# Decis. Aurearum

# Par. II. Lib. II.

cōfēratioē obſeruatur, plenus eſt myſterij, vt ad plenū exponitur per Card. à Turrecrem. in cōm̄nes basilicę, nu. 4. de consecr. dist. 1. & eſte conueniens cum ea, quæ per ecclesiā ſtatuantur, ab ipso Christo ordinentur, qui dicit Matt. 18. Nibunque fuerint duo, vel tres in no- mīne meo, in medio eorū ſum. Sed iſta in consecratioē eccl̄iarum ab ecclesiā ordinata ſunt, ergo accipienda ſunt ac ſi a Christo ordinata ſint. Ita Turrecrem. vbi ſupta.

Tertia. Si missa in consecratioē prætermittatur, eccl̄ia erit cōfērata, cum missa † non ſit de ſubſtantia consecratio- nis, ſed de ſolemnitate, & ſic, quamuis missa prætermittatur, modo forma cōfēratioē debita obſeruata fuerit, erit eccl̄ia cōfērata. Facit à ſimili; Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi habent deter- minata tempora, in quibus debeat ordinari, & nihilominus ſi alio tempore ordinentur, ordines recipiunt, licet de- beant deponi. distin. 77. c. subdiaconus. De hoc vide glos. in cap. oīnnes, de consecr. dist. 1.

Quarta. Licet consecratio olim fieri non poterat ſine mandato Pape, de con- fecr. dist. 1. c. de locorum. cum quatuor 9 capitulis ſequentibus, tamen hodie † po- test eccl̄ia consecrari ab Episcopo, c. 2. & 3. extra eod. c. nemo, de cōfēr. dist. 1. 12. q. 2. c. bonz. Non tamen potest confe- cratio, vel reconciliatio alij delegari, niſi is, cui delegatur, Episcopus eſſet. c. aqua, extra eod. c. quæ delegato, de offic. deleg. quia Episcopus ea, quæ ſunt ordinis, ſue dignitatis minori ſe delegare nō potest, ita Host. eo. tit. noſtro, num. 2. Aften. co- titu. lib. 6. tit. 29. Verum non debet Epi- 10 scopus † aliquam eccl̄ia ſecrare, immo nec primarium lapidem ponere, iux. tex. in c. nemo, de consecr. distinct. 1. niſi ei prius dos affiſinetur a fundatore, d. c. nemo, quæ quidem dos debet eſſe cō 11 petens, † hoc eſt, q. ſi conſtruantur eccl̄ia, quæ de iure tenetur ad hospita- litatem, & ad iura episcopalia, & tunc dos, debet eſſe talis q. poſſit recipere ho-

ſpites, & iura episcopalia ſoluere. ita gl. in c. cum ſicut, de consecr. eccl̄e. vel alt. Dicit tamen Zabar. ibi, q. verba glossæ non ſunt ita amarè intelligenda, ſed ſuf- ficit, q. habeatur ratio de hospitalitate, & de iuribus episcopalibus, ſecundum mediocritatem, quaſi ſcuanda eſt, de offi. vic. c. 1. Sivero episcopus ad requisitio- nem alterius fundauerit eccl̄iam abſque dote, tunc prius datur actio contra p̄ſtentarem, & eius haredem, ad dotandam eccl̄iam, & demum in episcopum, ita glos. in d. c. cum ſicut. Quod ſi non ad requisitionem alterius, ſed per ſe consecrauerit Eccl̄iam abſque do- te, tunc ſi habet proprium, præter bona eccl̄ialtica, tenetur eam dotare, arg. d. c. nemo. Sic ut tenetur proidere illi, quem ordinat ſine titulo, de p̄bē. cap. 2. & c. Episcopus, & c. cum ſecundū. Quod ſi proprium non habet, tunc tene- tur dotare de reditibus ſuis, verum ſi reditus eſſent tenues, tunc ſiet de bonis eccl̄ia, ſi tamen ſine leſione iſp̄is ſici- ri potheſt, argum. de donat. cap. Apoſto- lique. Alioquin delictum perfonæ non debet in damnum eccl̄ia ſe redudare, 15. q. 6. cap. ii Episcopum, c. delictum, de reg. iur. in 6. An vero poſſit erigi † in eccl̄ia etiā consecrata altari ſine permis- ſu diocesani. Dic, q. non, de consecr. d. 1. c. nullus presbyter, el. 2. & quod ibi not. 68. dist. c. quamuis. Zabar. in c. 1. de con- fecr. eccl̄e. vel alt. not. 1.

13 Quinta. Potheſt Episcopos † exigere procura- tionem, hoc eſt prandium, quādo vadit ad confecrandam eccl̄iam, c. cum ſit Romana, de ſimo. etiam quantumcunque eccl̄ia confecranda ſit vi- cina Epilcopatui, ſecundum Hostien. & Do. Abb. in d. c. cum Romana, cum iſta procuratio, quæ eſt annexa viſitationi, et consecratio, non detur pro labore, ſed p̄altetur in ſignum ſuperioritatis, & vt facilius p̄lati inducantur ad viſitandū, & confecrandum, ita not. per Innoc. in cap. cum Romana, de censi. propter deſe- ctum tamen facultatum eccl̄ia ſebeſt Episcopus proprijs ſumptibus eccl̄ia ſebeſt

consecrare, ita glo. in d.c. cum sit. Quali-  
ter autē † probetur consecratio ecclesie,  
dic quōd per libros antiquos, & fines  
diacelum, ita Fel. in c. cum causam, de-  
procur. sic etiam libri antiqui probant,  
quando in eis non continetur aliud  
quod sit valde praejudiciale, ita Do. Abb.  
in d.c. cum causam.

**15** An verò qnemadmodum procuratur  
episcopus cum ecclesia consecratur, cap.  
cum sit, de simo. & quod ibi not. Ita &  
procurationem habebit cum reconcilia-  
tur. Dic secundum Vinc. in c. conque-  
rente, de offic. ordi. q. non. cum in cer-  
tis tantum casibus sit expressum pro-  
curationem deberi, ergo in alijs uidetur  
prohiberi, arg. de præsump. c. nonne.  
Tum etiam, quia redditus ecclesiastici  
pp hoc sunt deputati, de vit. & hon. cler.  
c. cum ab omni, & ita videtur sentire  
Zabar. in c. proposuisti, q. 6. de consecr.  
eccl. vel alt. licet in Cle. 1. q. 14. de celebr.  
miss. teneat contrarium scilicet quōd  
debeatur.

**16** Sexta. Consecratio † ecclesie, id est ba-  
silicæ, iux. tex. in c. nobis, de iure patro.  
potest fieri ab episcopo in sua diecesi tā  
diebus solemnibus & dominicis, quam  
etiam non festiūs, cap. 2. de consecr. ec-  
cle. vel alt. Sed in aliena episcopatu  
non debet, nisi in uitatus a proprio epi-  
scopo, quod si contra fecerit, tunc con-  
secratio licet valeat, punitur tamen epi-  
scopus, quia uno anno erit suspensus à  
missarum celebratione. Ordines verò  
sacerdi non conseruntur nisi certis die-  
bus, c. 1. & 2. de temp. ord. 77. dist. c. vlt.  
Sic Christma certo tempore cōficitur, c.  
omni tempore, de conse. d. 4. ratio verò  
diuersitatis inter collationem ordinū,  
qua non est facienda, nisi certis diebus.  
Sed consecratio in omnibus, illa esse po-  
test, quōd de ecclesia non reperitur sta-  
tutū certum tempus, ideo omni tem-  
pore licet. Quod secus est in ord inibus  
conferendis.

**17** Septima. Ecclesia, qua per interuen-  
tū pecunie ex pacto promissæ consecra-  
tur, potius dicitur execratio, & prosa-

na actio, quām consecratio, cap. ecclœsia,  
1. queſt. 4. nam talem consecrationem  
Deus execrat, & abominatur. Vnde If. 1.  
Dominus ait: incensum abominatione est  
mihi. Dicitur tamen execrata Ecclesia,  
non in se, quia locus sanctus est, &  
consecratus, modo debita forma ecclœ-  
siae fuerit obſeruata, sed dicitur execra-  
ta in detestationem illius, qui eam pa-  
ctione consecravit. Ut dicatur execra-  
ta, quantum ad eum, cui obest actuosa  
lis consecrationis, & transit in eum ma-  
ledictio execrationis. sic per Malach. 2.  
dicit Dominus indignis sacerdotibus.  
Maledicā benedictionibus vestris, non  
quōd benedictiones in se essent male-  
dictæ, sed quia siebant, & transibant in  
maleditionem benedicentis. Ita Tur-  
recrem. in c. ecclœsia, 1. q. 4.

**18** Octaua. Ecclesia † in his casibus est  
consecranda. Primus. Quādo consecra-  
ta est, nō tamen in forma ecclœsia, quia  
tunc debet reconsecrari, de consecr. di-  
st. 1. c. Ecclœsias. Arch. 1. q. 4. c. ecclœsia,  
in glo. 3. Et idem intelligo in altari non  
secundum formam ecclœsiae consecrato.  
Secundus. Cum dubitatur de eius con-  
secratione, quia de hoc non appetat ali-  
qua scriptura in instrumēto dotationis,  
vel in libro ecclœsiae, vel in columna, vel  
in tabula marmorea, nec etiam appetat  
vnus testis de visu, vel auditur, de conse-  
cra. dist. 1. c. solemnitates. Et quod quā-  
libet diētarum probationum sufficiat,  
patet in d. c. solemnitates, 24. q. 2. c. sanē  
proserrur, vt in columnis ecclœsiae, &  
22. q. 5. c. hoc videtur. & intellige tales  
semiplenæ probationes sufficere, quād  
de hoc non esset conuentio, per quā  
vel tolleretur probatio, vel appareret q̄  
tali probationi fides adhiberi non pos-  
sit, scilicet quando alteri præjudicium  
fieret. Altens. lib. 6. ti. 29. art. 2. Tertius.  
Quando ecclœsia sic comburitur, quōd  
paries sint combusti, vel diruti, uel no-  
tabiliter destructi in toto, uel in maiori  
parte, vt in cap. ecclœsia, de consecr.  
dist. 1. Secus si solūm tectum exustum  
fuerit, titu. nostro, cap. lignis. Quartus.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

**S**i tota ecclesia, vel maior pars destruēta, vel dirupta est, vel simul, vel successione ante redificationem, ita Turreat in c. eccl. de consecr. dist. I. **Q**uintus, quando constat omnia, quae solent fieri in consecratione rite, & solemniter esse acta, sed dubitatur, an consecratus fuerit Episcopus, quia tunc secundum Hugo. est reconsecranda, distinct. 68. cap. presbyteri.

**N**ona. Altare in multis casibus potest recōsecrari. **P**rimus, si mensa, vel tabula altaris, i. pars superior altaris sicut mota, i. mutata secundum locum, vel enormiter ultra medicamentum fracta sit, secundum Host. cap. I. Et hoc intelligitur de tabula affixa: Tabula enim consecrata, quae non est affixa de loco ad locum transfertur, nec tamen consecratur, dum tamen lapis superior non separatur ab eo, cui compaginatur. Vnde si mensa mouetur cum coherentibus sibi, non oportet propter hoc altare consecrari, ut patet in altare portatili, de consecr. dist. I. cap. concedimus. Secundus est, si aliquis de lapidibus mensam tangentibus fuerit motus, secundum Ber. ext. eo. c. I. Quod intellige de lapidibus principalibus, ut si super quatuor columnas fundata sit mensa altaris, & una eatum fuerit motus, mensa nihil minus remanente immota. Secus est de lapidibus parietis, vel de ipso pariete, cui lateraliter compaginatum est altare in quibusdam ecclesijs: quia propter motionem illius parietis, vel lapidum non reconsecrabit altare, si maneat immotum. Tertius, quando altare ex toto destrunctum est, & redificatur, quia tunc debet reconsecrari. Quartus casus est, quando sigillum altaris, id est lapis, quo sigillantur reliquiae, fractum sit, vel diuinum sicut, reconsecrandum est altare, c. eccl. dist. de consecr. dist. I. c. quod in dubijs, ext. eo. Quintus casus est, quando tantum adjicitur altari, quod anuitit formam, quam habebat: quia forma dat esse rei, quia tunc consecrandum est, arg. s. q. 2. c. hoc

ius: propter modicum tamen additamentum non exercatur, quia tunc sacram trahit ad se non factum, extra eo. cap. quod in dubijs. Sextus, quando dubitatur utrum altare sit consecratum, de consecr. dist. I. c. eccl. sed quia supra mentionem fecimus de sigillo, ideo sciendum est, quod sigillum dicitur quasi altare signans, demonstrat enim & significat cuius est, sicut de signo dicitur, de consecr. dist. I. c. signum. Hinc sigillum dicitur titulus, quia ut ille declarat materiam libri, c. inter dilectos, de fide instr. vers. nam in ipso, sic illud manifestat altare consecratum. Vnde titulus dicitur a Titan, quod est sol, vel dicitur titulus, quia solet intitulari sub nomine alicuius sancti. Vocat etiam Holtie. sigillum septulchrum, ut dicit Ioan. And. in rubr. codem tit.

**D**e cima. Ecclesia non potest consecrari, & reconsecrari sine altari, & econuerso: quia alia est consecratio ecclesie, alia altaris, extr. eod. cap. I. & cap. quod in dubijs, & sepe fit haec sine illa, & sepe exercatur ecclesia, & non altare, & econuerso, vnde destructa ecclesia, & non altari, ecclesia reconsecrabitur, & non altare. Et non obstat tex. in cap. si motum, de consecr. dist. I. quia ibi non nomine ecclesie intelligitur altare, sicut econtra, nomine altaris intelligitur ecclesia, I. q. 3. c. quæsitum. Secus tamen videtur de reconciliatione: quia adeo annexa sunt ecclesia, & altare, ut unum si ne alio violari non possit, ut not. in c. 1. eod. tit. secundum Host.

**V**nde ciuius. Ecclesia non reconsecratione, sed reconciliacione indiget in multis casibus. **P**rimus, propter effusionem sanguinis violentia & iniuriosa, cap. proposuisti, cap. fin. eod. tit. Non tamen pro quacumque sanguinis effusione, quia si effueret sanguis ex narre, vel ore, vel cicatrice, vel minutiōne, aut etiā ex mensuero, vel aliter, naturaliter, aut forte hido, vel casu fortuito, aut si quocunque animal ibi occidatur, secus esset. Sed an reconciliabitur ecclesia, si occisus est martyr.

martyr. Dic quod sic: quia licet passio martyris sit Deo grata, & accepta, actio tamen persecutionis est Deo, & disciplicens, & odiosa, vnde reconcilianda propter actionem effusoris sanguinis, & non propter passionem. Turrec.in c.si motum, nu.2.de consecr.dist.1. Reconcilia tur autem ecclesia per aquam cum vino, & cinere benedicta. Et per aquam designatur populus, de celeb.mil.cap.cum Marthæ, §.quæsuisti. & per vinum mix tum aqua designatur vnio Deitatis, & humanitatis, & per cinerem, memoria passionis, Zaba.in c.proposuisti, eod.tit.

Hec tamen reconciliatio facienda est per Episcopum, non autem per sacerdotem, c.aqua, e.o.tit. Episcopum dico proprium.i.dicefanum, vel per alium de licentia illius. 12.q.1.ca. Pontifices, vel vacante episcopatu de licentia Capituli. de heret. c. ad abolendam, & tunc ille poterit aquam benedicere. Dicit tamen Hosti. quod Episcopus reconcilians debet esse induitus pontificalibus, sed sicutur non seruari. Potest etiam fieri per sacerdotem de induito summi Pontificis. Hinc dicit Innoc.in d.c.aqua, se vidisse quod Papa pluribus Episcopis induitus, quod possent per simplices sacerdotes reconciliare: aqua tamen prius benedicta per episcopum, sed Hostiens. dicit, quod Clemens III. hoc non de facili concedebat, nisi de ecclesijs non consecratis. i.ra.loan. And. & Zabar.in d.cap. aqua. Et nota, quod licet reconciliatio ecclesie demandari non possit simplici sacerdoti, tamen reconciliatio penitentium, & infirmorum sic.26.q.6. c.pfbyteri, & cap. agnouimus. quod intellige quo ad reconciliationem priuatam: nam solemnem potest solus Episcopus. facit ead.q.c.1. Zabar.in d.c.aqua, nu.7. Item, quid si modica sit sanguinis effusio, vel leuis, vt si quis forte cum contendit cum aliquo in ecclesia, impetu facto offendat in nates eius, vel eum vngue aliquantulum excoriet, & inde aliquantulum sanguinis effusat, dic, quod non 21 est reconcilianda. Rursum, quid si sub

ecclesia occidatur in cella, camera, vel spelunca. Dic, quod non est reconcilianda: quia extra ecclesiam factum est homicidium, ut not. Io. And.in c.1.eod.ti. 23.lib.6.in glossa tercia. Item † quid si quis sanguinem scipsum occidat in ecclesia, vel valneret animo irato, tunc si nota est talis actio, erit reconcilianda ecclesia: quia talis sanguis iniuriosus est, & horribilis, vt patet: quia clericus scipsum animo irato feriens excommunicatus est, cap.contingit, 1.de sent.excom. Rursum, quid si ligno, vel lapide cadente in ecclesia occidatur. Dic, quod non est reconcilianda: quia ibi proprietate non est factum homicidium, ita Turrec.in cap.ecclesijs, num.12. de consecr.dist.1. Cetera circa hanc materiam diximus in prima par. nostrarum Decisi. lib.2.de sacrilegio. Secundus casus est propter sceminiæ cuiusque effusionem, matris, vel feminæ, clerici, vel laici, hereticæ, vel pagani, naturaliter, siue innaturaliter, studiose, & cum libidine peccandi, d. cap.proposuisti, & c.vni.codem tit.in 6. quando effusio sit magna, & notoria, ac fornicatoria: quia si occulta, non est reconcilianda. Item nec si modica. Sed 24 an † quod dicitur de ecclesia, quæ non consecrata, si polluitur, reconciliatur, id etiam extedatur ad oratoria. Dic quod non, & ita communiter tenetur: ratio vero diuersitatis inter utrumque est, quia ecclesia licet non consecrata tamen adificata est vt consecretur, & sic est Deo dedicata, aliud vero est in oratorio simplex. Ita Zabar.in c.fin.de consecr.ecc. vel altat. Dixit simplici: quia duplex est oratorium, aliud, quod fit ad celebrandum, & intercessit episcopi authoritas, & tunc cum dicatur ecclesia factum, quia institutum fuit ad celebrandum, & publicè celebratur, & indifferenter ab omnibus si pollueretur indigeret reconciliatione: si vero esset oratorium simplex ubi oratur, & est principaliter dedicatum ad orandum, tunc non indigeret reconciliatione. De his oratorijs vide que diximus infra de visitatoribus,

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

num. 47. & 48. Tertius casus est, in quo ecclesia indiget reconciliationem, si in ecclesia sint sepulti excommunicati, vnu\$, vel plures, quo casu etiam parientes ecclesia sunt radendi, de consecr. dist. I. cap. ecclesiam, capit. consulfisti, tit. nostro. Et hoc intellige de excommunicatis impenitentibus, secus de excommunicatis, qui morte praeuenti absoluvi non potuerunt, arg. de senten. excom. c. is cui, §. i. in 6. à contrario sensu. Quartus, quādo ecclesia, vel cemiterium, vel aliud quodcunque sacram ab Episcopo publice excommunicato consecretur, vel benedicatur, nam tunc procul dubio reconciliacione eger, ante quam fideles utantur talibus tanquam sacris, vt not. de sacr. iter. cap. 2. nam si corpus excommunicati mortui, execratur ecclesiam, vel cemiterium, d. c. consulfisti, & cap. ecclesiam, multo fortius vbi ipsa consecratio transit per manus, & os excommunicati, arg. in l. Domitius, de testam. Secus in sacramentis, quae intrinsecus operantur, vt dicit Host. ita Henr. in d. c. propo suisti, Turrecre. in cap. si motum. nam sacramentum eucharistiae, quod perfectum est à quocūque presbytero in forma ecclesie, si conficiatur, non eger reconciliationem, idem in baptismo, & alijs sacramentis, de sum. Trin. c. i. de cohabit. cler. c. vestra, & est expressum, i. q. i. cap. multi, ante fin. Quintus, propter exulsionem, vt quando parientes sunt in terris decrufiati, & exterius.

25 Duodecima. Si ecclesia non consecrata fuerit semine, vel sanguinis effusione polluta, debet laitari aqua exorcizata, ne diuina laudis suspendantur organa, extra eodem cap. si ecclesia, suspendentur enim in expectatione Episcopi. Et hoc secundum Rod. fieri potest per simplicem sacerdotem, requiritur tamen authoritas Episcopi, si tamen interim celebratur, non incurritur irregularitas. Et sic nota differentiam inter ecclesiam non consecratam, & consecratam: nam si prima fuerit polluta, potest per presbyterum recon-

ciliari de authoritate Episcopi. Secunda etiam per alterum cum Episcopi auctoritate, non tamen Episcopo inferiorem. Quod si quis obijceret, quod ecclesia non consecrata gaudet immunitate, sicut consecrata, de immunitate eccles. cap. pen. ergo sicut consecrata per solum Episcopum reconciliatur, dicto capit. aqua, ita & ista. Hostiens. dicit, quod argumentum non procedit: plus enim peccauit violans consecratam, & ideo ad aliorum terrorum maior solemnitas requiritur, facit de senten. excom. cap. cum illorum, de acta. & qualitate, cap. cum bona.

26 Tertiadecima. Missa in reconciliacione, vel consecratione ecclesie vel altaris debet cantari ab Episcopo, qui consecratus cum consecratio ecclesie, vel altaris non posset fieri, nisi per Episcopum, dist. 25. c. perfectis. Verum, quia missa non est de substantia consecrationis, si magna uiget necessitas, potest illa cantari per alium sacerdotem iussu Episcopi, d. cap. perfectis. Quod idem dic de missa reconciliationis Turrecre. in c. de fabrica, nu. 3. de consecr. dist. 1.

27 Quartadecima. Sicut tunc altare consecrari non debet nisi ab Episcopo, sic non debet execrari, vel destrui nisi ab Episcopo, vel ab aliquo, eius mandato. Ita Turrecre. in cap. placuit, de consecr. dist. 1.

28 Quintadecima. Vestimenta tunc ecclesie, quibus Dominio ministratur, honesta debent esse, & sacra, & ideo debent tantum tractari ab hominibus saceratis, & non à non saceratis. Qui tamen absque vestibus saceratis, domo, & altari, & calice, & corporali, & vestibus consecrari, modo sacerdos, verba proficerat super debitam materiam cum intentione consecrandi, tali casu consecraret, sed mortaliter peccaret, qui sine illis confidere, aut celebrare presumeret, facit tex. in c. Ecclesiastica, d. 23. cum ista non sint de substantia, sed de solemnitate, & reverentia sacramenti, ita Turrecre. in c. concedimus, nu. 5. de consecr. dist. 1.

**I.** Sextadecima. **†** Vests sacrae non sunt in alios usus accipiendae, vel redigendae, sed potius si sunt inutiles, vel vetustate consumptae, sunt cremandae, & cineres conditi debent sub pavimento, vel alio loco tuto, & honesto, ne pedibus intratum conculcentur. **Quod idem dicendum est de vestis sacris**, vel de pallis altaris. & ratio est: quia Deo dicata ad usus profanos non debent reuerti, 12. q.2. c. nulli, & dist. 14. cap. ex antiquis. Ernota, quod palla secundum Rod. dicitur quandoque vestis, qua operitur altare, & quandoque dicitur corporale, quo Corpus Dominicum inuoluitur. Hinc sit, quod monasterium, vel ecclesia, vel hospitale, ex quo authoritate Episcopi est aedificatum, nullo modo conuerti debet in habitaculum seculare, vel in alios profanos usus, extr. de relig. dom. cap. ad hanc, 19. q. 3. cap. que fane, cum sacre aedes aedificatae etiam dirupto aedificio lacra remanent, Instit. de rer. diuis. §. nullius, arg. de consecrat. dist. 1. c. digna.

**50.** Decimaseptima. Sacra vestis quamdiu remanet forma, non est iterum consecranda, licet per plures partes, vel plures reficiatur, sicut si forma mutetur, siue soluator, quod idem diximus in re consecratione ecclesiarum.

**31.** Decima octava. Sacrum **†** tanquam dignius trahit ad se non sacram, c. 2. eo. tit. **Quod intellige**, quando sacram, & non sacram sunt eiusdem naturae, & substantiae, & ex commixtione confunduntur, vt in oleo sacro, & non sacro, quia tunc sacram trahit ad se non sacram, d. cap. 2. & 13. q. 2. cap. non astimemus. Idem intellige etiam in alijs rebus, in quo sint eiusdem substantiae, & naturae. Vnde in reficiendis sacris uestibus filii non sacrum, siue pannus non sacer potest apponi, nec est opus noua consecratio, ita Holt. in d.c. 2. allegans Inst. de ret. diuis. §. cum ex aliena, & §. quod si partum, & §. si cura. Sic si ecclesia consecrata in longitudine, vel latitudine aliquid adijectum, non reconsecrabitur: quia

sacrum trahit ad se non sacram. **Quod si sacram, & non sacram sit diuersa substantiae, & naturae**, tunc sacram non trahit ad se non sacram; cum separato-  
rum separata debeat esse ratio, l. repetita, C. de Episc. & cler. c. quia sepe, in princ. de præben. in 6. c. vniuers. verific. secus. cod. 32. tit. in 6. Et ideo **†** si post calicem consecrationem vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini communiceatur, c. cum Mat. th. §. quasi si nulli, vers. præterea, de celebrat. miss. Eta est ratio: quia post consecrationem calicis est ibi verum corpus, & verus sanguis Christi, & sic languis, & winum superinfusionis sunt penitus diuersae substantiae, & naturae. ita inuit D. Abbas & affirmat Henricus in d. cap. 2. extr. cod. num. 2.

**33.** Decimanova. Non licet **†** consecrare calicem, nisi sit de auro, argento, vel de plumbbo, cap. vt calix, de consecrat. dist. 1. cap. vala: quia non debet esse de ære, aut auricalco, quia ob uniuirtutem aruginem parit, & vomitum provocat: nec de ligno, quia cum sit porous, absorberet sanguinem. Nec etiam de vitro, quia cum vitrum sit fragile, si de illo calix fererit, periculum effusionis. Hac in d.c. ut calix, & hæc circa consecrationem ecclesiarum, uel altaris, verum reperitur alia consecratio, scilicet Episcopi.

**Vigesima.** Episcopus electus debet pectere consecrationem **†** int̄a tres mentes à tempore electionis, c. postquam, d. 50. Immo secundum Rod. à tempore confirmationis ut dicit Hug. ead. dist. cap. quātum. **Quod si int̄a tres mentes munus consecrationis non suscepit**, multiplici pena punitur, cap. quoniam, dist. 75. sed hodie per Concil. Trident. sess. 7. c. 9. & sess. 23. cap. 2. ad fructuum perceptorum restitutione tenetur, quod si postea intra totidem mentes id tacere neglexerit, ecclesia ipso iure est priuatus, vt ibi per Concil. nisi ex iulla causa differatur, cap. non oportet, cap. constitutum, 7. q. 1.

35 Vigesimaprima. Consecratio si extra Romanam Curiam fiat, in ecclesia, ad quam episcopi promoti tuerint, aut in prouincia, si commode fieri potest, celebretur, ut habetur in Cōc. Trid. scilicet cap. 2. Quod quidem consecratio debet fieri ad manus à tribus Episcopis, & alijs suffraganeis, alias sufficienter vocatis, licet sorte non venientibus, cap. nec Episcopi, & ioh. Henrici de tempore. Et sic tres sunt de substantia consecrationis, ut dicit Host. & Ber. in c. si Archiepiscopus de tempo. ord. Archiepiscopus vero qui ordinat Episcopum, includitur cum tribus. Et id est non esset consecratus, si essent pauciores, dist. 63. c. a. porro. Et est unus sit principaliter consecrans. Et hoc secundum Iuristas. Theologi vero, ut Turret. assert. 14. rationibus in c. porto, nu. 1. d. 65. ternarium numerū episcoporum non esse de substantia consecrationis episcopi, sed bene de solemnitate, sed tantum quoniam unus sit de substantia. Episcopus vero exemptus debet consecrari a Papa, vel ab alio de eius mandato. Sed non exemptus a Metropolitanu, vel Primate, vel Patriarcha suo, vel alio de eius mandato. Archiepiscopus vero, & Patriarcha consecrari debet ab omnibus suis suffraganeis saltem a tribus: An 36 vero tamen consecrationem vicarius exequi possit? Dic, quod non: c. si sit Episcopus, c. Episcopi, 80. dist. Quomodo enim qui constituit eum vicarium, qui non est Episcopus, debet addere, faciendo, & committendi, ut ita vicarius possit committere aliqui Episcopo. teste Bert. in 3. parte, de Episcopis, q. 61. Petr. Rebiff. de forma Vicariatus, §. notanda, numero 35.

37 Vigesimasecunda. Episcopus consecratus antea examinandus est, si natura sit prudens, si docibilis, si morib. temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instruitus, si in scripturatum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus; item in multis alijs exami-

nandus, ut est tex. in cap. 2. distincte. 23. Et tex. inc. illud ea. dist. dicit, quod cum multa discussione in Episcopum quis debet consecrari.

38 Vigesimatertia. Consecrationis tempus trium mecum est, qui est promotus in Episcopum per Papam, si presens fuit prouisus, a die prouisionis incipit certe re cum trigesimo videatur consentire: quia promotio est res favorabilis, alias sibi currit a die motitiae, quod est regulariter etiam in talibus, de suppl. negli. pr. lat. cap. licet, de concess. pr. a. den. ca. quia per diuersitatem Calder. cons. 3. de elect.

Vigesimaquarta. Circa consecrationem virginum sciendum est, quod in iure Canonico fit mentio de quatuor velis, scilicet, de velo consecrationis. Et hoc velum non est imponendum ante 25. annos. 77. dist. cap. placuit. unde dicit Hostien. quod ipse vix obtinuit a Papa Lugduni, quod ipse consecraret in anno 20. Et est imponendum a solo Episcopo. 26. q. 6. cap. 1. & solis virginibus, quia corrupta non sunt consecrandae. 25. dist. cap. acutius, 26. q. 1. cap. denotis. Immob. 40 nec tamen violenter corruptis, nam licet tales virginitatem non amittant, nec virginitatis auricolam, non tamen consecratur, quia in illo actu difficile est ita renuntiari, quia voluntas non allicit aliqualem consensum: unde, cum de pleno dissenso constare non possit, ideo statutum est ut tales humiliiter abstineant a consecratione, 32. q. 5. c. illæ familiae. & 15. q. 7. c. si quis non iratus; virgines vero sunt consecrandae in veste professionis sunt, quam semper debent defesse, 23. distincte. cap. sancti monialis. Et sunt consecrandæ solemnibus diebus tatum, ut in Epiphania, & per hebdomadam Pasche, & in festis Apostolorum, nisi in casu imminentis necessitatis, 20. q. 1. cap. deuotis, quo casu possunt quolibet tempore consecrari, d. c. deuotis, c. 1. de temp. ordinis.

41 Est tamen velum professionis, de quo 20. q. 1. cap. 1. & q. 2. cap. puella. Et hoc quilibet tempore a virgine, vel corrupta suscipitur, cum proficeret. Est etiam velum

**I**tem religionis, quod virgo, vel corrupta  
fuscipit a presbytero, vel ministro, 20. q.  
2. cap. vidua. Item, est velum ordinatio-  
nis, & hoc dabatur olim diaconissis in  
40. anno, 78. dist. cap. nemo, 27. q. 1. cap.  
diaconissam. Est etiam velum praetatio-  
nis, & dabatur olim abbatissis in 60. an-  
no, 10. q. 1. c. iuuenculas.

Vigesimaquinta. Circa consecratio-  
nem Eucharistie nota plures casus, &  
41 primum. Qui non est † ritè ordinatus  
in presbyterum secundum ordinationē  
seu traditionem ecclesiasticā, non potest  
consecrare corpus Christi, cap. firmiter  
credimus, §. vna vero, vers. Et hoc uti-  
que, de summ. Trin. & fide cathol. ita e-  
tiam not. Hostien. in summ. cod. tit. §. à  
quo celebranda.

Secundus casus. Qui ritè ordinatus  
42 in presbyterum secundum traditionē tec-  
clesiasticā excommunicatus tamen,  
vel alias constitutus in peccato mortali,  
celebrat, mortaliter peccat, quia iudi-  
cium sibi manducat & bibit, 1. Cor. 11.  
de consecr. dist. 2. c. timorem, de celebr.  
miss. cap. de homine, tamen celebrando  
consecrat; dummodo ad sint intentio,  
materia, & debita forma, d. §. vna vero,  
& c. de homine. In uno tamen casu cele-  
brans non peccat, quando in summa necel-  
itas celebrandi, nec posset habere cui  
confiteatur, & esset contritus cum pro-  
posito satisfaciendi & confitendi quam  
primum. facit tex. in c. de cetero, cap. à  
nobis, de sen. excom. 26. q. 6. cap. qui rece-  
dunt. glo. in d. c. de homine. Sum. Conf.  
in rubr. de sacram. Euchar. q. 70. vers. v-  
trum peccet.

Tertius casus, circa defectum ex par-  
44 te materiae est, cum materia † necessaria  
ad conficiendam Eucharistiam sit pa-  
nis triticus cuiuscunque speciei sit, pro-  
ut haberet exp̄s̄e in Concil. Flor. sub  
Eugenio III. & in concil. Cartha. &  
habetur in cap. in sacramento, de con-  
secreta. dist. 2. vel vinum de vite, de celeb.  
miss. cap. cum Martha, §. distinguendū,  
& §. verum. Fr. Ioan. in Summ. Confess.  
de sac. non iter. in rubricella, de sacramē-

to Euchar. q. 88. Hinc sit, quod quis con-  
ficere in farre, & spelta Eucharistiam  
posset, nam quamvis grana specie diffe-  
rent, conuenient tamen in specie tritici,  
sub quo continentur: nam habent gra-  
na eiusdem figure cū tritico, & ex illis pa-  
nis visualis conficitur, qui ab omnibus pa-  
nis triticis nominatur. vide Turrec. in  
45 d. c. in facfo. nu. 3. Impediretur vero co-  
secatio, si in pane fieret hordeaceo, vel  
mileaceo, cum non sint de genere triti-  
ci, quamvis sint fruges de genere stu-  
menti, quod est nomen generale ad om-  
nes aristarum fruges. Ita Joseph. in Flor.  
theolog. quest. De essent. Euch. art. 3. Pa-  
riter consecratio impediretur, quando  
vinū non purum, sed omnino acetum,  
vel agresta, vel aqua pura pro vino de  
vite assumeretur. D. Th. & Fr. Io. vbi su-  
pra, & Joseph.

Quartus casus, circa defectū ex parte  
46 intentionis est. Qui † non intendit con-  
secare, licet forte fingat, & simulacrum hoc  
facere, labia mouendo, sed tacendo ver-  
ba, quibus conficitur corpus Christi,  
scilicet, Hoc est enim corpus meum, &c.  
Hic est sanguis, per hęc enim verba trā-  
substantiatur panis in corporis, & vinum  
in sanguinem, d. cap. cum Marthæ, §. que  
suiusti, secundum D. Tho. & alios com-  
muniter, non consecrat corpus Christi.  
cap. de homine, de celeb. miss. natu neces-  
saria est intentio, sicut in baptizante, 1.  
q. 1. c. ecce quando. Arch. 1. q. 1. c. dedit,  
& in sacerdote.

Quintus casus, circa defectum ex par-  
47 te formae † est. Quod si forma muta-  
tur in alia verba, quod nullo modo fieri  
debet, tunc dicit Alan. in libro de mis-  
sa, quod pro certo non conficitur, e-  
tiam si illa verba eundem sensum habe-  
re videantur. Pariter, si forma diminue-  
retur, sic dicendos: Hoc est meum, cum  
remaneat indeterminatum quid meum  
sit. Verum, si addatur aliiquid, quod si-  
gnificationem non mutet, licet errorem  
inducat, nihilominus tamen sit conse-  
cratio, ut si dicatur: Hoc est corpus meū  
dilectum, vel sanctum, &c. tamen qui  
hoc

rhoc sacerter, estet validus increparibus, ita cum eo concordat Fr. Icōa, qui siue o. c. q. cum tribus ieq.

48 Sextus, † circa defecatum, quod alias solemnitates, que ad ritum huius sacri pertinent, est, qd licet omittens ea, que a ritum huius sacramenti pertinent, scilicet tempus debitum, altare, & vestes, & huiusmodi, grauiter peccat: quia facit contra statutum ecclesie, tam si conficiat, nihilominus corpus Christi consecratum est, modo consecratus sit ordinatus, & ad sit intentio, & materia, & forma debita: ita est communitas schola Theologorum, ut refert Henric. in cap. literas, de celeb. miss. ou. 4. & de vestibus concordat Archid. in c. concedimus, de consec. dist. 1. Hostia in d.c. litteras, & hoc diximus sub correctione sancte matris ecclesie, cum qua idem per omnia volumus sentire.

## S V M M A R I U M.

- 1 Ieiunii multiplex diuisio.
- 2 Ieiunis praeconia.
- 3 Ieiunia ab ecclesia indicta, & voluntaria qua, & discriben, nū, seq.
- 5 Ieiunium debent quatuor concomitari, latus, leuita, hora, & mensura.
- 6 Ieiunium an sollemnizatur per anticipationem temporis.
- 7 In ieiunio an sit abstinentia à quanto, vel à qualib.
- 8 Ieiunium an cadat sub praecepto legis natura, vel ecclesiastica.
- 9 Præceptum Ecclesie transgrediens, an semper peccet, & qualiter.
- 10 Ieiunii ipsi quale, & an possit præueniri.
- 11 Hora comedendi in primis tribus diebus quadragesime.
- 12 Ieiunio an fastificiant qui dividunt cibum bio parvum comedentes.
- 13 Presbyter vigil ad populo annunciare tenetur.
- 14 Ieiunium in tribus casibus non est landabile.
- 15 Aeiunio ecclesia otio personarum generaliter excusat.

- 16 Preceptis medicorum an agrovamibns sui licitum vii.
- 17 Operarios conducentes ea lege, vi soluam*se uniuersitatem*, non sunt immunes a peccato.
- 18 Itinerantes an, & quando excusat in ieiunio.
- 19 A ieiunia an excusat in uxore.
- 20 Ieiunii in dispensatione an sufficiat licentia presbiteri, & qua causa sufficiens.
- 21 Ieiunium, vel quadragesimam violans ex necessitate, an excusat.
- 22 Ieiunii tempore non debet quis vii cibis exquisitus, & voluptuosus.
- 23 Ieiunium, & elemosina sunt duo præcipua, quibus Deus placatur.
- 24 Ieiunans die Dom: nico, vel ex iniuncta panis enuntiatur, an peccet.
- 25 Ieiunium faelium in peccato mor. licet non valeat quo ad uitam eternam, valeat tamen quo ad tria.

## De quibusdam Décisionibus circa ieiunium. Cap. X VI.

**P**RIMA, ieiunium multiplex est, s. Necesitatis, vt in infirmitate corporis consequantur. Virtutis, vt in bene, & prudenter, & mediocriter viventibus. Superstitionis, vt in Hypocritis, qui ieiunant ut alios boni videantur, de quibus meminit Mat. in euang. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita trifles. Fatuitatis, vt in indiscretis. Corporalis utilitatis, vt in pinguis, & auariss, qui ieiunant ut matrum suum augeantur, & nesciunt cui congregent diuitias. Gulositatis, qui ieiunant, ut postea audiens comedant. De quibus nota versum. Abstinet ager, egens, cupidus, gula, simia, virtus. Abstinet eger, quis non potest comedere, egens, quia non habet quod comedat, cupidus, ne expendat, gulosus, vt postea audiens comedat, simia, id est hypocrita, vt laudentur, virtus, id est virtuosus, vt mereantur. Primum est, indiscutens, ut quia causa infirmitatis, vel indigentie

gentia solum assumitur, q[uod] quidem potest esse inductum ad bene operandum; ut inquit Gregor. F[ac]tus necessitas, quas ad meliora cogit. Alius est laudabile, videlicet, discreta, & moderata abstinentia a cibo, & potu, quod fit a bene, & prudenter viventibus; & a pinguisibus, ut subiectatur caro spiritui, & m[er]itis erigatur ad superiora, & tale ieiunium est bonum. vnde I[ust]idorus lib.1. de off. 2 dicit: ieiunium est res t[em]p[or]is sancta, opusq[ue] leste, ianu regni, forma futuri. Et Ambros. in lib. de Elia, & ieiunio, dicit, q[uod] ieiunium est magisterium continentiae, humilitatis mentis, castitatis carnis, felicitatis gratia, ieiunuris custodia, infirmitatis aliquidumentum. Aliud est destabilie, ut in Hypocritis, qui propter vanam gloriam ieiunant: & in avaris; ut burles patcant. Hec Archid. in cap. ieiunium, nu. 2. & Turrc. in cap. sunt tibi, deconsecr. distin. 2. Rayn. in sum. 3 de satisfact. Secunda. Ieiunia t[em]p[or]is quae dam sunt iudicta, & necessaria, & quae dam voluntaria. Indicta, & necessaria sunt, ieiunia quatuor temporum, quae a veteribus initium habuerunt, 76. dist. cap. ieiunium. Item vigili[t] omnium Apostolorum, prater exceptis, cap. 1. & 2. de obseru. teiun. Item vigiliae solenes, ut Nativitatis Domini, Assumptionis gloriae Virginis, beati Iohannis Baptista, beati Laurentii, omnium Sanctorum, & Quadragesima integrat, de cosec. dist. 5. c. quadragesima. & c. ieiunium, & vigilia Pentecostes, quae hodie communiter ieiunatur de consuetudine approbata, & nos alias diximus in nostris Decis. in 1.p. lib. 2. de ieiunio. Volumen vero ieiunia dicuntur illa, ad quae aliqui votu, vel proposito se astinent, vel etiam quae prater iudicta a sacerdotibus iniunguntur, 82. dist. c. presbyter, ita Holt. in rubr. cod. tit. nu. 6.

4 Differunt tamen haec ieiunia, t[em]p[or]is quae ieiunia iudicta, id est, ab ecclesia instituta, non possunt redimi pecunia, vel commutari, nisi cauila, vel necessitas subfit in ieiunante, exemplum de cauila, est ieiuniu[m]

itnum festi, quod est diclum, sit in sabbato, c. r. eo. tit. Sed voluntaria ieiunia etiam sine causa possunt redimi auctoritate superioris, dummodo subfit utilitas ieiunanti redimere, ita tex. extr. de voto, cap. 1. Sicut ieiunia voto confirmata possunt ex causa dispensari: vnde Alexander Papa dispensavit cum rege Lodouico, qui ex voto ieiunabat in pane, & aqua, nec poterat esse latus illa die, nec audire causas, nec facere iustitia. Pariter ieiunia imposta in foro penitentiae, & imposta in foro iudicij exterioris, ut in casu in d.c. presbyter, possunt redimi pecunia, aut etiam alio bono equivalenti, vel ieiunio per alium factio. ita gl. in d.c. presbyter. Verum in ieiunio imposito in foro penitentiae a sacerdote, & ieiunio imposito a canone, & in ieiunio imposito a canone auctoritate canonis, est aliqua differentia: quia in primis duabus, non potest fieri commutatio propria auctoritate, sed requiritur & causa, & auctoritas presbyteri sui, argu. de pen. dist. 6. c. 1. uel cuiuscunque alterius presbyteri, si hoc obtinuit ab illo, qui sibi imposuit penitentiam, sed in ieiunio imposito a Canone, auctoritate Canonis istius fieri potest commutatio, unde dicebat lo. Faber, q[uod] a iure optione habet, vnde liberatur praestando quod vellet, arg. f. de iu. dot. 1. plerumque, ff. de opt. leg. 1. 2. Turrc. & Prepos. in d.c. presby.

Secunda. ieiunium debent quatuor concomitari, t[em]p[or]is largitas, letitia, hora, & mensura. De primo, dicit Hieronym. Quod manducaturus eras si non ieiunares, da pauperious; ut ieiunium tuu sit saturitas anima, non marsupij lucrum, & Grego. Illud quod tibi subtrahis, aliij largito, ut vnde caro tua astigitur, inde indigentis proximi caro releveretur. De secundo, dixit Dns Matt. c. 6. scilicet, de letitia, Cum ieiunatis, nolite fieri sicut Hypocrite. De tertio, scilicet hora, legitur 1. Reg. 14. q[uod] Iomatas, qui praeuenit horam, adiudicatus fuit morti, an vero horam praeueniendo, quis strangulat ieiuniu[m], & sic anticipatio temporis foliat

## Decis. Aurarum Par. II. Lib. II.

uat ieiunium; Dic, quòd sic, per text. in cap. solent. verb. nullatenus, quod idem est, ꝑ nullo modo, vel nulla rōne, de consecr. distin. 1. facit tex. in cap. quinque, de consecr. dist. 5. Archid. & Turrecre. in d. cap. solent, & ratio est: quia ille secundum S. Thom. in 2.2.q.147.art.7. ie ieiunium soluit, qui determinationem ecclēsīa non seruat, vnde cū ecclēsā insti tuerit certum tēpus comedētē ieiunantibus, qui nimis notabiliter illud anticipat, ieiunium soluit. Non tamen ecclēsīa intendit arclare ad subtilem temporis inspectionem, nec oportet astrolabiū accipere ad horam commessionis cognoscendam; vnde sufficit, si circa horā illam, quam ecclēsīa instituit, ieiunans sumat cibum, etiam si aliquātulum propter aliquātum necessitatem anticipet. Hoc autem, scilicet horam cognoscēte, de facilī quilibet indagare potest, aut per alcensum Solis, aut per laborem sive opus quod faciunt tales, vel alio quoquāmodo, sicut faciunt, & sciūt rustici quandoque discernere horas. Mēsura etiam requiriatur, vnde Aug. Mens auiditate ciborum laßata perditorationis virtutem. An verò sit abstinentium

7 à quanto, † vel à qualī? dicit Card. in e. non dico, de consecr. dist. 5. nu. 1. quòd secundum constitutionem ecclēsīa licet magis abstinentium est à qualī. i. delectatione ciborum, quām à quanto, secundū autem legem virtutis sobrietatis distinguendū est de qualī, & de quanto. Quoniam autem queritur de qualī, & quanto illicito, aut lícito, in illicitis magis est abstinentiam à qualī, quām à quanto, unde maius peccatum est tempore ieiunij comedere vnum morsellū carnis, quam comedere multum de lictis: si autem lo quanmur de qualī, & quanto lícito, tunc videtur, ꝑ nō possit dare regula generalis, nec potuerit determinare ecclēsīa à quo magis esset abstinentium, quia aliqui plus delectantur in quanto: sunt enim nonnulli ita edaces, quòd non querunt nisi superfluitatem, aliqui verò magis delectantur in bono, & sufficit eis parum,

dummodo sit delectabile, & suave: vnde magis delectantur in suauitate ciborum, quām pluralitate, & idcō illis, qui prōiores sunt ad edacitatem magis virtus est abstinerē à quanto, illis, verò, qui plus delectantur in suauitate, maior virtus est abstinerē à qualī.

Tertia. Ieiunium in communī cadit 8 sub precepto legis † nature, sed determinatio temporis, & modi ieiunandi, secundum conuenientiam, & vtilitatem populi Christiani, cadit sub precepto iuris positivi, & idēc est ab omnibus obseruandum sub peccato mortali, c.2. de maior. & obed. cum sit institutum à Prelatis ecclēsīa, ad quos pertinet statuta sacre, quā sint honesta, æqua, possibilia, rationabilia, & pertinent ad communē vtilitatem fideliū in spiritualibus bonis, & hoc est ieiunium ecclēsīa, de consecr. dist. 5. cap. Quadragesima, & c. seq. 9 An verò transgrediens preceptum ieiunij ēdictum ab ecclēsīa, peccat mortaliter? Resp. quòd precepta iuris positivi magis obligant ex intentione legislatoris, quām ex ipsis verbis, & idēc trāsgres for talis precepti magis est reputandus, qui obuiat intentione legislatoris, quā qui deuiat in aliquo ab ordinatione legis, intentioni autem legislatoris obuiat qui ex contemptu, vel sine aliqua rationabili causa ordinationem non seruat, vnde fit, quòd transgressio ieiunij potest contingere sine peccato, ut quando cum rationabili causa cum dispensatione, ali quando autem sine mortali, cum veniali, aliquando cum mortali, & hoc secundum diuersas occasiones, quibus homo inducitur ad frangendum ieiunium. Hæc D. Th. 4. dist. 1. q. q. 3. art. 1. q. 4.

Quarta. In ieiunij aliorum temporum, quām Quadragesimā † non cogitur aliquis ieiunare, nisi usque ad meridiem, ut diximus lib. 2. cap. 37. num. 35. non tamen secundum subtilem examinationem, sed secundum grossam existimationem, sufficit enim circa horam illam, quam quidem horam posset aliquātulum etiam praeuenire, si forte propter infir-

infirmitatem, vel atatem, aut aliquod  
huiusmodi hoc eis magnum grauamen  
cederet, quia tunc, vel esset eis in ieju-  
nio dispensandum, vel ut aliquantulū  
præueniret horam, vt dicit Card. in c. fo-  
lent, de consec. dist. 1. num. 1. Ad tertium,  
sed tempore Quadragesimæ statutum  
est, vt post nonalem Missam statim can-  
tentur Vesperæ, & postea comedatur,  
d. cap. solent, sed dubitatur quid de tri-  
bus † primis diebus in principio Qua-  
dragesimæ, vbi vesperæ cantantur tem-  
pore consueto, vide glo. ibi, quæ arguit,  
quod si quis comedit ante, sit excusatus,  
quia qui soluit ante tempus, plus soluit,  
Institut. de act. §. si quis agens, ita in ca-  
su nostro, qui comedit ante, videtur  
plus facere, sed istud nō est verum, quia  
dies ista, vel hora non est apposita in fa-  
uorem ipsius debitoris, & ideo ante tem-  
pis non potest soluere. An vero circa  
12 ieunia † indicata ab ecclesia possit statui,  
quod qui bis parum comedunt satisfac-  
ciantie ieiunio, sicut faciunt Cistercien-  
ses, qui ad remouendum scandalum, &  
charitatem conseruandam, statuerunt  
quod illi, qui aliquid faciunt, ut prægu-  
stant aliquid, nec frangunt ieunium ab  
ecclesia indictum, quam quidem prægu-  
stationem vocant mixtum, credit In no.  
in cap. 1. de obseru. ieun. num. 4. quod  
soluant ieunium, nisi ex causa, vt in Ci-  
stercensibus, & hoc ea ratione, quia sic  
vixie ieiunantium approbatum est, hinc  
videmus & in ministris magnatum,  
qui quandoque ad evitandum toxicum,  
& suspicionem toxicæ, prægustant ciba-  
ria corâ Dominis suis apposita, vel que-  
ex parte ipsorum alijs repræsentant, qui  
intelliguntur nihilominus ieiunare. ita  
Holtan rubr. de obseru. ieun. nnm. 11.  
& ibi Zabar. sic qui parum comedet,  
& postea ad mandatum faciendum sur-  
geret, quo facto ad mensam rediret, &  
comectionem inceptam perficeret, certe  
talis ieiunans diceretur, secundum Ho-  
stien. qui ita not. in sum. de obseru. ieun.  
§. quando, vers. tota. & c. sic valetudina-  
nij, quorum natura remansit debilis ob-

infirmitatem, excusantur, si cibum diu-  
derent, nam si daretur eis una vice totū  
simul, quod est necessarium sustentatio-  
ni naturæ, grauaretur natura, & si pluri-  
bus vicibus datur, confortatur, & vigo-  
ratur, quod idem dicendum de infirmis  
vel debilibus, etiā in illis infirmitatibus  
in quibus abstinentia consert. Rursum,  
idem dicendum est de senibus, quia si  
totus cibus, quem natura eorum requi-  
rit, pro die naturali, simul sumeretur ab  
eis, nimis obtundere tur in eis, & graua-  
retur calor naturalis, & non posset ci-  
bus digerere conuenienter. Richar. 4.  
dist. 15. q. 3. art. 4.

13 Quinta. † Presbyteri cum sacras festi-  
uitates populo annunciant, ieiunium vi-  
giliarum omnino seruare monent, c.  
ieiunia, vbi Areb. de consecr. dist. 5. Que  
quidem vigiliæ sunt ieiunadæ in die suo,  
nisi in Dominica venerit, quia tunc licet  
tale ieunium non possit commutari, vel  
redimi fine causa, potest tamen transfer-  
ri, siue commutari de die in diem, puta,  
quando vigilia inciderit in diem domi-  
nicum, tunc enim ieiunatur sabbato pte-  
cedente, cap. 1. eod. tit. Quod si quis obij-  
ciat tali calu nullo pacto esse ieiunandū.  
nam dies dominicus, qui medius est in-  
ter feriam secundam, in qua est festum,  
& diem sabbati præcedentem, in qua  
mandatur ieunium celebrari, debet im-  
pedire seruitutem ieiunandi, sicut & lo-  
cus sacer impedit seruitutem itineris,  
cum per eum locum seruitus deberi nō  
possit, ss. de fer. L seruitutes, §. sacri. Sic lo-  
cus medius impedit pollutionem cem-  
terij, c. vni. de consecr. eccles. vel alt. Re-  
spondet, quod ieiunare non est seruitus,  
sed debitum, & ideo si non potest  
solui vno die, alia die est soluendum.  
86. dist. cap. ieiunium, vers. & hoc scien-  
dum. facit text. in cap. cum dilecti, §. præ-  
terea, de dolo, & contum. vel si est ser-  
uitus, non est seruitus seruilis, & tempo-  
ralis, quæ potius obest animæ, quam pro-  
dest, sed spiritualis, quæ nobilitatani-  
man, cum seruire Deo, regnare sit, &  
purgat anumam, & saluat, 76. dist. cap. ie-  
junium,

iunium, cap. 1. & 2. de consecr. dist. 2. Vn de tanquam fauorabilis, est amplianda. Facit, de reg. iur. lib. 6. c. oda. ita Host. Ioan. And. & Zab. in c. 1. co. tit.

Septima. Ieiunare nō est laudabile, im  
cali esset induita: quia tunc eam appellans,  
& insectans non tenetur actione  
iniuriarum, d. l. Item apud Labœnem,  
§. si quis virginem, ff. de iniur.

Vigesimatrecenta. Iniuria, que alicui  
fit, duplex est, aut personalis, & priuatā,  
aut publica. Si publica † est propulsanda  
est iussu Principis, & manu militis: Ad  
Rom. 13. Non enim sine cænula gladium  
portat.

portat. Dei enim minister est, vindicta in  
iran ei, qui male egit. Dicitur de Princi-  
pe. Cui etiam propter hoc determina-  
tur tributum. Matth. 22. Reddite quae  
sunt Cæsari Cæsari. Et ipsis militibus  
stipendia. Luc. 3. Estote contenti stipen-  
diis vestris. Et haec propulsatio fieri non  
debet nisi propter defensionem Reipu-  
blicæ. Si autem sit iniuria personalis. Et  
haec repellere potest tripliciter. † uno mo-  
do impediendo, sicut Apollonus Act. 23.  
procurauit milites à tribuno, ut serua-  
retur illæsus, & sic licet omnibus iniu-  
riam repellere. Matt. 5. Hoc enim non  
dicitur propriè resistere. Alio modo ver-  
bis arguedo. Et sic Dominus petitus  
alapa percussorem reprehendit, nec alte-  
rum præbuit. Io. 18. & sic, licet omnib.  
Vnde gl. ibidem. Ostendit Dominus pa-  
tientia præcepta non ostentatione cor-  
poris, sed præparatione cordis esse facie-  
da. Et sic intelligitur illud Mat. 5. Si quis  
te percusserit in dextram maxillam, præ-  
be ei & alteram. I. si paratus & alteram  
patienter sustinere. Tertio modo repu-  
gnando. Et hoc duplice vno modo ne-  
cessitate cogente, ut cum laesio aliter vi-  
tari non potest. Et hoc aut sine armis, & sic  
permittitur clericis, & laicis, & hoc ha-  
grante maleficio cum moderamine in-  
culpatæ tutelæ, & incontinenti. Et sic  
intelligitur vim vi repellere licet iniu-  
rianti: qui nequam facto intercalo.  
Aut cum armis. Et hoc modo permit-  
titur laicis, & non clericis. Et hoc cum  
moderamine inculpatæ tutelæ. Non  
enim esset moderamen, si inferretur vis  
sine armis, & repellere cum armis.  
Alio modo vleiscendi libidine: sic nul-  
li licet. Sic intelligitur illud Rom. 12.  
Non vosmet ipsos defendentes carissi-  
mi. sic ergo iniuriam repellere impo-  
diendo, vel verbis arguendo licet omni-  
bus. Repellere vero repugnando ne-  
cessitate cogente sine armis licet cleri-  
cis, & laicis repugnando. Sed cum armis  
licet laicis, non clericis. Repellere au-  
tem libidine vindictæ, neutrīs licet.  
Hæc Astens. lib. 1. tit. 29. art. 2. & Card.

- à Turretin: in cap. quod verò, 23. q. 3.  
37 Vigesimætertia. † Persona priuata si lo-  
lo verbo pót hominem liberare ab iniu-  
ria illi inferenda, tenetur, immo etiā fa-  
cto, si sine periculo vite sua, non. n. tenē-  
tur se exponere periculo corporali. Ita  
tñ, q. faciat cum moderamine inculpa-  
tæ tutelæ. Cum amicus sit alter ipse, &  
censetur eadem persona, vnde sicut  
vnusquisque seipsum tueri tenetur, ita  
& proximum. Vrum ille, qui habet pu-  
blicam potestate tenetur defendere  
etiam cum armis, si oportet, dum tamē  
speret, q. possit. ita Turretin. in c. non iniu-  
rienda, 23. q. 3. & cap. qui potest.  
Vigesimæquarta. Clerici laicos iniu-  
riantibus debent eis competenter satisfa-  
cere, c. contingit, 2. de sent. excom. Hæc  
38 aut competens † satisfactio vel fit per  
dationem pecunia, vel per petitionem  
misericordie: Non tamen decet, q. cle-  
ricus hec tñ genua, vel reuertentiam fa-  
ciat tanquam maiori: quia hoc non fie-  
ret fine iniuria clericali, 36. dist. c. quando:  
nisi laicus esset in dignitate, de ma-  
ior. & obed. c. solite. vers. quod autem,  
uel secundum Host. Competens satisfa-  
ctio est, quomodoque satisfiat: modo  
non iniiciatur manus in clericum, vel  
non detineatur in captiuitate, & tan-  
dem nihil fiat quod vergat in oppro-  
brium cleri, Host. in d. c. contingit, ubi  
etiam Zabar. in fine.

## SUMMARIUM.

- 1 In re suo quis non priuatur sine culpa sua.  
Fallit, nn. 4.
- 2 Subueniendum est in extrema necessitate  
de proprio, & non alieno.
- 3 Imperator non potest tollere ea, que sunt  
de iure naturali.
- 4 Principis quod omnia sint, qualiter inel-  
ligatur.
- 5 Coniugio facta à Principe contraria nō  
iurale, non tenet.
- 6 Papa, an, & quando possit transferre  
Episcopum iniustum de episcopatu ad  
alium.

Presby.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- 8 Presbyter exosus populo potest remoueri, si ministrando timeatur scandalum.
- 9 Papa respectu bonorum ecclesie an beat latissimam potestatem.
- 10 Episcopus translatus de suo Episcopatu ad alium, de voluntate Papa, an semper cogatur transire.
- 11 Translatio debet fieri cum causa rationabili & bono cambio fallit in Papa.
- 12 Si de Papau est alteratio inter duos, quis erit iudex.
- 13 Papa an habeat dispositionem latissimam in beneficialibus sine causa.
- 14 Papa auferens beneficium alicui sine causa, an peccet, nu. seq.
- 15 Beneficiarius an possit beneficium dimittere sine superioris consensu.
- 16 Papa, vel Princeps rem sibi non subditu auferre non potest.
- 17 Plenitudo potestatis Papa an procedat in clericos respectu bonorum patrimonialium.
- 18 Filius priuatur iure suo, quandoque sine culpa ob crimen commissum a parentibus, & nu. seq.
- 20 Illegitimi priuaniur sine culpa ordinibus sacris, & religionis ingressu.
- 21 Punitur quis absque sua culpa in multis casibus.
- 22 Presbyter sine culpa priuatur altaris ministerio.

**Quod non sit priuandus quis sine culpa.** Cap. XVIII.

**I**CET quis priuari non possit iure suo sine culpa sua, absque causa, ut not. Doct. in c. 2. & in cap. que in ecclesiastum, de constit. hinc sit, quod quamuis subueniendum sit + constituto in egestate, 83. d.c. non satis, vers. si quis tamē, quia tempore necessitatis omnia sunt contulit, 47. dist. c. sicut hi, c. 3. de furt. etiam si sua culpa incidenter in egestatem, 42. dist. cap. quiescamus, tamen subueniendum est de proprio, secundum glo. in d. c. quiescamus, quæ intelligit de c.

leemosyna, quæ datur pro nutrimento, quæ indistinctè danda est. 11. q. 3. capit. quoniam. Et hoc, nisi propter hoc induceretur ad peccandum, quia tuacei non fiet eleemosyna, 1. q. 3. c. non omnis, sed de alieno nunquam licet facere eleemosynam, de deci. c. tua 2. & c. ex transmis- sa, & ibi glo. & ratio est: quia non est priuatus quis iure suo sine culpa sua. Hinc etiam sit, quod neque Imperator + potest tollere ea, quæ sunt de iure naturali, & sic non potest auferre alicui rem suā sine causa, quia licet habeat iurisdictionem in vniuerso, l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iact. non tamen habet dominium rerum particulariū, quæ olim fuerunt concessæ occupantibus, Instit. de rerum diuis. per totum. Hinc etiam sit, q. si aliquis habet ab Imperatore potestate legitimandi spurious, etiam post mortem paratum, & mortuo patre contingat, q. venientes ab intestato adeant hereditatem ante legitimationem, non potest legitimatio sequens eis obesse, quia dominium acquisitum ab eis non potest sine causa eis auferri, ita Balin l. rescripta, in f. C. de precib. Imper. off. veram, quia ista conclusio generalis potest multipliciter limitari, ideo more nostro solito declarabimus illam per multas Decisiones, quarum

**4** Prima. Potest quis priuari + iure suo si ne culpa sua, sed cum causa. Causa autem legitima est fauor publicus, propter quem potest quis priuari dominio rei sue, ita tex. principalis in hac materia, in litem si verberatum, ff. de rei vendi. ubi fundus tertij datur militibus ad vsum fauore Republice. Ita etiam est tex. in l. Lucius, de euict. C. de quadr. prescrip. l. benè à Zenone, not. Innoc. & Doctor. in d. c. quæ in ecclesiastum, glo. in cap. cognoscentes, de consti. & in cap. antiqua, de priuili. Hinc princeps potest auferre rem alterius ob publicam utilitatem sine eius culpa, modo pretium ei daretur, ita not. Archid. in capit. principalem, 9. q. 3. Sic si ciuitas vult facere aliquam solam per agrum alienum, debet ei solue-

re precium. Pariter si Respublica, propter delictum vnius confortis destruit domum communem, tenetur socio insoni soluere premium eius: ita Bald. not. in l. senium, C. pro quibus cau. ser. lib. au. alias sine caula non posset, quia dominia rerum sunt de iure naturali. Instit. de retum diu. §. per traditionem, & natura lia immutabilia sunt. Instit. de iur. natu. §. vlt. & non obstat illud quod dicitur, quod omnia sunt principis, quia intelligitur omnia fiscalia, vel omnia sunt Principis, quo ad iurisdictionem generalem, tuitionem, & defensionem, 8. d. cap. quo iure. vnde omnes homines, qui sunt sub Regno Hispanie sunt sub potestate, & principatu Regis Hispanie, & in eos habet imperium generalis iurisdictionis, & potestatis.

6. Secunda. Imperator, & seu Princeps, qui sine iusta causa fecerit aliquam constitutionem contra ius naturale, puta quod dominia de uno in alium transse- riantur sine caula, talis constitutio nec in foro anima, nec ciuili obseruanda est, ar- gum. 1. 2. dist. cap. 1. ita Archid. in c. iiii ci uile, 7. dist. & Dom. in c. 1. de sum. Trin. in 6. Innoc. in cap. quia plerique, paulo ante 6. de immu. ecclie. Dom. Card. con- fil. 1. 47. incip. Dominus Papa, ad finem, & consl. 1. 42.

Tertia. Vbi iubet magna causa publi- can concernens utilitatem, potest Papa 7 transferre Episcopum in uitum de uno Episcopatu in aliud, sine culpa ipsius Episcopi, Puta populus, aut Tyrannus prosequitur Episcopum sine causa iusta, & magis, cor eorum indurescit contra eum, si periculum est destructionis ecclie, vel magni scandali, vel in spiritualibus, vel temporalibus, tunc potest Papa, qui est Dei vicarius, vt totum cor pus ecclie sit sanum, illud membrum praescindere, facit c. scias, 7. q. 1. sed debet dare ei bonum cambium, ex quo si ne culpa sua sit remoto, vt not. Inn. in cap. nisi cum pridem, de renunc. nam cum quis priuatur re sua sine culpa propter publicam utilitatem, debet recom-

penfari in precio rei sua, Panor. in l. q. Dei timorem, de statu monach. in c. tua, de cler. ægrot. vbi dicit, quod si presby- 8 ter est exosus populo, nec potest ibi ad ministrire, nec retinere ius prælatura: si ne scandalio populi, tunc poterit remoueri, arg. opt. d. c. tua, secundum unum intellectum, q. leprosus omnino remoueatur propter scandalum, sed de fru- cibus ecclie sibi prouideatur, hoc lim- mitat Panorm. in c. queſitum, de rer. per mut. si aliter non potest ecclie consuli, saltē per dationē coadiutoris, si enī posset prouideri per coadiutoris dationem, non putat quod posset.

Quarta. Quamuis respectu beneficio rum latissima sit potestas Papæ, tamen respectu bonorum & ipsarum eccliarum securus est, vnde non potest auctore bona vnius ecclie, & dare alteri sine causa, vt not. glo. Archid. & Gemin. in cap. 1. dist. 10. & glos. in cap. 1. in ver. iu- flitiam, diltin. 2. & ibi not. Archid. & Gemin. & not. Archid. in cap. 1. dist. 22. & idē dicit Archid. in cap. non li- ceat Papa, 1. 2. queſt. 2. quod Papa peccat mortaliter, si vult res ecclesiasticas con- sumere in turpes viſus, vel dare consanguineis, vt eos diuites p̄q alij faciat, vel ut ipsi construant palacia, & huiusmodi. Ita refert Felinitus in d. c. qua in eccliarum, num. 44.

Quinta. Licet Papa possit pro libito sua voluntatis, & sine causa Episcopum deponere, vel Episcopum de suo Episco- patu transferre, tamen non semper cogi- 10 tur & Episcopus prouisus transire, sed tunc deruntur, quando Papa procedit iu- bendo, quia presumitur factum fauore ecclie, 7. q. 1. cap. omnis, nam si pro- ceđi prouidendo, tunc non cogitur prouisus transire: quia presumitur factum ciuſ fauore. Sed in Concilio Pisano cui præsul Alex. Papa, statutum fuit, quod Episcopi, & Abbates non possent trans- ferri inuti, nisi subefset causa evidens, & rationabilis, ut dicit Panorm. in c. fi- de postul. p̄relat. sic Innocentius III. vo- luit translationes Episcoporum dumta- xat

xat debere fieri ex causa necessitatis, vel  
vtilitaris ecclesiarum, capi. quanto, de-  
translat. pralat. ad hoc glo. in cap. 1. dist.  
10. Innoc. & Hostiens. in cap. plerique,  
de immunit. ecclies.

Sexta. Licet requiratur causa rationa-  
bilis, & quod prouideatur de † idoneo  
cambio, quando transfertur prelatus de  
loco ad locum, et ita videtur, quod Papa  
non possit cogi iniuitus cedere, quando  
sibi non possit dari bonum cambium, se-  
cundum Innoc. in cap. nisi cum pridem,  
de renunc. tamen in contrarium tenet  
Dom. Card. consl. i 50. incip. Quia situm  
sepe fuit a me, in vesp. quintus modus  
probans, quod ad sedandum schisma po-  
test concilium cogere Papam, ut cedat,  
& contentetur de cambio non eque ido-  
neo. ita refert Felin. in d. cap. que in ec-  
clesiarum, num. 43. v.g. Et alteratio in  
12 ter duos de Papatu, vt veroque afferente  
se esse Papam, si alter ipsum inuasor  
est, tunc concilium ad sedandum schism-  
a poterit esse iudex, ut not. dist. 79. c. si  
duo, in glo. 1. & cogere ipsum, ut cedat,  
sicut dicit Do. Card. Quod dictum sa-  
ne intelligerem, id est declarare ipsum  
esse iniuste inuasorem, & per consequens  
non esse legitimum Papam: quia sim-  
pliciter cogere, videtur quod concilium  
non possit, cum Papa non habeat supe-  
riorem in terris: quia si Concilium per-  
mitteret plures in Papatu esse quo ad  
prætensionem, offendiceret illum fidei ar-  
ticulum, Vnam Sanætam Catholicam,  
ut not. 7. q. 1. c. non autem, in glo. Quia  
declaratione facta si contingat quod Pa-  
pa tueatur se per potentiam temporale,  
poterit de facto coerceri etiam per pot-  
tiam secularem. arg. tex. in cap. cum non  
ab homine, de iudic. Tunc enim cogi-  
tur ut cedat non Papa, sed ille, qui decla-  
ratus non legitimus Pontifex vult per  
potentiam se defendi.

Septima. Licet Papa non possit priua-  
re quem † iure suo sine causa, tamen in  
benefcialibus potest pro libito sua vol-  
untatis, bonus tex. in cap. 2. de præben.  
in 6. Dom. Apt. in d. c. constituit, etiam

sine causa remouendo unum à beneficio  
suo. Do. Ant. in d. cap. constitutus. Hinc  
est, quod licet in re scriptis prajudicant  
tibus iuri alterius requiratur clausula  
non obstante, vel secunda iussio, prout  
notat Fel. in cap. nonnulli, in prin. de re  
script. Tamen in re scriptis valet re scriptum  
sine dicta clausula, si alias constat  
de intentione Papæ, secundum D. Anton.  
& Imolam, in d. cap. que in eccliesia  
rum. & hinc est, quod Papa absque alia  
reseruatione potest ex sola voluntate  
præuenire omnes collatores beneficio-  
rum, ut per Feder. in tract. de permitt.  
beneficiariorum. q. 4. Item potest sine cau-  
sa concedere immunitatem vni eccliesie  
contra aliam, secundum glo. f. in c. con-  
questus, g. q. 3. Licet Cardin. consl. 142.

14 dicat, qd Papa habeat dispositionem ple-  
nariam in benefcialibus cum causa, ali-  
as sine causa auferendo beneficium for-  
te vigilijs, laboribus, & expensis acquisi-  
tum, peccaret, quia est contra equitatem  
naturalem, quod quis iure suo sine cau-  
sa rationabili, & sine culpa priuetur, de  
constit. cap. 2. reg. sine culpa, lib. 6. Tum  
etiam, quia iniustitia est, quod quis ali-  
cui eccliesia ius suum detrahatur, facit  
dist. 22. cap. 1. vbi etiam dicit glo. quod  
nec Papa debet vni eccliesia detrahere,  
ut der alteri sine causa, hoc. n. est iniu-  
stum, & per consequens peccatum, &  
sic Papæ inconveniens, qui omnes de-  
bet iuste iudicare, cum eius sententia fa-  
ciat ius, ut omnes debeat similiter iu-  
dicare de re iudic. cap. in causis. Tum etiam,  
quia non est de mente summi Po-  
tificis, cum alterius iactura aliquid sibi  
applicare, 99. distin. cap. nullus, & quod  
ibi not. in glo. Et non obstat. tex. in d.c.  
per principalem. ubi glo. dicit, quod sine  
causa potest Papa auferre beneficium,  
vel deponere Episcopum, quia debet in-  
telligi cum causa. Tum etiam, quia is,  
qui acceptat beneficium sibi collatum,  
uidetur per quasi contractum se obliga-  
re ad administrationem illius. c. nisi, de  
renun. §. verū, ibi, sponsam tuam, & hec  
15 est causa, quare beneficiatus † sua uolu-  
tate

tate non potest dismittere suum beneficium sine causa, sine licentia superioris, ead. ut cap. ad monachos, & cap. quod in dubijs, ergo talis contractus non debet si ne causa solius, per ea que non inno. in cap. que in ecclesiistarum, de constit. Nam etiam princeps ex contra libtibus per se initis cum subditis, obligatur ad observationem, de probat. c. r. vnde post multa dicta concludit, dispositionem plenariam in beneficialibus esse in Papa, sed cum crux, tamen lo. And. in ea quod obligationem de reg. iur. in 6. & Panorm. in cap. 1. f. de postul. prelat. lo. Mon. in cap. generali, end. tit. in 6. Panorm. in cap. fin. de confir. vii. Bald. in l. re scripta, C. de pree. Imper. offer. dicunt, qd omnia beneficia mundi sunt obedientialia, & manuaria respectu Papalis potestatis, & ideo de plenitudine sua potestatis, potest beneficium vni auferre, & alteri dare, vel Episcopum deponere, licet non de ordinaria potestate. Ex quibus omnibus videtur posse concludi, quod in iudicio animae sum. Pontifex peccar auferendo beneficium vni sine causa, licet in foro fori possit auferre beneficium alteri sine causa.

Octava. Princeps, vel alius habens iura principis, non potest, etiam cum fratre sua auferre rem alicuius non sibi subiecti, vt detenninat solemniter D. Paul. Caff. conf. 18. incip. In Christi nomine, dicens, quod Papa non potest alicui laico non sibi subiecto temporaliter aliquo modo, etiam cum causa, per suum rescriptum auferre dominium rei sua, quia cum iste sit actus iurisdictionalis, vt non in lsi. C. si contr. ius vel vtil. publ. iurisdictionis non potest exerceri in non subditos, arg. ca. per venerabilem, qui filii sint legitimis, immo vult fortius, quod hoc procedat, etiam in clero, qui non esset subditus, nisi ratione clericatus, quia non esset suppositus temporali iurisdictioni Papae. Nam dominium rei, quam non haberet, vt clerus, sed vt laicus qualibet, pura ex successione, vel suo contraactu, aliundem quam de bonis ecclesie, no-

posset sibi Papa auferre, sicut nec laico, cum habeat vt laicus, arg. lsi pater, §. 1. ff. de adopt. ad hoc l. de co. §. fin. cum simil. ff. ad exhib. ita etiam tenet Dom. Anton. in cap. constitutus, de religios. dom. vbi dicit, qd plenitudo potestatis Papae spectu ecclesiistarum in clericos, non pro cedit respectu bonorum suorum patrimonialium, de quibus Papa non potest ad libitum disponere, sicut nec princeps secularis de bonis subiectorum. Quod dictum Abb. in d. c. constitutus, dicit singulariter, ampliando dictum Innoc. in inquisitioni, de sent. excom. de quo fit mentio, in ea, si quando, de rescrip. quod Papa non potest disponere de temporibus laicorum, vt idem sit de temporibus clericorum. & pro Dom. Anton. est tex. in c. dilectus, de iure patron. Per queri rex. ibi Abbas dicit in 3. no. quod in patrimonialibus clericus censemur laicus, vnde non potest a Papa priuari patrimonio suo, sicut nec laicus ab Imperatore, per not. in cap. que in ecclesiast. de consti. Quinimmo, Fel. in d. cap. que in ecclesiast. ampliar dictum Innoc. in d. cap. inquisitioni, vt nec Papa possit p. t. iudicare clericos in patrimonialibus, quod nu. 2. putat verissimum in terris sibi non subiectis, quia in terris sibi subiectis, non solum circa clericos, sed etiam circa laicos potest ex causa eis tollere ins. que situm, vt dicit Dom. Card. conf. 8. §. 2. Cum Papa in terris subiectis temporali ecclesia habeat illam partem, quam habet Imperator in terris Imperij. ita Dom. Anton. in c. per venerabilem, qui filii sunt legit. post lo. Andr. in c. licet, de foro competet.

18. Nona. Filius priuatur iure suo + sine culpa, sed cum causa, ob etiennem comisum a parentibus latet Maiestatis humana, siue diuina, etiam legitima, ita nota per Genzelinum & Card. in Clem. 2. §. ceterum, de senten. & re iudic. Immo filius efficitur infamis, quia infamia pater, na cum semper concomitat, & consequenter dignitatum incapax, immo priuatur dignitatibus adeptis, vt beneficio ecclie-

ecclesiastico, glo. in cap. felicis, 5. quod si quis, ver. pontificalem, de poenis in 6. Quinimmo nos in nostris decisionibus in secunda additione, lib. 2. c. 1. nu. 18. ampliavimus etiam ad nepotes, ut affirmat Cynus, & Alber. num. 4. in l. quisquis. C. ad l. Iul. Maie. & ibi Salie. dicit esse communem. Quod autem diximus propter crimen lese maiestatis à patre commissum filium amittere beneficiū, intellige, quando crimen lese maiestatis committeretur contra Principem ecclesiasticum, i. Papam, non autem si contra Principem secularis, quia Princeps secularis non est in hoc superior clericis. Simile etiam habetur in crimine heresis, vt optime probatur in capit. felicis, ver. quid si quis, de penis, vbi carcerans, vel offendens Cardinalem, punitur vt reus lese maiestatis, & filii eius beneficiis priuantur ipso iure, in c. vn. de schi. lib. 6. & ita firmat Imola in l. insulam, in fine princ. ff. solut. matr. Præposi in c. fa. tis, dist. 56.

19 Decima. Filius sacerdotis † priuantur ipso iure sine culpa bonis paternis. Hinc filius spurius, qui ipso iure efficitur incapax bonorum paternorum, non potest bona post patris obitum obtinere, etiam in anima iudicio, vt nos diximus lib. 2. c. 1. nu. 47. sed haec non est vera fallentia, cum nullum ius inquam habuerit ad illa, vt ibi diximus, nu. 46.

Vndeclima. Illegitimi priuantur sine culpa † sua, ita vt promoueri ad ordines factos, & religionem ingredi nō possint per consit. Sixti V. Que incipit. Cum de omnibus ecclesiasticis ordinibus, & ratio est, in detectationem criminis paterni, cap. vergentis, de heret. & quia solent tales esse imitatores criminis paterni. 6. quæstio. 1. cap. si quis cum militibus. & nos lib. 4. cap. 27. numero 53. & 55. diximus.

Duodecima. Punitur quis sine culpa 21 aliqua, in multis casibus, † vt in criminis lese maiestatis diuinæ, vel humanæ, & in filio sacerdotis, qui priuantur bonis paternis, vt supra, nu. 13. & 14. & in

contrahente cum vidua interueniente copula, qui non potest ad clerum, (cum sit bigamus) admitti, ca. si quis viduam, dist. 34. & tamen nullum peccatum est contrahere cum illa. Vnde Archid. in d. c. si quis viduam & ibi Gemini. & Præpos. notant, quod quandoque quis puniatur sine culpa aliqua, vt ibi & 27. q. 2. cap. qui dormierit. Quandoque punitur ratione culpe, vt 50. d. c. quantum, vbi si vxor Placidi surata est equos alienos, & dum traheret, collisa est fortuito casu, & fecit abortum, punienda est ratione culpa de furto, non autem de abortu. Quandoque relevatur culpa propter culpam. vt 15. q. 1. c. inebriauerunt, vbi ob ebrietatem quis non punitur de incertu. Quandoque relevatur culpa ratione conquestris. vt 32. q. 4. c. dixit. vbi malum factum excusat propter publicam utilitatem, & bonam intentionem, & ita filii Lothi: quia cum Loth, semiserunt non succensæ vaga libidini, sed studio quærendæ posteritatis, ne genus periret humanum, ideo priuatam culpam extenuaverunt.

22 Tertiadecima. Presbyter prohibetur ab altaris ministerio † sine culpa sua, sed cum causa, vt propter membris debilitatem, vel enormitatem. c. presbyterum, de cl. ægrot. c. significavit, de corp. vit. An vero possit tanquam diaconus, vel subdiaconus ad altare accedere, Host. dicit q. non. facit tex. in c. 1. de biga. Sed Zabar. in d. cap. significavit, dicit, q. verius est q. possit, nam solum ille text. prohibet ministrale sacerdotale officium in altari, & ita debet fieri restrictio in poenis, regula in poenis, in 6. primum tamen tutius.

### S V M M A R I V M .

- 1 *Homicidii plures species.*
- 2 *Occiso hominis licita non dicuntur homicidium.*
- 3 *Lex divina. Non occides, modificalur secundum legem humanam.*
- 4 *Homicida in tribus casibus non gaudet immu-*

- immunitate Ecclesia.
- 5 Homicida sub fe immunitatio, non gaudet illa.
- 6 Homicidium casu commissum gaudet immunitate ecclesia.
- 7 Bannitus capinus à potestate non potest licere occidi à priuato.
- 8 Bannitus si non est capinus, sed ciuitatis, dum veniebat ad praetorem, an licere occidatur.
- 9 Homicidium committentes furiosus, & infans non sunt irregulares.
- 10 Furiosi multa facere nequeunt.
- 11 Furoris tempore aliquid factum cui incumbat onus probandi.
- 12 Furor qualiter probabitur.
- 13 Dormiens interficiendo aliquem an homicida, vel irregularis sit.
- 14 Furiosus, dormiens, & homicida, an insimile equiparentur.
- 15 Ebrios homicida an teneatur de homicidio, & si irregularis.
- 16 Homicida irregularis non est, aliter mortem evadere non valens.
- 17 Mortem aliter evadere non posse, qualiter probabitur.
- 18 Intelleximus duplex ad text. in capit. 2. de homicidio.
- 19 Homicidium commissum à clero ex necessitate in multis casibus inducit irregularitatem, & n. seq. & 21.
- 20 Mortem evadere valens, sed non misericordem, occidendo non est irregularis.
- 21 Offendere tertium, à quo qui nullam recepit iniuriam, an si licitum.
- 22 Vim vi in multis casibus non licet repellere.
- 23 Homicida excedens modum inculpare in reple, punient tantum pro excessu.
- 24 Delinqnens iusto dolore, missu debet puniri.
- 25 Moderamen inculpare in tula in trib. consilii.
- 26 Expellare vi quis me percussit, an debet.
- 27 Necesitas illicium facit licitum, & multa de necessitate.
- 28 Necesitas an excusat à fornicatione.
- 29 Subveniendum quandoque est convenienter ad egestatem culpa sua.
- 30 Eleemosina etiam de alieno facienda est extrema egenus.
- 31 Percutere an in dubio intelligatur ad defensam, vel ad vendictam.
- 32 Suadens alicui ut se exponat periculo pro patria, si moriatur, an suadens sit irregularis. & quid si pro fide Christi. numero 36.
- 33 Prudens ut se exponat periculo pro fide.
- 34 Consulens ut non fugiat inimicos, sed pro cures pacem, an si occidatur non fugiens, consulens sit irregularis.
- 35 Homicidium dissuadens, sed associans, an eo secuto sit irregularis.
- 36 Occidens prater intentionem an teneatur de homicidio.
- 37 Voluntas mala an habeantur profectio quod ad Deum.
- 38 Vulnerans an teneatur de homicidio, si moritur vulneratus proprius febrem superuenientem.
- 39 Et quid si decesserit ex alia infirmitate.
- 40 Medicus in quibus causis peccet in suo officio.
- 41 Custodiens infirmos, qui moriri sunt, quia non bene custodierunt, an, & quando fini irregulares.
- 42 Pax & remissio facta cum vulnerante, an profit quo ad liberationem pena.
- 43 Assertioni facta in articulo moris an creditur.
- 44 Tactum nisi as offensi secuto homicidio an causes irregularitatem.
- 45 Clericus sciens, quod si non remittit iniuriam, consanguinei interficiendi latenter, an teneatur reminere.
- 46 Irregularis an erit presbyter, qui dixit in falso ut equum ad ripam summis duceres, & non intraret, si intrauit, & submersus fuisset.
- 47 Index non liberans hominem à morte, vel pralatus non pascens fame morientem, qualiter peccent.
- 48 Incidens si ex tremore insolito moriatur, an incisor sit irregularis.
- 49 Irregularis est iudicis respondens se videlicet homicidam morte secuta.

- 53 Clerici portantes ligna ad comburendum hereticum, an fint irregulares.
- 54 Impellens me in alium, si cadens moriuntur, an fint irregulares.
- 55 Irregularis an quis in dubio, sit indicandus.
- 56 Prelatus quando possit innocare potestatem temporalem pro recuperatione rerum suarum.
- 57 Homicidium casuale an ei impunetur ob petitionem veniam.
- 58 Periuio misericordie non probat culpam.
- 59 Sacerdos si pulsat campanam aliquis casu interficiatur, an fint irregulares.

### De Homicidio . Cap. XIX.

**D**e materia habetur dist. 50. cap. miror, cum quatuor cap. seq. 23. q. 5. per totum. 15. q. 1. nec his, vsque in finem quæstionis. 22. q. 2. c. quod vero non formatum, & duobus c. sequentibus 33. q. 2. c. interfectores cum quinque cap. sequent. & c. latorem. de pœnit. dist. 1. cap. periculose, cum quinque cap. seq. & in lis qui cum telo, cum seq. ad L. Cornel. de sic. Et extr. Repetitur in 6. & in Clem. Pro huius autem capituli intelligentia sciendum præter ea, qua diximus in 1. p. lib. 1. c. 62. Primo, † quod plures sunt homicidij species: Nam aliud est spirituale, aliud est corporale. Spirituale est, à quo quis spiritualiter, & quadam iuris fictione occiditur, quod fit quinque modis, odiendo, detrahendo, male consulendo, nocendo, viatura subtraendo. De primo Io. 3. in canon. Qui odiit fratrem suum, homicida est. De alijs habes de pœnit. dist. 1. cap. homicidiorum, & ibi per Turrec. & cap. omnis iniquitas, cap. no li putare, ea. homicidium. De quinto habes 86. dist. cap. pasce: Et quodlibet istorum est mortale. Corporale est, quando homo occiditur corporaliter. Hinc homicidium dicitur ab homine, & cedo, & hoc committitur dupliciter, lingua, & facto. Lingua tribus modis, dist. 50. c. 6. quis viduam. Facto quatuor modis, iu

stitia, necessitate, casu, & voluntate. Archid. in cap. cum homo, 23. q. 5. Card. in d.c. si quis viduam. Et sic ha betis ex his verbis occisionem hominis † licitam, quæ non pertinet ad homicidium, vest illa, quæ sit per iustitiam. optimè facit tex. in c. 3. de homic. vnde dicit Bald. in l. 1. ff. ad l. Aquil. quod si statuto cauetur, quod homicida priuetur omni beneficio, & aliquis occidit hominem, iustitia exequendo, quod non erit priuatus: quia non videtur occidere ipse, sed lex, l. palam, §. fina. ff. de riu nupt. nam statutum debet intelligi de homicidio punibili, & non de permisso, quod pœnam non meretur, sed meritum, modo fiat zelo iustitia, omni rancore, & malo affectu deposito, ut dicit Turrec. in cap. quod autem, nu. 3. 23. q. 5. Rursum habetis aliud homicidium, quod fit necessitate, quæ si evitabilis est, occidens hominem defendendo se, homicida est, & peccat contra præceptum: Non occides. Si verò est inevitabilis, ita quod nō possit euadere, nisi interficiat, vt inferius dicemus, tunc non est iudicandus homi cida quo ad culpam, nec irregulares. Cle men. si furiosus, de homic. Item habetis homicidium casuale, & voluntarium. Secundo † notandum est, quod licet lex diuina simpliciter dicat: Non occides. Tamen limitatur, distinguitur, & modificatur per legem humanam, quæ suadente aliquando publica utilitate aliquando ex necessitate hominum permit tit impunē occidi. Et sic etiam limitatur alia lex diuina, quæ dicit: Qui gladio occidit, gladio moriatur, & sic facit ad nota. per Innoc. in cap. quæ in Ecclesiistarum de consitut. & plene per legi stas, in Lfin. C. si contr. ius, vel utilit. pu blic. Sed modo deueniamus ad Deci siones, quarum

Prima. † Quamvis homicida debeat gaudere immunitate ecclesiarum, vnde co tugiens nō debet inde extrahi inuitus, ita tex. apertus per locum à speciali, inc. si. de immu. eccles. quia v. olens sic. argu. 16. q. 1. cap. frater videtur. cum fugiens proprio

proprio renunciet beneficio, quod licet tamen fallit in tribus casibus. Et primus est, in committente homicidium in ecclesia, d. cap. fin. Secundus in eo, qui occidit veneno, quod plus est, quam gladio interficere, l. fin. C. de malef. & in matrem per quam legem dicunt Butr. & Bald. in l. nemo, C. de sum. T. r. q. ille, qui venenat aliquem, dicitur proditorie cum occidere. Tertius est in eo, qui proditorie occidit, id est per insidias, quod est, quando aliud verbis, aliud mente geritur, ut not. in l. i. ff. de priua. deli. in l. 3. in prin. ff. ad l. Iul. Maiest. Et tideo si veniens tecum, tanquam socius in itinere te percutiat, dicitur proditorie facere, facit l. fin. C. de delat. lib. 10. vel si sedens tecum in mensa te percussit, ut no. Bal. in l. respicidum, ff. delinquunt, ff. de poen. vide Boer. decif. 169. in l. p. vel sit publicus latro. ut qui per insidias & aggressuras obsidet publicas stratas, vel sit nocturnus depopulator agrorum, qui scilicet de nocte agros depopular, & uastat, vel comburit, c. inter alia, de immunitate ecclesie. Item blasphemus, & sacrilegus ab ecclesia non defenduntur, Boer. decif. 170.

5 Secunda. Titius † fecit homicidium in ecclesia sub spe immunitatis, an gaudeat immunitate, dic, quod non: Nam licet tex. in cap. fin. de immun. ecclesiæ, exprimat istam rationem sub spe, &c. tamen ratio illa non sicut finalis, immo etiam si fuisset finalis, sunt & alias rationes finales, ideo cessante una, non cessat alia, l. And. in d. c. fi.

6 Tertia. † Incidenter quis occidit aliquem in ecclesia, an talis gaudeat immunitate, dicit Hostien. in d. c. fi. quod sic. Nec habet locum tex. in d. c. fin. Et per hoc dixit Bal. in l. 1. de pac. tenen. q. si quis fecit pacem cum aliquo, & ex noua rixa unus occidit alium, quod pax non dicitur rupta, & allegat dictum Hostien. in d. c. fi.

7 Quarta. Licet vigore statuti hoc dicentis possit bannitus licet, & impunè occidi, tamen fallit in bannito, † qui du-

citur captus à familia potestatis, quia non potest occidi à priuato, quare occidens puniri debet de homicidio: quia hominem de manibus familie capit. Tū etiam, quia eti hostes possint licet occidi, l. 1. §. trans fugas, ff. ad l. Corn. de fieri. tamen postquam hostis est captus, non licet occidere, sed debet seruari, in libertas, §. 1. de stat. homin. ergo bannitus postquam est captus, non debet occidi. ita Barto. in d. §. trans fugas. Tum etiam, quia homines positos in carcere non licet occidere, sed debent seruati, in libertas, §. 1. de statu hom. ergo bannitus postquam est captus, non debet occidi, cum qui captus est à familia, possit dici carceratus, l. qui neque, ff. de verb. sign. Tum etiam, quia qui veniunt de necessitate ad ciuitatem, dicuntur habere securitatem à lege, ff. de leg. 3. l. fin. l. 2. §. legis, cum seq. ff. de iudic. sed iste qui ducitur à familia potestatis, venit ex necessitate, ergo qui occidit ipsum, facit contra securitatem datum a lege, & sic incidit in l. Iuliam maiestatis, l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. Et hoc verum, nisi bannitus recalcitraret ne duceretur: nam tunc potest impunè offendis, quod intellege à familia, non à priuato, per l. si seruus, C. de his, qui ad eccles. consu. Bald. in l. fin. in fi. C. de exhib. reis, qui dicit se hoc vidisse de facto. Pariter nec potest occidi bannitus, † qui non captus, sed praesentatus est, & est sub oculis praetoris, vel iudicis, quia non est verisimile, quod prætor permittat eum recedere, & habetur pro capto. ita Bald. in l. 4. ff. de stat. hom. possit autem dum veniret ad prætorem, existens in via, licet occidi, nisi esset sibi data securitas, & de illa non constaret occidenti, iux. not. in l. 1. si reus, ff. de publ. iudic. & not. 3. q. 9. cohortamus.

8 Quinta. † Occidens, vel mutilans, quandoque nullam incurrit irregularitatem, neque peccatum, vt, si occides esset furiosus, vel insans, ita tex. in Clem. 1. de homi. Quod quidem procedit, siue quis culpa sua incidat in furore, siue non, ita

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

affirmat Gratianus, 15. q. 1. §. fin. & in summ. contra Laud. qui assertebat in d. Clem. 1. quod quando quis culpa sua incidit in furorem, quod occidendo est irregularis: Ratio autem, quare furiosus non incidat in irregularitatem, est, quia siue sit continue furiosus, siue per intermissiones, tempore furoris non potest inferre iniuriam, sed pati, & idem in insante. & ideo dixit lex, quod infans, vel furiosus, quod facit impunitum est, si de rei venientie. l. qui infans, & ratio: quia alterum imbecillitas consilij, alterum sancti in becillitas excusat. l. Infans, ad l. Corn. de sica. Et satis punitus est furiosus sursum suo, & sic non aliis puniendus, cum non sit addenda afflictio afficto, 7. q. 1. c. cum percussio. Facit etiam ad praedicta, quia tamen furiosus non potest testari, nec profiteri religionem, nec matrimonium contrahere, cap. si. de success. ab in test. c. sicut tenor, de regul. cap. dilectus, de spons. & similiiter nec baptizat, 1. q. 1. c. ecce, sic ne baptizatur, nisi in casu in c. maiores, de baptiz. ergo sicut praedicta, non potest furiosus, ita nec occidendo, vel mutilando erit irregularis, facit 3. 11 quest. 9. cap. iudicas. Sed cui tamen incumbit onus probandi, an dicenti aliquid factum tempore furoris, vel dicenti aliquid factum tempore sane mentis? resp. glossa in cap. si vero, quod si non appetit, quod aliquando quis fuerit furiosus, tunc incumbit onus probandi afferenti aliquid factum tempore furoris: quia quilibet presumitur sanus mentis, nisi probetur furor, facit l. nec codicillos, C. de codicil. Si vero constat, quod aliquando fuerit furiosus, tunc alleganti factum tempore sane mentis, incumbit onus probandi, c. iudicas, 3. q. 9. & quod ibi notatur. ita tenet Pau. Gui. & Zen. Steph. i d. Clem. 12 Qualiter aut probabitur tamen furor eo casu, quo probari debet. Dic, quod probatur ex dictis, & gestis, seu factis, ss. de cond. inst. l. quidam in suo. dist. 46. c. 1. vnde si eius dicta, & gesta ostendant eum furiosum, ex hoc probabitur furor. (Exemplum) si quis dicit, quod vult pro-

- iici sua ossa in mare, vel si proiecit lapides, facit C. de iu. l. 1. & 2. vbi bonus tex.  
 13 Sexta. Dominiens tamen aliquem interficiendo non tenetur de homicidio, quia comparatur furioso, c. maiores, in fi. ext. de baptis. ita etiam videtur velle glos. in Clem. 1. de homic. vnde dicit Lau. q. dor. initio reddit hominem totaliter extra metem, quasi esset in extasi, & resert de socio suo Anglico, qui dormiens Parisijs iuit de ecclesia B. Benedicti usque ad flumen Sequanam de nocte, & ibi puerum interfecit, & reuersus dormiens posuit se in lecto. Sie etiam Paul. in d. Cle. 1. dit. it, quod aliqui dormiendo se armant, & vadunt, & clamant. An vero prasatus scius, de quo supra, fuerit irregularis, dic, quod non, quando dormienti non potest culpa imputari, vt quia nesciebat hoc sibi cuenire. facit quod habetur de Loth 15. q. 1. cap. inebriarunt. vbi commixtio cum filiabus non imputatur incestui, sed ebrietati. Sed si sciebat, debuit prouidere, & si non prouidit, esset irregularis, facit tex. in cap. presbyterum, & cap. sequent. de homic. cap. testamentum, distin. 6. Zabar. in d. Clem. 1. numero. 20. 21. & 22.  
 14 Septima. Furiosus, dormiens, tamen & infans, non equiparantur indistincte: nam infans baptizari potest, quia tam parvulus, quam adultus confertur in baptismis informans gratia, & virtutes, de summ. Trin. cap. vna, in fi. secus de adultis, furiosus, aut dormientibus, c. maiores, de baptismo. Item furiosus, qui aliquem interficerit, siue fuerit in culpa, siue non, nunquam erit irregularis, ut supra diximus, nu. 10. & 11. Quod secus est de dormiente, vt supra, nu. 1. 2.  
 15 Octava. Ebrius tamen aliquem interficiens tenet de homicidio, & est irregularis, quia ebrietas non excusat a delicto, 15. q. r. c. inebriarunt. facit tex. in d. Cle. 1. de homic. si enim ebrium voluisset comprehendere, expressisset, de decim. c. ad audientiam, l. vnic. §. si autem, C. de ca-duc. toll. virile Abb. in cap. fin. de malefic. Bar. in l. respiciendum, §. delinquens, & ibi

**Ibi Alex. ff. de peccatis. mitius tñ punitur, arg. ff. de re milit. l. oē delictum, s. per vi-  
num. Fel. in c. ex litteris, de iure iuri.**

**16 Nona. † Qui aliter euadere non po-  
terat morte sibi iustè inferendā, nisi ali-  
quem occiderit, vel mutilauerit, nō pec-  
cat, nec vñllam incurrit irregularitatem,  
vt hodie declaratū est in Cle. l. i. 2. resp.  
eo. ti. Quod tunc procedit, qñ non occi-  
deret motus ira, vel furore, & libidine  
vindiictæ, sed cū dolore euadendi neces-  
sitatem, cum moderamine inculpatę tu-  
tele, præter intentionē interficiendi, sed  
tñ descendēdi, vt dicit S. Thomas in 2.  
2. & Card. à Turrect. in c. de occidēdis,  
nu. 5. 23. q. 5. Vñ posset iste statim post  
occisionē ministrare. At qñ dicetur aliter  
non posse euadere mortē, gl. in ver.  
non valens, in d. Clem. 1. dicit, quia for-  
te occidēdis erat angustiatus in aliquo  
angulo, vel in loco, tam alto, & adeo op-  
pressus, q. sugere non poterat, vel licet  
posset fugere, tamen non tenetur fugi-  
re, qñ fugiendo posset eadere, & caden-  
do prostratus in terra interfici per inua-  
forem, quia tali, & tanto periculo quis  
se exponere non tenetur, l. 2. s. pen. ff. si  
quis cautionib. Itē, quia qualitas temporis  
non patitur plenius deliberandi consi-  
lium, l. 1. s. merito, ff. depop. Et prædicta  
maxime procedunt attēta qualitate per  
sona, quia alicui personæ vituperosa est  
fuga, lan in eadē, ff. ex q. b. caus. maior.  
Vbi æquiparantur nullo mō posse rece-  
dere, vel posse, sed cum dedecore. Ad  
idē tex. in l. q. iusta, ff. de manum. vind.  
Et non dicimus facere posse, quod sine  
dedecore non possumus, l. nepos Procu-  
lo, ff. de verb. signis. Item quia alibi qui  
paratur, cōseruatio psonæ, & honoris,  
d. l. qui iusta. Sed hec procedunt de iure  
ciuili: fecus de iure Canonico, vbi quis  
tenetur fugere, etiam si fuga sit ignomi-  
niosa, si pōt sine periculo: quia melius  
est pati aliquam lesionem sāmæ, quam  
hostem interficere, vel mutilare, arg. tex.  
in c. suscepimus, de homic. Sed qualiter  
17. probabitur, † q. aliter nō potuerit quis  
euadere, si hoc in dubium reuocetur,**

dic, q. in foro penitentiali slabitur suæ  
confessioni cum iuramento, c. significa-  
sti, el. z. de homic. de spons. c. tua, sed in  
foro exteriori oportebit probare per cit-  
cunstias, vt quia erat in loco tā angu-  
sto, q. aliter nō poterat nisi interficeret,  
vel mutilaret, ita glo. in d. Clem. j. & ibi  
Steph: & Zen. ait, hoc esse arbitriū.

**Decima. Diximus supra, q. interfi-  
cens aliquē præter intentionem agen-  
tis, cū non aliter possit euadere mortē,  
non peccat. Sed contra hoc dictū forti-  
18 ter obstat tex. in c. 2. de homic. vbi tñ im-  
ponit penitentia occidēti latronem,  
cum aliter mortem euadere non poter-  
at, ergo peccauit, cum penitentia non  
imponatur, nisi pro peccato. Vnde pro  
resolutione huius dubij sciendū est, q.  
duplex datur intellectus ad illū tex. Pri-  
mus, qñ sacerdos interfecit alium, de-  
scendendi sua, vt non puniatur ita graui-  
ter, sicut si fine defensione commisisset  
homicidium, tñ est irregularis, vt etiā  
habetur in c. suscepimus, cod. tit. sed po-  
test cū codispensari circa beneficia. Se-  
cundus intellectus est, qñ sacerdos non  
poterat aliter vitare mortem, nisi inter-  
fecerit suum aggressorem, & tunc opor-  
tet intelligere illum tex. q. agar peniten-  
tiā ad cautelam, nō ad necessitatē:  
quia sic interficiendo nullam irregulari-  
tatem, & nullum peccatum incurrit.**

**19 Undecima. † In his casibus homici-  
dium factum ex necessitate à clero, in-  
ducit irregularitatem. Primus, quando  
necessitas esset evitabilis. Secundus, qñ  
necessitas esset inevitabilis, sed occide-  
ret pro defensione proximi: quia illud  
clero permititur, pro evitāda propria  
morte, nō pro salute alterius, etiā h. sit  
Patris, aut filii, aut alterius coniunctæ  
personæ, ita gl. fi. in d. Clem. 1. fundas-  
se per tex. illum, in verbo, se, & suum in  
usorem. Tertius, quādo occideret pro  
saluandis rebus, c. 2. c. suscepimus, cod.  
tit. Quartus, quando poterat fugere.  
Quintus, quando insultatus occideret  
ad vindictam, unde Bald. in l. 2. C. de-  
scit. dicit, quōd si insultatus incon-**

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- tinenti offendit, dicitur facere ad defensam, secus si ex interuallo, quia tunc dicitur facere ad vindictam, vt not. in causa sicut, §. insuper, el. 2. eo. ti. & in d. Cle. j. Laicus vero vt concludit Anan. in c. 2. cod. tit. per dictum Baldi, in l. 1. C. vnde vi. potest impune defendere filium suum, quia filius est pars patris, & in matris, & est commune bonum coniugatorum, l. isti quidem, §. fin. ff. quod met. causa. Itē filius potest impunē occidere inimicorum patris, maritus inimicorum uxoris, vel econtra. Item sponsus potest defendere sponsam ratione amoris, & zeli immēsi, quo coniunguntur, facit tex. in l. oratio, ff. de spon. Sic socius potest defendere suum locum itineris, quia iniuria est communis, ff. de iniur. Item apud Laheonem, §. tenetur hoc editio.
20. Duodecima. Clericus fuit captus, † & ligatus à latronibus, qui manus eorum aliter evitare non valens contra fidem datum illi custodi eum occidit, est irregularis, per tex. à contrario sensu in Cle. 1. eo. tit. Et est speciale in irregularitate, quæ contrahitur sine culpa. Ita Bald. in L 1. in pen. colum. in ver. item queritur, quod quidam clericus, C. vnde vi.
21. Tertiadecima. Ad clamotem clerici latro † capit, & occidit, imputatur occidio clericu, quo ad irregularitatem, non tñ imputatur clericu, si ad eius que relam capitur à iudice, & inde fiat iustitia, licet protestatur, qđ ad hoc non tenet, in c. 2. eo. in 6. Cum utrobiq; frequenter debuit cogitare hoc evenire, & multo magis in iudice, qui cōperto furto nō de facili surē sine vindicta dimittere solet, nec posset, sed illi, qui sive in capere, dimittere possunt, & tñ si ab eis occiditur, imputatur clericu, qui clamauit ad recuperationē rerum suarum. Rō ve rō differentiae, quia mors, quæ sequitur iudice mediante, dicitur pena iuris, & sic fit iustitia mediante, & ideo nō imputatur clericu, arg. l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. Sed mors, quæ inligitur, p cur rentes ad clanonē clericu, nō fit inile, & sic non dicitur pena iuris, quia nō licet talibus latronem occidere pro rebus personis, eodem tit. cap. secundo, & cap. succepimus, ideo imputatur clericu, quia fuit causa vt fieret quod de iure fieri debuit, facit c. vt fam. x. de sent. excom.
22. Quartadecima. Qui pōt evitare † mortem, sed nō mutilationē alicuius membra, occidendo, vel mutilādo inimicorum, non est irregularis, arg. de pen. dist. 1. c. vulgaris: quia qui aure tetigit, totū corpus tetigisse videtur, vt ibi, & not. de prescr. c. audit. tum etiam, quia vt mutilatio, & occidio æquiparantur quo ad contrahendā irregularitatem, gl. in Clem. r. de hom. sic idem dēt esse ad eam evitādā, ita Zabar in d. Clem. nu. 46.
23. Quintadecima. Pro sua salute peccatum est mortale offendere tertium, à quo quis nullā recepit iniuriam, v.g. si quis me tu tirāni occidat, ne occidatur, quia nullus metus excusat à transgressione praeceptorū Decalogi: nā illa qui in Decalogo prohibetur, ideo prohibentur, qđ de se mala sunt, & non sunt mala, quia prohibita; vnde nullo modo facienda sunt, c. & si Christus, §. quedam, ext. de iure. In foro tñ excusat talis delinquēs; Hinc gl. in L 1. familia, ff. si fam. fur. scis. dic. dicit, qđ licitum est. Impunitabile, vnde ait, si leuissus iniurias paruit, perituras nisi paruisse, hic nullum est serui delictum; Quare si dicā alicui: occidam te, nisi occidas tales, excusat ille occidens. Hoc ēt sequitur Salic. in l. j. C. vnde vi. Exemplum ponit, qđ si maritus hēt uxore suspectam, dicit famulo. Interficias illā, nō excusat famulus, si aliter manus mariti nō poterit euadere.
24. Sextadecima. Vim vi repellere licet, L. v. † vim, de iust. & iu. & in l. j. C. eo. ti. Primò fallit, cum insertur à patre, qui pōt vim illā inserre: quia tunc non pōt vim repellere, puta, quia pater, vel Dñs castigat filium, vel famulum, ita Doct. in L 4. ff. ad L Aquil. Secundò fallit, qđ inseritur a persona publica, puta, si iudex mandet aliquē castigari; quia nō licet se defendere. Tertio, qđ repelleret vim ex interuallo. Bar. in d. l. j. C. vñ vi. Quartò, quando

quando repello immoderate, ita tenent  
Doct. per illum tex. in d.l.1.

25 Decima septima. Aliquis excessit mo-  
dum legitimè defensionis, quia cum po-  
terat infligere vnū vulnus, infixit duo,  
vel tria, licet videatur dicendum debe-  
re puniri pro toto, quia factum est indi-  
uiduum, l. supputationes non dividun-  
tur, ff. de ver. obl. tamen verius est, vt pu-  
niatur pro excessu, per tex. not. ad hoc  
in l. si adulterium cum incestu, §. Impe-  
tatores, vers. &c magis, ff. de adulter. ad  
quod est facit quod habetur in cap. olim,  
de restit. spol. sic tex. in c. significasti, de  
pen. & remis. dicit, quod homicida, qui  
immoderatè se defendit, mitius punitur.  
Et idè dicit Io. Andr. in addit. Spec. q.  
qui occidit aggressorem, non tenetur  
de homicidio. Et idem teneret Lud. sing. 4.  
Castr. conf. 190. Et idè dicit Abb. in c.  
olim, 2. colde rescri. quod quoties quis  
26 iusto + dolore delinquit, mitius debet  
puniri, unde Do. Alex. conf. suo 76. po-  
nit de quodam, qui detinebatur suffo-  
catus ab alio per capillos, & ille occidit  
illum, qui eum detinebat, quod non est  
puniens de homicidio. Eodem modo  
dicit Bald. pro theoria glossa in L. C.  
vnde vi, de eo, qui insultauit me sine ali  
quo genere armorum, volens mihi dare  
maxillatam manu vacua. Et ego ne hoc  
accideret, cum non debeam expectare  
me prius percuti, vt dicit glo. in d.l.1.  
cum gladio peremti: nam si poteram me  
aliter defendere, tunc punior de excessu:  
quia non seruauit modum defensionis.  
Sed fuit excessus nimis ultra terminos  
defensionis, & vindictam assumpsi.  
Si autem constat, q. aliter evadere non  
poteram, quin cum vituperio percu-  
terer, tunc non punior: nam si hoc li-  
cer propter res defendendas, d.l. 1. mul-  
to fortius propter personam, & corpus  
noltrum, quod est dignius, vt in l. seruo-  
rum, §. fin. ff. de penis, in dubio autem  
vtrum potuerim me defendere, præ-  
sumitur, q. sic, inter pares, secus inter im-  
pares, propter imparitatem virium; que-  
omnia sunt intelligenda in laicis, tecus

in clericis: quia semper tenentur de ho-  
micio, quantum ad irregularitatem,  
quam non possunt evadere, nisi quan-  
do aliter propriam vitam conseruare  
non poterunt, Clem. 1. de homic. D.  
Abb. in c. olim, 8. eol. de restit. spol.

Decima octava. Moderamen incul-  
patæ tutelæ + consistit circa tria, videlicet  
in factorum qualitate, in temporis  
congruitate, & in necessitatibus evitabil-  
itate. ita glossa in l.1. C. vnde vi. Igitur  
primo debet esse in factorum qualitate  
paritas, vt æqua lance, æquo modo, &  
item congruenti resistatur. Vnde offen-  
sus sine armis, non potest cum armis of-  
fendere, nisi aliud suadeat virium inae-  
qualitas. Vnde si pugnus vnius plus po-  
test, quam ensis alterius, licitum est en-  
se percutere, quia defectum virium po-  
test supplere cum iuamine armorum.  
Præsumitur enim iuuenis potentior se-  
ne, siue adolescens ad labores corporis  
supportandos, l. aut datu. §. quicunque,  
& ibi loquitur glossa, ff. de penis, c. 1. de  
renunc. Et sanus potentior infirmo. C.  
demend. ualid. l. 1. lib. 2. Secundo, mo-  
deramen consistit in temporis congrui-  
tate: nam debet incontinenti flagrante  
adhuc maleficio violentiæ inuasor repel-  
li, l.3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. Et  
hoc est verum de violentia illata perso-  
na, in qua videtur fieri ad defensam, ne  
iterato percutiat, si fiat incontinenti,  
l. si ex plagi, §. tabernariis, ff. ad legem  
Aquil. & c. olim, de restit. spol. Si autem  
fiat rixa separata, & sic non incontinen-  
ti, tunc videtur fieri ad vindictam. quod non licet, glo. in c. significasti, in verbo  
repellere, de homic. Si tamen percussus  
insequatur percussorem fugientem, &  
eum percutiat, mitius punitur, scilicet tan-  
quam culpabilis, & non tanquam dolo-  
sus: quia difficultatum est iustum tem-  
perare doloré, l. si adulterium, §. si Impe-  
tator, ff. de adulst. Sed cum non debeam  
28 expectare + me percuti, cum nullo re-  
medio tollatur illa percussio, vt no. in l.  
si quis prouocatus, C. de appella. & in l.  
in bello, §. fieri, ff. de cap. an debeam ex-

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

peccare aliquem actum fieri ab offendēte, glo. in l. i. C. vnde vi, dicit, quod sic, ut armis insultari, clamore, & minis terret; an autem mina sint sufficiētes, dic quod sic, quando esset homo, qui cōfuerūt exequi factō, aliās non, vt sic ex personis hominum facta pensemus. l. i. C. si quis Imperat. maled. Bart. in l. metum, ff. ex quib. cau. maior. licet Baldus dicat, quod verbis contra verba est resistendum, non ad manus, & ferrum veniendum, fallit quod not. Specul. in titu. de actu. §. iste, vers. Quod si vocauit te latronem. & hoc, nisi mora esset periculum allatura, vt quia forte minator expectabat socios venientes, quibus resistere non potuisset: quia tunc licet ante tempus occurtere. Tertio moderamē consiluit circa necessitatēs euitabilitatē, nam moderatē, & ad defensionem diciunt fieri, quod ex necessitate fit, l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. Nec curamus aequalitatem, vbi non possumus euitare necessitatē: nam necessitas facit delictum probabile, & excusa 29bile, quod aliter non esset. Hinc t̄ necessitas magna excludit delictum. cap. si quis propter de furt. Sic non peccat monachus, qui tempore maximae necessitatēs facit eleemosynam de bonis monasterij, sine licentia p. r. l. t. 16. q. 1. cap. alia, & r. q. t. c. non dicatis. Pariter si quis necessitate p̄cisa, aut vrgenti vio latie ieiunium, aut Quadragesimam, excusat in totum, c. 2. de obseru. ieiun. Sic propter necessitatēm licitum est sumere cibum à Iudeis, & infidelibus, gl. pen. in c. quam sit, de Iudea. Sic propter necessitatēm quis potest absoluī ab excommunicatiōne, à qua regulariter nullus absoluīt nisi Papa, 17. q. 4. c. 6. quis suadente, de consecr. dist. 4. c. i. acerdotē, c. pastoralis, §. 1. de offic. ordin. Et idem in confessione: nam propter instantēm necessitatēm, potest quis audiri à laico, & habetur talis propter contritionē à Deo pro absoluto, sed non à laico, qui non habet clauim potestatēm, & de penit. & remiss. c. noua. Sic propter ne

cessitatēm licitum est baptizare etiam laico, excommunicato, & infideli, de consecr. dist. 4. c. siue. c. quicunque, & c. confit. & cap. seq. Sic licet sacrificia, & consecrationes non debent fieri nisi super altari, & locis Domino consecratis, tamen instantē summa necessitate potest alibi celebrari, c. sicut, de consecr. 30 dist. 1. Pariter t̄ necessitas violenta excusat à fornicatione, nam licet necessitas compulsiua non excusat, quia coacta voluntas est, l. si mulier, §. si mulier, ff. quod met. cau. Vnde potius quis debet pati exhortationem, & omne martyrium, ac vita amissionem, quād malo consentire, c. ita ne, 32. q. 5. tamen vbi daretur passio sine aliqua actione, vt puta, quia virgo propter necessitatēm violentam fuit deflorata, voluntate penitus renitente, tunc nullum committitur peccatum, & mens remanet casta, et virgo: quia in ipso exercetur libido aliena, & non sua, d. c. ita ne, sic licet non 31 sit subueniendum t̄ ei, qui incidit in ægestatem culpa sua, l. bona fides, ff. de pos. c. ex parte, de consuet. c. non satis, dist. 86. ibi, sine lito vitio, tamen existenti in necessitate subueniendum est, et si quis sua culpa incideret in egestatē, 42. dist. cap. quiescamus, quod intelligit ibi glo. de eleemosyna, que datur pro nutrimento, quā indistinctē danda est, ne quis fame pereat, cap. pasce, dist. 86. 11. q. 3. ca. quoniam. & hoc, nisi propter hoc inducatur ad peccandum, quia tūc nullo modo dēt fieri eleemosyna, q. q. 5. c. non omnis. Zab. in c. quā in ecclesia rū, de cōl. 7. oppos. nisi necessitas pauperis extrema vrgeat. Itē licet de proprio sit facienda eleemosyna, & non de alie 32 no, de deci. c. tua, 2. & c. ex transmissa, & ibi glos. De hoc etiam not. de confus. cap. 2. in glo. 2. tamen si necessitas pauperis esset extrema, & aliter ei prouideret non possit, esset etiam de alieno subueniendum, quatenus fame non periret, Sil. in verb. Intentio. q. 1. Sie, ut ad rem nostram revertantur, necessitas facit homicidium excusabile, quod aliās non esset.

esser. Sed cessante necessitate, dicitur potius offendio, vel vindicta, quam defensio, ut innuit glo. in d.l.t. C.vnde vi. In

33 dubio autem, an quis intelligatur percutere ad defensam, vel ad vindictam, dicit Bal. in d. §. tabernaculus, quod scilicet dum esin actu percutiendi, percusso te prius, tunc est a.d. defensam, secus si percusso etiam incontinentem, postquam me percussisti, quia tunc dicitur ad vindictam, nisi facerem, ne iterato percuteres: si vero non appareret quae percussio precesserit, in dubio presumitur culpa eius, qui prouocauit, l.1. §. cum arietes, ff. si quadr. paup. feciss. dic. Et ibi dicit Bal. quod insultatus in dubio presumitur fecisse ad suu defensionem, vide gloriam in c. significasti, el 2. de honi. & pec Innoc. in c. si vero, de sent. excom.

34 Decimanona. Si aliquis † suadet alicui, quod exponat se periculo pro patria vel pro defensione Reipublice, maxime fidei, vel ecclesie, non est irregularis, etiam si iste, cui consultum est, moriatur, 23. q.3. cap. pro membris. & cap. seq. & q.8. cap. igitur, & cap. seq. & si licet etiam verisimiliter moriatur, nam talia casu etiam si imminerent pericula, & sequeretur mors, non interrogatur irregularitas, cum hoc casu etiam ad pralatos ecclesiasticos pertineat † facere suusiones, & hortari non quidem vt occidant, vulnerent vel mulcent, hoc enim esset directe ad homicidium prouocare, sed vt ecclesia, fidem, vel patriam liberent, & terram ab infidelibus occupatam reducant ad Christum, & licet hinc inde aliqui occidentur, non est hoc pralato imputandum, primo peccaret, si contra tales se non opponeret, 23. q.5. c. de occidendis, extr. de homic. c. postulasti, & c. tu nos, 23. q.3. c. Maximianus, & q.8. c. igitur, & c. scire. & c. omni, & cap. hortatu, & cap. vt pridem.

36 Pariter, qui suadet alicui, ut indubitanter se morti exponat pro honore Episcopi, vel ecclesie, vel pro fide, secundum Innoc. non sit irregularis, etiam si mors sequatur, quia Christus pro nobis

mortuus est, & Sancti martyres pro ecclesia. Idem Host. Summ. Pisan. in verb. Homicidium, 2. §. 5.

37 Vigesima. Irregularis non est, † qui consuluit volenti fugere inimicos propter timorem mortis, quod remanceret, & quod procuraret pacem, si postea remansit, & occiūs est, quando qui conculuit habuit probabilem causam credendi, quod illi non immineret periculum, puta, quia inimici illius adeo erant consanguinei, vel amici, quod merito potuit presumere, quod eos posset cohivere, alias sic. sum. Pisa. ubi sup. §. 7.

38 Vigesimaprima. Qui dissuaderet homicidium, sed nihilominus associat homicidiam, vt eum, si oporteat, defendat, homicida est, nec poterit promoueri. & sic intellige quod defensione committitur homicidium, extr. de cler. pugn. in duel. c. haereticus. sum. Conf. co. tit. q. 3.

Vigesimasecunda. Qui animo vulnerandi tantum venit, tenetur † non solum de vulnere, sed etiam de homicidio, si secutum fuerit, licet non habuerit animum occidendi, igitur si ultra propositum sequatur euuentus, tenetur delinquens non secundum propositum, sed secundum euuentum, c. sicut dignū. §. illi, de homicid. Quod intelligit verū Bal. si instrumentum, cum quo vulnerauit, erat aptum ad inferendum mortem, alias secus, ita dicit in l. cum mandati. C. mandati. allegat text. in capit. significasti, de homic. verum in penit. spiritualibus, vt in excommunicatione, & similibus, attenditur animus, & non euuentus, prout tangitur in cap. 2. de constit. & in cap. in nonnullis, de Iude. Bar. in l. Diuus. ff. de sicut. Hinc fit quod non est excommunicatus, qui credebat percutere laicum, & percussit clericum, de quo vide in cap. si vero, de sent. excommunicat. Pariter ex text. in dicto §. illi. Dominus Abbas insert, quod etiā quo

40 ad Deum voluntas † mala habetur profecto, sed minori peccato, & pena astringitur, ex quo delictum non est secutum, licet voluntas deliberata precepit,

# Decis. Aurarum Par. II. Lib. II.

serit, vide bonam glossam in c. si cui, de  
ponit, dist. i. nam iura, quae videntur in  
nuere contrarium, debent intelligi, quo  
ad interitum salutis aeternæ, sed quo ad  
quantitatem supplicij, differunt: nam  
consummatio operis aliquid addit, d.c.  
sic ut dignum, §. illi autem.

Vigesimateria. Aliquis est vulnera-  
tus, & † sebres superueniunt, & mori-  
tur, licet multi dicant eum mortuum pro-  
pter vulnera, tamen non erit irregularis, si medicus afferat contrarium: quia standum est peritis in arte, & per conse-  
quens credendum medico erit, & ita te-  
nebitur de vulnere, & sic non est irregu-  
laris, nec tenebitur de homicidio, fa-  
cit, c. significasti, et primo de homic. l. se-  
mnel, de re milit. bib. 2.

Vigesimaquarta. Si quis decederet ex  
alia infirmitate, & hoc sit certum, † non  
est imputandum illi, qui percussit, no. in  
e. ad audientiam, in ver. si vero, ac hom.  
Et intellige aliam infirmitatem non tra-  
hentem originem à prima, sed penitus  
diversam, & sic causa superueniens ha-  
bilis ad quid inducendum, confundit vi-  
ces prime, de qua erat dubium, an ad  
hoc potens existeret, de quo in c. presby-  
terum, de homic.

Vigesimaquinta. Medicus, qui du-  
bitat an medicina † sit proficia, vel no-  
ciua, peccare cum dando, etiam si magis  
credat eam proficiam: quia in dubio me-  
lius est hominem relinquere in manu  
Creatoris, quam ipsum exponere cuiq;  
dubitabili medicina, Innoc. in cap. tua  
nos, de homic. Et idem, si dat medicinam,  
qua infirmitatem potest augere, vt infir-  
mum redimat, l. medicus, ff. de var. & ex-  
traord. crim. peccat etiam debitam medi-  
cinam omittendo, facit optime tex. in §.  
præterea, Inst. ad leg. Aquil. Rursum, si  
dicit se peritum, cum non sit, vel facit, aut  
omittit aliquid, propter quod infirmus  
periculum mortis incurrit, peccat, & est  
irregularis, no. in l. 2. ff. quod quisque iu.  
Ad hoc de qta, & qual. c. ad aures, & vi-  
detur afferre se peritum statim quod ac-  
ceptat officium, & assumit cutam, ita

Innoc. in d. cap. tua nos, & Dom. Anto-  
nij Vigesimalia sexta. Custodientes infir-  
mos si ad eius petitionem † vocauerunt  
minutore, vt minaret eis sanguinem  
vel dedecunt eis vinum, vel non bene  
custodierunt eos, ita quod ipsi mortui  
sunt, quando in his casibus bona fido  
haec fiunt, nō debet aliquis de facili seu  
pullosam habere conscientiam, nisi sit e-  
videns culpa aut negligentiæ dissoluta,  
quia tunc si certū esset, quod inde mors  
provenierit, irregularis esset, quod idem  
etiam esset, si probabilit̄ dubitatur se-  
cundum iudicium medicorum. facit gl.  
in c. vii. de scrut. in ord. fac. c. ad audi-  
entiam, de sposa. Alias non faciat sibi con-  
scientiam scrupulosam, & si habet depo-  
nat, ne adficiet ad gehennā, c. per tuas,  
2. de simon. Sum. Confess. c. tit. q. 4. 1.

Vigesimalia septima. Vulneratus, † qui  
dicit se mortuum non ex vulnere, sed ex  
mala vita, & culpa medicorum, & facit  
pacem cum vulnerante, eo mortuo, licet  
talis remissio profit̄ quo ad excusationē  
personæ, non tamen quo ad liberationē  
penæ: publica enī pena non potest re-  
mitti conuentione partiū, liure genti-  
um, §. si pacifar, si de paet. no. per Bar.  
in l. Diuus, ff. ad Syllan. glos. in §. fin. In  
fir. de iniur. vbi dicitur, an, & quan-  
do remissio, vel concordia possit fieri in  
morte. An † verò assertioni facta in as-  
ticulo mortis, quod aliquis eum vulne-  
rauerit, vel fecerit eum occidi, creditur.  
dic secundum Bald. per glossam, in l. 2. C.  
de calum. quod talis assertio non proba-  
tionem, sed leuem inducit tantum pra-  
sumptionem, vel suspicionem, non ta-  
men talen, que sit sufficiens ad torturā,  
ita etiam tenet Ang. in d. l. 2. vbi etiam  
dicit; quod operabitur talis suspicio, &  
hates accusando, excusat̄ à presumpta  
calunnia.

Vigesima octaua. Licet † communis  
sit theorica, quod tacens quo ad ipsum  
obligandum, non presumatur contenti-  
re, l. filius, §. inuitus, de procit. c. nuper,  
de donat. inter vir. & vxor. Tamen quo  
ad legem promotionis, secundum quā  
quis

quis incurrit irregularitatem, etiam sine culpa, cap. sententiam, ne cler. vel mona. requiritur expressa prohibito, ne videatur consentire. Hinc sit, quod si praesente aliquo habetur tractatus de morte alii cuius, si ipsius causa ipse tractatus contingit, & tacet, presumitur consentire, glo. in cap. Petrus, de homic. vbi homici dium commissum per consanguineos clerici ipsius sauro, imputatur clero, si sevit, & non contradicit: quia tunc videtur consensum prestare, quod fecerit, si clericus esset ignorans: quare licet mei consanguinei propter iniuriam mihi illatam, & mei contemplatione suante vindictam, non est mihi aliquid imputandum, nisi (vt diximus) me praesente habuiscent colloquio, & tacuisse. facit tex. i. q. 4. cap. qui praefulatus. 48 An vero clericus Iesus teneatur remittere actionem iniuriarum, si sevit, quod si hoc non facit, consanguinei interficient ledentem? Dic, quod non, sed tantum rancorem, non tamen debet clericus coqueri consanguineis, de iniuria sibi facta. Specu. trt. de legat. §. iuxta circa pen. col. in verbo, quid si amici mei. Itan. de Anan. in d. cap. Petrus.

Vigesima nona. Presbyter dixit in 49 sancti, † quod equum ad filium ripam duceret, sed à filio sibi causeret, infans autem humen intravit, & submersus fuit quadratum, an sit culpabilis, & per consequens irregularis. Dic, quod sic: quia suspicari debuit hoc posse evenerit, sciri imputatur Diacono, qui non removit falcati, quia accinctus erat, cum ludi cōfutudinem sciret, ut extr. eod. c. continebat, & presbytero, qui non removit à corrugia cultellum, cum quia verbe rabat famulum, ut extr. eod. cap. ad audienciam, ita quod non promovetur, nec ordinibus susceptis vtitur, ut ibi dicitur, ut habeatur in d. ca. ad audienciam. Hec Hostiensis.

Trigesima. Iudex, qui non liberat 50 hominem à morte iniulta cui potest, † & praefulatus si non pascit famc morientem cum potest, quamvis non sint irregulari-

res, cum lex promotionis factum requirat, i. q. 1. cap. si quis iratus, tamen gravissime peccat.

Trigesimaprima. Incidens qui nō 51 habet † consuetam dispositionem membrorum, vel venarum, aut subito timor, vel tremor insolitus irritus super cum, si incisor, nō erret ex imperitia, vel distitudine in huiusmodi, non peccat, neque fit irregularis, si ille decederet. Alten. libro 6. de modest. tit. 14. art. 8.

Trigesimasecunda. Scio, vel scire debet aliquem † queri ad mortem, putares, vel homicidiam, & iudici querenti, vel officiali, utrum violarem tam per sonam, respondi, quod sic, & querentes instruxi, sum irregularis, si inde mors secuta fuerit. Quod setus esset, si nescire, nec suspicari possem, quod quereretur ad hoc, sed propter aliud: quia tunc intentio non est corrupta. Hęc Rod. & Astens.

Trigesimatertia. Clerici, qui sunt † inris ignati, pro habenda indulgentia, quę dabatur portantibus ligna ad cremandum haereticos, ligna portauerunt, sunt irregulares, si ligna illa operantur ad creationem, secus si non operantur, ut quia iam crematus erat mortuus, pro hoc, quod not. Abb. in cap. sicut, de homi. cum homo mortuus, non sit homo nam ad esse hominis requiritur anima, & corpus, de celeb. miss. cap. in quadam, vers. nam ad esse, de pen. distin& 2. cap. charitas, vers. Item corpus. Hinc qui hominem mortuum inutilarer, nō esset irregularis. Pariter qui occideret hominem nondum natum, & formatum, sed informem, & non per membra distinctum, non esset vere homicida, nec irregularis, 2. q. 5. cap. consululti. 3 2. q. 2. c. quod uero, & c. Moyses.

Trigesim aquarta. Aliquis † me in alium impellit, & ille in quem impellor, cadens moritur, vel impellens retrocadens moritur, in neutro istorum casuū teneor, nec sum irregularis, cum nihil mihi sit imputandum, sed tantum illi, qui me impulit, ita Card. in Clem. 1. in pen.

pen. q. de homic. qui etiam dicit, quod si  
vnuſ vult me percutere, & ego declino  
ictum, ex quo alius interficatur, q. non  
teneor, niſi in fraudem fecerim. Quare  
omnes supradicti possunt promoueri,  
ex quo in nulla culpa deprehenduntur,  
arg. de homic. cap. lator, &c 23. q. 5. de oc-  
cidendis, Archid. Turrecr. & Prepol. in  
c. ſepe, diſt. 50.

55 Trigesimaquinta. In caſu dubio † an-  
quis fit irregulat̄, debet fieri interpreta-  
tio in foro exteriori quod nō, cum pē-  
næ ſint molliendo, & nunquam quis eſt  
irregularis, niſi cum ius hoc statuat, ea-  
pi. 15. qui, de ſent. excom. lib. 6. Vnde in  
dubio non debet iudex iudicare aliquē  
irregularē, arg. ff. de penis. Linterpre-  
tatione, & lſi præſes. Sed in foro con-  
ſcientiæ in dubio quilibet ſe debet ir-  
regularē reputare, pro hoc de ſimon. c.  
Mattheus, c. ſignificati, 2. ver. Quod ſi  
diſcerni, de hom. glosſa in c. vni. de ſcu-  
ti. in ord. faci. in glo. fin. quoad legem  
promotionis, ſi hoc inducit conſciencia  
remordens, c. petitiō, de hom. & ibi Za-  
bar. cod. tit. in c. ad audiētiam.

56 Trigesimafixa. Pralatus ecclesiæ ha-  
bens iuriſiſiōnem temporalem potest  
inuocare eam pro recuperatione retum  
ſuarum, immò etiam ea deficiente  
potest inuocare auxilium brachij ſecularis  
extranci, id eſt noſ ſui, c. poſtulati, ext.  
de homic. cap. dilecto, de ſent. excom.  
lib. 6. Et ſi in tali recuperatione aliquis  
violentorum occiditur, non imputabi-  
tur clerico inuocanti prædictum auxilium,  
per d. cap. poſtulati. ad hoc cod.  
tit. in 6. cap. 2. vbi datur cautela ad eu-  
tandam irregularitatē, vt fiat cum pro  
teſtatione quod quis non intendit ad pē-  
nam ſanguinis. Quod etiam procedit,  
quando clericus exponeret querelam  
contra aliquem de delicto, de quo ve-  
niat imponenda pena ſanguinis, d. cap.  
poſtulati, & ibi Zabar. Holt. & Zabar.  
in d. cap. ſignificati 2. Quinimo ſi agitur  
contra furem ad reſtitutionem ſubtra-  
cti, & iudex conuictum interficit, agēs  
non ut irregularis, quod intellige fer-

uata forma text. in d. capitulo 2. de ho-  
micid. in 6.

57 Trigesimaseptima. Homicidium ca-  
ſuale non imputatur ei, qui non oc- idit,  
nec ſuit in culpa, etiamſi ad cautelam  
veram poſtulauerit, cap. exhibita, de ho-  
micid. vbi habetur, quod non eſt repellen-  
dus à receptione facrorum ordinum lu-  
dens in puerili ætate, & proiiciens la-  
pidem non animo ledendi vni puer, qui  
lapide proiecto non fuit tactus, ſed ca-  
dens ad alium lapidem caput leſit, qui  
tum ob imperitiam medici, & patris in-  
curiam expirauit, quamuis dictus ludēs  
veniam poſtulauerit a patre illius. Ex  
quo tex. iuncta glosſa colligitur vnum

58 notabile, quod petitiō † misericordia  
non probat culpam, licet præsumatut  
contra petentem, quando non peteret  
ad cautelam, & ita procedit tex. in c. ve-  
nerabilem, de eleſt. Sic petens abſolu-  
tionem ab excommunicatione, per hoc  
non probatur excommunicatus, ita te-  
net Innoc. in c. ſecundo, de ordi. cognit.  
Zabar. in d. capit. exhibita, ibi, oppono  
quarto. Vnde infert, quod volenti con-  
uincere de culpa, vel excommunicatio-  
ne, non ſufficeret probare petitionem ta-  
lem, tamē ad uitandam præumptione-  
m utiſi eſt petitiō ad cautelam, quiā  
tunc etiam ſi peteteret petitiō ad caute-  
lam in iudicio, non videtur recognoſce  
re culpam, cap. venerabili, de ſentent.  
excom. Quod idem extendit ad petitiō-  
nem diſpenſationis, quiā non probat im-  
pedimentum, vt ibi Zabar.

59 Trigesimaoctaua. Licet Ioan. Andr.  
in ca. Ioannes, de homicid. teneat quod  
ſacerdos ſi pulsans campanas caſu ali-  
quem interfecerit, ſit irregularis, ſi non  
ad iſum, ſed ad aliquem de ecclesiā ſpe  
ſtabat officium pulſandi, & ſacerdos  
hoc feciſſet non ex commiſſione ciuſ,  
ad quem ſpeſtabat officium, vel ſuperio-  
ris illius, vel ex conſuetudine, que erat ta-  
lis, vt qui primo occurrebat, pulſaret  
quiā non eſt ſine culpa ſe immiſcens a-  
lienō officio, reg. ſine culpa, & ea, que,  
lib. 6. & de cler. ordi. mini. c. 1. & 2. Ta-  
men

men Zabar. in d. cap. Ioannes, tenet contrarium, dummodo non esset consuetudo ut solus deputatus pulsaret aliquo respectu speciali. Sufficit enim quod dedit operam rei licita.

## S V M M A R I U M .

- 1 Bellum materia ubi plene trahitur.
- 2 Bellum duplex exerceatur in hac via, carnale, & spiruale.
- 3 Bellum corporale multiplex.
- 4 Bellum corporale iustum à quo habuerit orum.
- 5 Bellum, ut sit iustum, multa requiruntur.
- 6 Bellum iniustum dicitur quinque modis.
- 7 Clericis in quatuor casibus licuum estarma deferre.
- 8 Pace inter homines sex casus impediunt. Et bellum quid differat à seditione, sub nu. 8.
- 9 Bellum a multis iudici potest.
- 10 Bellum iustum dicitur ex persona amboviria, num. seq.
- 11 Bellum, quod non est ex dicto principiis, sed ad tuitionem rerum, dicitur iustum.
- 13 Iustè pugnans pro defensione rerum, non potest inimicorum, vel eius bona capere.
- 14 Vocati ad bellum iustum, an actione mandati habeant contra mandatum.
- 15 Pugnare contra Saracenos licuum est, sed non contra Iudeos.
- 16 Bellum iustè inferior contra Sarace nos, licet actu non impugnent. & quid de terris, que nunquam fuerunt nostra, nu. 18.
- 17 Papa potest licet concedere indulgentias omnibus contra Saracenos. item pro hac causa imponere decimas, nu. 40.
- 19 Bellare in festis licuum est ex necessitate.
- 20 Capta in bello an sint subiecta restitutio ni, & nu. 21. 22. & 47.
- 23 Bellum contra quos princeps non habens superiore monere possit.
- 24 Infideli vii an licium in bello.
- 25 Bellum iniustum habens, an teneatur ad restitucionem, si facit incendia.
- 26 Miles ad praeceptum Domini an licet belare possit, si dubium est an bellum sit iustum. & quid de amicis, & cognatis Domino non subditis. num. seq.
- 28 Ad vocatus bona fide defendens iniustum causum, excusat.
- 29 Indicem bellum etiam sacrilego subditiis obediens tenetur, nisi in dubiis casib.
- 30 Belli finis, & quinque in bello culpanda.
- 31 Inimicita capitalis an excusat non ensem ad bellum.
- 32 Clericus Dominum comitans in bello, an licet reueat si aliquid consequitur in bello.
- 33 Hostes depredari in bello iusto licet.
- 34 Papa sicut certissimum est posse indicere bellum en etiams prelatis, & clericis, nu. 36. & 37.
- 35 Sudens quod aliquid exponat se periculo moris pro patria, vel proximo, an sit irregularis.
- 38 Clericis in bello licito an possit dare lanceam pugnantis.
- 39 Clerici capientes arma ad se defendendum cum sociis, si socii aliquem interficiant, an clericis sint irregulares.
- 40 Clerici sola interessentia secundum homicidio an inducat irregularitatem.
- 41 Prebyter de mandato prelati conducens homines armatos pro tuitione castri, an secunda mulatione sit irregularis.
- 42 Christianis an liceat vii auxilio Saracenorum in bello.
- 43 Papa potest concedere decimas pro bello iusto.
- 44 Res sacra pro redemptione captiivorum possunt vendi.
- 45 Bello iniusto opem praestans, non habet actionem mandati contra vocanem.
- 46 Comites, qui sine auctoritate principiis suumi arma, vasallos proprios exhederantes, tenebunt ad restitucionem.
- 48 Bellum iniustè mouens teneatur ad omnia damna.
- 49 Rem ablamat per vim, an liceat illam, vel aliquid equivalens recuperare.
- 50 Empior rem empia ex bello, an, & quando teneatur restituere.
- 51 Ementes ex ignorantia de rapina non nunquam tenebunt ad restitucionem.
- 52 Si invicer duos milites fuerit bellum iniustum,

# Decis. Aurearum

# Par. II. Lib. II.

- stum, & damna hinc inde, an facta pa-  
ce, & remissione inter illos de dannis,  
della remissio extendatur ad vasallos.  
53 Bellum licet moneri potest absque au-  
ritate principis ad iniuriam propulsan-  
dam.  
54 Arma ministrans in bello, si illi, quibus  
ministrata sunt, commiserunt homici-  
dium, ministrans irregularis non est in  
multis casibus, & in iis sic. n. seq.

## De Bello. Cap. XX.

**D**E materia † belli habetur 23.  
q.2.in sum. & in c.dixit Do-  
minus, per glo.& Archid.&  
Innoc.in cap.ficut, de iureiu.  
in ca. quod super, de voto. & in c.olim,  
de refut.spol. per Host.in sum.de tre.&  
pace, per lo.And. in c. 1.de homic.in 6.  
& per B.Thom.2.2.q.40.ar.2.per Cyn.  
in l. quoniam multa facinora. C. ad l.  
Iul.de vi publ. Bar. post glossiam,in l.ho-  
stes, & in l.si quid bello, ff.de cap. & in  
tract. repræsaliarum, & per Bal. in l.1.  
C.vnde ui. & plenè per omnes, in l.ex  
hoc iure, de iult.& iu.in l.1.5.cum arie-  
tes, ff.si quad. paup.sicis.dic.

Sed quia in bello solent multa homi-  
cidia committi. Ideo videamus conse-  
quenter de bello, aliqua prius præmitte-  
do, & Primo, quod bellum in hac vita  
duplex exercetur, carnale.i.corporale,  
& spirituale,23.q.1. cap.nisi bella. Bella  
carnalia figuram gerunt bellorum spiri-  
tualium, & ideo carnalia non sunt per-  
agenda, nisi in necessitate,23.q.1.c.no-  
li, & q.8. si nulla. Sed aduerius spiritua-  
lia bella semper debemus infudare, per  
virtutes, & bona opera, quibus arma-  
mum contra vitia, 11.q.3.ca qui resisit,  
in fi. Ita magister militiae præceptu dat  
militibus Christi : dicens. Induite vos  
armaturam Dei, ut possitis stare aduersi-  
sus astutias diaboli, habet enim mille  
nocendi modos,16.q.2.capit.1. & sedet  
tanquam leo rugiens, de penit. dist.2.  
cap.si enim,circa medium:nec cessat cit-  
cumire,23.q.1.cap.nulli,6.q.1.ca.verum.

Secundo notandum est, quod septens  
sunt † bella. Primum, potest dici Ro-  
manum, dictum ex eo, quod Roma est  
caput fidei, 24.q.1. cap.hæc est fides. &  
c.quoniam, ext.de sum. Trin.& fi.cath.  
c.2. §.pen. Et est illud, quod faciunt fi-  
deles impugnando infideles, & hoc est  
iustum, cap.excommunicamus, de hæ-  
ret. Secundum est inter fideles pugna-  
tes authoritate iudicium, & hoc potest  
dici iudiciale, & est iustum, l.continer,  
ff.quod met. causa, l.1. C. ne quis in sua  
caus. ius si. di. hi tamen propriè hostes  
non sunt. Tertium, quod faciunt fide-  
les iudici contumaces, & rebelles, arg.  
ext.de maio.& obe.cap.si quis, ff.de rei  
vendic.l qui restituere, & hoc est iniu-  
stum, & potest dici præsumptuofum.  
Quartum licitum, & est, quod faciunt  
fideles authoritate iuris, v.g. pro sui in-  
iuria repellenda, ext.de sent.excom.e. si  
uerò, §.ne ille, l.1. & 2. C.quando lic.  
vni.sine iudic. se vindic. vel etiam proxí-  
mi, & vicini iniuria repellenda, vel pre-  
latus , qui contra iniuriantes ecclesiæ  
vtroque gladio, si utrumque habet, uti  
potest authoritate propria, de sentent.  
excommunic.in 6.c.dilecto, §.equidem.  
Quintum, quod faciunt fideles contra  
authoritatem iuris, & est illicitum, &  
potest dici temerarium. Nam & is, qui  
defendit se contra authoritatem iuris,  
temerari se defendit.Sextum, quod faciunt  
fideles, authoritate propria alios  
impugnantes. Et hoc est iniustum, & po-  
test dici voluntarium, 23. q.1. cap.noli.  
Hoc Principes nostri temporis vtun-  
tur frequentius, sicut dicit Archid.in c.  
iustum. 23.q.2. Septimum, quod faciunt  
fideles authoritate iuris, se defendendo  
contra impugnantes: Nam vim vi repel-  
lere ad tuitiones sui corporis, vel etiam  
retum, cum moderamine inculpatæ tu-  
telæ , omnia iura permittunt, de re iu.  
cap.quod non est licitum , & hoc est lici-  
tum,& necessarium. H.ec omnia nota-  
tur per Host.in summa, de treug.& pac.  
per Archid.23.q.1.c.iustum bellum, per  
Alten.lib.1.de bello tit.29.

Tertio

Tertio sciendum, est quodd bellū corporale iustum + ortum habuit à Deo or dinante, & præcipiente illud fieri, sicut in multis locis sacrę scripture Num. 10. & Deut. 22. legitur, Dominū viris precepisse bellare. vnde David ait de Deo. Qui docet manus meas ad prēlīum, & digitos meos ad bellum. Sic bellum iustum ortum etiam habuit à iure gentiū. Pariter bellum commune, quodd est per vim violentię repulso, ortum habet iure naturali, tum autoritate juris, i.e. di cius naturale, tum etiam ratione, cum cuilibet natura insita naturalis inclinatio sit, siue virtus ad cōseruationem sui in esse quantum potest, & ad exclusio nem cuiuslibet sibi repugnantis, siue ad uersantis. Rursum bellum corporale, siue terrestre iniustum, inter quoscūque homines, siue eiusdē domus, siue Ciuitatis, siue prouinciarū, siue extraneos, ortum habet à diabolo, qui discordiarū se minator est. Vnde Aug. ad quēdam Comitū, diabolus est humani generis inimicus, inuentor mortis, superbi instruētor, radix malitiæ, scelerum caput, princeps omnium vitiorum, persuasor omnium voluptatum. Sed bellum spirituale, quasi domesticum, quod est inter carnem, & spiritum, ad Rom. cap. 7. ortum habet à peccato originali, quodd vniuersaliter contraximus ex primo parente, Iac. 4. dicitur. Vnde bella, nonne ex concupiscentia. Pariter bellum spirituale, quasi ciuile, quodd inter hominē, & diabolum est ortum, habet ex inuidia, de quo dicit Apostol. ad Ephes. 6. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare, si firmi aduersus insidias diaboli, quia nō est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, i.e. contra homines, qui visibiles, & fragiles sunt, vel contra viā, quæ ex carne, & sanguine sunt, sed aduersus Princeps à dæmones, qui principiantur alijs, & aduersus potestates mundi, i.e. peccatorum rectores, ut exponeat glossa. Hæc Card. à Turrecer. in cap. q. militare, 23. quest. 1. Quarto ad bellū iustum requiruntur plura. Primum est

authoritas + Principis, cuius mandato bellum est gerendum, cap. iustum, 23. q. 2. vtr. ex edicto, i.e. authoritate Principis secularis, siue ecclesiastici, penes quē consistit authoritas indicendi. Non enim pertinet ab personam priuatam bellum mouere, quia potest ius suum in iudicio superioris proseguī. Similiter, quia sicut ad Principes pertinet rem publicam ciuitatis, siue regni, vel prouinciarū sibi subditū tueri, & sicut licite descendunt eā materiali gladio cōtra interiores quidē perturbatores, siue domesticos, dum malefactores puniant, secundum illud Rom. 5. Non sine causa gladium portat, minister. n. Dei est in iram ei, qui male agit, ita etiam gladio bellico ad eos pertinet Rēpublicā tueri ab exterioribus hostibus, vnde & principibus dicitur. Eripite pauperem, & egenū de manu peccatoris liberate. Vnde habetur 23. q. 1. c. quid culpatur. Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas, atque consilium penes principes sit. Secundum, quod requiritur ad iustum bellum ex parte peragentis, est recta intentio, siue iustus affectus, quo moueatut ad indicendum, bellum, vt si ad bonum promouendum, & malum vitandum, vt non ex odio, vel propter prædam, sed propter pacem, iustitiam, & charitatem, d. cap. quid culpatur, c. militare, cap. apud. Idem debita conditio, vt non sit persona clericalis, cap. nimirum, 23. q. 8. & cap. quicunque ex clero. Tertiū, quod requiritur ad iustum bellum, est, quod causa sit iusti, primo ex parte eius, cōtra quem pugnatur, vt scilicet illi qui impugnantur propter aliquā culpam, impugnationem, & persecutionem mercantur, vnde Innoc. in cap. olim, de refut. spol. dicit, quod una sola causa legitima belli est contumacia iniuste resiliētis. Secundo ex parte eius, pro quo impugnatur, vt scilicet ea causa sit coercitio malorum, & sublevatio bonorum, vt tangit Aug. in cap. apud, 23. q. 1. c. apud veros, & c. dipliçet, vel amplia tio

tio Reipublica: profide Christi, 23. que  
stio. 4. cap. si non, & c. displaceat, & q. 1.  
c. noli. Et hec tria continentur sub quin  
que quez à Fr. Io. in Sum. Conf. lib. 2. de  
bellis exprimitur, & prius cum ponit  
Goff. li. 5. ti. 2. de homic. i. persona sacru  
laris, cui licitum est effundere sanguinem  
non autem ecclesiastica, cui est prohibi  
tum. 33. q. 8. cap. clericorum. Res, vt sit pro re  
bus repetendis, & pro defensione patriae  
23. q. 2. c. 1. Causa, animus, & Victoria.

6 Hinc colligitur, quod t̄ quinque modis  
dicitur bellum iniustum. Primo ratio  
ne rei, vt si non est pro repetendis re  
bus, vel pro defensione patriae, 23. q. 2. ca  
pit. 1. & q. vlt. c. si nulla. Secundo, ratio  
ne cause, vt si voluntariè, non necessaria  
pugnetur, ead. dilt. q. 1. cap. noli. Ter  
tio ex animo, scilicet, quando sit ad vin  
diçtam, 23. q. 1. cap. quid culpatur, & c.  
militare, vbi peccatum non est militare,  
sed propter prædam sic. Quarto, si non  
sit auctoritate Principis, ead. q. 2. cap. 1.  
Quinto ratione persona, vt puta quia  
ecclesiastica est, cui non est licitum effun  
dere sanguinem, nec per se, nec per alium,  
ead. q. 5. vlt. & c. clericorum unde clericorum non  
possunt utrūq[ue] armis, siue sint in sacris, si  
ue non, ead. q. cap. 1. & 2. nisi in his ca  
sibus, quorum primus, pro defensione  
sua in necessitate inequivocabilis, scilicet,  
quod aliter euadere non possunt, ext. de  
homic. cap. sicut dignum, & cap. suscep  
imus, & c. significati. 23. q. vlt. cap. con  
uenior. Secundus, defendendo sua, vel  
recuperando, vt in alleg. iuribus, de ho  
mic. de appell. cap. significauerunt, de re  
stit. spol. olim causam, 1. dilt. cap. ius na  
turale. Tertius, licet clericis, & maximè  
iurisdictionem habentibus temporalē,  
hortari alios ad capiēdūm atina pro de  
fensione oppressorum, & ad impugnā  
dum inimicos Dei. Quartus, pro Patria  
sue, seu legū paternarum defensione, &  
pace, atque iustitia tuenda, quia bellum  
geritur, vt pax acquiratur. Hac proban  
tur de pœn. dilt. 5. capit. salias, & 23. q. 1.  
cap. noli. Quintus, auctoritate Papæ,  
unde dicit in cap. scire, 23. quæst. 2. Sci-

re vos oportet, quod nūquam ab aliqui  
bus homines nostros finimis opprimi,  
sed si nulla necessitas incurrit, presentia  
liter iudicamus; quia nostrī gregis in  
omnibus vltore esse debemus, & præci  
puè adiutores. Quinto, t̄ sciendum est,  
q. si homines consideraret damna, quæ  
affert bellum, scilicet, quia per illud am  
mittunt animam frequenter, corpus, &  
diuitias, iux. illud Hier. 46. Fortis inci  
dit in fortem, vtique amarent pacem, sed  
quia hoc non considerant, ideo hæc est  
prima causa, quare inter illos non est  
pax. Secunda, quia non puniuntur ma  
leficia, Eccl. 4. quia non profertur con  
tra malos sententia, &c. Tertia est ab  
dātia temporalium. Genes. 13. Facta est  
trixa inter paltores Abraham, & Loth.  
Quarta, quia non occupamur in pugna  
contra dæmonem. Ideo oppugnamus  
homines. Eph. 5. Non est colluctatio  
aduersus carnem, &c. Quinta, quia non  
consideramus, quod dubius est euētus  
belli, 1. Reg. 7. Varius est belli euētus.  
Sexta est, quia non seruamus præcepta  
Dei. Hiere. 3. Utinam attendissemus man  
data mea. Hæc Arch. in c. noli. 23. q. 1.  
Sexto notandum, quod aliud est sedi  
tio, & aliud guerra, siue bellum, ita tex  
in cap. perpendicularis, de sent. excom. vbi  
inter illa duo ponitur copula, de cuius  
nature est copulare diuersa, vt traditur  
in rub. de consecr. Eccles. vel altar. & in  
rub. de iur. & fact. ignor. Et dicitur fieri  
seditio per concitationem plebis, vt no  
glo. C. de seditio. Et dicitur seditio, quasi  
seorum itio, quia in diuersum cadut, et  
alios trahunt. vt dicit gl. in dicta rub. Et  
Arch. & post eum Iohan. And. in cap. 2.  
de immu. eccl. lib. 6. in verb. seditionem.  
Et dicitur propriè ciuium disiunctio, se  
cundum lido. 18. lib. etimol. Et secun  
dum Canones seditiosi prohibentur or  
dinari. 46. dilt. cap. seditionarios, immo  
iam promoti sunt deiiciendi. 11. q. 1. c.  
cōspirationum. Guerra uero idem est,  
quod bellum, & est vocabulum nouū,  
ab antiquis oratoribus minimè vta  
tū, & vt arbitrator, originē habuit à vul  
garis

gari nostro. Sed modo deueniamus ab Decisiones, quarum prima.

9 Bellum † quandoque indicitur ab Imperatore, vel olim à populo Romano, l. hostes, ff. de capt. & postli. reuer. ratione publicæ vtilitatis Imperij. Quandoq; ab alio contra Imperatorem, & publicā vtilitatem Imperij. Quandoque ab uno Rege contra alium Regem, vel Principem. Quandoque à Barone contra Baronem, vel Ciuitate contra Ciuitatem. quandoque ab uno preſide temporali pro exercito, vel defenſione ciuitatis suæ. Quandoque à priuata persona contra priuatam personam, ita Ioan. Calder. de treu. & pace, cons. 1. nu. 1.

10 Secunda, de persona anthorizatæ, fut de Deo, cuius relatione bellum est iustum 23. q. 2. cap. Dominus noster, vnde hac ratione fuerunt excusati Iudei, qui ex polianerunt Aegyptios de precepto Domini, 14. q. 5. cap. dixit, vnde in tali bello occupata ab eo, qui causam Dei gerit, efficiuntur capientium. & ita Caltra, & Ciuitates captæ à populo Israelitico fuerunt eorum, 23. q. 2. c. fin.

11 Tertia. Bellum dicitur iustum † ex edi cto Principis, vel Imperatoris, aut Papæ quando eius edicto geritur bellum ne dum contra hostes fidei hereticos, & alios rebelles, 23. q. 8. ca. dit par, vbi nota, sed etiam, quando sui subditi opprimuntur, nam tunc iniuriantibus iuste bellum insert, 23. q. 8. cap. scire, vnde tali casu. i. in iusto bello, quod fit ex edicto Principis, res occupate sunt capientium, & liberi homines capti sunt serui, ff. de capt. & postli. reuer. l. hostes, ff. de ver. signis. l. boues.

12 Quarta. Bellum, quod non † est ex edicto Principis, sed alias est iustum, putata, quia est ad defensionem retum suatum, vel pro executione iuris sui, tunc si ille, qui bellum tale gerit, habet iurisdictionem, potest statuere, quod quicunque inuaserit aliquem, liceat inuasio bona inualoris capere, & sua facere, & etiam inuasorem detinere, quo usque Dominus eum affigat, ut not. in cap. à no-

bis, de sent. excoim. Item, si non fecerit super hoc constitutionem, potest condemnare de inuasione facta intra fines sue iurisdictionis, C. vbi de crimin. agi oport. in auth. qua in provincia. Innoc. in c. sicut, & in str. num. 5. de iure iur.

13 Quinta. Qui bellum † iustè agit, sed nō ex edicto Principis, nec aliquam habet iurisdictionem super eo, pro quo bellum agitur, sed tamen iustè pugnat, putata, quia alius inuadit ipsum, & ipse se, & res suas defendit, tunc licet vim vi repellere, & etiam in repellendo homines percutere, & occidere, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt not. de re stit. spol. cap. oltm, in fi. Sed non licet ei bona eius capere, nec capiendo sua face re, aut inualore detinere. Quare si in uasoris bona corporis, licet inualori non competit contra hunc spoliatorem actio vi bonorum raptorum, vel actio iniuriarum, quia obstat ei exceptio patis criminis, cap. intelleximus, de adult. tamen competit ei rei vendicatio: quia dominium remanet penes eum, sicut pritus, lin rem actio, ff. de rei ven. Innocen. qui supra.

14 Sexta. Vocabi ad iustum † bellum actionem mandati habent contra mandantem nisi ex debito teneantur, 23. q. 3. c. non inferenda, 11. q. 3. cap. si Dominus, & cap. Julianus. Quare licet de nre vasallii teneantur esse in consilio, & auxilio, quod Domini non ledantur, 22. q. 5. c. de forma, non tamen milites debent ire cum armis ad seruitium eorum, nec aduocati tenentur pro eis aduocare, vel alia seruitia eis exhibere, nisi ex pactis ad hoc teneantur: cum nō teneantur ad munera personalia cum sumptu, vel sine sumptu, sive ex pacto, ad hoc in cap. non minus, de immun. ecclie, vel nisi in casibus, qui ponuntur in vslibus feudorum, vel nisi ex consuetudine, vel alio iure speciali debeant teneri. Secus tamen est in commodatore, quia si com modat equū, aut atma ad bellum, si ibi amittantur, non competit actio ad ea repetenda, ff. commod. l. si vt certo, ff. sed

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

sed interdum. Et hoc ea ratione, quia non excessit finem contractus, cum ad eum usum usus sit, ad quem accommodatum accepert. Idem est in locatione equorum, velarmorum, quia si ibi capiantur, conductor non tenetur ad emendam; quia sic ea conduxit, ss. loca. Videamus, §. si hoc. l. fin. ss. commod. Innocent. in cap. sicut, & infra, num. 3. de iure iurant.

15 Septima. Licitum est contra Sarrace nos si pugnare, cap. dispar, 23. q. 8. argu. tex. in cap. si de rebus, q. 7. & ratio est: quia ipsi pugnant contra Christianos, d. cap. dispar, vnde sequitur, quod vim vi repellere licet: Nam quod quis in defensione sui facit, iuste fecisse existimatur, l. vt vim, de iust. & iure. Quod secus est de Iudeis, & sic nota disparem causam Sarracenorum, & Iudaorum in tribus. Primo, quia Iudei serui sunt Christianorum, & non hostes impugnantes, nec terrarum inuasores, sicut Sarraceni. Secundo, Iudei non sunt occidendi, quia portant nobis testimonium fidei, vnde Ps. de ipsis dicit: Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Sarraceni autem fatigunt extinguerem fidem nostram, & armis nostris expugnare. Tertio, quia Iudei nihil occupant de Christianis non regna, non principatus, non loca, qua fuerunt ecclesiarum, sed Sarraceni sic. ita Cardin. à Turrecrem. in d. cap. dispar.

16 Octaua. † Bellum iuste inferri potest Sarracenis, licet actu non impugnent Christianos, & ratio est: quia creduntur habitu eos velle impugnare, vnde verisimile est, quod quandocunque ipsi opportunitatem habebunt, impugnabunt, & persequentur Christianos, & Ecclesiam Dei. Quare melius est pruenire, quam prueniri, & ante tempus occurtere, quam post causam vulneratam remediu querere. C. in quibus caus. reit. l. fi. Naturaliter enim eis videtur inesse quod Christianos impugnent: vnde licet aliqui sint in pace, & Christianos non inquietent; quia tamen verisimiliter time-

17 tur, quod in futurum pacem perturbet, non est eis indulgendum. 23. q. 1. c. noli fi. Tum etiam, quia licet semper ve- lint esse in pace, adhuc bellum licetum est, & iustum, cum teneant loca nostra, nam totus mundus fuit sub Christo, & locum habuit illud Act. 1. In omnem terram, &c. cap. fundamenta, de elect. lib. 6. Ad idem 11. q. 3. c. existimant, in fine. Vnde cum agamus ad recuperatio nem patriæ, à qua sumus per violentiā expulsi, & illa spoliati, licetum est bellum, & iustum, ita dicit Hostien. & Archid. in cap. si de rebus, 23. quæst. 7. Oldrad. consil. 72. Hinc Papa † faciendo indulgentias illis, qui vadunt ad recuperandam terram sanctam, licet eam possideant Sarraceni, & etiam indicendo bellum, & dando indulgentiam illis, qui occupant terram sanctam, quam infideles illicite possident, hoc totum facit ex causa, nam iulte motus est Papa, si intendit terram sanctam, quæ consecra ta est nativitate, habitatione, & morte Iesu Christi, in qua non colitur Christus, sed Machometus, reuocare, vt in collatur à Christianis, ita Innoc. in cap. quod super, num. 7. de voto, & Turrec. in c. dispar, 23. q. 8.

18 Nona. Non est licitum † inuadere terram, quam infideles possident, vel loca, quæ nunquam fuerunt nostra, modo ve lint esse in pace, ita Innoc. in d. cap. quod super, nu. 1. Archi. in cap. si de rebus, 2. vbi etiā, nu. 3. inquit: Quid de illis, qui tempore pacis regum recipiunt se in mortanis, & faciū bellum ipsis Sarracenis: nam dicit Laud. quod peccant mortali ter, cum belli non habeant autoritatem, licet intentionem habeant bonam; sicut, nec Iudei excusantur de morte Christi.

19 Rursum. Bellare in festis † licitum est, si necessitas exposcit. Nam propter festum in necessitate cessare esset Deum tentare. Si enim obseruantia felorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominum salutem etiam corporalem, vnde Dominus arguit Iudeos, dicens Io. 7.

Io. 7. Mihi indignamini, quia totum hominem saluum feci in Sabbato. Inde etiam est, quod medici possunt licite medicare in die festo. ergo multo magis conseruanda est salus reipublicae, quam vnius hominis, quod sit per bellum. Sed necessitate cessante non licet, quia tunc debent homines vacare spiritualibus, summ. Pisani. in verb. Bellum 1. §. fin. & sum. Confess. lib. 1. tit. 12. quæst. 7.

Decima. Cum auctoritate ecclesiæ possit fieri bellum, & illud est iustum, ut no. per glo. in c. excommunicamus, §. Catholici, de heret. & nos supra diximus. Hinc dubitatur, quid faciendum 20 de captiuis in bello, & si recuperentur, an reuertantur ad primum Dominum? Resp. ad maiorem intelligentiam, Primo, quod captiui propriæ quis non dicitur, nisi ducatur intra praesidia gentis inimicorum, hoc est intra fines territorij hostium, tex. est in l. postliminium, §. postlimium, ff. de capt. Et eodem modo non dicitur reuersus, nisi postquam fuerit intra praesidia amicorum, id est, in tra confines; qui tunc proprie dicuntur praesidia, quando confines sunt tui. Hinc fit, quod capti non sunt serui, nisi postquam sunt inducti inter praesidia hostium, l. postlimij ius, ff. de capt. Secundo, sciendum est, quod capti ab hostiis, si virtute militum liberentur, recuperant primum statum, & si recuperantur inter hostium praesidia, si sunt serui, restituuntur Dominis; quia milites debent esse defensores, & non Domini. Et idem dicit Bal. in l. hostes, §. ab hostiis. ff. de capt. qd si stipendiarij huius ciuitatis recuperant predam receptam, a ciuibus debent eam illis restituere. His sic præmissis, dico, quod de recuperatis ante deductionem ad locum praesidijs verisimiliter tutum, nō est dubium, quod sic: quia adhuc non erant capientium. Pariter si deducantur ad locum praesidijs, si milites nostri sunt continuo hostes insecuti etiam intra ipsorum praesidia, nam tunc debent restituui Dominis: quia non

censentur fuisse capientium, quia locus apparet, quod non erat tutus: nec ipsa præda nostrorum præsentiam refugit, arg. l. quod idem. & l. naturalem, in principio ff. de acq. rerum dom. quia inconcidenti recuperata, singuntur non capta, l. qui possessionem, vbi Dyn. ff. de vi, & vi arm. Rursum licet milites nostri non fuerint inseculi hostes continuo, sed postea ex intervallo res prius captas recuperant, tunc si erant serui, restituuntur dominis, d. l. ab hostiis. Sed si sunt arma, que recuperantur, illa sunt recuperantium: quia non sine turpitudine perduntur. l. 2. & 3. ff. de capt. videlicet gl. in cap. ius gentium in vers. postliminia, dist. 1. & ibi dicit Do. Gemin. quod milites nostri temporis bene seruant illas leges, quia recipiunt arma, & veles illos, quos capti. Rursum si sunt alia mobilia, in quibus locus est, postliminio, tunc restitutio fit Dominis si vero non est locus, tunc sunt occupantium, l. 2. l. si quid in bello, ff. de capt. Quia autem sunt illa mobilia, in quibus habet locum postliminium. tex. in d. l. 2. dicit, qd naues onerarie propter vsum belli, non piscatoris, aut parata voluptatis causa, adeo quod si equus, vel equa propter freni impatiens decurrerit ad hostes, habet locum postliminium, & sic Dominis restituitur. Ex quibus collige, quod currus, quadrigæ, & muli, super quibus arma, Bombardæ machinae, vicitalia pro campo deferuntur, & ipsorum curruum boues, & quadrigarum equi ius habent postlimij, ideo non sunt militum recuperantium. Sed alij equi, & boues, & alij muli intra praesidia ducti, si postea recuperantur, sunt recuperantium, & non restituuntur. l. transuga, de acq. rer. dom.

21. Undecima. Bonæ immobilia, capta in bello, quod Imperator, vel populus Romanus indicet barbaris, veletiam econtra à barbaris suæ eis indicatum, semper sunt Principis. l. magistris. ff. de acq. rer. domi. l. si captiui. §. expulsi. ff. de capt. sed mobilia si capiatur in incursu territorij

torij iniipientium, antequam sit bellum  
campestre inter partes ordinatū, siūt ca-  
pientium, & ita procedunt iura, l.2.& l.  
si quid in bello, s. de cap. sed si in confli-  
ctu capta sunt, tunc debet assignari Du-  
ci bellū, 23.q.5. c. dicat aliquis, qui postea  
illa distribuit militibus secundum meri-  
ta, d. cap. dicat, cap. militare, in glo. fin. 1.  
dist. l. pen. C. de donat. 2. Respon. & ita  
Bar. d. l. si quid in bello, s. de cap. dicit ser-  
uari de facto: quia factō prælio omnes  
res assignantur, & vocatur butinum, &  
ratio est: quia quando sunt capta in con-  
flictu, tunc periculum vitæ est omnibus  
communue, & tunc viri probi non vacat  
circa spolia, sed circa stragem, & consu-  
tionem inimicorum, circa quam si non  
vacassent, alij spolia salua non habui-  
sent, immo forte propria bona perdidis-  
sent, & idēo ybi periculum, ibi commo-  
dum collocandum est. Quod idem cre-  
dit Salic. quando vna brigata fecerit ca-  
ualcatam suam, alij verò remanerent,  
pro illorum iuuamine, & tutamine, vt  
spolia diuidantur inter omnes debriga-  
ta: nam ipsi sunt participes, & huiusmo-  
di rei auxilium, & fauorem præbentes,  
in l. 1. C. de rap. virg. & l. qui denunt., &  
l. si amicis, s. de adult.

22. Duodecima. Aliquis surando † Chri-  
stianos à pagani captiuos detentos, vt  
eos restituat libertati, ad restitucionem  
non tenetur, & maximè si pagani circū  
ciderent eos in contemptum fiduci Chri-  
stianq. Dixit enim Dominus ad Iosue 8.  
Pones insidias vrbi post eam, 23.q.2. Do-  
minus, quod constitueret retrorsum in  
fidias, idest bellatores insidiantes hosti-  
bus, vt dicit August. Cum quis mouet  
bellum iustum, vtrum aperte, an ex insi-  
dijs nihil ad iustitiam interest, & Greg.  
contra hostes fidei non tantum à parte,  
sed etiam à dorso laborandum est, 23.q.  
8.c. vt pridem. Rursum intendit ille anti-  
mam liberare à peccato idolatrie, & oc-  
casionem peccandi infidelis subtrahere,  
Astenſili. 1. tit. 33. art. 3.

Tertiadecima. Princeps, qui nullum  
23 habet superiorē, † sue sit Rex, sue

Imperator, authoritate propria si iusta  
causa subsit, potest mouere bellum tam  
contra subditos, quām cōtra extraneos,  
potest etiam subditis suis dare authori-  
tatem mouendi bellum tam cōtra Prin-  
cipem extraneum, quām contra subdi-  
tos suos, si causa subsit, & viderit expe-  
dire, vt puta, quia rem snap, vel ius suū  
non potest prosequi. Non tamen potest  
contra suos subditos proprios, quāndiu  
potest iniuriarem iustitiae, vel quāndiu  
vult stare iuri coram eo, vel coram  
iudice suo, si est iudex medius inter hu-  
iūsimodi Principem & iniuriantem. Si  
autem non potest illum iustitiae, vel  
non vult stare iuri, non solum princeps,  
sed etiam ille, qui habet super se superio-  
rē, ut ciuitas, vel Dominus terræ, potest  
authoritate sua mouere bellum contra  
huiusmodi iniuriantem, si subest ei me-  
diate, vel immediate, & dare licentiam  
iniuriā passo mouere bellum, hæc no-  
in c. Dominus noster, 23.q.2. Quod in-  
telligi debet gladio spirituali præmisso,  
ext. de iudic. cap. cum non ab homine.  
Fr. Ioan. in sum. de bell. lib. 2. tit. 5. q. 45.  
Astenſili. lib. 1. tit. 29.

Quartadecima. In bello iusto licitū  
24 est † vii insidijs occultando ab eis ea,  
per qua volumus eos impugnare, num  
quia sic uti insidijs suit præceptum Dei,  
qui nihil iniuste agit, aut præcipit, ut  
patet Iosue 8. & ponitur in c. Dominus  
noster, 23. q. 2. Tum etiam, quia proposi-  
tum nostrum eis aperiū non tenemur.  
Vnde inter cetera præcepta artis mili-  
taris hoc præcipue ponitur de occultan-  
dis consilijs, ne ad hostes perueniant.  
Et talis occultatio pertinet ad rationem  
insidiatum, quibus licitum est uti in  
bellis iustis. Non tamen licet eos sic de-  
cipere, quod dicatur eis faliūn, vel non  
seruetur promissum: quia nulli homi-  
num est mentiendum. Ira D. Thom. in  
2. 2; Fr. Ioan. qui supra, q. 47. Card. à  
Turrecrem. in d. cap. Dominus Deus.  
Panorm. in cap. vnic. num. 1. de sagit.

25 Quintadecima. Qui habet iustum  
bellum, si fecerit incendia, velestructu-

tas arborum, aut vinearum extirpationes in terra propria aduersarij sui, vel hominum eius, non tenebitur de dannis, quæ bona fide intulit, aut à quibus commodè abstinerre non potuit, secundum industriam, & consuetudinem bona fide pugnantium. Si autem grassandi animo, & malitiosè ea insultit, cum alias posset sibi còmodè consulere, tenebitur. Et compensabuntur illa damna cum dannis sibi datis, & hominibus suis vñque ad concurrentes quantitates. Et de eo, quod supereruerit tenebitur satisfacere illis, quos damnificauit. ita Fr. lo.q.57. Astensi. lib. 1. tit. 3. 2. ar. 6. Quod idem dicendum, vt non teneantur si iuste bellantes incenderent ecclesias, prestando operam rei licite, dum incendit machinas hominum, aut castrum, aut villam, quam alias non possunt expugnare commode. ita Monia.

Sextadecima. Miles ad præceptum  
 26 Domini iustè, & licitè † bellare potest: Quin immò propter bonum obedientię excusatur in dubio, quando dubitat utrum bellum sit iustum, vel iniustum, 23. q. 1. c. quid culpatur: modo præcedat inquisitio quantum potuit, quia si peritores confuluit, & dubius semper remansit, excusatur. alioquin tanquam affectator ignorantie posset puniri, facit tex. in c. cum inhibito, §. si quis verò, de cland. dclp. Nec excusatur propter timorem amittendi seudum, vel bona temporalia, licet metus possit attenuare culpā, quo ad penitentiam iniungendam per orationes, & ieiunia, c. sacris, quod met. cau. Sed nūquid sicut subiecti excusantur in dubio, ita excusari possint † amici, & cognati móventis bellum, qui nō sunt ei subditi, & milites, & stipendiarij extranei. Dic, quòd non: quia non excusat eos bonum obedientię, sicut subditos, ne debent se committere discrimini in dubio, ut iuuent aliquem in præjudicium alterius: quia sicut dicit Ambros. si non potest alicui subueniri, quin grauatur alter, còmodius est neutrum suuari, quam grauari alterum, 14. q. 5.

28 c. denique. Nec est simile † de adiutori, quem excusat bona fides, quamdiu credit iustum esse causam, quam fecierit, licet in veritate sit iniusta: quia ibi est index superior, qui causam examinat, & judicat de allegatis. In bello verò viribus corporalibus negotium nititur, nō per rationem diuidicatur ita Archi. in c. denique, 24. q. 1. An verò miles in bello quæ rapuit teneatur restituere, vide etiam Astensi. lib. 1. tit. 3. 2. ar. 9.

29 Decimaseptima. Sacrilegio Regi indenti bellum milites in dubio obedire tenentur, d.c. quid culpatur. Excomuniato verò non tenetur obediere, quamdiu in excommunicatione persistit. Immò iure videntur absoluti ab eius fidelitate, extra, de p̄en. c. grauam, 15. q. 6. c. iuratos milites. Sic nec eī ei obedientum, qui non est legitimè cōsecutus Imperium, 63. d.i. si per ordinationem, 16. q. 7. c. sanè, ad hoc, 23. q. 4. c. ille, & q. 5. c. miles. Arch. in d.c. quid culpatur.

Decimaoctaua. Cum bella ideo sint suscipienda, vt in pace viuatur sine iniuria superborum, ideo quinque sunt culpanda in bello, quæ notantur in d.c.p. quid culpatur. Primum est, noceridi cupiditas: qui enim bellat, vt principalius proximo nocet, & non vt profit, & ad pacem reducat, talis merito reprehendit agens contra charitatem. Vnde militibus ait Io. Luc. 4. Neminem contutici. Secundum est, vleiscendi crudelitas. i. crudelis, & vitiosa libido se uindi candi: talis enim merito vituperatur, quia intendit potius vindictam, quam emendam. Ezec. 23. Pro eo quod fecit vltionē vt vindicaret, peccauit delinquēt. Tertium est implacabilitas, & meritò inculpat impacatus, quia dum bella gerit, præ ira sanguinifera, nec iustum videt sic turbatus, nec clementia mansuetudine nouit, vnde impacatus animus fini belli, qui est pax inimicatur. Quartum est feritas bellandi. Ferus. n. animus absque ratione non præuidet pericula. Et ita superbe rebellare contendit. Hoc peccato punitus ad mortē fuit Absalom, qui inerte

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

dibili feritate Regi David patri suo te-  
bellauit cum armis in bello. 2. Reg. 15.  
Quintū est libido dñandi. Hac libidine  
motus Alexander aliena regna expu-  
gnas occupauit, de quo habetur 1. Mac.

Decimanona. Inimicitatē capitales, q  
3 impediunt ne iter sit̄ securū, excusant  
citatum, secus est, si esset bellum genera-  
le, in quod consueuerunt dare saluum  
cōductum: quia tunc citatus non excu-  
saretur. Dom. de Rota titu. de dolo, &  
cont. decis. 12. in nouis. Ant. de But. in c.  
cum dilecti, de dolo, & contum. Fel. in  
c. accedens, el. 2. vt lite non conteit.

Vigesima. Clericus, qui Dominum  
32 suum in bello iusto† comitatur, si de eo  
aliquid consequitur, pōt licetē retinere,  
si datum est ei ab illis, quibus licuit rape-  
re. Si autem ipse rapiuit, cum rapiendo  
peccauerit, induci debet in foro pénitentiae,  
si potest, q̄ illud restituat ei, cui  
abstulit, si scit quis ille sit. alioquin pau-  
peribus. Et ratio est: quia huiusmodi cle-  
ricus rem illam rapiendo non fecit suā;  
quia sicut dominus eius non potuit ei  
dare autoritatem bellandi, ita nec ra-  
piendi, tamen rem taliter raptam potest  
de consensu domini sui retinere, dum  
tamen illam concesserit sibi adhuc bel-  
lo durante: quia tunc perinde est, ac si  
eam sibi dedisset, ita Asten. lib. 1. tit. 29.  
de bello, art. 1. in fin.

Vigesimaprīma. Hostes depredari in  
33 bello† iusto licet, 23. q. 8. c. ut pridem, c.  
quāl proderit, dist. 61. Non tamen hac  
intentione, & ratione militandum: Nō  
enim præda debet esse causa militandi,  
sed quies, & pax eccl̄ia, cap. militare,  
23. q. 1. Quare milites, qui nō sunt con-  
tentī suis stipendijs iniustè agunt si per  
violentiam exiguunt, & spoliant homi-  
nes, nam bellum, quod poterat esse lici-  
tum, per avaritiam fit illicitum, d.c. mili-  
tare, & i. i. Turrecr. Licet publicos ho-  
stes depredari milites non prohibeātur.

Vigesimasecunda. Licet aliqui dubi-  
34 tauerint, an apud Papam † sit autho-  
ritas mouendi bellum, dicentes hoc tm̄  
pertinere ad Imperatorem, tū certo cer-

tius est, illum posse, cum habeat ius su-  
perioritatis, maxime in terris suis, item  
in factis fidei. ita expresse dicit Inno. in  
c. olim, de restit. spol. Calder. conf. 1. de  
treug. & pacce, nu. 3. Card. à Turrecr. in  
c. omnis, 23. q. 8. vbi dicit, quod Papas,  
aut prælati licitum est conuocare exer-  
citum, & mandare, vt cat ad bellum, &c  
vt viriliter agat contra hostes fidei, qui  
si pro veritate fidei mortuus est, conle-  
culturus est regnum coeleste. An verò si  
35 quis † alicui luadeat, quod pro patria  
sua, vel suo proximo, vel ecclesiæ suæ  
periculo se exponat, sit irregularis, si ille  
ibi moriatur. Dicit Arch. in c. de Episco-  
pis, nu. 423. q. 8. q̄ non, 23. q. 3. cap. pro  
membris, & cap. seq. sed si sciret, vel cre-  
deret eum morituru, tunc uidetur,  
q̄ siat irregularis: quia est ordinata cha-  
ritas, quod quisque plus diligit corpus  
suum, quam alterius, de penit. dist. 3. c.  
qui vult. Sed si ei consulat, q̄ indubia-  
te morti se exponat pro nomine, sive p  
honore Christi, vel pro fide, vel pro sta-  
tu ecclesiæ, non sit irregularis, etiam si  
mors inde sequatur, 23. q. 1. ca. quidam,  
11. q. 3. cap. non solum, & cap. seq. Cum  
Christus mortem pro nobis subierit, 12.  
q. 2. cap. cum Redemptor, c. pro huma-  
no, de homic. in 6. Hac etiam ratione  
excusari possunt ab irregularitate inqui-  
stores hereticæ prauitatis, scientes, q̄  
statim postquam pronunciauerunt ali-  
quem esse hereticum, ille morti trade-  
retur, hoc etiam alias multipliciter pro-  
curando, Arch. in d. c. de Episcopus.

36. Vigesimatertia. Etsi non licet† cle-  
ricis mouere bellum, quod ad sanguinis  
effusionem ordinavit, iuxta S. Th. 2.2.  
23. q. 1. cap. 1. arg. ff. de cap. I. hostes, ta-  
mē in multis casib⁹ licitum est, & Pri-  
mo, Prælatus habens iurisdictionē tem-  
poralem contra inobedientes subditos,  
licet mouet arma, 15. q. 6. c. nos sancto-  
rum, & cap. authoritatem, quod intel-  
lige de prælato, qui habet mixtum impe-  
rium, ff. de iurisdic. om. iud. L.2. & 3. Et  
ratio est, secundum Innocen. quia tunc  
nō dicitur propriè fieri bellum per præ-  
latum,

Iatum, sed est potius iustitiae executor, de rei vendic. I. qui restituere, quia dicat, quod iuris executio non habet iniuriam, ff. de iniur. Liniuriarum. Secundo licitu est mouere bellum pro defensione sua, & terum suarum. Nec illud est propriè bellum, sed defensio, & quādo quis est cieclus incontinenti, id est antequam ad aliena negotia diuertat, licitum est impugnare, ff. de verb. obli. Lcontinuus, 1. respon. ff. de duob. reis, 1.duo, §. vlt. Et cum hoc sit à iure concessum nō est authoritas Principis necessaria, argum. 28. dist. cap. de his, ad fin. Tertio prælatus ecclesiæ pro iure ipsius ecclesiæ potest indicere bellum, v.g. pro tutione aliquius castrorum, ut notat Innoc. in cap. olim, de restit. spoliat. & per consequens potest mittere suos clericos pro defensione rei ecclesiastice, & eos hortari ad pugnam, 23. q. vlt. cap. igitur, & cap. hortatur, & cap. omni timore, &c. vt pridem, & 63. dist. c. Adrianus, not. gl. in cap. pen. de homic. Item potest bello interesse, sed non debet pugnare, & potest clamare Capite, & pugnare, sed non occidite, vt dicit Innocent. in d. cap. olim, nu. 8. Et si obijceres. Quare potest hortari prælatus, vel clericus, vt bellum fiat, sed non bellare. Resp. quod nō interdictum bellare, quod peccatum sit, sed quia exercitium belli in propria persona, non congruit, facit tex. in cap. omnis, ne cler. vel monach. lib. 6. vbi id, quod per se non potest prælatus, potest alteri committere. An vero clericus, qui 37 tali bello interesset, & incurrit irregularitatem. Resp. quod ad incurrendam irregularitatem multum resert an quis intersit bello iusto, in quo committitur homicidium, vel membrorum mutilatio. An intersit bello iniusto. Nam in primo casu, etiam si clericus in bello iusto aliquem vulneret, dum tamen ipse neminem interficiat, etiam si ab aliis fiant homicidia, nō erit irregularis. Sed in bello iniusto fecus est, quia si in tali quis dedit auxilium, vel consilium in mortem alieuius, vel culpabilis, vel ne-

gligens fuit, & ex hoc secuta fuit mors,<sup>1</sup> irregularis est, dist. 50. e. quantum, c. saepz, c. duo, not. in cap. penul. de homic. Archid. in cap. vlt. dist. 36. Card. Floren. consil. 19. Sed nunquid in bello licito 38 possit clericus dare & lanceum pugnati. Credit Host. quod sic, ante consilium. Vbi autem bellum, vel pugna illicita est, non debet clericus interesse armatus, extra, de homic. e. sicut dignum, §. vlt. Arch. in d. cap. vlt. dist. 36. nu. 12. Quarto possunt prælati mouere arma contra raptore, & tirannos, qui corporaliter vexant, non carnalia, seu spiritualia, iux. illud 1. Corin. 10. quæ sunt salubres admonitiones, deuotæ orationes, & contra pertinaces excommunicationis sententia, iux. ordinem tex. in c. cum non ab homine, de iudic.

Vigesimaquinta. Clerici, qui in bello 39 iusto capiunt & arma, se defendantes, vel socios necessario, licet aliquis esset à defendentibus interfectus ex aliqua parte, reliqui, qui non interfecerint, nec interfecitos inuasissent, non sunt irregulares, licet voluntatem occidendi habuerint: quia lex promotionis factum requirit, 13. q. 1. cap. vlt. Et non obstat, dist. 5. 1. cap. si quis post: quia intelligitur de milite, qui sape interfuit bello, vel de officiali. Secus si clerici fuissent in culpa, voluntariè mouendo arma. Ita Archid. in c. vlt. 23. q. 8.

Vigesimafesta. Sola interestentia clerici & sine consilio, auxilio, vel saurore belli, etiam si postea sequatur homicidium, non inducit irregularitatem, immo, si quis ex honesta causa, verbi gratia, quia obediuuit mandato sui Episcopi, cui obediens tenetur, cap. ad aures, de temp. ord. etiam si dubium sit an mandatum sit iustum, modo constet, quod non sit iniustum, d. cap. ad aures, etiam si ex eius praesentia robur accrescat suis, vel timor aduersarijs, dummodo dolus, vel lata culpa absit, non sit irregularis, dist. 50. e. quantum, à contrario sensu. not. Innoc. in c. pen. de homic. & in cap. sententiam, qui cle. vel you. Dom.

Card. conf. 19. in f. vbi consuluit quod  
41 quidam presbyter † Bartholomeus, qui  
ad mandatum episcopi habentis spiritu-  
talem, & temporalem iurisdictionem  
in quadam castro conduxit certos ho-  
mines armatos pro tuitione illius castri  
quod inimici plures invaserunt, & sca-  
larunt, ac eius habitatores molestarunt.  
quod si dictus presbyter armatus una  
cum eis transiit per territorium  
inimicorum, repertis inimicis, & pugna-  
ter eos inita, traxit se ad partem, timēs  
irregularitatem, quod si in dicta pugna  
aliquis fuerit mutilatus, vel occisus, pres-  
byter non est irregularis.

Vigesima septima. Videtur quod licen-  
tum sit, secundum Oldr. conf. 71. Chri-  
stiano vti sine peccato ad defensionem  
42 suam † auxilio, sive adiutorio infidelium.  
Tum exemplo Pauli, qui vt ad suam de-  
fensionem prouocaret Phariseos, dixit  
se Phariseum. Act. 23. & petijt à Preside  
milites, quorum auxilio seruaretur ille-  
sus. 23. q. 4. §. sex. in f. & cap. Maximianus  
& Machabeo, qui fuerit viri sancti,  
& pugiles fidei, inserit pactum cum Ro-  
manis, vt mutuo se iuarent, i. Mach. 8.  
& tamen Romani erant pagani. Et A-  
braham consegerat se cum Eschol. &  
eum secum duxit ad bellum, & tamen  
non erat de lege sua. Gen. 14. & tempo-  
re necessitatis communicamus excom-  
municatis. 11. q. 3. cap. quoniam multos,  
cum simil. Et Salomon ligna pro ædific-  
ando templo recepit ab infidelibus. Tū  
etiam, quia quod quis ob tutelam sui  
corporis facit, iure fecisse existinatur, i.  
vt vim. ff. de iu. & iu. maxime si se ali-  
ter tueri non potest, i. scientiam, §. qui  
cum aliter, ff. ad l. Aquil. vel si iultē ti-  
met, quod aliter tueri non possit, eo. tit. l.  
si quis sumo. Inde est, quod in periculo  
constituto ignoratur, non solum si ag-  
gressorem occidat, sed etiam si aliud non  
locum. C. ad l. Cornel. de sciat. l. 2. Tum  
etiam, quia non solum cum infidelibus,  
& dolosis postfornis inimicos impugna-  
re, sed per dolum. 22. q. 2. c. vt item. & 23.  
q. 2. c. vt item. & 23. q. 2. cap. Dominus.

Exemplo Domini, qui cu[m] malis, quan-  
doque facit vindictam. 22. q. 5. §. hinc no-  
tandum, ita his, & alijs rationibus con-  
cludere v[er]o Oldr. licitum esse Christianis  
vti auxilio infidelium in bello iusto.

Vigesima octava. Papa licet[er] indice-  
re potest non solum bellum infidelibus,  
43 sed etiam concedere decimas pro actu  
tam pio, cum bellum istud tendat ad de-  
fensionē fidei et ampliationem, & ad re-  
cuperationem terrarum, quibus suimus  
exploiti, & in quibus colebatur Christus.  
Tum etiam, quia per hoc communis  
vitilitas procuratur tam clericorum,  
quam laicorum, & ecclesiarum, ergo no[n]  
est inconueniens, vt contribuatur in one-  
re, arg. ff. ad l. Rhod. de iact. l. 2. §. æquissi-  
mum. Item quia pro Redemptione ca-  
44 priuorum † etiam res sacrae, & sancte de-  
bent vendi. C. de sacrofan. Ecl. I. fanci-  
mus. 12. q. 2. cap. sicut. & c. autum. Hoc  
autem agitur vt redimantur captivi, &  
etiam Ecclesiæ, quæ per eos tenentur oc-  
cupatæ, & vt alij defendantur, in quibus  
melius est ante tempus occurtere, quam  
post. C. in quibus causis in integ. rest. no[n]  
est necess. l. f. Oldr. conf. 72. nr. 4.

Vigesima nona. Openi prælatis bello  
45 iniusto † non habet actionem manda-  
ti, vel aliam contravocantem, ad impen-  
dia, vel damna contingentia sibi in oc-  
casione vocationis, vel mandati, quia in  
re turpi obligatio non contrahitur. Init.  
Mand. §. illud quoque. Innoc. in c. sicut,  
& infra, nu. 1. de iure iuri.

46 Trigesima. † Comites nostri, qui tota  
die sine autoritate Principis, & sumi-  
faciunt atina, & vasallos proprios exha-  
redant, tenentur secundum Flot. ad re-  
stitutionem, nisi seruent iuris ordinem,  
qui est, vt si vasalus valt stare iuri, au-  
diat, si contumax est, impugnerur, quod  
potest fieri autoritate iuris, vel iudice  
præcipiente, l. quis restituere, ff. de re iu-  
dic. Nulli enim licet arma mouere ad al-  
lium impugnandum sine autoritate iu-  
ris, vel iudicis, aliter poenam incurrit:  
eum intelligatur violentiam inserte, Lex-  
tat, & quod met. caus. Si ergo Dominus,  
qui

qui immediatè subest Principi, de vasallo proprio conqueratur, & vellet tutorem partem eligere, scilicet quo ad animam, consulo, quod nō dicatur sibi ius, sed vel autoritate Principis gladium sumat, vel ad diocesanum vasalli recurrat ad cuius monitionem, si obediere noluerit, excommunicabit ratione peccati, c. nouit, ext. de iud. c. solite, de maio. & obed. de censi, c. omnis anima. Et si per annum steterit excommunicatus, ex tunc diocesanus ipsum, & res suas expinet, hec Hostiens. in tit. de treu. & pace, §. quid si iustum.

Trigesimaprima. Capta in bellis indi  
47 qis ab vna ciuitate alteri † sine autoritate Principis subiacet restitutio, quia tales dicuntur latrunculi, qui à latromibus, ff. de restam. Io. de Plat. Instit. quib. mod. ius patr. potest. solu. §. sed ab hosti- bus. Sic latrones sunt isti sociales gentis armorum, qui ad suum libitum discurrent, territoria ciuitatum faciendo redimere; vnde de omnibus per eos commissis tanquam latrones puniendi sunt, vt Ihostes, ff. de capt.

Trigesimasecunda. Qui iniustè mo-  
48 uet bellum, tenetur † de omnibus dam- nis, quæ ipse, vel sui intulerunt aduersario, & hominibus suis. Tenetur etiam & hominibus proprijs de damnis ab ad- iusterio illatis, dū iustè rebellat ipse aduersarius, nisi & ipsi mala fide iuinerit eum. In quo casu non habent contra ipsum actionem: cum nullus ex culpa sua consequi debeat actionem, & hoc quidē verum est in foro contentioso, si tamen ipsi cooperati sunt ei, inducti ad hoc ei- ius consilio, vel timore, aut coactione, vel quocunque alio modo, alias non fa- fari, tenetur eis ad restitucionem in iu- dicio anime: quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, ita Fr. Io. in sum. Conf. lib. 2. de bellis, tit. 5. q. 3. Atten. lib. 1. tit. 32. art. 6.

49 Trigesimatertia. Per bellum, vel vi- lentiā licet propria autoritate rem iā ablata, vel inuasam recuperare, si hoc fiat incontinenti, secundum Ian. Si ve-

rò ex interuallo, non licet, immò debet adiri iudex raptoris, & eius autoritate recuperari; nam si quis propria authoritate violenter raperet, & etiam rem suā, cadit à iure suo, & perdit eam, nisi forte non possit per iudicem eam consequi, 1. dist. cap. ius gentium. Si verò furtiuē reciparet aequivalens, vt quia rem suam recuperare non potest, non tenetur qui mouit bellum restituere quod ibi crepit, nisi creperit, vel damnificauerit aduersarium suum, vltra quam ipse aduersarius habuerat, vel damnificauerit iniuste de bonis mouentis sibi bellum: & hoc procedit in iudicio anime, vbi locū habet compenſatio etiam liquidi ad liquidum, quæ non habet locum in foro contentioso. Vnde si quis in foro penitentię cōſiteatur se per furtum habuisse decem de rebus illius, qui manifeste ei abſulerat decem, non iniungat ei confessarius restitucionem, sed faciat compenſationem, nisi aduersarius eius postmodum restitueret ei decem ablata, iniungat tamen ei penitentiam de furto com- misso, ad hæc vide Innoc. in c. olim, de restit. spol. Archid. in cap. Dominus, 23. q. 2. & quæ diximus in nostris Decisi. lib. 2. de furto.

50 Trigesimaquarta. Empor † secundū Ray, qui fecit venditorem iustè, & ex iusto bello habuisse, licet potest emere, nec tenetur restituere. Qui vero de iu- sto bello esse nefciebat, sed probabilitate credebat, quia oēs eius vicini, vel maior pars, vel ad minus sapiētes ita credebāt, non tenetur hac bona fide durante. Sed si postea sciat rem de rapina fuisse, debet restituere, scilicet & rem, & fructus eius extantes. De consumptis autem bona si de, non tenetur. Et si pet sententiam iu- dicitis restituit, precium à venditore etiā in iusto repeteret poterit, 12. q. 2. c. Vul- teranę. Si verò simpliciter i. sine authoritate iudicis, vēditor sibi tenetur in foro penitentię ad interessę, sed ad hoc in foro contentioso nō poterit cogi, ff. de tuit. 1. si rem extra, de empe. & vendit. cap. si 51 venditor. Qui verò emerit de † rapina

ignoranter ignorantia iuris, quæ in tali casu non excusat, vel etiam ignorantia facti crassi, & supina: quia omnes vicinos, vel pro maiori parte, vel etiam pauciores, sed sapientiores audierunt. Dicentes bellum illud esse iniustum, & contra Deum: vel sorte, quia ecclesia prohibebatur, vel excommunicabatur publicè auctores, & principes, vel participes ipsius belli, tenetur ad restitutionem, c. requisiuit, de ord. ab Episcopo. Astens. de 7. precep. tit. 3. art. 9. in fi.

52 Trigesima quinta. Si inter duos milites, vel principes fuerit bellum iniustum, & hinc inde dana multa data, & postea inter eos pax sit facta, & damna hinc inde data remissa, non videtur hec remissio ad homines, & vasallos utriusque extendenda, nisi de consensu eorum de fuit facta, arg. C. de transac. l. 1. & extr. de maior. & obed. cap. fi. Et hoc intellige, quando is, qui mouit bellum iniustum, fecerit compositionem: quia non potest per suam compositionem praetulicare hominibus suis, quin ipse de proprio tecatur eis satisfacere de damnis suis, nisi & ipsi pariter fuerint in culpa: Qui autem habuit bellum iustum, non debet cum aduersario componere cum præiudicio hominum suorum, sed vel ipse debet eis reddere dāna illis illata, vel procurare, quod ab aduersario reddantur: Hoc autem intellige de illis damnis, quæ passi sunt in incendijs, & rapinis rerum suarum. De expensis autem, quas fecerunt ad exercitum veniendo, vel ibi morando, satis solent Domini compонere, vel dissimulare propria autoritate. Quod etiam de priuatis damnis concedi potest, si ipsi domini videntur ex causa probabili potius reintendenda esse, quammodo pacis carere, & pericula bellorum incurtere. Et cum in hoc casu domini utiliter gerant negotium subditorum taliter componendo, subditi tibent habere ratum. Hac Rod. & Host. & Astens. lib. 1. tit. 3. 2. ar. 6.

Trigesimasexta. Sine principiis authitate per aliquod particulare bellum li-

53 citum est alicui f iniuriam repellere: quia de iure naturali quilibet potest vim vi repellere incontinenti, & modo defensio sit moderata, & sine culpa, id est sit ad iniuriam propulsandam, & non ad vindictam assumendam, cap. significasti, de homic. circa finem, 23. q. 3. cap. non inferenda, & cap. vlt. & quidem si uis fiat per sonz, tunc licitum est se defendere, & defendendo percutere, immo etiam occidere, si aliter quis non potest euadere manus eius, ss. ad l. Aquill. scientiam, §. qui cum aliter. Si autem vis inferatur in rebus, tunc etiam & illatā, & inferente in licitum est repellere, sed potius illatā, dum tamen incontinenti, id est quam cito scit vim illatā, priusquam diuertat ad alium actum, extra, de restit. ipol. cap. olim causam. & d. c. significasti.

Trigesimas septima. Aliquis in bello 54 ministravit arma, illi, quibus ministra sunt, commiserunt homicidium, vel mutilationem, an ministrans sit irregularis. Solu. si bellum est iniustum, non est dubium, quod talis sit irregularis, licet secutum sit homicidium præter intentionē: quia sufficit culpa, & causa ordinata ad homicidium: Et hoc est verum, si arma essent talia, quæ essent apta ad occidendum, secus si omnino sufficient incepta. Verum si bellum sit iustum, tunc in ijs casibus non erit irregularis: Et primus, si bellum est necessarium pro defensione personarum: nam tunc ministrando arma, non erit irregularis, cum nec ille sit, qui proprio facto committeret homicidium. Secundus, quando pro defensione rerum etiā cum intentione ut sequatur mors, modo ministraret talia arma, quæ non essent apta ad occidendum, & ratio est: quia lex statum promotionis, & non intentionē requirit. Tertius, quoniam ministraret arma apta ad occidendum, ut bombardæ, balista, & similia, sed preparasset talia ad terrorem, cum protestatione ne projectarent aduersus homines. Ita Specu. in tit. de iud. deleg. §. iuxta; vers. Item cleribus,

cus, & vers. potest etiā dici: quia si tunc sequeretur homicidium præter intentionem ministrantis, talis non esset irregulare. Et eodem modo dicit non esse iregularē illum clericū, qui in bello iusto præpositus est exercitu, ut sumptus faciat, si respondeat militibus, tractatus teneat, sententias proferat, & negotia aptè disponat, si forte præcipiat lanceas, vel sagittas emi, vel ministriari; vel si hortatur ad currendum post hostes, vtilis præda, vel captiuū anstrangunt, licet inde mors sequatur, dummodo ille non intendat ad mortem. Ita etiam tenet Archid. 23. q. 8. c. f. Erit talis etiam irregularis †. in his casib. Primus, quando ministrat arma alicui pro defensione rerum, intendendo ad mortem: quia si tunc per auxilium suum in ministerio, & parando fuit sequutum homicidium, efficeretur irregularis. Secundus, quando ministravit arma, que non erant apta ad occidendum, tamen ex auxilio taliter præstito per alii fuit sequutum homicidium, licet non per illum, cui arma fuerunt ministrata, ita qd ipse fuit causa causæ, & causa sua fuit ordinata ad causatū, licet per causam medium. Tertius, quando ministravit talia arma, quæ sunt apta ad occidendum, quia commissio homicidio erit irregularis, cum possit diroit in culpa. Ita post multa concludit Mar. Soc. in cap. ad audienciam, à nu. 271. vñque 276. de homic.

## SUMMARIUM.

- 1 Treuga quid. & quare sic appelleatur.
- 2 Treuga duplex est, conuentionalis, & canonica. & canonica quibus diebus observanda.
- 3 Treuga quare confundantur.
- 4 Bellum iustum fieri potest quocunque die necessitate urgente.
- 5 Treuga canonica non gaudent diffidati.
- 6 Clerici diffidati possunt occidi per privatatas personas.
- 7 Treuga tempore qua persona gaudet securitate.

- 8 Securitas redendi datur quib. & venienti.
- 9 Treugam canonican Episcopi non servantes an peccant.
- 10 Confusione præceptoria an consuetudine tollantur.
- 11 Treugam si una pars frangit, an sit licet imm alieni frangere.
- 12 Treuga tempore comprehenditur sub tempore belli. fallit in duabus casibus.
- 13 Treuga finita an sine alta diffidatione possit bellum exerceri.
- 14 Treugae frangens est excōmunicandus.
- 15 Episcopus qualiter debeat discordantes ad concordiam revocare.
- 16 Parties litigantes non possunt per iudicium facularem ad concordiam compelli.
- 17 Offensus est precibus suadendus, non condens ut renobet iniuriam.
- 18 Index ante naturam delictum potest ad concordiam reducere partes.
- 19 Principes ad compromissandum quando compellat partes.
- 20 Episcopus per censoriam potest partes compellere ad pacem, quando lis multo tempore durauit.
- 21 Episcopus non intrinsecus se ad pacificandos cines cum scandalo dissidentes, peccat mortaliter.
- 22 Index imminente terrore armorum potest compellere ad transigendum.
- 23 Idem si dissensio est inter personas illustres.
- 24 Treuga a tempore Christiani furari Christianos derelicos a paganis est peccatum, nisi in duabus casibus, n. seq.
- 25 Treuga an sit fracta, si pagani redeant ad recuperandum castra.
- 26 Christianus capisimus furans aliquid pagano, an ieneantur ad restitucionem.

## De Treuga. Cap. XXI.

**P**OSTE A considerandum est de treuga, que solet fieri tempore belli. Est autem † securitas præstata personis, & rebus ad tempus discordia nondum finita, glo. in c. a. de treu. & pace. Hanc securitatem lex quandoque appellat fedus, l. nō dubito, ss. de capt. aliquā inducias, l. postliminium,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

liminium, §. industrias, eod. tit. sic etiam treugam vocat Isidorus; i. distin. cap. ius gentium. Dicitur autem treuga, quasi treugam terens, seu tenēs, quia interim habetur securitas, & plerumque tractatus pacis, per quam bellum sospitatur, vnde & treuga pax vocatur, vt not. Arch. in c. illi orantes, 24.q.3. Et nota, q. glossa in d. c. i. diffinit treuga generaliter sumptam, & secundum hoc in qualibet discordia etiā priuatorum locum habet, nam proprie loquendo, inter personas singulares non est proprie treuga, sed tam in bello, vt dicit Dom. Anton. in d. cap. i. num. 17. Pax vero est discordie finis, que debet haberi in voluntate, bellum in necessitate, vnde bellamus ut pacem habeamus, 23.q.1. c. nisi bella. & cap. noli existimare. Alibi dicit rex. q. pax est vinculum concordie, in c. nouit, de iud. Sed treugarum duę sunt species, 2. legalis, t̄ siue canonica, & conuentionalis, ita not. in cap. i. de treug. & pa. Treuga canonica est, que præter omnem conuentionem certis diebus, & temporibus est obseruanda, d. cap. i. scilicet a quarta feria post occasum solis usque ad feriam secundam in ortu solis: Nam die Iouis bellandum non est propter ascensionem Domini in celum, & propter cenam cum discipulis factam. Nec die Veneris propter reuerentiam Passionis. Nec die Sabbati: quia illa die discipuli latuerunt propter metum Iudeorum, & quia corpus Domini latuit in sepulchro. Nec die Dominicū: quia quodlibet insigne in illo die constitutum fuit, & etiam propter honorem Resurrectionis Domini. Nec ab Aduentu Domini usque ad octauas Epiphaniae propter iporum reuerentia, sed hodie ista treuge non sunt moribus videntium approbatæ, vt not. in d. cap. i. & in glo. & per Turrecram. in cap. illi, 24.q.3. num. 3. Conuentionalis vero ex conuentione recipit formam: & hec est, quam inter se faciunt discordantes: & hec seruanda est non solum predictis temporibus, & diebus, sed etiam alijs secundum conuentione factam; quia fides

etiam hosti est seruanda, cap. noli existimare, 23.q.1. Constituuntur t̄ autem huiusmodi treuge, vt Episcopi interim trahent de pace, 90. dist. c. p̄cipimus, arg. C. de ser. I. dies, argum. i. 3. q. 2. c. placuit. Sed modo deueniamus ad Decisiones, quarum prima.

Bellum iustum t̄ imminentे necessitate, vel vbi ineuitabilis est defensio, potest inserri quacunque die, & ita intelligi potest tex. in cap. si nulla, 23.q. vlt. alias si necessitas non imminet, potest inserri demptis illis diebus. At bellum iniustum licet nunquam sit faciendum, si tamen defacto fit, diffiniuit ius in d. cap. i. vt saltem illis diebus abstineant: & ex his habes duas limitationes, quod treuge canonicæ sunt seruandæ illis diebus, nisi imminentे necessitate, vel vbi ineuitabilis esset defensio, ita Dom. Anto. in d. cap. i. num. 21.

Secunda. Licet treuga canonica sit certis temporibus seruanda tamen t̄ salit in diffidatis: quia his non erunt seruandas treuga canonica, vt patet in c. t. in verbo, perpetuo, de homic. in 6. secundum Io. Andr. ibi dicentem, quod Chrysostomus Christianum offendere non potest, nisi prius ipsum diffidauerit, vel iuris, aut iudicis autoritatem habuerit, alias effet proditio. Non tamen excusat diffidatio, nec valeret consuetudo contraria, nisi prius per iudicis sententiam approbetur, quod sit iusta, secundum Hosien. & Ioan. Andr. vide etiam Ang. in suo consil. 27. vbi dicit, quod diffidati possunt occidi etiam per priuatas personas, de quo plene per Gemin. in c. 1. de homic. in 6. dicentem hoc procedere, etiam si sint clerici, cum censeantur degredi, & puniri possint per laicos, eo ipso, quod sint diffidati, vt vult text. in d. cap. i. facit quod not. in cap. 2. de penit. in cap. cum non ab homine, de iudi. An autem diffidatus iniuste, poterit agere contra diffidantem ad interesse, & stetur eius iuramento, dicit Bald. in auth. item nulla communitas, C. de episc. & cleric. quod sic, per cap. si. quod met. cau- fa,

fa, ita Ioan. de Anania in d.c. i. de treug. & pace, num. 5.

Tertia. Quædam sunt personæ, quibus perpetuò & treugæ canonice obseruandæ sunt, sicut presbyteri, id est omnes clerici, iux. glo. in c. i. de cohab. cler. vel mul. Item monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, eunes, & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & feminæ portat ad agrum, item Romipetæ, & oratoria visitantes: ut haherit in c. vlt. de treug. & pace. Habent enim rustici priuilegium, quamdiu steterint in agricultura glo. in d. cap. vlt. Licet bestiæ semper gaudeant, hinc est quod pignorari per iudicem non possunt, licet per Dominum sic. Ita Do. Anto. ibi. Sic milites donec militant. Ita clerici, monachi, & conuersi, donec in ecclesijs canonice, & regulariter vivunt. Sic & legati hostium gaudet priuilegio, i. dist. c. ius gentium, donec in legatione consistunt. Ita Card. à Turrecre. in c. illi oratores, num. 4. & 5. 23. quæst. 4. Doct. in d.ca. vltimo. Et nota quod dum euntes, & redeuntes gaudent priuilegio treugarum, sit quod illi, cui datur securitas, seu saluus condiclus veniendi, videtur data † etiam redeundi, de quo per Bart. in Lvtimur, de septile. viol. & in l. i. ff. ad leg. Iul. maiest. Sic si est data aliqui securitas veniendi ad Ciuitatem, videtur data, quod possit venire equester. Item si data est aliqui securitas, quod possit condicere mercantias, videtur data quod possit reducere. Ita D. Ant. & lo. Ananias, in c. vlt. de treug. & pae. Sed sum in dubio pro pñima vice, per l. boues. §. hoc sermone, de verb. signif.

Quarta. Cum treugæ Canonica non sint moribus vrentium approbatæ, sequitur quod contra legem, seu Canonem præcepti possit induci consuetudo, quod illa lex præcepti non liget, ita glo. in c. i. de treug. & pae. fecit quod no. in glo. fin. in c. dolentes, de celeb. miss. per lo. And. in c. lo. de cler. coniug. Et per consequens quod † Episcopi non seruantes constitutio nem, d. cap. i. quo ad treugas canonici-

cas, non puniantur etiam quo ad Deum. Contrarium tamen tenet Host. in d.ca. pit. i. quod Episcopi non seruantes præceptum illius legis, mortaliter peccat. Ponderando illum tex. ibi. Ordinis sui periculo subiaceat, id est excommunicatio, secundum Ber. ibi, vel periculo, id est depositioni: quæ quidem pena non infligunt nisi pro peccato mortali. 2. q. 3. c. nemo Episcoporum. Verum prima opinio videtur magis approbata. Nam tunc 10 constitutio præceptorum, † consuetudine nunquam tollitur, etiam si à principio non recipiatur, arg. c. ii. de consue. quando emanaret super eo, cuius contravenientia de se generaret mortale. Sed si emanaret super eo, cuius contravenientia de se non generaret mortale, tunc quamquam prævi non obedientes tali legi præceptorum peccarent mortaliter, per cap. quod præcipitur, 14. q. 1. & 4. dist. 5. fin. Tamen contra ipsam potest præscribi, ut in §. leges, dist. 4. & postquam est præscriptum, contradicentes non peccant mortaliter, & sic debet intelligi quod no. in d.e. i. de treug. & pace. Vel tex. in d. §. leges, loquitur de præcepto, quod certum honorum Dei, vel bonum publicum quod est in d. cap. i. Quod quidem si primi onus tempore statuti editi non recipitur, & superior sciens patitur, tunc contraria consuetudine præceptum tolli potest, cum videatur esse tacitus consensus superioris. Sed si superior nesciret hanc non obseruantiam, sic non patitur, & tunc præceptum ligat, non obstante contraria consuetudine, cum non habuerit instum initium, ita dicit D. Ant. in d.c. i. nu. 22. & 23. vide la te fel. in d.c. 2.

Quinta. De conventionalis sit ista decisio. Conventionalis ex conventione recipi solemat: & haec est, quam faciunt inter se discordantes. Sed quid si una pars † rumpit, & frangit treugam, viru sit licitum alteri rumpere. Vinc. quem se querit lo. And. & Dom. Anton. in c. 3. de iurejur. & Archid. in cap. illi 24. q. 3. num. 4. dicit quod non. Tamen Card. à Tur-

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

Turtecrem. in d.c. illi, nu.3. tenet oppositum, quod si hostis fidem non seruat, nec alter seruare tenetur, extra de iurei. cap. peruenit. 1.28.q.1.ca. si infidelis, 95. dilt. cap. esto subiectus. C. de pac. l. si proponas. Quod dictum extende etiam ad treugas canonicas: nam conuentionales, quae procedunt ex consensu, fortiores sunt, & fortius ligant, quam illae canonicae, quia ligant de iure naturali, ff. de pac. 1.1. & 2. De iure diuino, 23. questio. 1. ca. noli. De iure ciuili, in auth. de pac. te. & eius viola. & de iure Canonico, vt in iuribus allegatis, & tamen illae non sunt seruadæ hosti, nisi & hostes seruauerint, vt est dictum, ergo nec canonicae. arg. de elect. cap. cum in cunctis, in princ. C. de sacrosan. Eccl. Auth. multo magis. Hen. ti. in c. innovamus, de treu. & pac.

Sexta. Tempus belli comprehendit etiam tempus † treuge, etiam in materia penali, optimus tex. in c. significauit, de Iuda. Hinc emptor gabellarum, qui excusat à tributo consueto propter bellum, excusabitur etiam propter treugam, immo etiam si propter timorem bellum abstineret gentes ab itineribus illius loci, ita Petr. de Anc. in suo eleganti conf. 8.4. incip. Præmissa facti. Ad idem tex. in c. 1. §. vasalli, in tit. qui scu. da. pos. vbi si excusat qui non soluit tempore belli, excusat etiam tempore treuge. Hic adde Bal. in tit. de pace Const. in 7. carta, vbi notabiliter dicit, q. tempus treuge accedit in agis tempore belli quam pacis, allegat not. in Clem. pastoralis, de re iudeo dividit singulariter Cald. tit. de testa. cōf. 37. quod incipit. Mandauit testator, quod executores testamenti habentes construere cappellam sub pena intra annum post bellum finitum, non incurruunt penam, si fiat treuga per illum annum. Hec tamen limita duobus modis. Et primo, nisi loquamus largè sumpto vocabulo, q. a tunc treuga potest appellari pax, non attento fine temporis, sed effectu, per tex. not. in c. illi, qui. 24.q.3. ibi pax. Ad idem c. 1. in fi. de treu. & pac. vbi equiparantur quo ad obseruantiam. Secundo limita, nisi

eadem ratio, que militaret in pace, militaret in treuga, & nisi ratio statuens aliquid in bello, cessaret in treuga. Et ita intellige not. dictum Ioan. Andt. in addit. ad Spec. in rubr. de treu. & pace vbi dicit terminatum suisse, quod pactum factum inter principem, & aliquem caporalem in armis, de soluedo stipendio durante bello, non procedit tempore treuga, ita refert Panor. in cap. nouit, in 10. col. de iudi.

Septima. Finita treuga an sine alia dis fidatione possit † bellum exerceri. Dixit Bal. de pace Const. in 8. col. q. aliquando Domini præparant se ad bellum, & nondum est inceptum, tamen interim inter eos faciunt certam treugam, puta pro uno anno, vel sex mensibus, & tunc talis treuga non potest rumpi finito tempore sine diffidatione, & qui rumpit, dicit ipse, quod talis vocatur latrunculus. Aliquando fit treuga pro certo tempore, & bellum fuit incepsum, & tunc finito tempore treuge bellum rumpi potest absque alia diffidatione, allegat Io. And. in nouel. in c. pro humani, de homic. in 6. cum eo transiunt Fel. in c. significauit, de Iuda. nu.3. Io. de Anan. in c. 1. nu.1. de treu. & pac.

14. Octaua. Frangens treugas † est excōmunicandus, ea. 1. de treu. & pa. & eius excommunicatio est publicanda conuincinis Episcopis, & seruanda. Et sic excōmunicatus in uno loco, est excommunicatus vbiique, cap. ad reprimendam, de offic. ordin. & in c. cum ab ecclesiis. Et sic est casus, in quo sententia traxit effectum suum extra limites territorij sententiantis, & est ratio: quia talis excommunicatio sequitur personam sicut leprosum, vt not. glo. in l. ex ea, ff. de postul. not. Dom. Ant. num. 9. & Anan. num. 3. in d. cap. 1.

15. Nona. Prælatus, maximè Episcopus prius de plano, & sine coactione, postea vero iudicaria potestate debet discordates ad concordiam reuocare, dist. 90. capit. 1. & ibi Archid. & litigantes reconciliare, illicitas, ff. de offi. præsi. An vero iudex

iudex secularis hoc possit facere. Die, q.  
 16 regulariter non possunt partes litigantes  
 compelli per iudicem, ad concordiam,  
 ita Bar. in l.congruit, de offic.prsi. Abb.  
 in rubr. de treu. & pac. licet possint sua-  
 deri. Bald.in Lex stipulatione, C.de sent.  
 idem Bald.in L1. §.quies, ff.de offic.præ-  
 se.vrb. dicit, quod offendus est precibus  
 17 suadendus, t̄ non cogendus, vt remit-  
 tat iniuriam: quia æquitatis ratio non  
 patitur vt quis cogatur iniurias parcer  
 iniurianti, nisi in foro penitentiali, sed  
 ante factum bene debet obuiare iudex,  
 ne iniuria committatur, vt ibi per eum.  
 Hac tamen regula fallit in multis cas-  
 bus, quorum primus, quando ciuiliter  
 agitur de criminis, vel dum agitur de  
 criminis iniuriam, ita glossa prima,  
 in cap. studendum, dist.90. modo iniur-  
 ia Ecclesiæ non respiciat. 23. q.4. cap. si  
 is qui. Secus vbi ageretur mere crimi-  
 naliter, expedit enim peccata nocentium  
 18 esse nota. Secundus possunt t̄ partes in  
 criminalibus compelli ad concordiam,  
 antequam nascatur delictum, probatur  
 in ldenunciamus. C.de his, qui ad eccl.  
 confu. Hinc dixit Bal. in d. Lex stipula-  
 tionis, quod iudex ante factum debet ob-  
 19 viare iuxta posse. Tertius in t̄ principe,  
 qui non habet superiorum, compellit in  
 terdum partes, ad compromissum  
 in his in quibus Princeps habet liberam  
 administrationem, sed in priuatis iuri-  
 bus aliorum non potest compellere ad  
 concordiam, nisi iusta causa subsit. ita  
 Buttr. cap. 1. ad f. de mut.pet. Sic Abb.  
 in cap. cum pridem, de pac. dicit in vlt.  
 not. quod Papa non cogit ad componen-  
 dum, nisi res, de qua litigatur sit in libera  
 20 dispositione ipsius. Quartus, t̄ quando  
 lis magno tempore durauit, & est adeo  
 intricata, quod de facilis extirpari non po-  
 test, nam tunc iudex potest partes com-  
 pellere ad concordiam, licet causa sit ci-  
 uilis, tex. in cap. placuit, dist.98. Innoc.  
 in d. capit. 1. ad fin. de mut.petit. In quo  
 casu Episcopus potest coercere laicos ex  
 communicando. d. cap. placuit. Et ideo  
 videtur, quod Episcopus peccet morta-

21 liter, t̄ non intrommittens se per censu-  
 ram ad pacificandos ciues cum scanda-  
 lo dissentientes: quia licet alias non ob-  
 uians delicto non peccet, vt delinquēs,  
 tamen fallit in prelato. Abb. in cap. quan-  
 te, de senten. excomm. Et negligenter in  
 prelato est peccatum mortale etiam in  
 concernentibus pacem. c. 1. de treug. &  
 pac. & ibi Abb. 2. not. Et quod negligen-  
 tia in reuocando discordes ad concor-  
 dia, sit peccatum mortale in prelato, est  
 glos. sing. in cap. vnum, §. criminis, alias  
 incipit, ea demum, distin. 2. s. licet in alio  
 sit peccatum veniale, vt ibi. Quintus  
 22 lit t̄ quando imminet timor armorum  
 rixæ, quia tunc ad euadendum rixas ter-  
 rore armorum potest iudex cogere ad  
 transfigendum. 1. si cuius, §. æquissi-  
 sum, alias in L1. ff. de vſu fruct. Felinus  
 in rubr. de treug. & pace, num. quinto.  
 ibi, fallit quarto. Sextus, quando est  
 23 dissensio inter t̄ personas insignes, ex  
 qua Res publica turbatur, Bald. in d. l. ç.  
 quissimum, per tex. in Lsi quis ingenua,  
 §. in ciuibibus, ff. de capt. quia iudex de-  
 bet studere ad sedandas illam discordiam,  
 ne transeat in præiudicium publi-  
 cum, sicut debet studere ad generalem  
 pacem, & quietem Provincia. sibi com-  
 misse, l.congruit, ff. de offic. præf. idem An-  
 gelin d. l. æquissimum, dicit, quod etiam  
 si de facto potest ciuilis discordia tender-  
 re in exitium Reipublicæ, possunt partes  
 compelli ad concordiam. Item Bald. in  
 L1. §. si quis, ff. de offic. præf. vrb. dicit, q.  
 plerunque status publicus turbatur ex  
 priuato, & ideo propter hunc timorem  
 possunt subditi nedum bortari, sed etiā  
 cogi ad quietem viuendum, quod dictum  
 sequitur Anan. in cap. 1. in 15. col. de ma-  
 led. Similiter dixit Bald. C.de libe. cau-  
 s. Lcūm affīmes, quod iudex potest suade-  
 re pacem, sed non componere partibus  
 iniurias, nisi timeatur de præiudicio Rei  
 publicæ. Septimus in treuga, ad quam po-  
 test ecclesiasticus compellere etiam lai-  
 cos ex causa, vt per Abb. in c. 1. 1. not. de  
 treug. & pac. Et tene menti dictum Ab-  
 bas in rubr. cod. ut. vbi vult singula-  
 ritate,

## Decis. Aurearum. Pat. II. Lib. II.

riter, quod in omnibus casibus, quibus  
partes possunt compelli ad pacem, pos-  
sunt etiam compelli ad treugam.

Decima. Pagani tempore belli capti-  
uos fecerunt Christianos. Deinde sub  
secuta est treuga. Nunquid t tempore  
treuge postea inita licebit Christianis  
eos furari. Resp. q si treuga inita est ita  
generaliter, quod non liceat alterius  
nece per violentiam, nec vlo modo sibi  
inuidiose auferre, aut surripere aliquid,  
tunc peccatum est tempore treuge fura-  
ri huiusmodi Christianos: veru in du-  
bus casibus credo, quod non sit pecca-  
tum, immo meritum. Primus t quando  
pagani iniuriosè circunciderent illos in  
contemptum fidei Christianæ, arg. 23.  
q. 2. c. Dominus. & q. 8. cap. vt pridem.  
& tali casu furans penitus liberatus est  
ab omni restitutione. at dist. 54. c. nulla.  
Secundus, si furans hominem, rectam  
habuerit intentionem. Verum in hoc  
secundo casu licet non peccauerit, tene-  
tur tamen ad restitutionem non homi-  
nis propter animæ periculum, sed dam-  
ni à Christiano sibi illati, vel interesse  
probabiliter estimati, arg. 23. q. 1. c. noli.  
Est vero peccatum quod tempore treu-  
ge non recta intentione furatus esset ho-  
minem, quo casu tenetur restituere non  
hominem, vt supra dictum est, sed esti-  
mationem hominis, vel alterius rei su-  
blatae, & danni dati. Ita Raymundus  
Afl.lib. 1. tit. 33. art. 3. Si autem fides fue-  
rit data tempore treuge de sola violentia  
non auferenda: tunc licite possunt fu-  
rari huiusmodi Christianos, immo etiā  
munitiones, & castra, quæ occupauen-  
runt de terra Christianorum, sum. conf.  
lib. 2. tit. 6. q. 9. & 10.

26 Sed quid si pagani redeant ad recupe-  
randum huiusmodi castra, & violenter  
repellantur. Nunquid erit facta treuga.  
Resp. Rod. quod non, quia quando con-  
uentio fuit facta de violentia non inse-  
renda, & non fuerunt fraudes, & fur-  
ta exclusa, intelligendum de violentia  
non inferenda in ingressu possessionis,  
non autem de illa, quæ sit pro te iam ob-

tenta defendenda, nisi & de illa expre-  
sa mentio sit facta.

27 Vndeциima. Si Christianus t captiuus  
suretur aliquid Saraceno, qui detinet  
eum, tenetur illi ad restitutionem, si sue-  
rit captus tempore treuge, quia eam frā  
gebat, si tamen non immininebat neces-  
sitas famis, cum fuerit in culpa. Si au-  
tem iniustè detinebatur, vel tempore  
belli captus fuerat, vel necessitas famis  
immininebat, cum talem Saracenus pa-  
scere teneatur, ad restitutionem non te-  
netur, sed tunc secundum Rod. fit com-  
pensatio rei sic subrepta cum iniuria de  
tentionis illius Christiani iniustè. Præ-  
terea cum huiusmodi Saracenus sit ho-  
stis, non refert quomodo noceatur ei-  
dem. arg. 1. 2. C. de comm. & merc. Ita  
Rayn. tit. de furt. Host. in summ. de poe-  
nit. & remiss. Fr. Ioan. in summa, lib. 2.  
tit. 6. quest. 12.

### S V M M A R I V M .

- 1 *Furti, & rapina materia ubi trahentur.*
- 2 *Furti appellatione quid veniat.*
- 3 *Furtum quid. & rapta triplex,*
- 4 *Furtum quo pracepito sit prohibitum.*
- 5 *Rapina granis est delictum, quam fur-  
sum.*
- 6 *Furtum triplex, & unum alio impre-  
vibus.*
- 7 *Conrellans pluries rem, unum fureum  
committit.*
- 8 *Pluries videntur ad locum, ubi concedi-  
tur indulgentia, an toties illam conse-  
quatur.*
- 9 *Ludi multiplicatio an multiplicet paenam.*
- 10 *Clericum pluries percussi an semel, vel  
pluries sit excommunicatus.*
- 11 *Blasphemans plures sanctos unica pena  
punitur.*
- 12 *Multiplicationem non reuerare delictum,  
qualiter intelligatur.*
- 13 *Fornicans pluries an pluries confiteri te-  
neatur.*
- 14 *Diversitatis ratio inter multiplicationem  
fornicationis, & contrectationis.*
- 15 *Furti notari non possunt, qui authori-  
tate*

- tae Domini, vel iudicis alienas res accipiunt.
- 16 Fur species est aliena iuris occurratio.
- 17 Afferentis similitudine dominum permisimus, non creditur, sed Index ex contemplatur colligeret.
- 18 In iure Domino, quando furtum committatur.
- 19 Furari credens in iure Domino, & tamen Dominus vult, an committat furtum.
- 20 In iure Domini dici non potest, si semel rem concesserit.
- 21 Monachus tempore necessitatis potest facere elemosynam de bonis monasterii fine consenserit Abbatii.
- 22 Furtum committit rapiens rem alienam dimidibus causa pietatis.
- 23 Furtum an committat rapiens mulierem.
- 24 Furti tenetur receptans scierit rem alienam.
- 25 Fur trans est monstrans iter seruo furgienti.
- 26 Furtum committit viens re commodata ad alium usum, & num. seq.
- 28 Furtum quandoque quis committit, & tamen non tenetur actione furti, & econtra.
- 29 Furtum an committat negans depositum illi, qui apud se depositum.
- 30 Furans ut refutat Dominum, si resistitur, an excusatitur a furto.
- 31 Furtum quandoque sit, & res est furtiva, & non tenetur furti.
- 32 Furti an tenetur penes quem inueniatur res furtiva.
- 33 Fur si de se possidere, an tenetur ad restituendum.
- 34 Furtiva res an perscrutari possit in domo alichius.
- 35 Mandans ut furtum faciat, an tenetur furti.
- 36 Pecuniam accipere pro indicando fure an biceat.
- 37 Precium recipiens a fure, ut non renelet, an si renueauerit possit fur agere contra ipsum.
- 38 Furtum an fit indicandum ad petitionem partis, vel iudicis.
- 39 Per furtum commissum ab uno ex duobus, qui fecerit nos pacem, an dicatur rupta pax.
- 40 Si unus furatur plures res, an dicatur unum, vel plura furia.
- 41 Sacrum pecunia capiens in via, an committat furtum.
- 42 Furem, vel latronem capere, vel occidere, an licet primato.
- 43 Fur vel latro quis dicatur.
- 44 Fur semel furia consilus, ut promonera possit ad sacros ordines, quinque requisuntur.
- 45 Fur manifestus quis.
- 46 Furti poena alia est, si agitur cimiliter, alia, si criminaliter, alia secundum Canones.
- 47 Furtum est peccatum idque mortale.
- 48 Necessestis urgens finit ut occulitur, sine patet posse surripit aliena.
- 49 Pauper potest implorare officium iudicis, contra dimicem, ut ei subveniat.
- 50 Frangens ostia a meretrici causa libidinis, non tenetur furti, si fure aliquid surripuerint.

## De Furtis. Cap. XXII.

**D**e materia furti, & rapina. vi. de 14.q.5. † & 6. per totum. 12.q.2. in primis nouem cap. & 6. q.3. cap. placuit. de pen. dist. 1. cap. vulgaris, & cap. aut facta. &c in nostris Decis. lib. 2. cap. 93. Et ut meū morem seruem, aliquā præmittam, dein de ad decisiones deceniam. Præmitta igitur primum, quod. † nomine furti intelligitur prohibita etiam tapina, quæ est contrectatio rei alienæ violenta, & contra voluntatem possidentis, cap. pœnale. 14. q.5. Nam ut ibi dicit Archid. num. 7. Nomen furti extendit & comprehendit omnem illicitem usurpatiōnem rei alienæ. Et ita in hac tam generali significacione accipitur, cum describitur a Legistis. Furtum † est contrectatio rei alienæ, fraudulenta mobilis corporalis in iure Domino animo lucris faciens di rem, vel possessionē, vel usum, facta. Rapina vero siue raptus, secundum Archid.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

chid. 36. q. 1. in princ. tribus modis dicitur. Primo modo eleuatio ad celum contra ordinem naturae. Vnde dicitur super illud ad Cor. 2. c. t. 2. Seio huiusmodi hominem raptum usque ad tertium celum, dicit ibi glo. hoc est contra naturam eleuatum. vide Beatum Thom. 2. 2. q. 175. Secundo modo dicitur, prout pertinet ad raptum mulierum, quae fit ad effectum mechiae, cuius appellatione evenit omnis illicitus coitus. Tertio modo prout pertinet ad rapinam, vel depreciationem rerum, & ita sumitur ff. & C. vi bono. rap. vide etiam tex. in l. Marcellus. ff. de ver. sign. qui dicit verbo rapuisse cotinetur, & scissum, & fractum, & vi quoque raptum. Et habet locum in rebus mobiliis, vel se mouentibus, vt in l. i. ff. vi bo no. rap. Inst. cod. §. quae non solum. In rebus autem immobiliis non habet locum nisi in casu, quando quis expellereatur de praedio alieno ad occupandum illud, in quo praedio essent mobilia, nam gratia mobilium etiam vi bonorum raptorum agi posset, & etiam interdicto vnde vi, vt l. i. §. si quis, ff. de vi, & vi arma. Prohibetur autem utrumque tam furtum, quam rapina illa proibitione non furaberis. Et licet ista sit prohibito, & non praeceptum, tamen quaelibet prohibito quandoque dicitur praeceptum, ut cum dicitur. Decem sunt precepta, vel mandata Decalogi, cum in qualibet prohibitione aliquid precipiatur & aliquid prohibeat, (verbi gratia) Non furaberis. Hic praecipitur non furari, & prohibetur furari. Ita Archid. in d. cap. penale. Et nota, quod licet utrumque prohibeat furtum, & rapina, tamen rapina grauius est delictu, quam furtum. ita decidit B. Thom. 2. 2. q. 56. art. 9. hac ratione, quia sursum, & rapina habent rationem peccati propter inuoluntarium, quod est ex parte eius, cui auferitur. Sed in surto est inuoluntarium per ignorantiam, in rapina per violentiam, sed grauius est quod est inuoluntarium per violentiam, quam per ignorantiam: quia violentia directius

opponitur voluntati, quam ignorantia; 6 ideo rapina grauius est delictum. Tum etiam est & alia ratio: quia per rapinam non solum insertur aliqui damnum in rebus, sed etiam vergit in quādam ignorātiā personae, siue iniuriam, & hoc præponderat dolo, & fraudi, quæ sunt in furto. Hinc dixit gloss. t. in l. si te. C. ex quib. cau. inf. irrog. quod improbum est furtum, quod committitur clam, improbius est furtum expilate hereditatis. Sed rapina est crimen improbum, Inst. vi bon. rap. in princ. Quibus sic prælibatis deueniamus ad decisiones, quae partim colliguntur ex definitiōne furti, partim ex alijs, quae pertinent ad eandem materiam.

Prima. Circa contrectationem. Contractio enim ponitur pro omni adductione, baululatione, vel delatione, l. si q. vxori, §. si quis asinum, ff. cod. Contrectans tamen pluries eandem rem, non plura, sed unum sursum committit, ita gl. dicit in c. imitare. 6. q. 1. in fin. & est tex. in l. & Lei qui, ff. de furt. Et haec faciunt cōt. Bar. qui voluit, quod ille, qui suratur in uno territorio, si portat rem ad aliud territorium, & ibi contrectat, possit ibi suspendi ratione noui surti, quia in utroque loco contrectando laeditur Respublica, & 7 ideo nouum ius oriter agendi. Quam quidem opinione Bart. sequitur Franciscus de Aret. & dicit, quod est casus in l. Insciendo, §. insans, ff. de sur. ut resert Dom. Anton. in cap. 1. de rap. num. 9. qua quidem lex bene facit, sed non astringit. Verum quae opinio sit seruanda, dicit Mar. Soc. in d. c. 1. q. de rigo reiuris sur est puniendus tantum in primo loco, & sic, contrectans rem plures, unum tamē sursum furtum committit, sed de aquitate opinio Bart. est seruanda in odium surum, contra quos ut plurimum iuris regulæ degenerant, ut Inst. de act. §. sic itaque. Hinc plura inferuntur, & 8 Primo, tamen quod si conceditur indulgentia tali pacto. Quicunque iuerit ad illam Ecclesiam usque ad tale tempus, vel qui cunque vadit tali die, consequatur ta-  
lēm

Item indulgentiam, quod si quis plures multiplicauerit visitationem in die, non sepius, sed tantum semel illam consequetur, ita facit tex. in cap. 1. & 2. de furtis presb. in 6. &c. de preben. cap. non potest. 2. Resp. cod. lib. D. Tho. in 4. sentent. dicit. 20. art. 2. Sed si concederetur indulgentia perennis absque temporis determinatione, ut quicunque iuerit ad taliter Ecclesiam, consequatur taliter indulgentiam, & tunc quoties visitabit, tunc indulgentiam lucrabitur, D. Th. qui supra & ita intelligitur Card. in Cle. 1. vers. quidus, de priuile. & in Cle. 2. vers. ad hanc, de pœn. & rem. addie Arch. in c. vlt. de pœn. & rem. in 6. lo. And. & But. in c. cum ex eo. ti. & ibi Zabar. Cald. in repetitione in cap. nostro, co. tit. Prepos. in cap. militare. 6. q. 1. Secundo infertur quod si statuto cauetur, ut quicunque ludat ad azzardum † soluerit decem, quod si quis ludat, & multiplicet ludum in eodem sero cum pluribus, non tenetur nisi semel ad penam statuti: & hoc quia vnicus est ludus propter vnicam offendit reipublica: ita Bar. in linscendo, §. insans, ff. de furt. Sic si aliquis † simul blasphemauerit Deū, & virginem, non debet in foro exteriori puniri nisi vna pena: quia multiplicatio blasphemias simul facte non faciunt nisi vnum delictum, ita in terminis firmavit Bald. in Lsi familia, col. si. vers. 3. ff. de iuris. om. iud. ita consuluit Barth. Cep. consil. 77. incip. Vifa consultatione. Tertio, quod licet † quis plures ieiusti intulerit clericico, tamen si hoc fecerit semel, tunc vniuersa excommunicatione est ligatus, ita nata in reg. delictu, in 6. & hoc, quia omnes percussionses censentur vna, ex quo simul fiunt, & quia consideratur iniuria, q̄ fit iuri publico, de fo. cōp. c. si diligenti, quæ est vna tantum, arg. ff. arb. iur. cel. Lsi plures. Vbi licet arbor, quæ editur furtum, sit plurimum, vna tantum sola actio competit omnibus. Verum si considereretur offensa ipsi personæ offendit, tunc secus esset. Hinc infertur quartus, q̄ si statuto cauetur, ut qui deditit

alapam, puniantur in centum, nam tunc considerando iniuriam illatam ipsi persona: si quis dederit alapas etiam eodem tempore & eidem persona, locus est multiplicationi penarum, ff. de priuile. deli. In nunquam plera, & quod ibi not. Dyn. & Bar. Pariter eadem ratione infertur quinto, quod qui multiplicat fornicationem, vel adulterium plures, cum muliere, toties peccat quoties multiplicat, eam sint plura adulteria, Ita Bar. in Lvulgaris, ff. de furt. vbi dat pulchram declarationem ad illud, quod dieutur 12 multiplicationem † non reiterare delictum, quia illud procedit, quando persona non esset iterabilis, vnde si pro delicto adulterij imponeretur persona mortis, licet quis multiplicauerit adulterium, vnicam tantum penam huc, & ratio est: quia persona non est iterabilis. Sed si persona esset iterabilis, tunc pluribus fornicationibus cum eadem muliere habitis teneretur ad plures penas. Pariter in foro penitentiali plus est puniendus, & maior penitentia imponenda esset illi, qui plures deliquerit, quam qui semel. 13 Rursum † committens plures fornicationem, toties confiteri debet, argu. tex. in cap. imitare, 6. q. 1. & 2. q. 1. ca. 2. Hostien. in sum. tit. de pœnit. & remis. §. que interrogaciones, ver. Circumstantiae vero, & in §. qualis debet, vers. frequens. Quod dictum intellige, quando internu pro tempore peccasset, alias si per annum tenuisset anasiam, vel concubinam, pescando cum ea perseveranter diu tempore, tunc sufficeret si dicaret se perseveranter peccasse, vel id egisse, de pœnitent. distinet. 1. cap. 1. Archid. in d.c. imitare. Si tamen vis scire differentia rationem inter multiplicationem fornicationis, & contrectationis, quod illa multiplicatione delictum, † & illa nō, Dic, q̄ ex prima contrectatione est orta furti actione, vnde non potest plus oriri ex noua contrectatione: quia ex multiplicatione contrectationis non multiplicatur interesse eius, cui factum est furtum, sed multiplicatione fornicationis bene inutili.

ultiplicatur contemptus Dei, & ipsius proximi, & sic peccatum. Rursum, ex prima cōrectatione res quo ad possessionē est suris, de restitu. spol. cap. ex literis, unde plures contrectando noti commitit plura fura, sed in adulterio fecerat: quia ex copula adulterina mulier non est viri, nec quo ad proprietatem, nec quo ad possessionem, ideo quoties multiplicat, toties peccat in rem alienam. Ita Pr̄posit. in dicto capit. imitare. 6. questio. r.

Secunda. Furti notari nō possunt, quae res facerunt auctoritate illius, cuius erant res illæ, & persona, cap. dixit, 14. q. 5. Hinc filij Israël rapiētes spolia Aegyptiorum ad Domini iussum, cujus sūt omnia: nam Domini est terra, dist. 8. c. quo iure, ext. de deci. cap. tua. non commiserunt furtum, vt dicit ibi Archid. & Turrectem. nisi causa cupiditatis istud fecissent, arg. 1. q. 5. c. cum minister. Pariter accipere aliena auctoritate iudicis hoc decernentis, non est furtum, quia iam sit ei debitum, per hoc quod est sibi sententialiter adjudicatum. Asten. lib. 1. de furt. tit. 3. art. 3.

16. Tertia. Furti species est + occultatio alienæ laudis, ita Bald. dicit in proa. ff. per tex. in l. pretia rerum, ff. ad l. Fale. & Idem Ioan. And. in procem. sexti qui dicit, quod nihil est adeo reprehēibile, & vituperabile; quam malle potius in furto deprehendi, quam profiteri illi, à quo prosectoris. Et ex hoc insert. Mar. Socin. in rubr. de fur. num. 7. quod sicut non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, vt in reg. peccatum, de reg. iu. lib. 6. ita etiam nō remittitur Doctori, aut magistro, qui alienas opiniones, aut laudes sibi appropriat, nisi restituat.

17. Quarta. Simpliciter afferenti se credibili Dominum permissurum, nō creditur, quia hoc modo faciliter quilibet posset evitare penam furti, sed ex conjecturis debet iudex iudicare, ita dicit Bart. in l. inter omnes, §. recte, ff. eo. (verbi gratia) si esset nimis familiaris Dominus, vel ad accipientem haberet specia-

lem dilectionem, si de acquir. possit, quae iure familiaritatis, vel si esset nobilis, & honesta vita pr̄cedenter, & sequetur, si de iudic. l. si longius spacium, in si. extrā, de donat. c. r. His enim casibus p̄fumere potest iudex Dominum permissurum, vt dicit Archid. in d. cap. p̄nale. Quinimmo, nec simpliciter creditur Domino, si dicat furtum commissum suo consensu: quia posset dicere in fraudem ad liberandum reuera à pena, & inquisitione.

18. Quinta. Inuito-Domino furtum factum dicitur, quando Dominus, non consentit, not. glo. 9. q. 1. cap. ff. probatur in l. inter omnes, §. recte, ff. cod. item si vidit rem auferri, & non contradicit, ut ff. cod. l. pen. Quod intellige, quando ratione timoris, vel etiam verecundie nō contradixit, alias non contradicendo cum potuerit, videtur consentire, arg. in c. error, & c. consentire, dist. 8. 3. Si tamen putarū facere inuito domino, + & tamen dominus vult, furtum quidem facit quantum ad intentionem, sed non tenetur ad restitutionem, nec dominus potest petere obstante sibi sua voluntate, l. inter omnes, §. principaliter. ff. cod. fallit in l. si quis seruo, C. de furt. nam persuadens seruo vt tollat rem à domino, si seruos tollit eam domino permittente, cui prius denunciavit, tenetur furti, & serui corrupti. Quis autem probare teneatur, quod furtum non fuerit Dominus inuito factum. Resp. Arch. in d. c. p̄nale, quod si Dominus agit contra furem, furt probabit. Si autem tertia persona agat, ille, qui dicit, quod inuito Domino, probare debet: quia qui dolum allegat, probare dolum tenetur, ff. de probat. l. exceptionem, §. qui dolum, & l. in exceptionibus. In dubio tamen presumitur dominus inuitus, ff. cod. l. qui vas, §. vetare.

19. Sexta. Inuitus Dominus dici non potest si semel mihi rem + concesserit, ut quia habuit rem pro derelicto, & dedit mihi potestatem accipiendi, & vendendi pro debito, vt l. falsus, §. si quis, & §. fa-

ratum,

- ratum, & Leum ereditor, s. eod. In casu tamen non teneor furti, licet iniurio Domini faciat, videlicet si compellente necessitate famis maxima, de quo per Doc. in cap. si quis propter, defut. vnde inducunt Doctor. glossam ibi. Si enim, 21 quod monachus † tempore necessitatis potest facere elemosynam de bonis monasterij sine consensu Abbatis si integrum non potest haberi Abbas, & idem non in cap. non dicatis, i. q. 2. Sic arbitrator dicendum de vxore, que potest facere elemosynam de bonis mariti imminentia maxima necessitate: cum potius ius habeat uxor in bonis mariti, quam monachus in bonis monasterij: cum ipse propriam vestem non dicatur habere. Idem dicendum de quibusdam rebus viri, scilicet pane, vino, & similibus, que bono, & approbato more conseruerunt ad uxoris pertinere dispensationem, nam potest moderatè dare pro Deo, informans sibi conscientiam, & maritus debeat hoc ratum habere, licet etiam aliquando hoc prohibuerit. Solent enim hoc aliquando mariti prohibere ad terrorem, ut non prohibeant à tanto, sed à toto: quia de alieno mulieres large sunt, de proprijs verò avarissimum est genus mulierum, l. sed si ego, iuncta gl. ff. ad Velle. Potest etiam uxor informare suam conscientiam ex qualitatibus mariti, an pauper, vel diues sit, catholicus, uel non, & cogite si maritus uiderit an pugiat, vel non: & si credit marito disflicere, habeat expressam licentiam, aliás secus. vide Butr. in c. 3. de fur. In casu etiam speciali sit furtum, quamuis fiat Domino volente, vt puta, si persuasi seruo tuo, ut rem suraretur, & ad me portaret, & seruus dixit tibi, & tu coniensisti, & istud est in odium serui corrupti, vt ff. co. l. pen. & diximus supra nu. 19.
- 22 Septima. Qui usurario, vel auaro † re subtrahit causa pietatis, ut inde elemosynam faciat, talis furtum, uel rapinam committit: quia non sunt facienda mala, vt eueniant quæcunque bona, 3. q. 1.
- c. nosse. & 3. q. 4. c. non sunt, sed vide-  
tur, quod ille non faciat furtum, quia non facit hoc animo lucrandi. Sed non est ita, quia species lucri est de alieno clavigeri, si tamen manifestum esset in-  
stanti necessitatibus de rebus occurrenti-  
bus esse subueniendum, puta cum im-  
minet persona periculum, & non po-  
test aliter subueniri, tunc sicut licet po-  
test aliquis de rebus alienis sive occul-  
tis, sive manifestè sublati sive necessita-  
ti subuenire, sic etiam potest necessitatibus  
proximi, sic indigentis subuenire, ita  
Turc. in c. forte, 14. q. 5. Asten. art. 3. li-  
bro 1. vers. Quid si quis, tit. 33.
- 23 Octaua. Qui alicuius fancillam, vel  
metetrixem rapit non causa lucri, sed  
causa liuidinis exercendæ, non committit  
furtum, licet & grauitate peccet, vt ff. eo.  
l. verum, & l. fullo, s. qui ancillam, cod.  
tit. Delicta enim ex sine sorti tur no-  
men. Vnde dicit Arist. q. Ethic. q. qui  
mechatur, vt surretur, potius est sur, quā  
mæchus, idem dicit D. Thom. 2. 2. que-  
stio. 1. artic. 1.
- 24 Nona. Furtum † committit, qui sci-  
ter rem alienam receptat, l. 1. & Leos, C.  
cod. In quibus habetur, quod ille, qui  
scienter receptat res subtrahitas a seruo,  
à filio, ab uxore, vel ab alio, tenetur fur-  
ti, & condicione furtiva, & ponde-  
ra: quia istud procedit etiam, si ille, qui  
recepit non habet animum lucrandi si-  
bi, sed alteri, aut declarat Bar. l. 1. in prin-  
cip. C. cod. per l. si quis perferendum, ff.  
eodem. Hinc sectores terratum, vt in  
scientiam deducantur, & ad propalan-  
dum inducunt homines, faciunt publi-  
ce per præconem præconizari qualiter  
factum fuit furtum talis rei: vnde si quis  
sciret, debet illum notificare, aliás proce-  
dereetur contra cum tanquam contra fu-  
rem, nec male facit qui denunciat: quia  
omnis ordinata charitas incipit à scip-  
so, in l. præses, C. de serui. & aqua. Par-  
25 ter dicit Ang. in l. f. eos, C. cod. quod si  
quis monstrat iter seruo singenti cum  
aliena re, quod tunc monstrans tenetur  
furti, quia licet post delictum non tota-

# Dicit. Aüreopum Par. II. Lib. II.

liter consummatum p̄slet opem, tam  
en fugiendo semper contrectat, sicut  
in illo qui receptat.

Nona. Qui habet voluntatem domi  
25 nis̄ al vnu vium, si utur ad alium,  
comittit surtuon. Hinc infestatur, quod  
qui accipit equum, vel rem alienam comi-  
dat vñque ad locum certum, si cū  
illa re ultra locum certum procedat, sur-  
tum committit, nisi credereat dominum  
per misericordiam, & iusta causa subfit hoc  
credendi. Ita Ananias, in capo cuius cum  
fur, n. 3, de fur. Alters. quis supra, ar. 14,  
qui aliit, quod tali casu non tenetur  
reus terti, etiam si dominus non erat  
27 per misuram. Sic qui t̄ rem sibi conces-  
sam ad utendum alij commodauerit, te-  
netur surti: quia alio vñ sibi concessa  
vtitur. Et quia videtur hoc facere gra-  
tia sui lucri: Species enim est lucrifex ad  
lieno beneficio sibi debitorem acquisi-  
re. Similiter & creditor surtum com-  
mittit, si vñatur pignore his obligato;  
ff. eo. l. si pignore, in principio. Et be-  
neficii constituta est hæc regula, quod  
in omni contrectatione rei alienæ con-  
tra Domini voluntatem committitur  
surtum, cum surtum sit contrectatio  
rei alienæ inuitu Domino.

Decima. Furtum quandoque quis eō  
28 nittit, & tamen non poterit conteniri  
ad hoc surti, videlicet, si fiat surtum illi  
sui in domo eius, apud quem ludit ad  
azarum, vt l. i. ff. de aleat. Et econtrario  
quandoque quis non est surti, & tenetur  
actione surti, vt est tex. pl. i. qui vas, s.  
qui surem; ff. co. vbi conscius surti si nō  
indicat surtem, noui est surti, tamen ten-  
etur actione surti. Sic celans surem sur-  
ti tenetur, vnde Bart. in d. s. qui surem  
concludit, quod quandoque quis celat  
surem: i. seruum fugitivum, tunc ten-  
etur surti, secundum ea, quæ habentur  
in l. i. C. de ser. fug. quandoque quis ce-  
lat alium surem, tunc aut celat cum re  
surtua, tunc tenetur surti, tanquam  
præstans opem furto, l. ens, C. eo. sed si  
celat surem simpliciter, non tenetur sur-  
ti, sed persona illius tituli, ff. de recep-

29. Vnde in d. furtum committit t̄ ne-  
gat depositione illi, qui apud se depositus  
est, q̄ in o. qui in viuorum, de corves  
præben. verum scilicet petret, ut pura  
procurator, tunc negando, non comi-  
mittit surtum, nisi ostendat instrumentum  
procurationis, idem in hæredē, qui  
tenetur ostendere testamentum. Ita loq  
de Anan. in d. c. qui in viuorum, nu.  
vers. in glo. r.

Duodecima. Qui surtutur vt restituat  
30 Domino, t̄ si restitut, talis secundum  
Host. videtur excusat⁹ a surto, arguif  
deposita bona fides, & quia non faciat ini-  
mo lucrandi, vñtiliter eiā gerit negoti-  
tio furis, quare cogitatur ratu⁹ habere, &  
ff. de neg. gest. sed an vñtro, s. c.

Tertia decima. Furtum quandoque  
31 fit & res efficitur surtua, t̄ & tamen  
potest agi surti, pata quando extrebus  
surripuit rem extrebat, pata, ff. S. C.  
& ext. de surti. Quandoque fit surtum,  
& res efficitur, & tamen non potest  
agi surti; exemplum in seru⁹ fugitiu⁹  
qui sui ipsius surtum fecit; L. C. de ser.  
fugi. Exemplum etiam in surto, quod  
faciunt serui, & filii. Domino, & patrij  
serui, & filij, in princ. & de sur. Quan-  
doque fit surrumpit, & agitur surti, & ta-  
men non efficitur res surtua: exemplū  
in debitore, qui surrumpit pignus credi-  
tori, l. sequitur, s. s. r. ff. de vñc. Quandoque  
non fit surtum, nec efficitur res  
surtua, & tamen agitur surti. Exemplum  
in illo, qui suaderet seruo alieno aliquam  
rem domino suo surripere, & se deduci-  
re, & seru⁹ hoc dno suo notificauit, &  
domino permittente hoc fecit, l. s. quis  
seruo, C. de surti. Quandoque fit surtum;  
non tñ efficitur res surtua, nec agitur  
actione surti. Exemplum, qñ filius ami-  
lias rem aduentitij peculij surripuit pa-  
tri, surtum commitit ratione possesso-  
nis, tñ res non efficitur surtua, quia p-  
prietas est filij, ut d. s. si rem, nec agitur  
surti, ut d. h. serui, & filij, in princ. & de  
his plenè per Bar. in d. s. si rem, & per  
Cyn. in d. l. i. C. de ser. fug. in 8. opp.

Quattuordecima. Si res surtua repert⁹  
cur

32 tute penes aliquem, † an presumatur illa subtraxisse, nisi doceat à quo habuit illam. glo. in lius ciuile, C. de sur. tenet, quod non, nisi frequenter emisset res, furtivas, nam tunc propter frequentia, presumuntur particeps furti. Bart. ibi dicit, qd̄ debet inspici pro quanto precio, quis emit, vtrum clani, vel palam, & sic ex istis, & similibus indicijs perpendetur, l. dolum, C. de dolo. Et hoc idem sequitur Bald. dicens, qd̄ propter qualitatē personae, & frequentiam actus, sepe de aliquo malum presumuntur, & ideo dicit, qd̄ si iudicis videbitur, poterit deueniri ad torturam, arg. l. de minore, §. tormenta, ff. de quest. Si autem iudicii non videbitur persona torquenda, quia est grauis, & honesta, tunc ex possessione non presumuntur furtum, l. nō omnes, §. à bartis, ff. de re mali. Et non obstat l. minorem, C. de fals. vbi qui vtiuit falso instrumento, presumuntur illud scieisse, nisi ostendat adorem: quia ibi nō solum instrumentum erat apud se, sed etiam illo utebatur, vnde ex quo illo vtiuit, v̄ originem sumpsisse ab illo, nisi aliud apparat, vt ibi declarat Bal. post But. & prædicta etiam sequitur Sal. in d. l. inciuiile.

33 Quindecima. Fur licet rem ab eo subtrahat, & desierit possidere, & possessio peruerterit ad tertium, Innoc. tamen in e. qui cum sure, co. tit. dicit, qd̄ tenetur restituere, si habet vnde restituat; & ratio est: quia si res ipsa perijset, tenetur de casu sortito propter morā, in qua sur digitur semper esse, l. in res sua, ff. de cond. fur.

Sextadecima. Scholaris amisit li-  
34 brum, & credit, quod sit in domo Titii, ad eius petitionem non potest iudex persecutari in domo illius, vt nos diximus, lib. 2. in nostris decisi. ca. 93. nu. 3. s. vers. nona: nisi essent servi fugitiuii, vel aliae personae, vt si vxor alicuius fuderet in domū scholaris. Et ratio differentiae inter seruos, & alias personas, & mobilia est: quia personas dolum committere possunt, sed aliae res inanimatae non, & ideo non debent pati fieri. & in diui-

tibus est ratio: ne detegatur pompa rei familiaris propter iniuidiam: in pauperibus est ratio: ne detegatur vilitas paupertatis. Et istud procedit secundū Bar. & Bald. in l. requirendi, C. de seru. fug. nisi aliqua iusta præsumptio moueret iudicem in contrarium, videlicet quia res subtracta esset in domo: Nam præsumptio facit operari ea, quæ aliás non ferent, l. 1. cum si. C. de quest. Et dicit Bald. quod sufficiunt levia indicia, quia agitur de nullo, vel modico præiuicio. Præterea inuestigatio fieri potest ad publicam utilitatem, indistinctè, per Lomnes, C. de aqueductu, lib. 11.

34 Decimaseptima. Qui mandat mihi, vt faciam furtum † alicuius rei, si res non est præsens, qui mandat non tenetur: quia est consilium: sed qui coepit re, tenetur, ff. de sur. l. falsus, §. 2. Si vero res est præsens, vterque tenetur, vt ibi, & ff. resum amot. l. mulier. Si vero qui coepit res, noluit tractare, quia credit res esse mandantis, neuter tenetur, l. vulga tis, ff. cod. Archid. c. fi. 14. q. 6.

Decimaoctava. Secundum leges pot 36 quis † accipere pecuniam pro indicando surem, nō tamen secundum Canones, ita glo. 1. q. 1. c. quod quidam, §. ex his verbis, circa princeps. & ibi Arch. & idem tenet Lau. Vinc. dicit etiam Arch. quod quamvis peccet is, qui surem non indicat Domino querente, nō tamen ad iudicium est quis per iudicem compellendus, vnde male faciebant illi rectores, de quibus habetur in cap. dilectus, de excessu prelat.

37 Decimanona. Quis piā recepit preciū à fure vt nō reuelaret alicui, qui postea reuelavit, poterit premium condicere ab eo, ita Archid. potest Vinc. in d. cap. quod quidam, §. ex his, nu. 16. per tex. in l. 1. & 2. ff. de cond. ob turp. caus. Licet ipse indicare debeat his, qui possunt pdesse, non obesse, 2. 2. q. 5. cap. hoc videtur. Hoc stetit. vero in summa huius tit. sub rub. de cond. sur. §. fin. vers. illud sciendum, dicit, quod in foro iudiciali sue canonico, siue ciuili, si noluit indicare propter R. 3 lucrum,

# Decis. Auréarum

## Par. II. Lib. II.

luctum, quod inde sentit, quod est, quia participauit, vel quia à fure percepit pecuniam, ne indicaret, & tunc tenetur si cut sur. & ita procedit text. in cap. qui cum fure, eod. tit. talis enim turpiter accepit etiam secundum leges, l. si quis & seruo, ff. de cond. ob turp. caus. Non tamen est cogendus, si non vult indicare propter amicitiam, uel humanitatem, quam cum fure haberet, ita Ana. refert in d.c. qui sur, nu.7.

38 Vigesima. Ad petitionem partis quis non tenetur indicare furtum, sed ad petitionem iudicis sic. & ita intelligitur text. in d.cap. qui cum fure, ibi furti conscientia. Furtum autem ad petitionem iudicis tunc tenetur manifestare, quando est interrogatus, ut testis in causa inchoata cum certa persona, quia de necessitate testis habet deponere, ea dilectorum, de testib. cogen. Rursum, quando iudicium est inchoatum cum persona incerta, & indeterminata, ut quia iudex inquirit contra sues, i.q.i.c. si pecauerit. Item potest quis, sed non cogitur indicare, quando ego volo, quod ille, cum quo inchoauit iudicium, dicat mihi authorem suum, & ita loquitur text. in l. in cuius, C.eo. Non tamen tenetur indicare, si ex furiis revelatione imminaret periculum mortis, vel truncationis membra, aut maioris partis bonorum, vel si seiret per secretam relationem in confessione, cap. omnis, de poen. & remiss. c.dilectus, de excess. præl. vel si iudex interrogaret non tamen ut testis, & ille sciret per secretam relationem, argum. glof. not. in c. nerui, 13. dist. & ita debet limitari d.cap. qui cum fure. Dum dicit, surti conscius.

Vigesimaprima. Duo fecerunt pacem, 39 & promiserunt se inuicem non offendere sub pena, & unus alteri fecit furtum, vtrum dicatur rumpere pacem, & incidere in poenam. Bar. in l. ilicitatio, §. quod illicite, ff. de pub. ita distinguunt, quod aut fuit promissum non offendere in ære, & persona, & tunc incidit in poenam, tā quam fractio pacis: quia faciendo fur-

tum offendit dominum in ære. Aut fuit promissum non offendere in persona, & tunc fecis. aut fuit promissum simpliciter non offendere, tunc Bar. in l. verum, ff. cod. simpliciter videtur velle, qd non dicitur venire contra pacem: quia non facit animo vindicandi, de quo etiam habetur per Anch. in c. petitio, de iure iur. ita Anan. in cap. 1. num. 4. ver. ultimo pone, extr. de surt.

40 Vigesimasecunda. Si unus simul furtum plures res, committit unum furtum. Sed si separatis, committit plura, ita text. & glos. in lecum qui, §. idem dicit, ff. de sur. Et hoc facit pro statuto; quo cauetur, quod pro primo furtu fustigetur, pro secundo amputetur auricula, pro tertio suspensatur, nam si plures res furantur simul, iudicabitur unum furtum, quia hoc operatur identitas temporis, nota in l. 1. C. unde vi, & in l. vulgari, ff. cod. & in l. nunquam plura, ff. de priuat. de-lict. Ang. in d.l. cum qui, §. idem dicit.

Vigesimatertia. Qui reperit saccum pecuniarum in via, ut sit immunis a furtu, debet statim facere preconizari cuius sit, cum verisimiliter presumatur; quod res non sit habita pro derelicto, & hoc ex qualitate rei: quia non est verisimile, quod quis sponte pecuniam proieceret. Verum si non faceret praconizari, sed in veritate non haberet intentionem fraudandi, sed capiendi, & restituendi vero Domino, si appareret, non tenetur. Et maxime procedit hodie secundum Domin. Abbatem, quia de consuetudine ille, qui perdit rem, facit illam praconizare, quare ligite quis potest expectare, ut praconizetur. Si vero ex qualitate rei iste verisimiliter presumpsit re habitam pro derelicta, tunc non committit furtum cum non sit contrectatio scandalosa. Liacens, §. qui alienam, ff. cod. vide Ioan. Andr. in cap. ex litteris, eodem titu. vbi dicit inter alia, quod aliquando res aliena iacet in publico proiecta sponte, quandoque iacet proiecta coacte.

41 Vigesinaquinta. Licitum est priuato

to capere latronem, & furem, non ut retineat, sed ut ad iudicem ducat. L. capite quinto, ff. de adult. Et hoc, quia nisi caperetur, aufugere, i. ait prator, §. si debitorum. ff. de his, quae in frau. credit. vbi est bona glo. Vnde fit, quod si potest capi, non potest impune offendere, & ita debent limitari iura, quae dicunt, quod nocturnus fur possit occidi. L nullus, C. de iudic. cap. 3. de homic. quia debet intelligi, quando comprehendendi non potest sine occidente. Vnde Dom. Abbas insert, quod licet fur comprehendendi non possit de nocte, ex quo tamen sicut cognitus, & per iudicem possunt bona rehabet, quod tunc non debet occidi etiam de iure ciuilis, & sic probatur in cap. 2. de homic. quod not. glo. & maxime Bar. in l. itaque, ff. ad l. Aquil. & plenius in L surem nocturnum, ff. de fiscar. quod est bene notandum, quia videtur eadem ratio in nocturno, & diurno: quia si nocturnus potest cognosci, non debet occidi, & si diurnus non cognoscitur, potest occidi. Exemplum in nocturno: quia forte lucebat Luna, & sic de faciliter poterat cognosci. Exemplum in diurno, quia vidi unum equitantem equum meum, quem furatus fuerat, & fugientem, quia possum illum inseguiri, & illum occidere, si non possum recuperare equum meum. Verum eti si hoc licitum sit de iure ciuilis, tamen in foro penitentiali videtur dicendum, quod quis potest impune occidere furem, vel latronem se, & sua liberando, vel se tantum, ita not. in c. 2. de homic. Verum pro rebus tantum libera dicitur communiter dicunt legiste, quod si bona aliter seruari non possunt, licitum est furem occidere, ita dicunt in l. C. vnde vi, qua quidem opinio potest procedere. in foro tantum seculari contentiousio non autem in foro animae, ubi imponi debet penitentia, d. c. 2. facit etiam tex. in cap. suscepimus, de homic. vbi litera dicit, quod potius debet quis relinque retunicam, & pallium, & sustinere iacuram ipsorum, quam aliquem interfici. 43 ceter. Quis autem dicatur fur, vel lat-

tro. Die breuiter, quod fur nocturnus dicitur à furuo. i. nigro, quia incedit in tenebris, & de nocte, ut habetur in §. sursum. Inflit. de oblig. quæ ex delic. Latro vero dicitur, qui incedit de die. Sapientem venum ponitur pro alio, de quo in c. 2. de furt.

Vigesimaquinta. Quinque requiruntur, ut fur possit promoueri ad t. sacros ordines, cap. fin. cum glo. de furt. Primum, quod sponte confessus fuerit. ex quo colligitur, arg. glo. 1. in d. c. f. quod mitius agitur cum sponte confessio, de quo est text. in cap. quidam maligni, 1. q. 5. & ibi ad hoc not. Gemin. Secundum, quod satisfecerit laeso, quod intellige, si potest, ut dicit glo. 2. Tertium, quod infamia non infurixerit contra eum. Et sic, quod fur non sit infamis. Et nota, quod tunc demum fur est infamis, quando per sententiam diffinitiuam esset condemnatus, & ita intelligitur tex. in l. nō potest, ff. codem. Sic etiam confessio in iudicio cum inducat notorium, cap. vestra, de cohab. cler. & mul. reddit surem infamem, verum si ille, qui confessus est, satisfecerit, non erit infamis. I. si res, ff. de procu. vbi per Bar. Quartum, quod peregerit penitentiam, seu partem, & ratio ponitur in glo. pen. in d. c. f. Quintum, quod alias sit idoneus, & non tuerit coniunctus de furto manifesto. Quis autem dicatur t. manifestus, diuersa differunt. Ang. in l. 3. ff. cod. dicit, quod dicitur fur manifestus, etiam si nō apprehendatur, sed ad eum apprehendendum occurrit cum clamore, Bar. vero dicit, per tex. in d. l. 3. quod fur dicitur manifestus, quando quis apprehenditur in aliquo delicto, licet non in aliquo actu propinquuo ad ipsum delictum. Vnde si aliquis visus fuerit fugere cum gladio euaginato, & repertus aliquis mortuus, certe, ex hoc dicitur homicida manifestus, vel fur dicitur manifestus, qui cum furto apprehenditur, antequam ad locum deueniat destinatum; non manifestus, quando fur non apprehenditur, l. 2. & 3. ff. cod.

21 Vigesimasexta. Furti pœna alia est de iure ciuili , alia de iure canonico † potest enim agi contra furem ciuiliter , & criminaliter , ciuiliter ad poenam pecuniariam , & criminaliter ad corporis pœnam . Si criminaliter agatur , & fur tum est simplex , poena est fustigatio , vel exilium , vel arbitraria iudicii , vt videbitur , non tamen debet exoculari , vel suspediti , aut demembrari . Si autem sit fur publicus , & famosus , qui saepius commis sset furtum , vel violenter aggredere tur cum armis , licet secundum iura scri pta non sit suspendendus , contrarium tamen in multis locis seruatur . Quæ cō suetudo est rationabilis , tum propter conseruationem cōis pacis , & quietis , tum propter intortigibilitatē . Si vero agitur ciuiliter , pœna furti manifesti est quadruplum , nō manifesti vero duplis , extr. eo. c.2. Secundum autem canone , si furtum sit occultum , & fur sit sponte confessus post restitucionem , si eam facete possit , & post peractam penitentiam , vel partem , recte ad sacros ordines promouetur , c. ex litteris , eod. tit. Si vero in delicto quis fuerit deprehēsus , & interfactus , cum constet eū decessisse in peccato mortali , non orabitur pro eo , securi si ante mortem sit confessus , quia communio non negatur , extr. eod. c.2. Accusatus autem , & confessus , & conuictus , deponitur , & in monasteriū detruditur , extr. de penit. cap. tute .

47 Vigesimaseptima. Furtū semper † est peccatum , Exo. 20. Non furtum facies , Tum quia opponit iustitiae , cum sit acceptio rei alienæ . Tum ratione dolii , quæ fur committit , occulte rem alienā usurpando . Et cum contrarietur charitati , ad quam pertinet ut proximo velimus , & operemur bonum , est peccatum de sui natura mortale : cum proximo infestamus in rebus damnum . Hinc collige te poteris in omnibus precedentibus decisionibus , in quibus fur tenetur pot na furti , peccasse mortaliter .

48 Vigesimoctaua. Si † vrgens , & euidentis necessitas sit , vt necessarium sit de

rebus alienis occurrentibus etiam subuenire , & aliter subueniri non potest , licet potest quis ex rebus alienis suis necessitatibus subuenire , siue manifeste , siue occulte sublati , nec hoc habet propriationē furti , vel rapinæ . Si tamen effet clandestina ablatio , & aliud effet qui inculparetur , consulendum effet ut illud patet . Aduertendum tamen est , q̄ ablatio debet commensurari necessitate , sicut in simili dicimus de meritis , in lxi forte , ff. de cast. pec. Quinimmo non solum pōt sibi subuenire in propria necessitate , sed et alteri , si de suo non possit subuenire . Ad predicta vide B. Th. 1.2. q. 66. art. 6. Ex quibus etiam infertur , 49 q̄ † pauper potest agere cōtra diuitem , vt ei subveniatur , non quidem iure actionis , sed implorare officium iudicis contradiuini , qui peccat non subueniē do , gl. not. in c. sicut , dist. 67. si tamen ha beret consanguineos , deberet prius contra proximiō gradū officium iudicis implorare : quia talis magis peccare non subveniendo consanguineo , argu. 86. dist. cap. non satis , c. est probanda .

50 Vigesimanona. Licet qui dat cauam rei illicite teneatur ad omne id , quod se quitur ex illo , vt not. glo. , incap. sicut nobis , de testi . tamen fallit in eo , qui fre git ostia meretricis causa libidinis , nam si fures intrauerant domum , & aliquid furto subtraxerint , ille , qui fregit non tenetur furti , ita tex. in l. verum , ff. de furt. facit ad id , quod habetur in l. quoniam iniuria , ff. eod. tit. quamvis Bar. in d. l. verum dicat , quod tenetur actione legis Aquiliae .

### S V M M A R I U M .

- Iudeorum , & Saracenorū materia ubi explicetur .
- Iudei qui , & unde dicantur , nn. seq.
- Iudei prius dicebantur Hebrai , et quart. sub num. 3.
- Saraceni qui sunt , & dicantur cœlicole .
- Saraceni appellavit pagani , & quart. Saraceni appellebantur , nn. 6.

Iudei

- 7 Iudei peiores sunt Sarracenis, & Sodomites. ¶ nro. 5.
- 8 Iudei qualiter à Sarracenis differant.
- 9 Christianus non debet cum Iudeo comedere, vel habitare, nisi in casu, nro. 10.
- 11 Christianus non debet ad se vocare Iudeum medicinus, nec medicinas ab eo recipere.
- 12 Christianus licet cibaria à Iudeis emere, & illas uti.
- 13 Christiani quare à Iudeorum consuicio, & non à colloquio prohibeantur.
- 14 Christianus potest à Iudeo medicinam emere, ac sumere.
- 15 Sinagogas de nono facere Iudei non possunt. ¶ 16.
- 17 Sinagogas quare permittat ecclesia, & vefella sua colans, nro. 18.
- 19 Iudei debent habere habitum distinctum à Christianis.
- 20 Iudeus fugiens ad ecclesiam gaudet immunitate.
- 21 Iudei, vel pagani inducendi, sed non cogendi sunt ad fidem.
- 22 Iudeorum filii inniti parentibus ambizandi, & quid de filiis apostatarum, nro. seq.
- 24 Iudei ad fidem conuersi possunt succedere, & petere dozem, alimenta, & legum mancipia vivente, nro. 25.
- 26 Iudei ad fidem conuersi an retineant bona.
- 27 Episcopus invitans Iudeum ad fidem, an possit permittere bona sua illiciē acquista.
- 28 Iudeus ad fidem conuersus non potest illiciē acquista de per se, erogare paraperibus.
- 29 Religiosi non possunt male ablata, fibi, vel fratribus applicare.
- 30 Iudeus per conuersiōnem abolevit omnis ingratuatio.
- 31 Item an possit contrahere cum alia, coniuge superstite Iudea.
- 32 Iudeus quando sit baptizandus, & quo tempore.
- 33 Iudeum ad fidem conuersum filii sequi debent, & non marrem Iudeam.
- 34 Iudeus an coniunctionibus, vel lego dini-
- na aut statim municipalibus ligentur, nro. 35. ¶ 47.
- 36 Iudeus carnaliter cognoscens Christianā, vele contra, vel blasphemans, qualiter puniantur, nro. 37. ¶ 39.
- 38 De his, qui foris sunt, nbi ad nos qualiter intelligatur.
- 40 Iudei, & infideles indirecte excommunicari possunt.
- 41 Iudei non sunt ad officia publica admittends, nec Iudeus Doctor esse potest.
- 42 Iudeus officia publica recipiens qualiter puniatur.
- 43 Dominus potest redditus suos Iudeo vendere.
- 44 Iudeus an possit testificari, vel succedere ab incestato, nro. 45.
- 46 Christianus non potest Iudeo aliquid relinquere in testamento.
- 48 Christianus prohibitus est deferre arma infidelibus.
- 49 Praestantes auxilium ad delinquendum quandoque pari pena cum principali tenentur.
- 50 Merces conducens per vim ad locum prohibitum, pœnam non miseretur.
- 51 Iudei, & Sarraceni an possint intrare ecclesias Christianorum.
- 52 Iudeus à Christiano confusus circa eorum sciam.
- 53 Iudei non debent habere Christianos seruos, sed bene possunt in aliquo opere extra domum servire.
- 54 Ecclesia in 18 casibns de Iudeis indicat.
- 55 Tributum lenantes à Iudeis ob permissionem usurarum, sunt excommunicati.
- 56 Cogit an possint Iudei ad restituionem usurarum.
- 57 Usuras accipere à Sarracenis, vel Iudeis an sit licetum.
- 58 Iudeus accipiens usuras à Christiano mortaliter peccat, & compellendus est ad restituionem.
- 59 Iudei afferentes usuram non esse peccatum, an sine heretici.
- 60 Princeps an possit sine peccato Iudeos expellere à suo regno, & eis bona auferre.

De Iudæis, & Saracenis.  
Cap. XXXIII.

**V**IA Iudæi, & Saraceni vniuent contra primum præceptum Decalogi, Deum dehonocentes male colendo, ideo considerandum est de Iudæis, & Saracenis. Et primo, qui dicantur, & vnde, secundo qualiter differunt. Deinde deuenimus more nostro solito ad Decisiones.

1. De materia † habetur 23. q. 8. cap. dispar, & 28. q. r. cap. caue Christiane, 23. q. 4. s. & 6. per totum, & 28. q. 1. cap. Iudæi, cum quatuor primis capitulis sequentibus. 45. dist. cap. qui sincera, 11. q. 3. c. ad mēlam paganorum. Et repetitur ista rubr. in Clem. Et conuenient multa iura, vt per Ioan. And. in rubr. eod. titulo. 2. Circa primum sciendum est, q. † Iudæi secundum Archid. in capit. Dominus, d. 57. & Io. de Anan. & Mar. Soc. atque scribentes in rubr. eodem tit. atque per Asten. lib. 2. tit. 57. dicuntur, qui legem Mosaicam ad literam tenet, se circuncidendo, & alia legalia veteris testamenti faciendo, non considerantes, nec attendentes ad vim, mentem, & potestatem verborum. Et hinc est, quod qui nimis adherent literæ, dicuntur Iudaizare, quod Christiani facere non debent. cap. 1. s. per nul. de sac. vñct. s. dist. in prin. de celebr. miss. cap. cum Marthæ. 5. ceterum, facit tex. in l. scire leges, de legi. Vbi scire leges, nō est verba eorum tenere, sed vim, 3. ac potestatem. Dicti autem sunt † Iudei à nomine dignioris tribus, scilicet tribu Iude Patriarcha, quæ inter alias tribus fuit bellicosior, & primam aciem in bellis, & Regis priuilegium obtinebat, scilicet, vt de ea sola tribu crearetur Rex. Sicut ex tribu Leui Sacerdotes accipiebatur. Prius autem dicebantur Henrei ad Heber, qui fuit prœpos Sém, abne- pos filij Noe, & interpretatur transitus, eo, quod ab illa gente transire, & recede re deberet Dominus. Et iste Heber, à quo dicti sunt Hebrei fuit ille secundū

Damas. & refert Holt. eod. tit. §. 2. in fin. cuius familia cultum tenuit vnius Dei, ceteris idolatria fidelatis. Saraceni vero † dicuntur, qui innumeros Deos, Deasq; colunt, vel rectius loquendo démones adorant, & isti non receperunt, nec vetus, nec nouum Testamentum, licet quidam ex eis receperint quinque libros Moysis, vt dicit Io. And. hic in rubr. & Holt. in summa, de Sarac. §. 2. Et hi Saraceni cœlicole appellantur per ius ciuile, vt in rubr. C. de Iud. vbi ibi dicit, quod cœlicole sunt, qui planetas collunt. Qui etiam dicuntur pagani, quasi extra fidem nostrā. Dicitur enim paganus à paga græcæ, quod est villa, vnde paganus quasi in villa habitans, vt quia non ciuium, sed rusticorum more, & quasi bestiali modo viuunt. Qui Saraceni licet potius † dici deberent Agare ab Agar, quæ fuit ancilla Saræ, & Abrahæ, tamen voluerunt nuncupari à Sara libera vxore Abrahæ, quamvis ab ea nati non sint, nec ab ea originem habuerint. De hoc tamen vide 3. 2. quæst. 4. cap. recurrent. & cap. dixit Sara glo. in cap. & si Iudeos, infra eodem. Archid. §. 6. dist. cap. Irael. Hi vero Saraceni dicuntur ethnici, i. gentiles, qui absque fide, & sacramentis viuunt. De quibus dicitur ad Rom. 2. Gentes, quæ fidei non habent. At † qui peiores sunt Saraceni, vel Iudæi? Dic, quod Iudæi, quia habentes notitiam scripturarum de Christo eis non credentes, Christi prædicacionem nō receperunt, nec eis promissum Prophetam per Moysen Deut. 18. receperunt, nec eorum Salvatorem venientem admiserunt, vnde nimia malitia exacerbata nec scripturis, nec miraculorum operationibus (quaæ ei testimonium prohibebant) crediderunt, in quo eorum culpa nimium aggrauatur, vnde Dominus Io. 15. Si non venissem, ait, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habet de peccato suo. Immo dicit tex. in c. nonne, 1. q. 1. peiores sunt Sodomitis: quia Sodomites peccabant fornicatione carnali,

carnali, Iudei verò spirituali per infidelitatem, quod quidem peccatum grauius est omni peccato carnis. Item Sodomites tantum naturalem legem transgressi sunt sed Iudei etiam scriptam. Illi predicatores non habuerunt, isti etiā Iesum Christum. Apud illos nulla miracula facta sunt, sed apud istos multa. Et præterea Iudei Christi unum crucifixerunt, de penitentia. 1.c. perniciose. Dicuntur etiam largi modo Iudei heretici, cum sint extravinitate ecclesia. Differunt tamen Iudei † à Sarracenis in hoc, quia Iudeos non debemus occidere, vel ipsoliare, sed Sarracenos sic, 23. q.8. c. dispar. arg. 45. d. c. qui sincera, ext. de Iudeo. c. sicut, not. Archid. in c. si de rebus, 23. q.7. Item in multis alijs, prout ex sequentibus Decisionib. manifestum fiet, quarū prima est.

Christiani † nullo modo debent cum Iudeis comedere, nec habitare, nec eos ad sua coniuicia recipere, 28. q.1. c. nullus, & cap. seq. vbi Hugo in d. cap. nullus intelligit, per azimam omnem cibum Iudeorum prohibutum. Et habitantes cum eis sunt excommunicandi. cap. Iudei. verb. excommunicetur. extr. codicem Et ita non sunt excommunicati ipso iure, cum text. loquatur per verbum futuri temporis, secundum quod traditur in cap. si diligenter de foro competet. & ratio prohibitionis fuit, non propter cibi immunditiam, sed in detestationem, & odium Iudaicæ superstitionis, scilicet ne videamur eorum facta venerari. Vel me lius, quia vt ipi nostros cibos discernunt, & cuitant, ita & nos ab eorum cibis abstinere debemus, c. omnes, 28. q.1. Non tamen prohibentur Christiani à coniuvio gentilium, 11. q.3. cap. ad mensam. Licet multi, & melius dicant indistinctè, quod nec cum Sarracenis debent Christiani facere prædicta, tum quia & ipsi more Iudeorum Iudaizant se circumcidendo, tum quia discernunt nostros cibos. Ita Ray. & Goff. & Turrec. in d. c. nullus, nume. 3. Excipitur tamen 10 casus, † in quo licet vt cibis appositis à paganis temporibus tamen scrutatis ab

ecclæsia statutis, vt cum ad prædicandū Christi fidem accederent Christiani, extra cod. cap. quam sit, & ita intelligitur tex. in d. cap. ad mensam. Item instante necessitate famis: nam si aliter euadendiadiutias non pateat, licet possent Christiani vt cibis non solum paganorum, sed etiam Iudeorum, quamvis sit dictū, & esset cibus immolatus idolis. Et nō obstat tex. in cap. sicut, 32. q.4. vbi sanctius est fame mori, quam idolotico cibo veisci, quia intelligendus est, quando vesce retur ad venerationē idoli, alias in summa necessitate famis posset eo vesci, scilicet protestando, quod non comedetur ad venerationē idoli: quia necessitas non habet legem: Sic licet Christiani 11 cum † sint infirmi non debeant Iudeos vocare, nec ab eis medicinam recipere, nec se cum eis in eisdem balneis balneari. cap. nullus, 28. quæst. 1. alias grauitate peccant, cum sint excommunicandi, si sint laici, & deponendi, si clerici, tamen si Christianus moreretur, nisi iuuaretur à medico Iudeo, cum medicum alium inuenire nō posset, quam Iudeum, tunc excusatetur, cum necessitas non habeat legem. facit cap. discipulos, de consecrat. dist. 1. vbi discipuli transentes per lata, euellebant spicas, & manducabant confricantes manibus. Sic David cum esuriret, & qui cum eo erant, panes propositionis suppressit, & manducavit, & dedidit illis, qui cum eo erant, quos non licetbat edere nisi sacerdotibus, cum tempore necessitatis omnia sint communia, cap. 1. distinct. 42. cap. 2. 12. quæst. 1. c. si quis, dofurt.

Secunda. Licet prohibitum sit comodere cum Iudeis, tamen cibaria † ab eis emere, & illis vt possimus: quia omnia sunt munda mundis, c. a. proposuisti, dis. 82. ideo comercium talium nō est prohibitum, vel commissio, vnde licet quis potest emere talia ab illis, & comedere illis non videntibus. Quod idem die de pannis, vel alijs rebus venalibus. Turturcrem. in d. cap. nullus, numero 2.

Tertia. Christiani prohibentur à cōuiuio

13. Iudæorum, non tamen a colloquio, & ratio est: quia maior familiaritas contrahitur in conuiuio, quam in colloquio, et facilius quis decipitur inter epulas, 22. q. 4. c. vnuſquisque. Item ideo non prohibetur colloquium, vt possimus eos lucrati, docendo, & prædicando, quod sine communi colloquio fieri non posset. Debent tamen abstinere similes, si nesciunt eorum errores consultare. An vero cum infidelibus sit de fide disputandum, diximus in prima par. nostrarum Decis.

14. Quarta. Potest Christianus † à Iudeo medicinam emere, & emptam per se, vel alium Christianum sumere. Item Christianus potest vendere medicinam Iudeo, non tamen illam exhibere, nisi forte causa pietatis, & humanitatis, Archidiac. & Turretin. in d. capit. nullus, numero 5.

Quinta. Iudei non possunt de nouo 15 nouas † constitutre Sinagogas, sed bene possunt antiquas reficere, vel readificare, cap. Iudei, cap. consuluit, extra eo. Quod Henric. in d. cap. consuluit, intellegit, modo aliquid de pristinis ædificijs remansisset, alias secus, si nihil remansisset, pro quo C. de ædif. priu. l. si is contra quem, iuncto tex. in §. ex diuerso, & quod ibi not. de rer. diuis. Item intellige ut reficiant eadem forma: quia vbiunque mutaretur pristina forma, videtur nouum ædificium, Dom. Ant. cons. 68. Marian. Socin. in d. cap. consuluit, non enim possunt ampliare, nec magis sumptuosas, aut pretiosas facere. facit quod habetur in l. 3. §. reficere. ff. de itin. act. priu. Licet hoc non serueretur, quia reficiendo aliquando ampliant, & pretiosores faciunt.

16. An vero possint † Iudei in noua Ciuitate nouam sinagogam erigere. dicit Flor. quod non, nec de licentia Episcopi, cum sit prohibitum de iure communii, & ideo in secessione Papa non dispensat, nisi reperiatur iure permisum in cap. dilectus, de tempor. ordin. ita Ananias in d. cap. Iudei, i. num. 2. vbi etiam

n. 1. dicit quod Sinagoga Grace, Latine interpretatur aggregatio, quia ibi Iudei se aggregant. Vnde ex dictis in nu. 1. in fertur, quod dispositio vetans aliquid acquirere de nouo, non dicitur vetare iam acquisita retineri, & sic cum ius vetata liquid in futurum, perimit in præteritum. Sicut quedam dirimunt contrahenda, quæ non dirimunt contracta. c. quemadmodum de iure. I. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alii. iur. Item insertur, q. si de instrumento debet solui gabella, si instrumentum reficiatur, illa, non est soluenda, nisi solemnis requisita in conficiendo requiratur etiam in reficiendo. Ita Fel. in d. c. Iudei, & clavis in c. consuluit, eo. tit. Sic licet alicui priuato sit prohibitum castella ædificare nouo, non per hoc intelligitur prohibita reparatio iam constructorum. fact. l. 1. §. si quis ædificium, ff. de no. ope- 17 ris nunciatione. Sed quare Iudeis permittat hoc Ecclesia? Dicit Hostiensis, quia sperat illorum conuersionem, & ideo tolerat. vel quia sunt memoria maximi fundamenti fidei nostræ.

18. Hinc permittit Ecclesia † vt Iudei festa sua colant, c. qui sincera, in ff. dist. 45. & c. sicut, ex tr. eod. Et hoc, quia testimo niū fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura nobis presentes quod credimus. Igitur Ecclesia illos tolerat, si et peccant propter huiusmodi bonum, quod ex eis prouenit. Aliorum vero infidelium ritus, qui nihil utilitatis, vel veritatis afferunt, non sunt aliqualiter tolerandi, nisi forte ad aliquod malum eu-tandem, scilicet ad evitandum scandalum, vel dissidium, quod ex eis posset pronenire, vel impedimentum salutis eorum, qui paulatim sic tolerati conuentantur ad fidem. Item D. Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 2. Turretin. in d. cap. qui sincera. An vero possint Iudei compelli seruare ferias, & festiuitates nostras. Dic, quod non. Ita Archid. in cap. rogationes, de confec. dist. 3. Mar. Soc. in c. sicut, n. 17. extra eod.

19. Sexta. † Iudei debent portare habitus diuer-

diuersum à Christianis tam de die, qua  
de nocte: quoniam in utroque tempore im-  
minet periculum, & debet pateretur dictus  
habitus, adeo quod si non pateretur, vt pa-  
ta quia cooperium alijs pannis defer-  
rent, venirent contra constitutionem  
tex. in eis in nonnullis, extra eod. Mulie-  
res vero ipsorum debent portare quot-  
diam velum in capite, quod dicitur ora-  
rium, de quo habetur in cap. Monacho.  
27. q. 1. Sic & clerici à laicis per habitum  
debent distinguiri, c. clericis, de vita & ho-  
nestetate, sic & meretrices ab alijs. Et ita  
ex prædictis patet quod per signa cognoscit-  
ur signatum. & per nutus cognoscitur  
res, de qua agitur, l. nutu. ss. de leg. 5:  
Iacobus, C. de testam.

<sup>20</sup> Septima. Iudeus ad Ecclesiast. f. su-  
giens gaudet immunitate, & hoc con-  
tra nonnullos Iuristas, & Ananiam, vt  
referunt Felini in cap. Iudæi, vel 1. de Iudæis  
& ratio est: quia etiam possimis uitris con-  
cedit Ecclesia hoc beneficium, vt cognoscant  
ingratitudinem suam, ita Car. &  
Imo in Cle. 1. depoenit. & reh. Arch.  
in cap. dissentiuit, 17. quæst. 4. Abb. in ca-  
pit. inter alia, in verb. extrahendus, de  
immunitate ecclesie.

<sup>21</sup> Octava. Infideles, & vt Iudæi, vel Sar-  
raceni, qui nunquam receperunt fidem  
sunt ad illam auctoritatibus, & blan-  
dimentis inducendi, & non cogendi:  
quia credere est voluntatis, & seruitia  
coacta Deo non placent, 45. dist. cap. de  
Iudæis. Si tamen conditionaliter co-  
acti, vt per minas de ablatione rerum sua-  
rum, per verba, vel similem coactionem  
baptisma receperunt, & postea à fide re-  
cesserunt, cogi debent redire, ne fides co-  
temnatur, vt ibidem. Si tamen absolute  
coacti baptizarentur, non recipiunt fa-  
cramentum baptismi, nec deberent ad  
fidem cogi, cap. maiores, extra de baptis-  
ti in fi. At infideles, qui fidem quandoque  
recepert, vt hæretici, & quicunque  
Apostate, etiam corporaliter cogi de-  
bent vt seruent quod promiserunt. Ita  
Astenf. lib. 2. de infidel. artic. 3. ibi. Cir-  
ca secundum.

<sup>22</sup> Nona. Pueri Iudeorum & filii si sunt  
infra annos discretionis, secundum co-  
munem opinionem, & usum ecclesiæ,  
nunquam sunt in iuris parentibus bapti-  
zandi, vt dicit Hætic. & Fel. in cap. si-  
cūt Iudæi, eod. tit. tum ob periculum fi-  
dei, quia baptismus ante usum rationis  
de facili ad persuasionem parentum per-  
uerteretur, cum quia filii ante annos di-  
cretionis secundum naturalem iusticiæ  
debent esse sub cura parentum: Quare  
si ipsis in iuris baptizarentur, fieret illis  
in iuria, quod est contra rationem natu-  
ralem. Ita etiam consuluit Cald. de Iu-  
dæis, consl. 3. si tamen parvuli essent in ar-  
ticulo mortis, credit Rod. quod possent  
baptizari. ita Astenf. lib. 2. de infidel. tit.  
56. art. 3. ibi, sed nunquid.

Decima. Filii parvuli Iudeorum, qui  
secundum communiorum opinionem  
non sunt in iuris parentibus baptizan-  
ti, si de facto baptizentur, & sunt edu-  
candi apud parentes, non autem apud  
Christianos. ita Calder. d. consl. 3. in iuris  
enim parentibus detineri non possunt,  
alijs competenter remedium legis prime-  
ss. ale liber. exhib. dum tamen pater idoneam  
cautionem præstet, quod filium  
ponet in libertate, & præsentabit eum;  
cum fuerit ætatis matura. Item quod cum  
educabitur, non detestabitur sibi fidem,  
alijs ei non relinquentur, Fel. in d. ca. si-  
cūt Iudæi, eod. tit. At si adulti fuerint ba-  
ptizati, tunc ne parentum inuoluantur  
erroribus, sunt eis auferendi; & mo-  
nasterij, aut Christi fidelibus ad conui-  
uendum tradendi. 28. q. 1. c. Iudeorum,  
de conlect. dist. 4. c. plerique. Quod idem  
dic de filiis Apostatarum. c. si baptizata  
vbi gl. de conlect. dist. 4.

<sup>24</sup> Undecima. Iudæi post conversionem  
ad fidem non perdunt agnationem, im-  
mò possunt succedere parentibus, agna-  
tis, & cognatis, cum per conuerzionem  
non debeant esse deterioris, sed melio-  
ris conditionis, ideo dicit glo. in cap. in-  
dæi. 1. q. 4. quod non possunt parentes  
suos filios conuersos exhaeredare, sicut  
nec illos, qui ingrediuntur religionem;

## Decis. Aurearum. Par. II. Lib. II.

per id quod habetur in auth. de fane. Episcopis, in §. antepen. in verb. nullam. Immo dicit Io. de Anan. in cap. Iudæi si 25 ue, num. 5. & 6. quod ut pater, & † mater infideles teneantur filia: orthodoxæ præstare dotem, & filio Christiano præstare donationem propter nuptias, & utriusque alimenta secundum facultatem patrimonij, vt aperte dicit tex. in l. cognouimus, C. de hæret. vbi etiam Salic. & Bal. in l. mater pro filia, C. de iure dot. Ita eadem ratione saurore Christianæ fidei, & in odium Iudæorum possunt cogi parentes ad tradendum legitimam in eorum vita, facit optimè tex. in d. cap. Iudæi, in verbo melioris conditionis. Et hanc sententiam tanquam æquiotem, & tutorem saurore Christianæ religiosi amplectitur, eo magis, quia legitima succedit loco donationis propter nuptias, quæ non est amplius in vsu. facit quod habetur in Auth. res, quæ, C. com. de leg.

Duodecima. Iudæi, qui conuertuntur ad fidem, † non coguntur dimittere bona sua licetæ acquisita, ita not. in c. Iudæi, extr. eo. licet sit vulgaris opinio vulgi, quod Iudæi non possint baptizari, nisi dimittant bona sua, quæ quidem opinio vulgaris forte præualuit, cum ut plurimum bona Iudæorum sint illicitè acquisita, quia sæpe superius usurpis operam dant: verum si essent licetæ acquisita, possent sua bona retinere. Ita Mar. Soc. in d.c. 27 Iudæi, num. 16. An vero † posset Episcopus Iudæum in uitans ad fidem, illi permittere bona sua illicitè acquisita, quæ erant distribuenda pauperibus. dicit Panorm. in cap. in ecclesijs, de simo. quod sic: quia potest quis ad bonum necessitatis inuitari pecunia, vt ad fidem 28 conuertatur, 33. q. 4. cap. pen. An † etiam possit Iudæus ad fidem conuersus ipse erogare bona iniuste acquisita sine licentia Episcopi? Dic, quod non, cap. cum sit, de Iudæis, in fine. Quod ictus est de Christiano raptore, qui potest male ablatu erogare sine licentia Episcopi, vel aliter, arg. de usur. cap. cum tu. de homic.

c. sicut dignum. Et ratio differentia inter Iudeum raptorem, & Christianum, est, quia actus Iudæi, & dispensatio est suscepta, non sic in Christiano, de hoc per Arch. 14. q. 6. cap. non sanè, & per Host. in summa pen. §. de quibus, verbis, sed quæ forma. Zabara. in d. cap. cum sit, 29. An † vero Religiosi possint male ablata incerta applicare sibi, vel fratribus, vel conuentibus sui ordinis? Dic quod nō, sed debent erogari per ordinarium, de Iudæ. cap. cum sit, in b. nisi per testatorum datus fuerit executor, quia tunc ipse hoc faciet, de testam. cap. vlt. lib. 6. vbi de hoc per Archid. & 12. q. 1. cap. de laicis, & hoc secundum regulam charitatis, nam primo nobis, & nostris subvenire debemus, not. dist. 30. cap. fin. facit quod not. dist. 4. 2. cap. quiescanus, d. 3. 1. cap. homo. 36. dist. cap. non satis, nemo enim carnè suam vñquam odio habet, 13. q. 2. c. non astimenus. Licet si solus esset executor, ab hac erogatione care, re debet sibi erogando, nisi esset in summa necessitate: quia tunc etiam ei licet aliena rapere, de surt. c. 3. At monasterio dare potest de his, quæ suo arbitrio habet distribuere, etiam si sit solus: quia ibi est evidens distinctio personarum, 1. 2. q. 2. cap. qui manumittitur. 14. q. 2. cap. super prudentia, de testam. cap. insuper, & cap. cum nuncius, & cap. nuper. Et idem in consanguineo cessante fraude, & sic intelligitur, 89. dist. cap. decenter. Quod est, quando esset evidens ratio pietatis, arg. si. de adopt. Lsi pater, §. duos. ita Zabara. in Clement. 1. q. 22. de testam.

Tertiadecima. Iudæi filii si fuerit cō 30 uerius † ad fidem, per talen conuersiōnem aboletur omnis ingratitudo, quam commisisset erga patrem. Holt. & alij, in c. Iudæi, el. Leo. tit. facit tex. in c. non licet, 10. q. vlt. vbi dicitur, quod per ingressum Religionis aboletur omnis ingratitudo filij Christiani, fortius Iudæi conuersi, Fel. in c. Iudæi, el. 2. eo. tit.

Quartadecima. Iudæus conuersus vi 31 uente uxore sua † Iudea, volente cum eo habi-

habitarē cum contumelia Creatoris, potest ducere aliam, quia matrimonij vinculum fractum dicitur, quod intellige post admonitionem factam ab Ecclesia: quia semper illa facienda est, quando agitur de fornicatione spirituali, cap. Iudæi, cap. non solum, 28.q.1. D. Tho. 3. par. q. 59. art. 3. Item post datam ab Ecclesia sententiam separationis, aliis non posset propria autoritate vxorem Iudæam expellere, et aliam ducere, nisi prius habeat licentiam ab Ecclesia, ut aliam ducat. Ita Turret. in d.c. Iudæi.

Quintadecima. Iudæi die Domini 32 co. † vel alio die solemnii debent baptizari, de conse. dist. 4. c. ne quod absit, & fugiens ad Christianos dicens se velle effici Christianum, non est propterea immediatè baptizandus, immo debet stare inter Christianos, antequam baptizetur per 40. dies, d.c. ne quod absit, quam uis olim stabant per octo menses, c. Iudæi, ea. dist. & ratio est: ut mediante mora inter Christianos habita, & cursu temporis possit eius voluntas parefieri, quod bono zelo, & rata fidei deuotione id facit. Quod si forte à fide postea apostaret, cogendus est ad illam redire, 45. dist. cap. de Iudeis, de consecrat. dist. in. 4. capit. plerique.

33 Sextadecima. Vno parente ad fidem conuerso, & altero in Iudeismo permanente, pueri sequi debent illum, qui factus est Christianus, cap. Iudæi, 28.q.1.

Decimaseptima. Communiter tene-  
34 tur Iudeos non ligari lege canonica in Spiritualibus, quia non curatur de eorum anima, gl. in cap. cum contingat, de iure iur. cap. gaudentius, de diuort. cap. de infidelibus, de consan. & affin. Et hinc est, quod dicitur eos non ligari constitutionibus canoniciis, que solum ligant subiectos Ecclesie. d. cap. gaudentius. c. multis, 2. q. 1. ibi, de his, quae foris sunt, nihil ad nos. & no. in ca. 1. de vñsur. in 6. Hinc Fel. consil. 30. num. 20. dixit, quod vedit quatuor concilia, quod cap. quanquam, de vñsur. in 6. non habet locum in testamento facto per Iudeum manifestum

vñsurarium. In alijs autem ligatur lege canonica, nisi sit casus decisus in lege sua, & non reprobatus quo ad eos de iure nostro. Catechuminus autem omnino ligatur, per tex. quem not. ibi Dom. in c. audite. 24. dist.

35 Decimaoctaua. Iudeus si delinquit circa legem diuinā, forte in pluralitate vxorum, vel contrahendo in gradu prohibito lege diuina, potest puniri per iudicem secularem, ita Felin. consil. 30. n. 7.

36 Sic Iudeus cognoscēs carnaliter Christianam sub velamine matrimonij, cū constet matrimonium esse non posse, 27. quest. 1. cap. caue, fit, vt talis contra-hens tanquam adulter, capitaliter sit puniendus, C. de Iude. l. ne quis Christianam, cum commixtionem illicitam committant, & matrimonij sacramēto iniuriā faciant, C. ne san. bapt. rei. l. 1. At quā absque velamine matrimonij carna-liter Christianam cognosceret, non efficit capitaliter puniendus, sed aliter ad arbitrium iudicantis, & cuidam ob hoc crimen fuerunt incisa virilia, vt resert Old. trad. consil. 333. num. 1. & 2. vide etiam Philip. Corn. consil. 114. vbi apponit posnam, qua puniri debeat.

Decimanona. Christianus ecōtra cognoscens Iudeam, † vel Saracenā, plementus est capitali poena, sicut Sodomites, & ij, qui cum brutis nefariē coocunt, ita Bonit. sub tit. de rapt. in fi.

Vigesima. Licet tex. in cap. multis. 2. 38 q. 1. dieat. † De his, quae foris sunt nihil ad nos, tamē illud intelligitur de Iudeo, qui non est capax excommunicationis, cum excommunicatione ejiciat extra Ecclesiam, & Iudeus extra illam sit. vel intelligitur vt Ecclesia non compellat ad fidem, ad quam sola diuina gratia vocantur, vt 45. dist. de Iudeis. & de hoc plene per Inho. extr. de vor. c. quod super. Sed licet potest procedere contra Iudeum delinquentē, cum ratione delicti fiat de foro Ecclesie, extr. cod. cap. postulasti, & not. in cap. ita quorundam Old. cōs. 36. Hinc Calder. consil. 2. de Iude: consuluit, 39 Iudeum, qui dolose, † & scienter, & ap-pensate

penfate protulit hæc verba. Naſcha il  
vermocane al Papa, & à chi' fe Papa.  
Et s'io haueſſe Dio, & il Papa, & il Ve-  
ſcouo nelle mani, io trarrei à loro gli oc-  
chi. poſſe puniri per iudicem ecclesiasticum, tex.  
est in c.2.de maled. Et grauius eſt æter-  
nam, quām temporalem lacerare maie-  
ſtatem, c. vergentis, de hæret. que ſicut  
leditur per hæretim, ita per blaſphemiam,  
nec tolerare debet Ecclesia op-  
probria illius, qui noſtra pertulit, de lu-  
dæ.c.in nonnullis, cum in ſubmersionē  
ſidei, & confuſionem creatoris preſu-  
matur ab eis fieri, ſicut detidere Chri-  
ſtianos in die parafœues, de Iudæ. cap.  
quia ſuper hiſ; vel nutricibus, qua eorū  
corpuſ Christi ea die ſuſcepereunt eſfundere  
lac, ſeu eas ad hoc cogere, co. tit. c. etiſi  
Iudæos, & cap. in nonnullis. Que deꝝ.  
liq̄t dicat per potefates ſaculares hos  
Hebreos puniendoſ, intelligit Calder.  
qui ſupra, ad requiſitionem iudicis ec-  
clieſiaſti. Qua tamen pena ſint punien-  
di, tex. in d.c. in nonnullis. dicit Iudæos  
blaſphemanteſ condigna animaduerſione  
compelſi debere, qua eſt pena pecuniaſta, vt dicit tex. in cap. ſtatui-  
niuſ, extr. de maled. Vbi etiam ibi not.  
do. Anton. de But de pena mortis. per  
auth. vt non luxur. contr. naturam. qua  
tamen pena capitis ibi expreſſe non im-  
ponitur blaſphemis, immo ſi bene in-  
ſpiſiatur, ſolum luxurianteſ contra  
naturam: abſurdum enim eſtet dicere  
iurantem per caput, vel pilos Dei hac  
pena tanta puniri, quod ſonare videtur  
dicta litera Auth.

Vigesima prima. Iudæi, & infideles li-  
40 cēt non poſſiſt excommunicari, † quia  
cum ſint extra Eccleſiam, non poſſiſt  
extra Eccleſiam ponii, cap. ad diſſoluendū  
, de desp. impub. Tamen illud eſt  
verum direcțe, & propriè, quia indirec-  
te bene poſſiſt excommunicari, tub-  
trahendo eis cōmuñionem, & conuer-  
ſationem Christianorum, ut in cap. &  
fi Iudæos, in fi. in c. poſtulaſti, in c. cum  
ſit. cod. tit.

Vigesima ſeconda. Iudæi, vel pagani  
41 non ſunt ad officia publica admitten-  
di, not. in c. cum ſit, de Iudæi, ſunt enim  
infames ſaltem infamia ſacti, I. cunctos  
populos, C. de ſum. Trin. & latius pro-  
batur in l. fin. C. cod. vbi dicitur, quod  
nullam dignitatē, nullam administra-  
tionem, nullum honorem, nullum offi-  
cium, nullam iudicandi potestatē in-  
ter Christianos habere debent. Quod  
42 ſi † talia reſeptint, debet eis denegari  
Christianorum communio, donec quic-  
quid reſeptint ratione officij, ſeſtūdī.  
prudentiam diocesanū conteratur  
in viſu pauperum, ſcilięt Christiano-  
rum, d.c. cum ſit. Et ipſi officium debet  
amittere, quod cum pudore irreueren-  
ter aſſumperunt. Dicit tamen Holiſ. in  
43 d.c. cum ſit, quod licet Iudæus in pu-  
blicis officijs poni non poſſit, poterit ſi ta-  
men Dominus redditus ſuos Iudæo ve-  
dere, deputato custode Christiano ho-  
peſto, à quo Iudæi redditus accipiant,  
ita quod per hoc Christiani, & clericī à  
Iudæis non grauentur, extr. cod. cap. ex  
speciali. Hinc infertur, quod Iudæus  
non poſſit eſſe doctor, quia eſt in capax  
dignitatis, l. fin. C. de Iudæ. & docto-  
ratus eſt dignitas, Bar. in Lomnes, C. de  
decur. lib. 10. Fel. in cap. 1. nu. 4. cod. ti.  
Quod autem diximus non poſſe habe-  
re officium intellige inter Christianos,  
vel Christianum, & Iudeum, vbi ſi eſt  
quaſtio inter Iudæos, & Christianos,  
non à seniorib⁹ iudicibus, ſed ab ordi-  
nariis iudicibus quaſtio decidi debet.  
At circa ea, qua ſpeculant quo ad eorum  
ſuperiſtitionem, vel ſectam, poſſunt pro-  
moueri ad officia, & dignitatis, & ita  
poſteſt intelligi, l. generaliter, ſ. fin. ff. de  
44 decur. Item Iudæus † contra Iudeum  
admittitur in teſtem, ſed contra Chri-  
ſtianum de iure admitti non debet, li-  
cet de facto aliquando admittatur. Qui  
nimmo nec contra Chriſtianum ipſo  
volente admitti debet, cum non in fa-  
uorem Christiani, ſed vel in odium Iu-  
dæorum hoc ſuit introductum, ut pro-  
batur in cap. cum ſit, de Iudæ. cui tali  
priu-

priuilegio Christianus renunciare non potest. Facit à simili in Macedoniano, in l.carmen si non opposita, ff.ad Mace. siue hoc dicamus inductum in fauore Christianorum fidei: pro quòd facit tex. in c. Iudei, siue Sarraceni, de testib. in fine. tunc nec tali priuilegio renunciare potest. Ita Anan. in d.c. cum sic. nu. 2.

45. Vigesimateria. Iudei † in successo-  
nibus ab intestato tenentur seruare le-  
gem Mosaicam, & non ciuilem, quia il-  
la derogat legi communici ciuili, sicut sta-  
tuta ciuium, iomnes populi, ff. de iust.  
& iu. l.de quibus, ff. de legi. ita per mul-  
tas rationes concludit Calder. de testib.  
conf. 30. Item Cald. de consti. conf. 11.  
vbi generaliter tener, quòd quando lex  
Molaica non est reprobata quo ad ipsos  
Iudeos, praeualeat legi ciuili. Hinc fit, q.  
extantibus masculis, filiis Iudeorum  
non succedunt, sequitur Fel. in c. Iudei,  
46 el 2. eodem tit. An vero † possit aliquis  
Christianus vniuersitat, seu congrega-  
tioni Iudeorum, vel alicui Iudeo, vel  
Pagano aliquid relinquere in testamen-  
to, dic q. non. & si fecerit, etiam post  
mortem iudicabitur anathema. extra,  
de haeret. cap. si quis episcopus, 24.q.2.  
cap. sanè.

47. Vigesimaquarta. Iudei ligantur † sta-  
tutis municipalibus in materia propor-  
tionabili, Bal. in l.spadonem, §. iam au-  
tem, ff. de excusat. tutor. vbi dixit, quòd  
iminunitas concessa habitatoribus ali-  
cuius loci extenditur ad Iudeos, ut etiā  
per Cœpol. conf. 75. Item Ang. in l.1. ff.  
ad l.lul. maie, & in l.vtimur, ff. de sepul.  
viol. dicit, quòd securitas, concessa fo-  
cijs mercatoribus, prodest Iudeo socio,  
Fel. vbi supra, num. 4. Corset. in c. sedes,  
in 3. char. de rescrip.

48. Vigesimaquinta. Christiani prohibiti  
sunt desertere Sarracenis arma, ferrum,  
& lignamina, & contrarium facientes  
sunt ipso facto excommunicati, extra,  
eodem cap. ita quorundam, & c. ad libe-  
randam. Immo etiam per bullam coenq.  
Domini, ut habetur in ead. bull. c. 7. Et  
idem dic de illis, qui tricemes, aut na-

ues vendunt, aut in nauibus eorum pi-  
raticis curam gubernationis exercent,  
vel quibusdā alij machinis impendunt  
eis aliquod confilium, vel auxilium in  
dispendium terræ sanctæ, d. cap. ad libe-  
49 tandum. Et sic nota, quòd † præstantes  
auxilium ad delinquendum, pari deli-  
cto, & pari pena se astringunt, tex. est  
in d. cap. ita quorundam, qui loquitur  
de duplice auxilio, videlicet deferendi ar-  
ma, & gubernandi naues, generaliter  
autem de quolibet auxilio, vide in ca-  
pit. 1. vbi glo. magist. de offic. deleg. Item  
nota, quòd non solum est prohibitus  
portare arma, seu etiam vinum, oleū, &  
alia liquamina etiam causa gullus hosti-  
bus. Ita Io. de Anan. in d. cap. ita quorun-  
dam, nu. 1. & 5. per tex. in l. 1. C. que res  
expor. poss. per quam legem dicit ibi Bal.  
q. prohibitus portare extra territorium  
nō potest portare causa gustus. An vero  
repertus in via cum armis, que certum  
erat velle desertere ad hostes infideles, per  
dat, illa secundum tex. in d. cap. ita quo-  
rundam, vide Fel. in cap. significavit, ex  
tr.eod. nu. 7. vbi dicit, quòd sic. Si vero  
50 quis vi ventorum † conduceretur ad lo-  
cum prohibitum, tunc non meretur pē-  
nam. Hinc Alber. in 2.p. statuto. q. 13.  
notat, quòd pena apposita conduceenti  
porcos per urbem, non ligat eum, qui  
impulsus timore deprædationis condu-  
xit eos in urbem, & subdit per illam le-  
gem, q. si tempore treuge aliqui milites  
alicius partis conducerentur vi vento-  
rum in manus hostium, nō efficiantur  
captivi, & idem si tempore belli. ita refert  
Fel. in d.c. significavit, nu. 7. in fi.

51. Vigesimasexta. Iudei, † & Sarraceni  
non possunt intrare ecclesiæ Christiani-  
orum, glo. in c. perlectis, dist. 25. Quod  
intellige, quando causa substanandi vo-  
lunt intrate, iux. glo. in c. Episcopus,  
de consecr. dist. 1. Ita Præpositus in d.c.  
perlectis, nu. 5.

52. Vigesimaseptima. Iudeus, qui Chri-  
stiano impropereauit, quòd eorum secta  
erat magis Deo accepta, quā secta Chri-  
stianorum, quod probabat sic; quia nun-  
S quam .

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

quam Iudei sunt obsessi à demonibus, ut Christiani: sicut sic à Christiano cōfusus, quod illi Hagellantur à Domino, quia ab eo diliguntur, sed Iudei sunt dia boli, & ideo quomodo vexabit vnum dia bolus alium diabolum, nam sicut digitus alium digitum non potest molestatre, ita nec diabolus diabolum, id est Iudaeum, ita Archid. in cap. vsque adeo, distin. 33. His adde quod præter ea, quæ su prædictimus, num. 7. dic, quod secca Iudæorum peior est illa Saracenorum, ut concludit Oldr. conf. 51. incipiens. Iudeus, quia cum in die paræcœu oret pro omnibus Iudeis, non habet genua, sed pro paganis sic.

13 Vigesima octaua. Licet Iudei non de beant habeat Christianos seruos, prout not. in cap. mancipia, dist. 54. Immo nec intra domum possunt Christiani liberi seruire eis: Non enim debent esse assidui intra domum Iudæorum, nec tamen familiares, aut nitrix, aut obstetrix. Quinimmo si Christiani ab eis discedere non volunt, possunt excommunicari, eod. tit. cap. Iudei, cap. adhuc, & cap. Iudeos, in fine. Tamen extra domos possunt eis per Christianos seruitia fieri, vnde possunt habere colonos Christianos, eo. tit. cap. multorum. Concordat D. Tho. 2.2. q. 10. art. 10. assignans rationem, quare Christianus non possit esse mancipium Iudei, sed bene possit in aliquo seruire. Si tamen ex tali communicatione, vel coniunctu subiectio fidelium timeretur, esset penitus interdicendus, cap. nullus, c. scilicet, 28. q. 1.

14 Vigesima nona. Ecclesia iudicat † de Iudeis in ijs casibus. Primus, ne nobiscum comminorentur, 28. quæstio. 1. capitulo saepe. Item vt repellantur à testimonio, & accusatione, 2. quæst. 7. cap. alieni. Item ne fungantur publica functione, cap. nulla, dist. 54. Item ne mancipia habeant Christiana, vel nutrices, vel oblestices, de Iudei. cap. Iudei. Item ne emant ea nisi venalia exponant intra tres menses. cap. fraternitatem dist. 54. Item ne ex testamento catholici aliquid

accipiant, 24. q. 1. cap. sane. Item ne ad 8 dem compellantur, 45. dist. c. de Iudeis. Item vt fidem poscentes 40. diebus probentur, de consecr. dist. 4. cap. ne quod. Item ne ecclesiam habeant ad firmam, extr. de Iudei. c. non sine, quæ hodie est remota. Item ne fidelis fidelitatem eis faciat. Item ne Sinagogas nouas construant, eod. tit. cap. consuluit. Item ne in die paræcœus senesstras aperiant, C. de Iudei. Lqua vero. Item vt dent decimas de prædiis, quæ habent, de deci. c. de terri. Itē ne mancipia Christiana circundant, d. cap. nulla. Item vt prena pecuniaria puniantur, c. fraternitatem, dist. 54. Item vt verberibus subijciantur, 28. q. 1. cap. sanè. Item quod non repellent contra se fideles testes inducos, de testib. c. Iudei. Hæc Præposit. & Archid. in d. c. nulla, nu. 3.

15 Trigesima. Quia pet Clem. ex grandi, de vñr. prohibentur statuta, quæ impediunt repetitionem vñraturum sub pçna excommunicationis latè lentientem, vt vult ibi glos. in verb. incontinenti. Hinc insertur, quod in illâ incidit rex, vel eius officialis, qui tollit tributum à Iudeis, vel Saracenis, propter vñras, quas permittit eos exercere, tanquam in hoc fauentes prædictis: Nam nedum Christiani, immo & Iudei sunt prohibiti vñras exercete, cum etiam lege veteri sint vñras prohibite, & hoc maximè, si exiguntur à Christianis, de vñr. c. quæto, & c. post miserabilem, & hoc satis de ceditur in d. Clem. in litera, ibi repetitio nem impediunt, ita Lau. et post eum Zabar. in d. Clem. q. 15.

16 Trigesima prima. Iudei † licet super restituendis vñris non possint cogi per iudices ecclesiasticos, sed tantum per Principes seculares, ext. de vñr. cap. post misericordem, tamen si Principes seculares negligentes fuerint, procedet iudex ecclesiasticus iuxta tenorem, cap. quanto, eod. tit. & de Iudei. cap. postulasti, cum si mil. verum si Ecclesia haberet iurisdictionem temporalem in loco, per se posset coercere Iudeos pena temporalis

tali, dicto capit. postulasti, vbi Zabar.  
**Trigesimasecunda.** Adeo sunt prohibi-  
**17** bita vñuræ, vt nec à Sarracenis, † con-  
 tra quos licetè pugnamus, lictum sit il-  
 las exigere, siue ex cupiditate hoc fiat, si  
 ue ex zelo charitatis, vt macetentur vñu-  
 ris, qui non possunt dominari armis. Qua-  
 ratione ducti quidam afferbant contra  
 trium, quia cum hostes sint, quibus vel  
 Imperator, vel Papa bellū indixit, Lho-  
 stes sibi, de capti. si non possumus eos iustè  
 occidere, & omnia per vim auferre, &  
 nostra facere iure belli, 23. q. 5. ca. dicat,  
 & q. 7. & cap. 1. & 2. videtur saltem vñu-  
 ram posse exigere. Non enim refert vñru-  
 apertè, aut clam ex insidijs pugnetur,  
 23. q. 2. cap. Dominus. Tamen cum vñu-  
 ra in veteri testamento, & perfectius in  
 Euangeliō cap. consuluit, de vñur. & in  
 canonibus generaliter prohibeantur, di-  
 cimus nullo casu esse licitas, ita, quod  
 nec ab hostibus licet recipiantur. Et  
 nec à Iudeis, & non obstat text. in c. ab  
 illo, 14. q. 4. cum dicitur: Ab illo vñuras  
 exige, cui nocere desideres: quia ille tex-  
 legitur negatiuè, id est sicut nulli debet  
 nocere, ita & à nullo vñuras recipere, vñ  
 de nec ab hostibus licet, ita Zab. in Cle-  
 men. vñica, §. sane, q. 1. l. & 13. & 19. de  
 vñl. & eum cum Archid. in d. c. ab illo,  
 vbi etiam Turrecr. dicit, quod hæc op-  
 nio est magis probabilis, vt nullo casu  
 sit licitum ab aliquo hoste recipere vñu-  
 ram, non nunquam in hoc dispensatio  
 legitur facta, vnde extr. de vñur. c. super  
 eo, Alexander Papa dicit, quod vñura-  
 rum crimen vñriusque testamenti pagi-  
 na detestatur, super hoc dispensationem  
 aliquam posse fieri non videmus.

**18** **Trigesimatertia.** Iudeus accipiens  
 vñuras à Christiano mortaliter peccat,  
 & potest ab ecclesia indirectè compelli  
 ad restitutionem, scilicet subtrahen-  
 do communionem Christianorum, cap-  
 it. post miserabilem, de vñur. vel saltem  
 tales coercendi sunt à principibus &  
 etiam prælatis prædicto modo ad resti-  
 tuendum immoderatas vñuras, c. quan-  
 to, cod. tit. & per immoderatam intelligi

tar omnis vñura, vt notat glo. in d. cap.  
 quāto, cum sit contra moderamen diui-  
 na iustitiae, extr. de vñur. cap. super eo.  
 Ideo Iudei cogi debent ad omnem re-  
 stitutionem vñurarum, vt in Clem. ex  
 graui, eo. ti. qui etiam intelligitur in Iu-  
 deis, vt patet ibi per glo. super verbo cē-  
 fura. Nam ita est prohibitum exercitiū  
 vñurarum de iure diuino Iudeis qua-  
 tum ad extorsionem faciendam à Chri-  
 stianis, sicut ab alijs, iux. no. ext. de vñur.  
 cap. super eo. Hinc concludit Gemin. in  
 c. 1. §. fin. de vñur. in 6. quod ille text. etiā  
 habet locum in Iudeis, quibus non pos-  
 sunt locari domus ad senus exercendū :  
 quia constitutiones Canonum simplici-  
 ter disponentes, includūt etiam Iudeos,  
 quando loquuntur in materia, in qua Iu-  
 dei subiectiuntur Canonibus, sicut in so-  
 lutionibus decimarum, c. de terris, de de-  
 ci. & in vñurarum extorsione, & c. post  
 miserabilem de vñur.

**19** **Trigesimaquarta.** Iudei † afferentes  
 vñuras non esse peccatum, non incur-  
 runt in Clem. vñca. de vñl. qua cum nō  
 sint de gremio Ecclesiæ, cap. gaudemus,  
 de diuort. diuisionem ab ea facere non  
 possunt, & sic non possunt dici heretici,  
 cum hæresis dicatur diuisio, & dicatur  
 ab electione, 24. q. 3. cap. heres. & c. seq.  
 Tum etiam, quia licet sint creature Dei,  
 non tamen Ecclesiæ, quæ non omnes re-  
 generauit in baptismo, ideo Canonibus  
 non arctantur. 11. q. 1. multi. Zabar. qui  
 supra, q. 19.

**Trigesimaquinta.** Princeps an possit  
 60 sine peccato † expellere Iudeos de re-  
 gno suo, & eis bona auferre, vide Oldr.  
 tit. de Iudeis consil. 87. vbi concludit q.  
 sic, quia fuerunt facti serui per mortem  
 Christi. extr. de Iud. cap. & sibi Iudeos. &  
 iō potest princeps hoc sacere, quod fuit  
 mandatum executioni per Constanti-  
 num, vt not. Host. eo. tit. cap. consuluit.  
 Quod intellige, vbi Christianis immi-  
 neret periculum, vel scandalum, vt not.  
 Innoc. extr. de voto c. quod super his, a-  
 lias fecis vbi quiete viuerent & non es-  
 sent scandalo, per ea, quæ not. in d. cap.  
 S 2      quod

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

quod super his. vide etiam Oldradum consilio 264. vbi dicit, quod probabilius videtur sententia quod princeps absque legitima causa non potest ludos, Saracenos, & alios paganos, de terris suis expellere. causus videtur expressus in l. Christianos. C. de sacrifici. pagina. vbi dicitur quod talibus quiete degentibus nullam debemus facere moleitiam, arg. etiam tex. in c. dispar. 23. q. 8. & cap. porro 16. quest. 3. & nec rebus suis spoliare, ita probatur per glo. in capit. si de rebus 23. quest. 7.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Vsura* materia dividitur in decens articulos.
- 2 *Vbi tractetur explicetur per autorem.*
- 3 *Vsura*, unde dicta sit.
- 4 *Vsura* dicitur vorago, quia omnia consumit.
- 5 *Vsura* quo ad recipientes possunt dici dulces.
- 6 *Anima* est immortalis.
- 7 *Rerum quædam sunt, quarum usus est consumptio, & quadam non.*
- 8 *Vsura* definicio, & lucrum quid. nū. 9.
- 10 *Lucrum duplex, formale, & virtuale.*
- 11 *Quocunque verbum est uniusale.*
- 12 *Mutuum quid.*
- 13 *Mutuum quid à commodato differat, vel in quo conueniant, num. seq.*
- 14 *Mutuum duplex, formale, & interpretatum.*
- 15 *In mutuo materiale, & formale quid.*
- 16 *Oblatio, & donatio, qua presumuntur gratias fieri.*
- 17 *Debitum potest dici tripliciter in mutuo.*
- 18 *Voluntas sola an faciat usurarium. & 20.*
- 21 *Vsura membris qua obliget ad restituionem.*
- 22 *Mutuare cum spe lucri, potest fieri, sed non propriè spem.*
- 23 *Nihil inde sperantes in mutuo quid significet.*
- 24 *Vsura dupliciter potest capi, & utique cōpetit definitio.*
- 25 *Vsura species diversa explicantur.*
- 26 *Peccatum non est per viam mutui preter sortem consequi id, quod alias erat debitum.*
- 27 *Vsura est ex sui natura malum, & ideo omnis superabundancia est vitiosa.*
- 28 *In aliquibus casibus licuum est recipere ultra sortem, ut ratione interesse.*
- 29 *Item ratione feudi.*
- 30 *Creditor regulariter teneatur compitiare in sortiem suam perceperos, sed non per cipiendo.*
- 31 *Item ratione possessionis violenter à laico occupata.*
- 32 *Item ratione liberalis donationis.*
- 33 *Item in contractu locationis, vel alienationis, aut emptionis, num. 35.*
- 34 *Mutuum qualiter à locatione differat.*
- 35 *Item quando accipiunt *vsura* ab inimico fiduci.*
- 36 *Epilogus casuum, in quibus licet recipere ultra sortem.*
- 37 *Mutuans socio, ut restituat *usurario* sortem, & *vsuras*, an sit *vsura*.*
- 38 *Mutuans pecuniam communiciat ut durante debito non teneatur ad collectum, an sit *usurarius*.*
- 39 *Mutuans in iuriato, ut remittat in iuriā, an committat *vsuram*.*
- 40 **Vsura* nec ex causa pietatis est exercēda.*
- 41 **Vsura* licet crimen sit ecclesiasticum, iam in multis casibus potest cognoscere index laicus de ea.*
- 42 *Index secularian posset punire *usurariū* putatum per indicem ecclesiasticū.*
- 43 **Vsura* non peccare, vel factio restituzione non teneri ad penitentiam agendum, an afferere sit hereticū. & nū. 56.*
- 44 **Vsura* in quo foro possint repelli.*
- 45 **Vsura* in quibus epichoris nominentur.*
- 46 *Bannum potest emissi ut omnes fenerares alienigena intra certam diē exante de cimitate.*
- 47 *Communitas edans pecuniam ad *usurando*, an singule de illa sive *usuraro*.*
- 48 **Vsura* an teneatur restituere lucrum de pecunia *usuraria*.*
- 49 **Vsura* an teneatur restituere lucrum de pecunia *usuraria*.*
- 50 **Vsura* an indistincte ubique terrarū possit restituere pauperibus, aut discenso tradere ad ergaudendum.*

- 51 *Dioceſanus quibus pauperibus erogare debet.*  
 52 *Dioceſanus reſtituſionis obnoxia an poſſit conuertere in reparacionem ecclie pa-rochialis.*  
 53 *Uſurariis ſi non eſt ſoluendo, an teneatur ad reſtitucionem.*  
 54 *Uſurario in iudicio anime ſufficit remiſſio ſibi facta à creditore.*  
 55 *Cauſis ſpeciales, ubi non remiſſio, ſed rea-lis ſauis factio requiriſtur.*  
 56 *Excommunicatus licet laſo ſatisfaciat, & fit abſolutus, tamen debet peneitre de peccato.*  
 58 *Uxor, & familiā uſurarii an debeant vi-nere de illicite acquisitiis.*  
 59 *Uxor an viro ignorantē poſſit illicite ac-quifita erogare in elemosynam.*  
 60 *Contractus uſurarii poeneſt eſſe vitioſus reſpectu unius, & non alieriū.*  
 61 *Recipere ad uſuram fine peccato an quis poſſit.*  
 62 *Solus poeneſt aliquid ultra ſortem ratio-ne d'amni vitandi.*  
 63 *Mutuum non eſt dare decem vlnas pro-decem aliis reddendis.*  
 64 *Index ſecularis cur patiatur uſurarios vi-nere, potius, quam alios fures.*  
 65 *Et cur plus de illis, quam de furibus fe-intromittit.*

## De Usuris. Cap. XXIIII.

- R**EDEMPTORIS omnium, qui rex eſt regum, Dominus do-minantium, Apoc. 19. 1. Timot. 6. de re iud. Clem. 2. in ſi-  
 1 in hac ardua, & diſſicili materia, deu-ſuris, ſed quotidiana ob cupiditatem, qua radix eſt omnium malorum, de-elef. c. auatiz, poſtulato ſuſfragio, it-lam explicabimus, conſiderando eius deriuacionem, hoc eſt, uſura unde di-catur, & eius definitionem, deinde ad decisiones deueniemus. De materia ha-  
 2 betur 46. diſt. cap. antepen. pen. & ult. 47. diſt. per totum. 14. q. 3. 4. 5. & 6. per totum. Repetitur in 6. & in Clem. Conuenit rubrica, cap. 1. cap. debitores. cap.

ad nostram 1. & 2. cap. ex literis, de ui-ta, & honest. cler. cap. 1. de empt. & uen-dit. c. illouos, de pign. & cap. inter, de excess. p. tala.

Circa primum eſt notandum, quod uſura † prater ea, qua diximus in noſtris Decisionibus in prima parte, libro ſecondo, cap. 150. dicitur uſuaria ab uſu artis, ut dicatur uſura quaſi uſus artis, ideſt pecunia. Nam pecunia, ſecundum Philofophum primo Politicoru, inuenta eſt commutationis, & transla-tionis cauſa, ut quia diſſicile erat eſte ne-cessarias ad uſum uitæ deportare ad diſtantia loca, conuenerunt ementes, & uendentes authoritate Principis, uel Reipublicæ, quod fieret numiſma de-terre, ferro, argento, uelauro, quod in ſignum recti ualoris, & ponderis im-primebatur numiſmati character, uel imago. Sic enim de numiſmate censit queſuit Dominus Matth. 22. Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio. Ve-rum, quia à principio, & antiquitus pro maiori parte ſiebat de arte. De arte enim eſt pecunia, quam uidea obtu-lit in Gazophilatum Domini, Luc. 21. idcirco uſus pecunie in uſura dicitur uſus artis. Vterius poeneſt dici, quod uſura dicitur ab urendo, dupliciter. Pri-mo, quia uſura in augmentum pecunie utrit, uelut ignis, & inflammat affectionem uſurarii, Ambroſio diceat in tractatu de Tobia, ca. 6. quod uſura uſum requi-rit, ut aduret, & inflammeret. Sic enim crescente uſura, crescit in eo affluitus pecunie in infinitū, ut dicit Philofophus, 1. Polit. quod pecunia nō eſt terminus, neque finis. Avarus enim, qualis eſt uſurarius, non repletur pecunia. Ecce ſiaſt. Secundo, uſura eſt urens, quia in ea eſt urens ignis, conſumens, & de-uorans facultates, & ſubſtantias paupe-rum, à quibus per uſuram extorquetur pecunia, & ex hoc uſura † uorago dicitur: ideſt profunditas, ſive baratum, ad quod tendunt uſurarij, uel ut uoracitas propriè dicitur edacitas, ſeu gulofitas, qua omnia conſumit, ſic uſura ponit

Decis. Aurcarum Par. II. Lib. II.

pro consumptione, & destructione; unde Ambros. in tractat. de Tobia, cap. i. dicit, quod usura substantiam inopis, & pauperis degluit, & quasi mare magnum omnia absorbet. ita etiam est tex. in cap. i. eo. tit. in 6. ubi tex. usuram uotaginem uocat, licet quo ad recipientes temporaliter possint dici dulces, ut si de his, que in frau. cred. lait. prator. s. si quid in fraudem, ver. si vero passim, ybi dicit, usuram dulcedinem. Sed tu die, quod etiam quo ad ipsum recipientem dicitur vorago: quia ipsius animam deuorat, vt dicit glo. 2. in d. c. 1. Bene igitur usura dicitur ab urendo, quia urit, & consumit, & deuorat animas, & consumit substantiam. Quod si quis dicat animalia esse immortalia, & per consequens deuorari non posse? Respon. Ioan. Monach. secundum Gregor. 4. Dialog. quod anima est immortalis quo ad viuere, quia illud nunquam amittit. Sed est mortalis quo ad bene viuere, quia perdit per peccatum mortale.

Præterea, usura dicitur ab usu, eo, q. pro usu pecunie premium quoddam accipitur, quasi ipse usus pecunie vñatur. Est autem considerandum pro pleniori intelligentia, quod diuersarum rerum diuersus est usus. Quædam enim sunt, quarum usus est consumptio substantie ipsarum rerum, sicut proprius usus vini est, vt bibatur, & sic eo vendo consumitur vini substantia. Et similiter proprius usus tritici, aut panis est, vt comedatur, q. est consumptio ipsius tritici, aut panis, ita etiam proprius usus ipsius pecunia est, vt expendatur pro commutatio ne aliarum rerum, cum secundum Philosophum sint inuenta numinis mala pro commutatione rerum. Quædam veritas sunt, quarum usus non est consumptio substantie ipsarum, sicut usus domus est inhabitatio: non est autem de ratione inhabitacionis quod domus diruatur, quod si contingat, quod domus inhabitando melioretur, vel deterioretur, hoc est per accidens. Et idem dicendum de equo, & de vase, quia igitur hu-

ijsmodi res non consumuntur per usum, per se loquendo, ideo scorsum protesto cocedi, aut vendi res ipsa, aut usus, vel simul utrumque. Potest enim aliquis vendere domum retinendo sibi usum habitationis ad tempus, & similiter vendere usum, retenta sibi proprietate domus, & item vendere proprietatem, & usum. Sed in illis rebus quarum usus est consumptio substantia, earum consumptio non est aliud, quam usus rei: vnde bibendo vinum, quod est usus vini, consumitur vinum, & alienando pecunie substantiam, alienatur pecuniae usus, vnde qui mutuat pecuniam sub hoc pacto, quod restituatur sibi pecunia integra, & ulterius pro usu pecunie vñetur preceps, vendit scorsum usum pecunie, & ipsam pecunie substantiam: usus autem pecunie ut dictum est, non est aliud, quam eius substantia, vnde vendit id, quod non est, vel vendit idem bis, quod merito dicitur usura, cum velit preium pro usu. Circa secundum, scilicet circa definitionem usuræ, relictis multorum Doctorum definitionibus, de quibus per Mar. Soc. cod. tit. illa mihi videtur verior, quod sit lucrum t. quodcumque ex mutuo pacto debitum, vel exactum, aut principaliter intentum. In qua definitione ponuntur quatuor. Et primo ponitur lucrum. Lucrum t. antem propriè dicit superabundantiam, sive incrementum, quod quis habet ex voluntaria commutatione, ultra ea, quæ prius erant sua, aut sibi debita, facit tex. in cap. forus, de verb. sig. Ad ideam, cap. per vestras, de donat. inter. vir. & vxor. Est tex. in l. mulier, s. pro ficio, qui dicit, quod lucrum dicitur, permanente sorte ei accedit, deducto omnino damno, & interesse. Et dico incrementum, seu commodum temporale pretio scilicet estimabile, ad excludenda bona celestia, & spiritualia, qualia potest inuans ex mutatione propter Deum facta sperare, sicut & idem potest ex quacunque operatione meritoria. Excluditur etiam benevolentia, & amicitia

amicitia mutuatarij, quam mutuans ratione mutui assequitur, hanc enim potest licet mutuans sperare, & assequi intendere absque vicio vsurae. Sed nec bonum tempora le ratione mutui acquifitum, si alioquin debitum sit, dicitur lucrum. Ac proinde si quis mutuat debitori hac lege, ut ultra capitale, foluat decem, supposito, quod illa decem alioquin mutuarius deberet, explicando, quod illud incrementum recipit loco debiti prius contra*cti*, tunc nec est peccatum, nec dicetur vsura: cum illa decem ultra fortē recepta, ut promissa, non fint dīcenda lucrum. Ita loanā Med.C. de rebus, per vsur.acquis.q. 1. vers.secundū,

10 & Respondeo: Hoc etiā lucrum † duplīciter confiderari potest, quod facit vsuram, formale, & virtuale. Primum est realis acquisitione ultra sortem, de quo supra. Secundum est evitatio damni, q̄n talis vitatio damni non est alioquin debita, (verbi gratia) iuste quis me persequitur in iudicio, siue extra, in qua persequitione ego eram damnum aliquod passurus siue in corpore, siue in fama, siue in bonis, si ego mutuo, intēdens inde à danino illo, quod alioquin passurus eram liberari, intendo lucrum virtuale, cum talis damni uitatio non sit mihi aliās debita, ideo in tali casu talis mutuatio effet vsuraria. Inde etiam fit, ut si quis mutuet alteri aliquid ad hunc finem, scilicet, ut à solutione pœnae, cui erat obnoxius, aut gabellæ, quæ alioqui iuste effet illi iniungenda, liberetur, lucrum prætendit virtuale, puta uitatio nem dictæ solutionis, quæ uitatio non est ei alioquin debita, ut suppono, ac proinde illuc effet usura. Econtra, si quis iniultè me persequitur, si mutuata pecunia cessat à persequitione, licet dampnum euitem, quia tamē illa uitatio erat debita, nam erat iniusta uexatio, tunc non dicor consequi lucrum, & per consequens non effet usura ad illum finem mutuare. Et idem si mutuet ad finem, ne illi grauamen aliquod per iudicem, aut alium fiat: quia tunc uitatio graua-

minis, cum alioquin sit illi debita, non effet lucrum. Inde etiam fit, quod si alioqui alteri mutuet cum pacto de soluendo aliquid, ratione interesse quod mutuans ob causam mutuatarij patitur, cū non prætendat lucrum, non erit usura. Itaque multum consert scire quid nomine lucri ueniat intelligendū, ut sciamus in quibus casibus sit, uel non sit usura. In proposito uero nostro lucrum ponitur pro genere, facit quod not. in c. ejiciens, dist. 88. Vbi omnis usura est lucrum, sed non econuerso: quia non omne lucrum est usura. Primū patet: quia si quis ex pacto ultra fortē mutuaciam accepit, est usurarius, cap. quicquid, 14. q. 3. Secundum patet, quia in contra*ctu* locationis, & conductionis, & similibus accedit lucrum, & tamen non est usura. Secundo ponitur in definitione uerbum quicquid, seu † quodcumque, iux. tex. in d.c. plerique, ad quod concordat cap. 1. & §. f. cap. quicquid. & causa. & glo. in Lrogati, ff. ad Trebel. Quod quidem uerbum est uniuersale, ut eit text. & ibi tradit Pau. in Clem. si Romanus, de piæben. Vnde omnem rem comprehendit, Lhæredes mei, in princ. & Lballista, ff. ad Trebel. siue sit pecunia, siue species, siue fructus, siue electuarium, uel quodcumque aliud, d. cap. plerique: quia qui omne dicit, nihil excludit, l. à procuratore, ff. mand. c. foliite, de maio. & obed. Item dicit quodcumque, ut comprehendant generaliter non solum illud, quod cōsistit in actuali datione rerum, sed in operis, & in uerbali seruitio, & si milibus, siue illud sit magnum, siue paruum, siue modicum. Tertio ponitur in dicta definitione uerbum. Ex mutuo, quod ponitur ad differentiam aliorum contractuum, in quibus non est mutuum, ut locatio, uenditio, & similes: nam lucra, quæ ex mutuo uero, uel palliato non acquiruntur, non est usura, secundum not. in c. in ciuitate, codem tit.

12 Est autem mutuum datio<sup>r</sup> reuocabilis alicuius rei usu consumptibilis. Si n. reuocabilis non sit, non est mutuum, sed

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

vel donatio, si loco eius nihil rependa-  
tur, vel alius contractus. Etsi non sit res  
usu consumptibilis, quales sunt que in  
pondere, ut in massa auri, & argenti,  
numero, ut in pecunia, mensura, ut in  
vino, oleo, & frumento, l. 2. ff. si certum  
petat. Inquit, quibus modis contr. oblig.  
in prin. non erit mutuum, sed vel com-  
modatum, vel locatum, aut aliud huius  
modi. Differunt autem mutuum, & co-  
modatum in multis: & Primum, quia  
13 mutuum fit † in rebus vsl cōsumptibili-  
bus. Comodatum vero in his, quae  
non sic vsl consumuntur. Iten in com-  
modato reseruatur dominium, simul &  
actio ad rem commodatam eandem nu-  
mero, que si absque culpa comunodata  
rī pereat, non ipsi, sed commodantem per-  
rit. Sed in mutuo vsl simul, & domi-  
nium rei mutuante in mutuariū trans-  
fertur, inde mutuum dicitur, quia de  
meo fit tuum, l. 2. §. appellata, ff. si cer. pe.  
Hinc si mutuatum qualitercumque, vel  
ex culpa, vel sine culpa pereat, ipsi, non  
mutuanti perit. Rursus rem commo-  
datam eandem in specie quis tenetur  
reddere, sed rem mutuatam non ean-  
dem in specie, sed aliam in genere eius-  
dem bonitatis. Non enim eosdem cen-  
tum florenos, quos quis mutuo accep-  
pit, vel sextarios frumenti, vel decem  
amphoras uini tenetur restituere, sed  
alios eiusdem bonitatis, & æqualis va-  
loris. Pro his facit tex. in l. secunda, ff. si  
certum petatur, vbi dicitur: Mutuum  
damus recepturi non eandem speciem,  
quam deditimus, alioquin aut commo-  
datum erit, aut depositum, sed idem ge-  
nus. ita loan. Andr. in regu. peccatum,  
& Turrecrem. in cap. si sceneraueris, 14.  
14 quæstio. 3. Conueniunt † autem mu-  
tuum, & commodatum, quia de sui na-  
tura debent essent gratuitū, nam si mu-  
tuum non est gratuitū, est usura.  
Sed si pro cōmodato aliquid exigitur,  
non est usura, sed definit esse commo-  
datum, & transit in alium contractum,  
scilicet commutationis, aut locationis,  
vel venditionis, aut emptionis. Com-

mutationis (inquam) si exigatur, aut re-  
cipiatur aliqua res pro re, quando com-  
modata est. Emptionis, & venditionis,  
si recipiatur pecunia, locationis, si ac-  
cipiatur pecunia pro vsl rei, ut fundū  
vel domus; At si alia res, & non pecu-  
nia recipiatur, erit contractus innomi-  
natus, i. d. v̄ r̄ des, vel vt facias, & om-  
nes isti contractus liciti sunt laicis. Tur-  
recrem. qui supra.

15 Rursus mutuum † est duplex, for-  
male scilicet, & interpretarium. Pri-  
num fit, quando res mutuabilis actu de  
mutuante in mutuariū transfertur,  
vt eadem in genere reddatur. Secundū  
fit emptione, & venditione, vt quando  
in emptione pretium rei anticipatur,  
vel differtur suo tempore soluendum.  
Vbi licet forma contractus sit emptio,  
& venditio, tacitē tamen ipsa pretij antici-  
patio, aut solutionis dilatio est suo-  
modo mutuatio. v. g. Emens agrum, vel  
bladum seminatum pro minori, quam  
valcat, vel quam alias empturus esset, p  
eo, quod soluit pretium, prius quam ac-  
cipiat rem emptam, dicitur usurarius,  
quia videtur ibi esse ratio mutui, cum  
soluat pretium rei emptæ, antequam ei  
recipiat, cum tamen ex vi emptionis sta-  
tim recipere debebat. Sic qui vendit bla-  
dum, vel aliud, plus quam ualerit, ex eo,  
quia differtur solutio, videtur vendor  
emptori mutuare pretium rei emptæ,  
quod statim ex vi emptionis soluere te-  
nebatur, cuin iam recipit rem sibi ven-  
ditam, & quia ratione talis munus ali-  
quid plus recipit, ideo cadit ibi usura. ita  
Turrecrem. in c. si sceneraueris, 14. q. 3. no-  
tatur in c. in ciuitate, & in c. nauigantib.  
de usur. Et ita conformiter ad huiusmo-  
di duplex mutuum, tacitum, scilicet &  
expressum, etiam est duplex usura, ex-  
pressa, & palliata. Sedes itaque & fun-  
damentum usura mutuum est.

Rursus quemadmodum in qualibet  
re naturali duo sunt principia, principiū  
materiale, & formale, vt in domo mate-  
ria sunt lapides, c. nentum, ligna, & ha-  
bili nodi, forma v. d. est ipsa formalitas  
domus,

domus, scilicet latitudo, & longitudo, 16 ita in  $\dagger$  contractu usurario, materiale est ipsum mutuum, quia usura non dignitur nisi ex mutuo, & formale est ipsa exactio lucri ex pacto expresso, vel tacito, ita Io. And. in dicta regula, peccatum, nu. 7. Zaba. in c. in ciuitate, q. 1. nu. 5. co. tit. Tertio ponitur in definitione verbum, pactio. Vbi tangitur alia differentia, nam excludunt luctum accedens ex liberalitate: quia  $\dagger$  illa oblatio, vel do-  
17 natio presumitur esse grata, & libera, quam non praeuenit petitio, vel obligas pactio, & per consequens illius oblati li-  
cita est receptio, vt dicit Ioan. And. in d.  
reg. peccatum: nam possumus licet reci-  
pere, quia etiam prohibemur petere, si-  
cuit patet 1. q. 2. cap. si Episcopum, vbi di-  
citur, q<sup>uod</sup> pro ingressu non licet pecuniam  
exigere, sed sponte oblatam licet recipi-  
re: cuius ratio redditur ibi auctoritate  
Gregorij dicentis, quod oblatio nullam  
culpa maculam ingerit, quia non ex am-  
bientis petitione processit. Et de hoc  
pater simile arg. in cap. quam pio, ead.  
quæst. & 18. dist. cap. de eulogis. Hinc  
insertur, quod mutuans, qui aliiquid à  
mutuatario recipit, non quasi exigens,  
nec ex aliqua obligatione tacita, uel ex-  
pressa, sed sicut gratuitum donum, non  
est usurarius, nec peccat in recipiendo,  
& ratio est: quia etiam ante quam mu-  
tuasset pecuniam, licet poterat aliquod  
donum gratis recipere, ergo etiam post  
mutuationem: Non enim debet esse pe-  
rioris conditionis per hoc, quod mutua-  
uit, ita Turrecr. in c. putant, ibi, secunda  
conclusio, 14. q. 3. Quarto ponitur in defi-  
nitione debitum. Vbi notandum, quod  
18 varijs  $\dagger$  modis potest mutuanti aliiquid  
esse debitum à mutuatario. Et primum  
est debitum naturaliter tantum, & in  
genere, quod dicitur ad antidora, id est  
ut beneficieni benefaciamus, & talem  
naturalēm obligationem nullo modo  
potest mutuans deducere in ciuilem. i.  
in pactum, ad certam, & determina-  
tam actionem, puta ad r<sup>m</sup> mutuandum,  
ad emendam de officina ipsius mutuan-

19 tis, aut agros eius colendum, &c. quia  
talis obligatio pacto acquisita usura est,  
cum sit aliquid pretio estimabile, ita te-  
net glo. 14. quæst. 3. cap. 1. & per Goff. in  
sunn. cod. tit. 5. fin. Raym. & Host. & est  
glo. in Clemen. uni. cod. tit. Secundum  
dicitur debitum ex charitate, & non ex  
iustitia, quod si omittatur, peccatum est,  
sed non iniustitia, qualia sunt opera indi-  
genti impesa ad eum curandū, si morbo  
laboret, vel ad eū defendendum, si iniu-  
riam patitur. Et pro huiusmodi operib.  
mutuare usura est, cum talia opera sint  
pretio estimabilia: potest enim Medicus  
pro sua curatione, & defensor pro sua  
defensione stipendiū, & mercedem reci-  
pere, ut aliás diximus. Tertium dicitur  
aliiquid mutuanti debitum ex iustitia,  
ita ut si debitor illud omittat, non so-  
lum peccabit, sed iniustitiam faciet ne-  
gando ei, quod personaliter debet. Ut  
si mutuatarius debet pecuniam, vel rem  
alian ratione delicti, scilicet furti, aut  
rapine, seu ratione contractus, tunc  
enim mutuare illi cum pacto de soluen-  
do vltra capitale, quod aliás hoc modo  
mutuanti debitum erat, non est usura,  
quia nec luctum; cum sit alioquin de-  
terminate, & personaliter ipsi mutuan-  
ti debitum ex iustitia. Igitur usura est  
luctum ex mutuo pacto debitum pri-  
mo, & secundo modo, nō autem tertio.  
Quarto, & ultimo ponitur in definitio-  
ne principaliter intentū: ubi inquirendum  
à nobis est, quando luctum speratu-  
rum reddat mutuationem usurariam,  
vbi adnotandum est, secundum Alex.  
de Ales, quod secundum leges humanas  
voluntas  $\dagger$  sola non facit usurarium,  
quia lex humana manum cohibet, &  
non animum, sed secundum legem di-  
uinā, qua animum cohibet, sola volun-  
tas facit usurarium, sicut sola voluntas  
occidendi hominem facit homicidam.  
1. Io. 3. Qui odit fratrem suum, homici-  
da est. Similiter sola voluntas fornican-  
di facit fornicationem. Matth. 5. Qui  
viderit mulierem ad concupiscendum,  
iam mechatus est in corde suo. Non ta-  
men

20 men omnis voluntas † acquirendi aliiquid ultra sortem pacto facit quē vñurarium, sed tantum intentio, & volūtas principalis acquirendi aliquid, aliās non mutuaturus, ita colligitur ex cap. si fñeraueris, 14.q.3.cap. i. cap. consuluit, extr. de vñur. quia tunc lucro subsecuto in foro animē tenetur ad restitutioñē, licet gratis fuerit illud oblatum à mutuatio. Ita tenet Host. & Io. Andr. in d.c. consuluit. Ray. in sum. & Gol. vt refert Hent. Boich. in c. in ciuitate, nu. 10. cod. tit. Verum si lucrum non fuerit subsecutum, tunc est voluntarie vñurarius quo ad Deum, qui cor respicit, & non manū  
 22. q.5. cap. qui peccare. 14. q.5. capit. fin. de penit. dist. i. cap. nunquam, & debet de illa praua intentione penitentiam agere, & confiteri, non tamen refutare, cum nihil receperit ultra sortem, si vero post mutuum absque tali spe lucrādi, sed gratis factum, subsequitur intentione, ita vt ostendat ore, vel opere, vel gerit in mente se aliquid vello ultra sortem, quod postea est consecutus, tunc vñurarius est, arg. i. q.1. cap. eos, in f. ff. de calumn. l. i. §. qui autem, & tenetur restituere, Mar. Soc. co. tit. num. 20. At si gratia mutuaria ob charitatem, & gratis aliquid recepit, tunc nec peccat, nec vñurarius est, ne peioris conditionis efficiatur mutuans, quam non mutuans, arg. de reg. iur. cap. factum legitime, lib. 6. cū ibi not. 23. q.5. c. de occidēdis, in f. Ex 21 his igitur collige, quod usura † mentalis, quæ obligat ad restitucionem, est, quando quis mutuat cum intentione antecedenti, seu contemporanea cum mutuo, vt quando ante mutuum, vel mutuando habebat animum, aliās non mutuaturus habendi aliquid ultra sortem, vel quando subsequitur intentio ad lucrum, vt quia post mutuum gratis celebratum subsecuta est praua intentione. Prima dicitur, mutuatio vñuraria, & lucrum vñurarium. Secunda dicitur mutuatio non vñuraria, sed receptio lucris sic. Tertia vero quando gratis mutuat, & gratis aliquid recipit, dicitur

neutrum esse vñurarium. Reperitur enī mutuatio vñuraria, sed lucri receptio nō, vt quando animo corrupto mutuat, sed postea animo deposito lucrum à mutuatio sponte, & liberaliter oblatum re-  
 22 cipit. Ufsum aliud est mutuare † cum spe lucri, & aliud propter spē, prout colligitur ex glossa interlineari, i. ad Corin. 9. vbi ait, quod aliud est arare in spe, aliud vero propter spē. Mutuare propter spē est, quod vñurarium est, & à Christo prohibitum, nō autem mutua recū spe. Cum enim de qualibet licet sperare, quod faciet omne illud, ad quod erit obligatus, & sciam ex beneficio mutui hominem obligari ad gratiam consimilem, vel maiorem, possum licite sperare quod sit facturus, sed non debeo pro illa gratia sperata, aut propter illam mutuare. ita Ioh. à Med. de rebus per vñur. acquisi. q. i. circa finem, vt igitur concludamus mutuare propter spē. i. propter lucrum principaliter intentum, i. speratum, ita vt illa sit causa finalis, aliās non mutuaturus, est vñura, non tamen prohibetur mutuum factum cum spe circa illud, ad quod tenetur, vnde potest mutuans sperare illud, ad quod tenetur accipiens: quia in consimili casu necessitatis tenetur sibi dare mutuum, vnde potest illud sperare ab accipiente non tamē ex vi mutui, sed ex charitate accipientis mutuum: mutua enim beneficia accēdunt charitatem, & quia etiā ex praecepto Dei debet indigēti mutuum dare. Vnde concedendum est, quod mutuans potest ab eo, qui recipit in simili casu sperare mutuum; quia ad hoc tenetur, aliās tamen si hac intentione tradidit sibi mutuum, non est meritorium; quia non ponit Deum finem. vnde dicitur Luc. 6. & habetur in cap. consuluit, extra eodem. Mutuum date, nihil inde sperantes, supple ab homine, vi mutui, sed à Deo, ita Turrect. in c. si fñeraueris, num. 5. ver. sic. his habitis, 14.q.3. vbi nota verbum, 23 Nihil, siue † sit pecunia, siue sit aliud. Vnde Hieron. super Ezech. cap. 6. & habetur in glos. super Exod. c. 18: putant qui-

quidam vsuras tantum esse in pecunia, quod praevidens diuina scriptura, omnis rei auctor superabundantiam, vt non plus accipias quam deリスト. Quidam enim solent pro pecunia senerata, & maximè a rufusci munuscula diversi genetris accipere, & non intelligunt scripturam; vsuram superabundantiam appellare, quicquid istius est: si absque eo, quod dederint plus acceperint. Item Ambrosius. Plerique refugientes precepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia vsuras exigunt, sed de mercibus eorum aliqua vsuram emolumenta percipiunt. Ideo audiatur quid lex dicat. Neque inquit escarum vsuram accipies, neque omnium terum. Et capit ex illo tex. Deuteron. 33. Non fruges, nec aliquam aliam rem. Item subditur ratio. Esa vsura est, & quodcunque sorti accedit vsura est, quod velis nomine imponas. Ex his ergo conclude vsuram.

<sup>24</sup> posse dupliciter t capi, vel pro peccato vsuræ, seu contractu vsurario, vel pro commodo, seu lucro vsurario. Si secundo modo accipiatur, manifesta est definitio supra posita, scilicet, quod usura est lucrum ex mutuo pacto debitu, vel exactum, aut principaliter, id est finaliter intentu. Sive rò primo modo accipiatur, ut peccatum importat, seu contractum usurarium, erit lenitus definitionis talis. Vtura est mutuatio, ex qua lucrum ex mutuo pacto debetur, & exigitur, vel principaliter intenditur, id est speratur.

<sup>25</sup> Vbi nota t diuersas species nsuræ. Quædam pactionalis, & est ipsa mutuatio adiecto pacto lucri intentu. Item exactionalis, & consilii in exactione, qua post factam mutationem lucrum exigitur. Est denique realis, & consilii in receptione lucri ob mutuum factum, & metalis, & consilii in spe lucri principaliter intenti, in quibus omnibus peccatum vsuræ commititur sub nexus restitutio- nis. Iura etiam ciuilia loquendo de usu- ris frequenter utuntur his uocabulis, videlicet centesimas, semisses, ut l.f. C. de usur. rei iudic. l. qui semisses, ff. codem

cum simil. Item trientes: item besses, de quibus omnibus loquitur text. in l. eos, C. cod. tit. Centesima vsura dicitur, quæ sorti in anno comparatur, vt dicit gl. 46. dist. cap. quoniam. Et hæc in traeclitia pecunia, quæ ideo sic dicitur, quia trans mare vehitur, l. i. ff. de naut. fcn. vsque ad centesimam tantum licitum erat stipulari, d. l. eos, semisses vsuræ dicuntur, secundum quas singulis annis quinquaginta pro centum dantur. Sed trientes, secundum quas si sorts est centum, habita ratione ad annum, debentur triginta tria, & vnum tertium. Bes- ses vero poterat stipulari vsque ad duas partes centum, habita ratione ad annum, ita Mat. Soc. de vsur. num. 11. vsque ad 16. Est etiam & alia vsura iusta, quæ est spiritualis, de qua loquitur Aug. Misericordia cur seneraris homini, senerare Deo, & centuplum accipies; De hac loquitur text. 46. dist. cap. sicut, de pen. di- stinct. 1. cap. medicinæ, sed illa cum non descendat ex mutuo, sed ex donatione, dicitur longe impropriæ vsura, ac si ve- lit dicere Aug. q. licet in seniore magno sit lucrum, longe tamen maiora sunt in his, quæ dantur amore Iesu Christi. Sed modo deueniamus ad alias Decisio- nes pertinentes ad definitionem, qua- rum prima est.

Cum lucri appellatione veniat incre- mentum omne, præter ea, quæ sunt sibi debita, ut supra diximus, num. 6. hinc infertur, non solum non esse vsuræ, sed <sup>26</sup> nec esse peccatum per viam t mutu- cœqui id, quod alias erat debitum, etiam quando alia via posset mutuator rem suam recuperare, modo explicet mu- ntariorum se illud incrementum exigere loco debiti prius contracli, ita vt dicat, Mu- tuabo tibi hac lege, vt decem, quæ alijs mihi debes, simul cum capitali soluas, nam tunc nec lucrum ex mutuo quærat, nec fraudulenta est huiusmodi compensatio, sed aperta, accidente insu- per debitoris cōsensu, alijs cessante debi- toris consensu, si ultra capitale illud debi- tum exegerit, licet non sit vsura, esset ta- men

- men fraudulenta huiusmodi recompen-  
satio, & ita peccaminosa, cum non sit li-  
cetum proprium debitum propria au-  
thoritate, & clam recuperare, glo. in ca-  
pit. ius gentium, dist. 1. vt supra in prima  
parte, lib. 2. cap. 93. num. 9. differuumus,  
quando alia via iusta potest debitor rem  
sibi debitam recuperare, quamvis ad il-  
lius restitutionem non teneatur.
- 27: Secunda. Cum vlsura fit de se malū :  
quia est quādam superabundantia forti  
accedens in mutuo vitiosa, & contra le-  
gen D̄i, & contra legem gratuitū, ideo  
dicta superabundātia nunquam potest  
exigi ipsa remanente sub ratione illiciti,  
& mali, quia ipsa remanēt sub ratione  
mali non cadit in ea dispensatio, sicut  
probatur in c. super eo. cod. tit. Si tamen  
est aliquia circumstantia, quę posset tol-  
lere rationem vitij ab ista superabundā-  
tia, tunc liceret mutuantī talēm supera-  
bundantiam exigere vltra sortem, sicut  
est in quibusdam casib⁹, qui numeran-  
tur per hos versus. Feuda, Fideiūsſor  
pro dote, stipendia cleri. Venditio fru-  
ctus cum velles iure nocere. Vendens  
sub dubio pretium post tēpora soluens.  
Pēna nec in fraudem lex commissoria  
gratis. Socij pompa plus forte datur  
istis, quos expone vt per nos in 2. par.  
libro 2. ca. 106. De casib⁹, in quibus per-  
mittitur vlsura intellige non vera, sed si-  
28 militidinaria, vt ratione interesse, † debi-  
tor enim ex cuius non solutione credi-  
tor damnificatur notabiliter, tenetur se-  
cundum iustitiam satisfacere creditorū  
in foro cōscientiā ad interesse, ext. de fideiū. cap. peruenit, quo casu, quia non  
gratia, aut vſus rei mutuata aliquid ac-  
cipitur, sed ratione interesse, non est vſu-  
ra. Alius casus est, quando ecclēsia acci-  
pit in pignus à vafalo suo † feudum,  
quod tenet ab eadem, nam tunc fructus  
nō computantur in sortem, ita tñ ut va-  
fallus interim non teneatur ad seruitiū,  
extr. de feud. cap. 1. cap. conquestus, ex-  
tra codem. Hoc autem non est accipere  
vltra sortem gratia mutui, atq; vſus rei,  
sed gratia recuperationis rei suæ de ma-

nu laici, vt habetur in ead. decret. Zah.  
in cap. in ciuitate, opos. 6. cod. tit. quia  
tunc dominium vtile cum direcio con-  
solidatur, & ad dominium ipsum vtrum  
que pertinet, aliás si creditor accepisset  
alicuius possessionem in pignus, tene-  
re computare fructus pignoris in for-  
tem, vt habetur in c. 1. cod. tit. Sed nun-  
30 quid teneat computare fructus per-  
cipiendo. Io. Calder, quem sequitur Za-  
ba. in d.c. 1. dicit, quod tenetur etiam de  
percipiendo, quando de sorte est sati-  
factum: quia est in culpa non reddendo  
rem, quam debet libere reddere. Sed si  
non est satisfactum, tunc creditor non  
tenetur nisi de fructibus perceptis, vnde  
non est in culpa in eo, q; non coluit rem  
pignoram. Sed bene teneretur, si non  
locasset (v.g.) domum, quae erat solita  
locari, vel etiam non confusa, si habuit  
paratum conductorem, C. de pign. act.  
L. 2. & de partu pign. l. 2. Ita Host. in sum.  
de pignor. §. quando efficaciter. verific.  
Sed nūquid egidor. Item quando cle-  
31 ricus † redemit possessionem tempo-  
ralem alicuius ecclēsiaz sibi assignatam pro  
beneficio à laico, qui tenet eam iniuste,  
nam si clericus mutuando illi pecuniam  
aceperit illam in pignus, tūc potest mu-  
tians fructus eius, & rem vltra sortem  
recipere, cum non fiat causa lucri, sed vt  
reuertatur ad ecclēsiā, quę aliás sorte  
recuperari non poterat. Et nec est vlsura  
quia recipitur tantum suum, extr. cod.  
cap. 1. & cap. conquestus. Quod Rich. in  
4. dist. 1. §. ar. vi. q. 5. extendit generaliter  
ad quēcumque, qui mutuat illis, qui vio-  
lenter, vel fraudulenter rem suam deti-  
nent, nam mutuās non tenetur restituere  
illud, quod accepit vltra mutuū: quia  
sic non accipit alienum, sed trahit ad se  
illud, quod suum est, per d.c. 1. in tex. &  
glosa. Rursum, quando sine omni pa-  
32 cto † datur aliquid gratis oblatum, mo-  
do aliqua concurrant. Et primum, quod  
huiusmodi oblatio sit spontanea, & libe-  
ralis datio, qualis non esset, quando me-  
tus, quo timeret mutuantē non amplius  
illi mutuaturū, causam præstaret. Qua-  
liter

liter vero posset præsumi, quod non gratia, & liberaliter munus offertur, sed vel ut terminus solutionis sortis proferetur, quod est secundo mutuare, vel ut postmodum cum ipse oblator indigerit, illi mutuetur. Dic, quod hoc potest colligi, quando munus offerens est paupertate pressus, aut illiberalis, qui talia munera liberaliter offerre non solet. Vel si mutuatur verbis, aut signis insinuauit se aliquod munus ex mutuo sperare, etiam si iocose id dixerit, sed mutuarius id serio dictum esse acceperit, vnde aliquid munus postea offert, nam tunc his, aut alijs casibus existentibus, rationabiliter præsumi potest donationem non sponte factam. Secundum requiritur, ut mutuans sponte oblatum non tanquam sibi ratione mutui debitum, sed tanquam sponte donatum recipiat. Tertium, quod talis rei donata receptio, nec aliorum sit scandalizatoria, nec ipsius recipientis infamatoria, ita Ioan. à Medi. C. de reb. per vsu. acquis. q. 3. ver. Tertia causa; sed in quo casu teneatur ad restitutionem diximus supra, nu. 18.

33 Item in contractu locationis non potest committi vsura: quia illud, quod accipitur pro re locata est merces, & non vsura. Et si tu diceres, quare est merces, & non vsura, sicut in contractu mutui. Dico, quia ex re locata vsus, & fructus rei differunt ab ipsa re, nec alienatione, aut consumptione fructus, vel vsus cōsu-

34 mit res, vt in mutuo. Præterea mutuum multipliciter differt à locatione. Primum, quia mutuum dicitur contractus gratuitus, vnde dicitur Mutuum date, sed locatio dicitur contractus iustitia, & equitatis. Mutuum ergo de sui natura debet esse gratuitum, alias venditur charitas, & gratia, quæ in mutuo communicantur. Quæ venditio nihil aliud est, quam abuso, & corruptela charitatis: in locato vero non sic est, vt de se patet, & ideo etiā in rebus consistentibus in pondere, numero, & mensura locatis, potest aliquid recipi ultra sortem. Secundo differt ratione proprietatis, nam in locato rema-

net proprietas locantis, nō autem in mutuo, cum transferatur in mutuarium, ita Ioan. Andr. in cap. fin. eod. tit. Tertio differt ratione utilitatis: nam ex locato homo recipit fructum, 88. dist. c. ei. ciēs; sed ex pecunia mutuata non. Quod si quis obijciat maiorem fructum quem percipere ex denarijs, quam ex agro, ut docet experientia. Respondeatur, illud est se principaliter ex industria hominis, & ingenij, ita comm. Doct. vi resert Mar. Soc. eod. tit. num. 69.

35 Rursum nec in † contractu emptiōnis vero, quia licet aliquid accedit ultra iustum precium, non est vsura: quia illud nō recipitur ultra sortem, sed de sorte. Etidem dicendum de fructibus perceptis ex re empta. Item nec in commendo, vt colligitur ex his, quæ supra diximus, num. 1. Præterea alius casus habetur 14. q. 4. cap. ab illo, vbi Ambros.

36 Ab illo exige † vsurā, cui nocere merito desideras. Cui iure inferuntur arma, huius legitimè inferuntur vsuræ. Quem bello vincere non potes, ab hoc vsuram exige, quæ necit crimen occidere. Si autem in talibus aboletur, vitium vsuræ est, quia hoc non sūt speculū, sed zelo fidei, & charitatis, vt inimici fidei debilitentur, & etiam, quia bona nō sunt eorum, qui impugnant fidem, sed iure debentur alijs quare ex hoc dixerūt aliqui, quod ab hostibus licet possumus accipere vsuram, nam omnia eorū possumus licet auferre, vt habetur 23. q. 7. cap. 1. & 2. Et quibuscumque in fidibus possumus nocere eis, 23. q. 2. cap. Dominus. Hinc secundum aliquos, Christianus potest accipere à ludeis, & Saracenis vsuras, sicut à ceteris hostibus Christianæ fidei, sed alij, vt nos diximus supra tit. de Iud. circa finē, intelligunt dictum Ambr. negatiū. Sci licet ab illo exigere vsuram, cui nocere merito desideras, quasidicat, nulli debes desiderare nocere, ergo à nullo debes exigere vsuras, vel ut dicit Tertius. in d.c. Ambrosius dicit ibi vsuram aliquam ut gentem, & immoderatam exactiōnem, ut tributū, quam hosti impôdere possu-

## Decis. Aurarum Par. II. Lib. II.

mus, ut affligat, & opprimatur. Et hoc innuit littera, vbi dicit, qui fuerit usura eius exactior inimici. Igitur ex his omnibus casibus iuxta numeratis, & alijs, de quibus in prima parte, lib. 2. cap. 106. 37 nūquam lucrum, tvel aliquid supra som recipitur ratione mutui, sed vel ratione feudi, ca. 1. extra de usu. vel ratione beneficij violenter occupati, cap. 1. de usur. vel ratione dotis, cap. salubriter, eo dem tū. vel ratione interesse, c. constitutus, de fideiuss. vel ratione liberalis donationis, facit tex. 1. q. 2. cap. sicut Episcopum vel ratione mortæ, vel ratione pœnae, 20. q. 2. cap. in legibus. vel ratione retraditionis rei venditæ, glo. in cap. conquestus, eod. tit. vel ratione dubij, cap. nauiganti, de usur. uel quando pecunia locatur ad pompam, ut not. i. d. cap. conquestus, uel quando accipitur usura ab inimicis fidei, cap. ab illo, 14. q. 4. secundum aliquos.

38 Tertia. Debitor, qui t accepit pecuniam sub usuris, si postea eadem mutua uit amico suo, ut restituat fortem, & usuras deinde currentes, talis mutuans nō est usurarius, & nec peccat, quod intellige secundum loan. Cald. in cap. nauiganti, extra de usur. quando mutuans tunc omnino intendebat satisfacere usuratio de illa pecunia, quam socio mutuauit, ad hęc 14. q. 4. cap. si quis oblitus, ibi, aliqua incrementa, quia in hoc casu nihil sibi lucri acquirit, sed tantum damnum euitat. Nec enim cum suo damno tenebarur socio subuenire, 23. q. 5. c. si non licet: solum ergo damnum euitat, unde pecunia nihil sibi germinat, & ideo in eo deficiunt rationes definitionis usuræ, arg. 14. quæst. 3. cap. plerique. ubi uero tunc non intendebat satisfacere usuratio, cessant prædictæ rationes, & ideo tunc peccat & tenetur, si à socio usuras recepit, ad illam restitutionem.

39 Quarta. Mutuauit t pecuniam communitati hoc pacto, quod dñante termino non tenerer ad collectas. Respon. Spec. in tit. de usur. uer. sed pone, quod talis non est usurarius, quia lucrum non

capit, sed damnum euitat. Io. uero Cald. dicit, quod si collectæ imponendæ essent ex certo, quod iste non excusaretur: nisi in proposito esset, quod essent iniustæ: ut nos diximus in prima par. lib. 2. cap. 104. nu. 10. Si uero dubitatur, an durante debito aliqua sit imponenda, uel nō: tunc uerum est dictum Specu. quod excusaretur, per cap. nauiganti, ratione dubij, sed Card. in ca. confuluit, nu. 1. tenet contrarium, etiam in dubio, quod etiam in collectis extraordinarijs, in quibus est uerisimile dubium an imponantur, non sit excusatus mutuans à peccato usuræ, quia tunc dubietas excusat, quando indifferens est ad lucrum, & damnū, sed hoc certum est, quod non nisi lucrum contingere potest, igitur siue quis mutuat ut sit liberatus à collectis ordinarijs, siue extraordinarijs, contractus est usurarius, nisi in proposito esset, & essent iniustæ.

40 Quinta. Injuries intuli Petro, quam obrem mihi inimicatur, propter quod oportet me subire expensas tot florentium in mense in famulis, quos mecum tenere oportet armatos, unde ipsi Petro agenti mutuo centum, cum pacto ut mihi rehittat iniuriam, uel sine pacto, sed principaliter hac spe ductus ut benevolentia, uel uenia ab eo accepta cesserent expensa prædictæ, non autem ex aliqua charitate, quam ad ipsum habeam, nunquid peccem, uel sim usurarius. Respon. quod iste non sit usurarius: quia licitum est alicui suam uexationem redimere, cap. dilectus, de simon. Et non obstat, si dicas, quod ista damni euitatio cum sit iusta, quia dedi causam delicto, est pecunia estimabilis, & per consequens sit usura, cum non possum redimere uexatio nem, arg. de acta, & qual. c. 1. nam negatur, quod sit iusta, quia licet peccauerim iniuriando, iste tamen peccat in uindicando. Nam, ut ait Apoſt. ad Rom. c. 2. Mihi uindiictam, & ego retribuam, dicit Dominus, & per consequens cum nihil lucri percipiatur, seu paciscatur, seu speretur, sed solum damnum, quod me subire

subire facis propter timore vindictę euitetur, non est usura ob illum finem mutationem facere, arg. eorum, quae notat glossa. 14. q. 4. cap. quoniam multi, quae dicunt, quod usuræ possunt peti, ut damnum cuitetur. uide quæ diximus in 1. parte lib. 2. c. 101. n. 4. &c. 5.

**41** Sexta. Adeo est execranda usura, † ut nec pro redimenda anima captiui possit exerceri, eod. t. i. c. quia, & c. quoniam, & cap. super eo. Non enim prætextu pietatis est impetas exercenda, & committenda, 1. q. 1. c. a. non est putanda, de conuers. Infid. cap. 1. 14. q. 5. cap. 1. & cap. ne quis. Hinc inseritur, quod non est licitum mutuare cum pacto, ut det aliquid pauperibus, arg. tex. in d. cap. non est putanda, cum usura sit omni iure prohibita, ut nos diximus in 1. par. lib. 2. c. 103. ob sex causas, quas ibi num. 7. affirmaamus; si quis tamen uelit uidere 19. ratios, quibus prohibetur usura, uideat Mar. Soc. eod. tit. à n. 30. usque 56.

Septima. Ex quo usura prohibita est ueteri, & nouo testamento, & omni iure, ut nos alias diximus, & per Arch. in 41 d. cap. 1. de usur. in 6. hinc fit, † quod sit crimen ecclesiasticum, de quo plenè per Ioan. Andr. in d. cap. 1. & lo. Mona. qui finaliter videntur concludere, quod est de tali crimine per iudicem secularē possit cognoscere in his casib. & Primus est, quando cessante consuetudine, ut ecclesiasticus tantum cognoscatur, questio usurarum deducetur in iudicio, non ut usura, sed ut interesse, secundum no. per Innoc. in c. 1. eo. tit. & Doct. in cap. conquestus, eod. tit. ita Guliel. in Clem. 1. eo. ti. puta, quia ego fideiussi pro te, & tu non soluisti, unde sui coactus soluerit usuras pro te, quare à te repeteo, nā tunc poterit agi coram iudice laico, quia usuræ petuntur ut interesse, quod est licitum, d. c. conquestus. Secundus, quando in foro judiciali esset questio super facto, scilicet an usura sit soluta, uel nō, ita Dom. Ant. in c. cum sit, de foro competet probatur in cap. post miserabilem, eod. ti. secundum Doct. quia ibi præsup-

ponitur certè, quod contractus erat usurarius. Et eodem modo poterit tunc cognoscere ecclesiasticus, facit cap. ad nostram, et 2. de iure iuri. Zabar. in d. Clem. 1. q. 18. ubi nu. 41. ponit exemplum, ut si petitur fructus computari in sortem, qui dicuntur suisse centum, alias dicit, quod quinquaginta; vel si debitor dicit se restituisse sortem, creditor negat, vel dicit se soluisse quinquaginta, & creditor, quod viginti, tunc de his cognoscit iudex secularis, vide etiam Zabar. in cap. cum sit, de foro compe. ubi etiam dixit, quare crimen usurarum est ecclesiasticum. In his etiam casibus tantum cognoscit Ecclesiasticus. Primus si consuetudo disponat, g. Ecclesiasticus tantum cognoscatur, per not. in c. 2. de excep. lib. 6. Secundus, quando questio usurarum deducitur ut usura, & in foro penitentiali, quia tunc ecclesiasticus tantum cognoscit, quia laicus non vtitur isto foro, arg. cap. noua, & c. omnis, de penit. Tertius, quando esset questio in iure, an sit contractus usurarius, uel non: & ita Lapus dicit curiam seruare, ut resert Gemin. in cap. 1. eo. ti. & ibi Franc. in 6. De hoc etiam uide Bart. in l. Titia, ff. sol. matr. Exemplum ponit potest. Instrumentum mutui purum in sui forma impugnatur de fraude usurarum, ita quod actor dicit instrumentum usurarium, & reus negat, tunc dicitur questio usuraria, & cognoscit ecclesiasticus, & uidetur casus in cap. illo nō, de pign. ubi unus dicebat fundum esse uenitium, alter dicebat in ueritate suisse pignus, & tamen cognovit ecclesiasticus. Erad idem melius, de empt. & uendit. cap. ad nostram. De hac materia, uide Ioan. Calder. de iudic. conf. 3. Vbi etiam questio rit, † an Iudex possit punire usurarium punitione per iudicem ecclesiasticum. & dicit ex glo. Ioan. Monac. quod sic. arg. de pen. cap. felicis, §. per hoc quoque lib. 6. de for. comp. c. cum sit generale, de offic. ord. cap. 1. saltem in eo, quod exce-dit, ff. de bon. dam. l. prima. uide Ge-min. & Franc. in cap. primo, de usur. in

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

in 6. Doctor. in cap. 1. de offic. ordin.

Ostia. Afferere, pertinaciter usuras non esse peccatum, t uel usuratiū non esse obligatum restitutio n i, uel ea facta, non teneri aliter ad p cni tientiam agendam, sicut in m uro, commodato, uel deposito, glo. in Clem. 1. §. sanc t. uidetur uelle, quod sit locus illi litera, scilicet, quod uelut hæretici sunt puniendi, cum obligatus restitutio n ex delicto etiam posse restitutio nem teneatur penitentie, non tamen si est obligatus ex contractu licto, ut mutui, uel simili bus contractibus: quia in primo casu offenditur Deus, & proximus, unde satisfactio proximo deo et per p cni tientiam satisfacere Deo. Sed obligatus ex contractu licto, obligatur tantum homini, & ideo sufficit ut illi satisfaciat.

Nona. Cum usura subiaceant restitu tio n i, si est usura deducta in pactu, & specificata, iux. tex. in ca. inter, de excessu 45 præla. petuntur in foro Ecclesiast per cō dictio n em indebiti, uel per officium iudicis, cod. tit. cap. Michael, & c. 1. lib. 6. sed si est mentalis tantum, tunc non potest peti in foro fori, sed tantum in foro anime per uiam supplicationis gratio se ab hereditibus defuncti, si hæres recepit emolumen tu m, sed si nihil recepit, sufficit de mente corrupta p cni tenter e, arg. de finio. c. fi. Et etiam & aliud augmentu, siue accessio ad sortem, quæ non est usura, vt in casu societatis, & ibi petuntur tan quam interesse, vt cum quis certat de dā no viendo, & hoc debet peti in foro proprio: quia actor debet sequi forum rei, & sic si reus est laicus, petuntur in foro seculari, argum. de foro compet. cap. ex tenore.

46 Decima. Usurarij, t dicuntur raptiores, 14. q. 4. cap. si quis usuram, conlumpnatores substantiarum pauperum, c. 1. eo. tit. in 6. vbi vocatur usurpa vorago. Sectatores turpis lucri auarij causa, 14. q. 4. cap. quoniam. Infideles, cap. quid dicam, ead. quæst. Dicuntur etiam serui, Io. 18. circa medium. Dicuntur etiam capite di minuti. 1. q. 7. §. quia ergo, filij diaboli, nō

nascendo, sed imitando eius opera, ad hoc 22. q. 2. §. item opponitur, iuxta principium, nam solo peccato sunt filii diaboli, de pte. distin. 1. §. hoc idem, in fi. & ideo maledicti, vnde Christo. dicit, quod super omnes mercatores usurarius est maledictus, ita Arch. & Ioan. And. in q. cap. 1. eod. tit. in 6. sunt omnibus odio, & apud omnes nationes habiti viles, abiecti, & vituperabiles, ita vt omissa bona eorum dicerentur bona diaboli. Ab horrebat quis aspicio, lo eorum domū, aut agrum. Nemo de eorum domo igne sumebat. Nemo ab eis oculum pacis in Ecclesia accipiebat, & de occurrū illorū pueri expauescabant, ut dicit Do. Mar. Soc. eo. tit. num. 59. Illi in Italia dicuntur præstatores, In Francia Caurisini, in Prouincia renouatores. & si sunt in manifesti, debent expelli, vt dicit tex. in cap. 1. de usur. in 6.

47 Immo t ut dicit clericus Pisanus, posset præmiti bannum, vt omnes senatores alienigenæ intra certam diem exeat sub certa pena, allegat de cland. despōs. c. inhib. tit. o. cum in tua. qui mar. accus. poss. Tandem, quibus pœnis afficiantur, videantur Doct. in c. 2. co. tit. in 6. Zabar. cons. 25. & quæ nos diximus in 1. par. lib. 2. c. 103.

48 Undecima. Communitas t dat pecuniam ad usuram, singuli ciues usurarij dicuntur. Et hoc quo ad eos, quorum authoritate, & consensu fit, pro hoc de procur. c. fi. eod. tit. c. conquefus. 7. q. 1. cap. sicut vir, & 24. q. 3. cap. si habes. Et secundum Host. omnes hi, quibus hac in mente sua placent, & ratum habent, & consentiunt, & prohibere possunt, & non faciunt, extr. de sent. excom. c. quâ. t. Inimo omnes hi, qui præliterint authoritatē compellendo, aut præcipiendo communiatī senerari taliter, quæ aliter hac non esset tactura, ienetur restituere in solidum, alias si authoritatē, & consensum præliterint, non tamen compellendo, aut præcipiendo, & tunc tenentur ad restitutio nem quantum ad eos peruenit de usurpa, vel quantum rele uati.

utri sunt ab expensis , quas de suo feci-  
sent in sustinendis oneribus communi-  
tatis, ita Ray. & Rod. vt refert Asten. li-  
bro 3. de vsura.art.7.q.3. & 4.

49 Duodecima. Usurarius † an teneatur  
restituere id , quod lucratus est ex pecu-  
nia usuraria. Resp. D. Tho. 2.2.q.78. a.3.  
& Rich.4.dist.25.q.5.art.6. quod rerum  
quædam sunt , quarum vsus est earum  
consumptio , qua non habent usufrui  
Etum principaliter secundum iura . Et  
ideo si tales res sint per usuram extorta ,  
vt denarij , triticum , vinum , & huius-  
modi , non tenetur homo restituere nisi  
tantum receptum: quia si quid de tali re  
acquiritur , ex industria est , & non ex  
fructu rei : Nisi forte per receptionem ,  
vel detentionem talis rei debitor sit dä-  
nificatus amittendo aliquid de bonis  
suis , tunc enim tenetur ad recompen-  
sationem nocimenti , vt si domum suam ,  
vel aliquid huicmodi oportuit eum  
pro pretio viliori distrahere , quam vale-  
ret , vt usuras solueret . Quædam uero  
sunt , quarum vsus non est earum con-  
sumptio , seu distractio , & haec habent u-  
sum fructum , vt domus , ager , & similia ,  
& ideo si quis alterius domum , vel agrum  
per usuram extorsisset , non tantum te-  
netur restituere domum , uel agrum , sed  
etiam fructus perceptos ex illis , deductis  
prius laboribus , & expensis , quia sunt  
fructus rerum , quorum non ipse , sed  
alius erat Dominus , D. Thom. sequitur  
Zabar. in d.Clem. unic. cod. tit. q.7.  
Laur. de Rodul. in cod. tract. quest. 44.  
& Astens. qui supra , quest. 22. uersic. cu-  
rrum usurarius .

50 Tertiadecima. Qui extorsit † usuras  
in alienis partibus , puta in Francia , an  
possit illas tradere suo Diocesano , & ille  
cas erogare pauperibus : cum incerti  
sint illi , quibus facienda est restitutio .  
Resp. quo ad primum , præter ea , quæ di-  
ximus in 1.par.lib.2. cap.133. nume. 10.  
quod potest illas tradere suo Diocesano ,  
si per se restituere non uellet , iux. no. per  
Archid. in cap.2.de rest. lib.6. qui quidē  
diocesanus debet pauperibus erogare ,

de Iudæis ; cap. cum sit nimis , de rest. c.  
tuā , de usu.cap. quia in omnibus . Et hoc  
ideo , ne pecuniam imburserent , uel male  
erogent simplices sacerdotes , ut dicit  
Host. in cap. cum tu , num. 3. codem tit.  
Quis autem sit iste diocesanus . Dico , q.  
Episcopus delicti , ubi sunt extorta usu-  
ra , atque etiam ille , de cuius diocesi est  
subditus . Ad ipsum enim pertinet habe  
re curarum suorum subditorum . Quare si  
subditus in aliena diocesi rapiendo , uel  
furando delinquit , ipse debet esse com-  
petens iudex in soro animæ , ut not. 16.  
q.1.c.1. & per consequens semper quod  
agitur de dimissione peccati , ut est in ca-  
su proposito Reg. peccatum , de reg. iur.  
in 6. quia usurarius tradendo usuras di-  
cesano , cum absoluat . Quibus tamen  
pauperibus † possit diocesanus dispen-  
sare: dico , quod pauperibus quibuscumque:  
iura niamque , quæ tractant de hu-  
icmodi distributione , seu restitutione ,  
indistincte , & generaliter loquuntur de  
pauperibus , non restringendo se ad certi  
loci pauperes , ut patet de usur. cap. cum  
tu , de homic. cap. sicut dignum . 14.q.5.c.  
non sanè , de immun. eccl. cap. quia pleri-  
que . Igitur generaliter , & distincte de  
quibuscumque pauperibus potest intelli-  
gi , de coniug. leprol. ca. 2. de priui. c. quia  
circa . Hoc etiam probatur , quia quando  
iura uoluerunt illicitorum restitutio  
nieri in certo loco , illum locum expresse-  
runt , ut patet de Iudæ. cap. ad de libera-  
dū . Ergo ubi non exprimitur , restat re-  
gula in contrarium . Bene uerum est , q.  
haec erogatio potius deberet fieri paupe-  
ribus illius loci , in quo est dominium ,  
uel cuius habitator erat is , cui facienda  
est restitutio , quam extraneis , arg. C.  
de seru. l.2. & fi. & l. præses: quia ueris-  
milius est , quod inter illos inueniatur  
is , cui dominum datum est , uel hæres e-  
ius , quam inter alios extraneos , secundū  
Host. in d.c. cum tu , num. 3. sed dictum  
Host. est de consilio , quod indicat uer-  
bam potius , & melius . Vnde non exclu-  
dit , quin aliis possit fieri restitutio : cum  
consilium non obliget . 4.dist.c. denique .

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

& 14.q.1.cap.ult. Ita Feder.de Sen.con. 12 fil.33. An uero Episcopus possit concedere, quod talia conuertantur in reparacionem ecclesiaz parochialis , Do.Henr. Boic.in d.e.cum tu, finaliter concludit, quod sic, si ecclesia reparatiōne, uel augmento indigeret necessario, ut quia populus non potest in ea conuenire ad diuinā, nec facultates ecclesiaz ad ipsius reparationem sufficiunt. Alias non poterit, quando facultates ecclesiaz sufficiūt, uel reparatio non est necessaria, uel nimia fames pro tunc imminet pauperibus. 86. distin.cap.pasc, quia tunc si id, quod pauperibus debetur, alteri soluat, onus non remittitur, sed angetur, cap.eam te, de iure iur. Et qui tenet pauperibus eroganda, rapit aliena, 47. dist. c.sicut, 2.facit, cap.non est putanda, 1. q.1. Et nec pietatis praetextu impietas est exercenda 30.q.1.c.nosce. Sed quid si usurarius† non est soluendo, ut quia amīfit usuras. Dic, q. nihilominus tenetur si habet aliundē, & ratio est: quia est debitor quantitatis in genere, & sic non liberatur interitu. C.si cert. pet. l.incentiu, ff.ad l.Falc.l.in ratione. At si omnino nihil habet, liberatur usquequo peruerterit ad pinguiorem fortunam, de solut.cap.Odoardus,arg.26.q.6.c.si quis de corpore, nulla habita ratione ne egeat, ita glo.in d.c.cum tu, de usur.

**Quartadecima.** Usurario sufficit in forto conscientiaz † remissio sibi facta ab his, qui debent rehabere usuras sine rea li restitutione, modo cessantibus, metu, dolo, circumuentione, & calliditate, & omni fraude, omnino proprio motu, uel ad preces usurarij, vel amicorum, vel ad remunerandum seruitia recepta pecuniam sibi debitam, & extortam siue per usuram, siue per surtum, uel rapinam, nec restitutiōnē paratam remittant. Ita hanc sententiam tenet Ioan. Andri.in cap.peccatum, de reg.iur.in 6. Hoc etiam videtur tenere Archid.de usur.cap.2.libro 6. super verb.satisfactum, vbi dicit, satisfactum accipimus, quomodo cuncte uoluntati creditoris satisfaciat, alle

gat l.si rem, §.omnes, vers.satisfactum, ff. de pign.a&t. Et idem videtur tenere Host. in sum. de usur. §. qui p̄ena . fallit in quibusdam casib⁹ specialibus, in quibus non sufficit † rei male ablata remissio, de quibus in cap.statutum, ad fin. de rescrip.in 6.& de sent.excom. ca.2. cod. lib.ergo cum sit speciale in eis, regula remaneat in contrarium, quod sufficit remissio, not.de cler. non resid.c.unic.li.6. Hinc dixit Feder.de Sen. cons.18. nu.5. quod si usurario perseverante in contumacia, & in criminē, & non disposito ad aliquam restitutionem usurarum, is, qui debet recipere usuras, rooto proprio, vel ad petitionem usurarij, remittit usuram sibi debitam, liberatus est usurarius à restitutiōne rei, nō autē à peccato, † quod contraxit, usuras exercendo, uel surando, nisi de illo peccato confiteatur, & poenitentiam peragat, nam in re male ablata obligatur quis aeternā p̄enā propter peccatum mortale, quod contraxit in auferēdo rem illicitā à proximo, & ad restitutionē rei. Duos ergo offendit, Deum, & proximum, & sic duobus satisfacere tenetur, de usu.ca.cum tu, in fine hom.in cap.sicut dignum, §.ex eo. Si mile in † eo, qui est excommunicans, qui clericum percussit, quia licet satisfaciat lazo, & Ecclesiæ, & sit absolutus, tamen nisi peniteat de peccato, quo ad Deum non est absolutus, de hoc 4. q.1. in summa, de sent.exc.cap.decernūnus, lib.6. Fed.de Sen.consl.22.nu.6. & 144. per totum.

**Quintadecima.** Licet uxor, † & familia usurarij non debent viuere de illicitē acquisitiōnē, tamen si non habent alia bona licet acquisita, vnde commode uiuere possint, possunt ali de illicitē acquisitiōnē; Nam uxor debentur alimenta ex titulo oneroso, facit quod not. cod. tit. cap.cum tu, & c.conquestus, & cap.sala briter. Sic idem est dicendum de familia si sunt personæ obligate ad obsequium, alias debent recedere, arg.11.q.3. c.qm. de sen.excō.c.quod in dubijs, & c.inter alia. Et pro hoc, q si non habent aliquandē,

dē, possint de male acquisitis ali, facit, quia ob necessitatem famis licet etiam furari cibos, de sur. c. 3. Zab. in Clem. 1. 59 cod. tit. q.8. Sed nunquid vxor † possit restituere male ablata viro ipso viuēte, & ignorante. Respon. Asten. cod. tit. 11. art. 7. Qd non: cum non sit domina rerum. Et nec etiam ipso sciente, & cōtra dicente, & prohibente: sed sic viro sciēte, & non contradicente. Sed circa fursum à viro commissum, uxor non teneatur restituere illud, nisi quantum ad ea de bonis eius peruenit, vel in quantum bonis eius vſa fuerit.

Sextadecima. Vnus, & idem actus potest esse vitiosus respectu vniuersi, qui nō est vitiosus respectu alterius. Huiusmo 60 di est contractus † usurarius, qui quāuis sit vitiosus respectu eius qui mutuum præstat, non tamen est vitiosus respectu eius, qui mutuum recipit, sicut potest poni exemplum in passione Christi, quā fuit vitiola respectu Iudeorum, qui eam intulerunt, non autem ex parte Christi, qui eam recepit. Immo valde virtuosa; igitur recipere ad vſuram ex causa rationabili, non est peccatum: quia vbi duo mala concidunt, semper est eligendum minus malum ab illo, qui necesse habet incidere in aliud de duob. Et ideo pauper debet potius eligere recipere mutuum ad vſuram, quām mori facie. ita Io. And. in reg. peccatum, nu. 33. de regu. iu. in 6. Et nos diximus par. 1. lib. 2. cap. 108. An vero sit indistincte ve-

61 rum, ut quis † possit recipere ad vſuram sine peccato, constitue tres cōclusionses. Prima est, quod si usurarius non est paratus mutuare sub vſuris, vel non habet alios paratos recipere, debet abstine re a recipiendo sub vſuris etiam propria causa, ut puta, pro liberandi Christianis, qui essent, & detinerentur in Saracenorū potestate, cap. super eo, cod. tit. vbi prætextu boni mala non sunt cōmittenda. Secunda conclusio, quod si magna pericula imminenter non recipiendo ad vſuram, vt quia pauperes fame morentur, & habens ad mutuan-

dum non est dispositus fine fenore, etiam si nō habet alios paratos recipere, licet nedum recipere ab eo, sed etiam suadere vt mutuet: quia mutuando euitat maius malum, quod incurrit nō mutuando, cum sit causa mortis, & minus malum præligendum est, vt euiteretur maius. Tertia conclusio, quod si usurarius est alias mutuaturus, & habet paratos recipientes, vt quia publice fenatur, non solum pro opere pio, seu virtuoso, sed etiam pro indifferenti, licet, sed pro actu vitiioso, puta vt viviat luxuriosè, non, ut resert Innoc. in d.c. supet eo. & ibi Zabar. nu. 2. Henr. in cap. quia in omnibus, nu. 6. eo. tit.

62 Decimaseptima. Qui deberet soluere centum in Pascha, cum quibus volebā ego mercator ire ad nūdinas empturis merces, si distulisti soluere, & ex hoc sum damnificatus, possum petere, quod vltra fortem restitutas damnum, vt nos diximus in 1. par. lib. 2. cap. 105. nu. 21. & seq. & 31. & maxime in contractibus bona fidei, quia non petitur tanquam vſura, sed vt interesse causa damni uitadi, non iure actionis, sed officio iudicis, ut redditur indeennis, ff. pro soc. 1. scđum, c. petuenit, de fidei us. no. 12. q. 2. c. si quis, de clericis, de hoc vide Zabar. in d.c. petuenit, & de interesse, in c. sacro, de sent. excom.

63 Decimaoctaua. Mutuum non est dare decem vlnas panni pro decem alijs reddendis ad certum tempus, quamvis talia videantur consistere in mensura. Est enim, secundum Monal. in summa, potius contractus permutationis, quam mutui. Vnde nonen mensuræ hic restringitur ad modios, & vasa, quibus mensurari solent liquida, & grana. Ita Franc. de Plat. in tract. de vſur. nu. 3.

64 Decimanona. Iudex secularis fecit patiatur usurarios uiuere, & non alios iures, & raptiores cum usurarij publici manefestè sint mali. Resp. Alex. de Ales, in 4. sent. dist. 1. q. Qd Iudex secularis Rempublicam gerit quo ad temporalia, vnde quamvis usurarius sit sur, tamen quia

# Decis. Aurearum Pat. II. Lib. II.

fur est domesticus, & non per violentiam furatur, quia etiam ex furto illius prouenit aliqua utilitas ipsi Republica quantum ad temporalia, ideo permituit illos vivere, quamvis alios lures puniat. Quod re autem iudex, & ecclesiasticus plus se intromittit de pena usurariorum, quam aliorum furum. Resp. idem ubi supra, qd iudex ecclesiasticus, qui subtilius inspicit, quam secularis, persequitur usurarios propter danum spirituale, quod ex usura accidit, & quia usurarij fecerunt sibi officium, & modum vivendi cum contemptu praecetti diuini, & damno proximi. Altens. li. 3. de usur. i. 1. q. 12. Hęc circa hanc materiam sufficiant, preter ea, que diffusius diximus in 1. par. lib. 2. à cap. 105. usque ad 121.

## S V M M A R I U M .

- 1 Iuris patronatus plures definitiones.
- 2 Ex iure patronatus tria a patrono competunt.
- 3 Signa ad cognoscendam ecclesiam colligatam, que sunt, remissione.
- 4 Patronus si virgin ad inopiam, est alienus per ecclesiam.
- 5 Sed quid si sua culpa,
- 6 Patronus non potest vendere ius alimentandi.
- 7 Ecclesia cogenda est per superiorem, si non vult altere patronum.
- 8 Alimentata potest habere patronus etiam extra dominum.
- 9 Alimentis in prestans, qua sunt consideranda.
- 10 Ius patronatus duplex.
- 11 Ius patronatus acquiritur fundatione hospitalis, & altaris, & ius. seq.
- 12 Ius patronatus fundari non potest absque D. oceasani consensu.
- 13 Consensus, quando requiriuntur per modum auctoritatis, sufficit quod superueniat ex post facto.
- 14 Ite in donatione a laico alteri laico facta.
- 15 Patronus aliquem substituere in ecclesia non potest sine Episcopi consensu.
- 16 Patronus non consequitur in ecclesia nisi ius prestatandi.
- 17 Ecclesia in casibus quatenus mutari potest de loco ad locum.
- 18 Locus renatus profanus, si res sacra tollatur de loco.
- 19 Patronus in qua ecclesia habebit ius patronatus, quando mentatio sit, in nona, vel in veteri.
- 20 Consensum, qui interponere non vult, potest per superiorum cogi.
- 21 Superior quis sit ad hunc effectum.
- 22 Ius patronatus trib. ex causis acquiritur.
- 23 Ius patronatus an adipicent ad capellulas mendicantium.
- 24 Construens, vel fundator quis dicatur.
- 25 Ecclesia si donatur ab univeritate, illa, non singuli habent ius patronatus, sed corpus universitatis.
- 26 Ecclesia si donatur ab univeritate, illa, non singuli habent ius patronatus, sed corpus universitatis.
- 27 Ecclesia vi possit construi, donari, aut fundari, debet aliquid dari ante consecrationem.
- 28 Ius patronatus an acquiratur reedificatione.
- 29 Ius patronatus an possit refici per patrum sine licentia Episcopi.
- 30 Actus, qui non potest fieri sine anchoritate superioris, potest refici sine illius authoritate.
- 31 Ius patronatus competit viri, & etiam mulieri, & infantu, nu. seq.
- 32 Ius patronatus competit tam laici, quam clericis.
- 33 Ius patronatus quare sunt inductum.
- 34 An competat Iudeo, haereto, & excommunicato.
- 35 Iudeus lenans puerum de fonte, acquirit cognacionem spiritualiter.
- 36 Ius patronatus an transcat ad sicutum nomine. s. 3.
- 37 Ius patronatus an transcat ad sicutum nomine. s. 3.
- 38 Ius patronatus quatuor modis transferetur ad heredes, & nisi euam ad extraneos, non ramen ad filium, si nouus est heres. nu. seq.
- 39 Sed qualiter transit cum sit spiritalis, vel spirituali annemant.
- 40 Heredes plures unius patroni an unam, vel plures voces habeant.
- 41 Patronus potest adipicere ius patronatus non potest ullus augere.
- 42 Ius patronatum non ramum successionis, sed

- 44 Sed etiam titulo pro legato transferuntur.  
 44 Ius patronatus transferitur donatione.  
 45 Ius patronatus vendi non potest num. 48.  
 fallit tamen in casibus. nū. 46.  
 47 Causula in vendendo ius patronatus.  
 49 Ius patronatus si venditur, quando ven-  
 di non potest, quid fieri de pretio.  
 50 Ius patronatus an possit pignori dari.  
 51 Sed an in feendum dari.  
 52 Epilogus omnium.  
 53 Ius patronatus an transferatur in fiscum  
 per bonorum confiscationem.

### De iuris patronatus definitio- ne. Cap. XXV.

**P**E materia habetur 16.q.7.ca.  
 piz mētis usque in finem, vbi  
 vide omnino glossam in d. c.  
 pia mentis, & extr. eodem &  
 in 6. & in Clemen. Verum circa defini-  
 tionem aliter à Legistis, aliter à Cano-  
 niis definitur ius patronatus. Nam se-  
 cundum iuristas ius patronatus est po-  
 testas iure ciuili patrono cōcessia in per-  
 sonam liberti ad obedientiam sibi pre-  
 standam propter beneficium manumis-  
 sionis. Sed secundum Canonistas aliter  
 definitur. Nam Innoc. in rub. cod. titu.  
 cap. ad audienciam, Temporale, quia  
 transmittitur ad hæredes, 16.q.7.cap. filijs,  
 c. considerandum. Arch. in d. cap.  
 piz mentis, nū. 2. & c. 1. num. 1. cod. ut.  
 dicit, q. est authoritas, sive potestas pro-  
 uidendi ecclesiæ proueniens ex benefi-  
 cijs ante consecrationem ecclesiæ colla-  
 tis. Sed Ioan. And. dicit, q. ius patrona-  
 tus est ius honorificum, onerosum, &  
 vtile alicui in ecclesia competens ex eo,  
 quod diaœsanij consensu ecclesiæ sua-  
 dauit, dotauit, vel construxit ipse, vel  
 is, à quo cauam habuit; ita hanc defini-  
 tionem sequitur Io. de Anan. in rub. co-  
 tit. nū. 5. & Hanc Boich. in c. quoniam,

- nam. 1. Et quidem plures colliguntur  
 Decisiones, quarum  
 2. Prima est. Ex iure patronatus† com-  
 petit patrono honor, onus, & emolu-  
 mentum. Hinc in definitione dicitur:  
 Est ius honorificum, onerosum, & utile. vnde versus. Patrono debetur ho-  
 nor, onus, & emolumētum. Præsen-  
 ter, præst̄ defendat, alatur egenus. Ho-  
 nor vero consistit in præsentatione, &  
 reverentia. Repræsentat enim ad pre-  
 bendas, & ad ecclesiias non collegiatas,  
 ext. et. per totum. In collegiatis autem  
 non requiriuntur consensus eius pro elec-  
 tione facienda, sed bene electus ei præ-  
 sentatur, & consensus postulatur, extr.  
 cod. cap. nobis. Quæ tamen † sint signa  
 ad cognoscendam ecclesiam collegiatā,  
 uide per Inno. in cap. postulasti, cod. tit.  
 Honor etiam consistit, quia sedet iuxta  
 prælatum, in processione præ alijs ho-  
 noratur, nam quasi principalis primus  
 incedit, honorificētins suscipitur, & stu-  
 diosus ei seruit, secundum Gosfr. &  
 Arch. in cap. Frigentius, & Turrecrem.  
 in cap. piz mentis, 16.q.7. Rursum ex  
 iure patronatus proueniunt onera, quia  
 præcipiuī defensor ecclesiæ est, vnde te-  
 netur ecclesiam ab omnibus oppres-  
 sionibus, & impugnationibus defendere,  
 vnde & adiuvatus eius, & defensor di-  
 ci potest, & de rebus ecclesiæ sollicitudi-  
 nem gerere, ne fraudulentur, 16. q. 1.  
 cap. constitutum, & quart. 7. cap. filijs.  
 4. Item † est vtile, quoniā si vergat ad ino-  
 piā, debet ali de bonis ecclesiæ, d. cap.  
 filijs, & cap. quicunque: non tamen se-  
 cundum voluntatem ipsius patroni, sed  
 cum debita ratione, ne egeat. Credo ta-  
 men dicit Hugo, quod persona, & qua-  
 litas, & ecclesiæ facultas sunt hic consi-  
 deranda: quia aliter est prouidendum  
 nobili, vel infirmo, & aliter ignobili, &  
 fano. Si enim ecclesia tenetur subuenire  
 omnibus indigentibus, præcipue ta-  
 men suis benefactoribus, & inter eos  
 præcipue patronis, arg. dist. 86. c. non sa-  
 tis, quem tenetur pinguis aleare, quam  
 alios pauperes, & pinguis illum, qui

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- 1 fuit diues, quam illum, qui fuit pauper, facit cap. ne cogantur, dist. 4.1.
- 1 Secunda. † Patronus, qui sua culpa ad inopiam deuenit, est de bonis ecclesiæ alendus, ita Hugo dicit in c. quicunque, 16. q. 7. per tex. in cap. non satis, dist. 86. & hoc rationabiliter est institutum. Primo ad vitium vitium ingratitudinis, vnde Eccl. 29. Gratiam benefactoris ne obliuiscaris. Secundo, quia qui ecclesiæ deditauit ad pauperes sustentandos, factus pauper de bonis ecclesiæ, quæ sunt bona pauperum, sustentari debet. Tertio, ut per hoc diuites ad dotandum ecclesiæ, & ad largiendum ecclesijs munifici, & promptiores reddantur, ita Card. 6 in d.c. quicunque. An autem possit vendere ius alimentandi, quod habet ex dispositione iuris, vel honorem, qui debetur persone suræ, dicit Abb. in c. præterea, nu. fi. quod non: quia licet ista sint temporalia, tamen non possunt uenidi: quia inherent persone ipsius patroni, quia non potest quis ali, vel honorari per alium, arg. in cap. fin. de offi. deleg. Sunt enim hæc iura annexa iuri patronatus, ut non possint ab eo abdicari.
- 7 Tertia. † Si ecclesiæ non vult patrono subitenire cum possit, potest cogi per suoperiorem, ita dicit lo. Andr. in c. nobis, ver. vergat, eod. ti. An autem debeat habere alimenta † in Ecclesia, vel in domo sua. Specu. in tit. qui fil. sicut leg. §. 1. ver. sed pone, dicit, quod in domo, & etiam extra domum debet habere. Idem dicunt in vxore, quod si relinquantur alimenta vxori, quod debet habere etiæ extra dormum, ut dicit Bart. in l. 4. §. fin. ff. de alim. leg. Si vere ecclesiæ non habet nisi tantum pro se, tunc non teneatur, facit c. præsenti, de offic. ordin. lib. 6. Tu et addes gl. in d. c. quicunque, igitur in † alimentis præstandis ab ecclesiæ patrone hæc sunt consideranda: nō primo sunt detrahendæ expensæ necessariae, vi delicit, subueniendum est leutoribus, & cultui diuino pro reparatione ipsius ecclesiæ. Et de his, que supersunt subueniendum est patrono. Sicut in simili seruatur in liberto, qui debet alere patrem omnem egentem, vt in l. si quis à liberis, §. alimenta, ff. de lib. agnosc. Ad hoc tex. cum bona, glo. in c. quicunque, 16. q. 7. Et si dices, quale priuilegium est illud, cum ecclesiæ de superfluis tenetur subuenire omnibus egenis, c. quoniam, 16. q. 1. nam resp. quod abundantius, & melius debet prouidere patrono, quam alijs pauperibus. Item pauperes non habent actionem contra ecclesiæ, ut not. in cap. sicut hi, 47. dist. & cap. exiunt, 1. q. 7. sed patronus habet actionem per hæc iura Canonica.
- 10 Quarta. † Circa illud in definitione positum.. In ecclesiæ, collige duplex ius patronatus, quæ inter se differunt, nam aliud est ius patronatus, quod habet q.s. in libertis, de quibus habetur 12. q. 1. c. libertus, aliud aduocatorum, qui dicuntur patroni in causis clientulorum, ut 15. q. 2. cap. 1. 1. in velamento, C. de postulat. & in honorarijs, ff. de muner. & honor.
- 11 Quinta. † Ius patronatus non solum acquiritur fundatione ecclesiæ, sed etiæ hospitalis. Qui enim fundat hospitale; ita acquirit ius patronatus, sicut fundator ecclesiæ, c. inter dilectos, de don. qd. intellige, si est hospitale religiosum: quia bene est patronus proprie, & ibi Episcopus instituit, secus si est hospitale priuatum: quia non efficitur propriæ patronus, sed Dominus regens ipsum auctoritate propria, nec ab eo Episcopus exigit iura episcopalia. Abb. pulchre in disput. incip. Sempronius, t. 5. col. v. c. cū descendendo. Fel. in c. de quarta, nu. 3. vers. quinto, de praescript.
- 12 Sexta. † Sicut acquiritur ius patronatus per fundationem, vel donationem ecclesiæ, ita per fundationem, vel donationem altaris: quia idem iuris est de ecclesiæ, & altari, cum etiam nomine altaris ecclesiæ intelligatur, 1. q. 3. c. quæ situm, de consecr. dist. 1. c. si motum. & quod etiæ si datur ecclesiæ dos post eius consecrationem, possit dans fieri patronus, not. Arch. 16. q. 7. c. filijs. Innoc. eod. tie. in

in rubr. & Ioan. And. in cap. 1. præsupponendo, quod de consensu diæcesani hoc fiat. Zabar. conf. 82. Turreer. in cap. monasterium, 16. q. 7. & ibi Archid. vbi exponit oratorium cappellam pro commendo priuata persona fundatam. Hoc etiam notant Doct. in c. nobis, tit. nostro, Cald. conf. 25.

13 Septima. † Ex verbo illo, diæcesani cōfensu. Collige hæc decisionem, quod ius patronatus non potest fundari sine consensu Episcopi, c. nemo, de consecr. d. 1. siue patronus sit clericus, siue laicus, qui vult illud fundare, 16. q. 7. cap. pię mentis, & c. Frigentius, & inclius in c. considerandum, & tit. nostro, cap. nobis. Et ratio est: quia eius est examinare locum erectionis, & ecclesie dotem, & disponere qualiter sit regenda, vel gubernanda, in authen. de Monach. §. illud, col. 1. de consecr. dist. 1. cap. nemo, & c. nullus, 14 de iure patr. & not. † quod vbi requiritur in actu cōsensus per modum autho ritatis, sufficit, quod superueniat ex post facto, not. in cap. cum consuetudinis, de consuet. & in cap. cura, cod. tit."

15 Octaua. † Non solum consensus Episcopi requiritur in fundatione iuris pa tronatus, sed etiā in donatione, vt quia patronus laicus vult donare alteri laico, secus aiem si donaret ecclesię, vel clericis, quia tunc donatio valet etiam sine autoritate Episcopi, ita gl. fin. in cap. illud, tit. nostro, & ratio est: quia cum donatur ecclesię, conditio eius sit melior, sed quando donatur laico, posset eius cōditio fieri deterior, si vellet donare vni malo homini, vide cap. 1. tit. nostro, in 6. vbi Archid. & Ioan. de Anan. in d. cap. illud, num. 7. vide etiam Franc. in d. c. 1. num. 2. vlt. notab. vbi colligit, quod licet ius patronatus sit spiritualiter annexū, de iudic. c. quanto, tamen potest donari singulariter, & de per se, vt d. c. 1. & cap. illud, etiam sine aliqua vniuersitate, vel plene, puta sine castro, villa, vel fundo, ita determinat Rota per text. in d. cap. 1. in decis. 404. quæ incipit. Item sicut dubiatum, intelligendo de cōcessione facta

loco religioso, vel clericu pro ecclesię, se cū si laico, vel clericu nomine proprio, quia tune de per se donari non posset sine consensu Episcopi, vt per gl. d. c. illud, & per Inno. in cap. cum secundum, in fine, tit. nostro.

16 Nona. † Authoritas etiam Episcopi necessaria est, quod patronus vellet ali quem ponete in ecclesię, sicut nec etiam Episcopus posset aliquem ponere in ecclesię sine autoritate patroni. Hinc se 17 quitur, qd patronus non † cōsequitur in ecclesię nisi ius præsentandi, non autem ius instituendi, vel administrandi bona, not. in e. præterea, tit. nostro, an autē fieri posset per consuetudinem, quod collatio spectet ad laicum, Ioan. And. in d. c. præterea, & in cap. 2. de præbend. in 6. dicit, quod si Papa scit, & tolerat, quod potest, & illud operatur magis tolerantia Papæ, quam consuetudo.

18 Decima. † Necessaria est etiam authoritas Episcopi, quando ecclesia mutatur de loco ad locum suadente necessitate, dum tamen diuinum officium non defetur, cap. si quis, 16. q. 7. Et hæc est vna de quatuor causis, quibus ecclesia mutatur de loco ad locum, alij tres ponuntur in cap. tribus, de consecr. dist. 1. in quibus possunt transfigeri ecclesię, vel reliquias 19 de loco ad locum. An † autem tunc remaneat locus profanus, si res sacra, puta reliquia, tollantur de loco. Dic, quod sic. Et sic nota argumētum, secundum Vincen. per hoc, quod dicitur de reliquijs, in cap. 1. tit. nostro, quod Episcopus potest exsacrare locum sacrum, i. facere non sacrum: quia quando res sacra tollitut de loco, remanet locus profanus. ita Io. Andr. in d. cap. 2.

20 Undecima. Quando ecclesia † trans fertur in alium locum consensu Episcopi: tunc patronus habebit ius patronatus in veteri, & non in noua, si patronus erat in priori ecclesia ratione cōstrūctionis, vel territorij: nisi postquam fuit patronus, in prima aliquid fecerit, per qd acquisiuit ius in noua, eam cōstrūndo, vel dotando. Si vero fuisse patronus

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

ratione dotationis, quia diuinitus nouam sequuntur ecclesiam, habet ius patronatus in utraque. ita Turrec. in c. monasterium, 16. q. 7.

21. Duodecima. † Si ille, qui debet interponere consensum, non vult, tunc potest cogi per superiorum, facit tex. in l. f. §. necessitatem, C. de bon. quæ lib. & l. dotem, ff. solut. matr. Ex causa tamen rationabili consentire non tenetur, vt probat tex. in c. nullus, 16. q. 7. Quæ autem sit illa, iudicabitur arbitrio boni viri. Si amile habetur in c. consuluit, de offic. de leg. Superior † verò quis sit, dic, quod est. summus Pontifex: nam debet patronus denunciare Papam. Quod si valde difstat, potest adiri Archiepiscopus, non ut ipse consentiat loco Episcopi, sed vt Episcopum cogat ad cōfentiendum. Ita lo. Andr. prout resert. Ioan. de Anan. in c. nullus, de iure patr.

Tertia decima. Circa verba illa, fundata uit, datur, vel construxit, nota, † quod tribus ex causis ius patronatus acquiritur, Primo ex ecclesiæ constructione, vt qui ædificat de consensu Episcopi. Secundo fundi collatione ad ecclesiam ædificandam, vt si do solum, vt ædifices ecclesiam, 18. q. 2. c. Abbatis, el. 2. Tertio ex ecclesiæ dotatione, inde versus: Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus. ita Anan. in rub. Hent. in c. nobis, nullus Turrecens. in cap. piz mentis, num. 4. 16. quæstio. 7.

24. Quartadecima. † Licet secundū Do. Petrum de Anch. si nobilis fecit cappellam in Sancto Dominico, vel in ecclesia mendicantium, non acquirat ius patronatus: quia iura loquuntur de iure patrōnatus, non adaptantur ad cappellas mendicantium: ergo nec eius dispositio, vt dicit Anan. in ca. in singulis, de Ita. monach. ibi non cadit dos, sed mendicitas: tamen per tex. in c. nobis, tit. nostro, hoc dictum est dubium, quia constructione acquiritur ius patronatus. & in fine loquitur de cappella.

25. Quintadecima. † Cōstruens, vel fundator is dicitur, secundum Arch. in d.c.

piz: qui à principio, &c de novo in loco aliquo ecclesiam ædificavit cum consensu Episcopi loci Diocefani, aliter ecclesia ædificata non potest. extr. de iure pat. cap. nobis. 1. responso. cum similibus. Si verò fundator potest, & vult solus ædificare, & dotare, dioceſanus alium non admittet, vt euitetur dissensio. Turrec. 26 in d. cap. piz, nu. 5. Item si ecclesia ab uni ueritate construitur, vel dotatur, non singuli, sed corpus habet ius patronatus 12. q. 2. cap. qui manumittitur. lo. Andr. in cap. 1. eod. tit. lib. 6. num. 4. Item in ipsa fundatione potest patronus laicus de consensu Episcopi certum certum teneare, ext. eo. c. præterea. scil. ultra nihil debet exigere, nec in aliquo grauis esse, & si contraueniat, per censuram ecclesia sticam facias compelletur, c. in finibus, §. f. de stat. monac. Turrec. in d. c. piz mentis, nu. 8. in fine.

27. Sextadecima. † Vt possit ecclesia construi, vel ædificari, aut dotari, debet dari aliquid ante consecrationem, quod sufficiat ad luminaria, & clericorum stipendia, ut de consecr. dist. 1. cap. nemo. Alias si non daret sufficientem dotem, non est patronus, si autem sunt plures, sufficit, quod dent partem, dummodo illæ partes faciat unam dotem sufficientem, vide glo. in cap. quandocumque, 16. q. 7. & glo. 63. dist. in summa. Anan. in cap. 1. nu. 8. eod. tit.

Dccimaseptima. Non solam fundatione, & constructione ecclesiæ acquiritur ius patronatus, sed etiam reædificatione, quando ecclesia est omnino funditus destruta, & aliquis reædificat ecclesiam de consensu Episcopi, nam tunc pertinet est, ac si ecclesiæ ab initio construeret, cap. consuluit, de Iude. Vbi habes, quod fauorabilius est reædificare de stratum, quam de novo construere. & est casus secundum Host. in cap. quoniam, tit. nostro, in Auth. vt nullus fabr. orat. do. l. 1. §. 1. coll. 6. Quod casu patronus, qui per priam fundationem ecclesiæ ius patronatus acquisiuit, per destrutionem ipsius ecclesiæ radicatus, omni-

no ipsum ius amittit, ut not. Ber. in d.c. quoniam, in f.i. et quum tamen est, quod antequam Episcopus extraneo de cōsen su suo edificare volenti consentiat, antiquum patronum super hoc moneat; & ipsum cuilibet extraneo praeferat, arg. de his, quae sunt, à pralat. c. cum Apostolica, de loca. & conduc. cap. potuit. Quando verò ecclesia non esset omnino funditus destruta, tunc non acquiritur ius patronatus, arg. s. ne quid in loc. publ. f.i. L. p̄t̄or, §. vicinales. Quod idē dicimus, quando reedificaretur ecclesia sine consensu Episcopi, ut est expr̄ssum in auth.

29 vt null. fabr. orat. do. An † autem possit refici ius patronatus sine licetia Episcopi per patronum, quando ecclesia est destruta, glof. i. in cap. 3. de iure pat. dicit, quod sic, & ibi Scribentes. Fel. in c. eum accessissent, in glof. f. num. 3. de const. 30 vbi ponit regulam, quod altus, qui nō potest fieri à principio sine licentia superioris, potest tamen refici, si erat destruta absque illius autoritate. Hinc ludzi, qui nō posseunt nouas Sinagogas facere, possunt tamen veteres, vel ruenentes reficere, & prohibiti adificare castra, nō prohibent reficere, secundum Bald. in l. 1. §. adificare, in verb. reficere, s. de mort. infir. Fel. vbi supra. Sic religiosus prohibitus nō imprimere librum absq; licentia Capituli, illa habita, potest illum reficere, addendo, vel minuendo. Hęc autem, & similitudine intellige ut habeant locum, quando adificatura non esset omnino penitus destrutum, ita Host. in sum. de eccl. adif. in f.i. Ex quo insert, q; in adificanda ecclesia diruta requiritur licentia Episcopi, secus in adificanda non diruta.

31 Decima octaua. Cirea illud verbuna in definitione positum. Ipse pone hanc decisionem, quod † ius patronatus potest competere vtrique sexui, & ita mulier est capax iuris patronatus: quia masculinum comprehendit femininum, de quo 17. q. 4. c. si quis suadente, ita lo. An. in c. generale, de elect. in 6. Et hoc puto rectissimum, & probatur aperte per tex-

in cap. f.i. de conc. præben. Calde. de iure patr. cons. 1. Anan. in cap. nobis, num. 3. tit. nostro.

32 Decimanona. † Infanti pariter potest competere ius patronatus, & in eo succedit potest, vel alia sibi acquiritur, sicut maioribus, & per tutorem potest fieri nomine suo presentatio, 20. q. 2. ca. puel la, & quod not. de regu. cap. 2. Quod si presentatio non fiat, nihilominus remaneat sibi in alijs vacationibus, quod sibi primo competebat, ar. no. de iur. pat. c. 1. & per Innoc. de elect. cap. querelam, & de restit. spolia. cap. in literis, Calder. tit. nostro cons. 8.

33 Vigesima. † Ius patronatus competit tā laicis, quam clericis: verum laicis procedit in Ecclesijs ex quadam tolerantia, & gratia speciali contra iuris regulas: quia laici iura spiritualia, uel eius aenexa possidere non possunt, cap. decernimus, de iudic. & quia Ecclesiæ cum suis dotibus sint sub potestate, & ordinatione Episcopi, 10. q. 1. cap. nouerint, & cap. de cretum, & ex his infertur, quod quando Ecclesiæ ceperunt edificari, nullum ius 34 patronatus competit, sicut autem † potest inducetur, ad hoc ut laici induceretur Ecclesiæ edificandas, & dotandas. De quo etiam per glo. & Archid. 16. q. 7. cap. p̄t̄ mentis.

35 Vigesimaprima. † Quamvis ius patronatus competit vtrique sexui, non tamē competit Iudeo: Vnde Iudeus adificando Ecclesiæ, non acquirit ius patronatus, d. cap. p̄t̄ mentis, & cap. quicunque fidicium, & ratio est ut dicit lo. And. in c. Ea, que, de reg. iur. quod Iudeus non acquirit cognitionem spiritualem. De he retico idem, q; non acquirat ius patrona

36 tus. Dicit tamen à Iudeo, quia si Iudeus leuat puerum de foate, querit sibi cognitionem spiritualem, verum nō acquirit ius patronatus, quia cum bona sua sint ipso iure confiscata, de heret. c. cum secundum, lib. 6. ergo de suo nō potest dare fundum, dotem, uel edificium, facit de cap. monarch. cap. 2. §. f. Item dato, quod patronus esset, illud confiscata esset

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- 37 effet, facit quod not. 1. q. 7. c. maximum.  
 An autē ius † patronatus transeat ad filium, gl. in c. filii, & nepotibus, 16. q. 7. dicit, quod non: sed tu dic, quod transit ad fiscum ecclesiasticum confiscatis bonis alicuius. De excommunicato dicit Ioan. And. quod male facit Episcopus il lud admittendo, tamen si dat licentiam ut edificer, edificando patronus erit, cū religionem profiteatur, & matrimoniu contrahat, & alia faciat, que notat Ioan. And. in reg. Dolo facit, de reg. iur. in 6. Non tamen habebit exercitium, & frumentus iuris patronatus, donec fuerit absolutus, ita Anan. nu. 4 & Henr. nu. 2. & in c. nobis, tit. nostro.
- 38 Vigesimasecunda. † Circa illud vel is, à quo causā habuit. Collige modos, quibus ius patronatus ad alios transfertur qui sunt quatuor, videlicet per successiō nem, donationem, & permutationē, & venditionem, vnde versūs. Ius patronatus transire facit nouis heret, Res permutata, donatio, venditioque: vnde circa successionem nota, quod ius patronatus trāfertur ad omnes heredes, siue sint sanguinis, siue extranei, glo. 16. q. 7. cap. considerandum, Iason in l. 1. nu. 71. ff. de leg. 1. & est cōmuniſ, Abbas in c. 1. de iure pat. Card. conf. 1. 2. Decius conf. 1. 49. col. 1. & ad quemlibet heredem trā fit in solidū, etiam si inequalibus partibus sint heredes: quia indivisiibile est, extra eo. cap. 2. vide Fed. de Sen. conf. 2. 5.
- 39 Vigesimatertia. † Ius patronatus, tunc demum ad heredes sanguinis transit, cū in bonis sint heredes, quia ius patronatus transit cum vniuersitate hereditatis, extr. eo. c. cum secundum, in glo. 1. Hinc sit, Primo, quod ius patronatus ecclesiasticū, quod ita fuit institutum vt Titio, & eius liberis cōpetat, non transit in patroni filium, qui eius heres non est, aut hereditatem patris repudiauit. Abb. in d. cap. 1. Card. dicto conf. Abb. conf. 54. lib. 1. Quorum sententia communis est, contra gl. in d. c. considerandum. Secundo inseritur extraneo vniuersali herede instituto ius patronatus ad eum pertine re, & non ad filium etiam in recerta institutum, Abb. in d. c. 1. Franc. in c. 1. de testa, in 6. super glossam instituit.
- 40 Vigesimaquarta. Ius patronatus † legit sit spirituale, aut spirituali annexū, tamen transit ad heredes, et si spirituālia non transiant, vt 8. q. 1. cap. apostolica: & ratio est, quia ius patronatus est spirituale, non purum, sed mixtum, quia pendet ex prouidentia rerum temporaliū. Nam si merum esset, laicis cōcedi non posset. Tum etiam, quia vt ad heredes transiat, hoc non contūnit de iure communi, sed de sola gratia, vt omnes inuitarentur ad bonum, & promptiores essent ad benefaciendum, ita Turcetrem. in d. c. pię, nu. 9.
- 41 Vigesimaquinta. Plures heredes vi nius ex duobus patronis, habent unicā vocē in p̄senteatione Rektoris, & habentur loco vnius: & sic in iure patronatus videtur fieri successio in stirpes, & nō per capita, ita not. in Clem. plures, de iure pat. vbi etiam notant Doct. & Imola, quod inter patronos potest conueniti de p̄senteatione facienda alternis vici bus: & vt facilius prouideatur Ecclesijs, & vt vitetur discordia, quae alias posset interuenire. An verò † patronus post ædificationem ecclesie, per quam adeptus fuerat vnicum ius patronatus, possit postea augere numerum patronorū, disponendo quod heredes sui habeant duas voces integraliter, & separatas, Dic quod non: quia sic Ecclesia videtur perdere suam libertatem, supposita pluribus patronis, quā a principio fuerint instituti, & ita semel de fact. consuluit Gemin. vt ipse refert in c. laici, numero 3. de rebus eccl. alien. vel non, in 6. vna cum Domino Petro de Anch.
- 42 Vigesimasexta. Ius patronatus potest non solum successione, sed etiam titulo pro legato transferri: Ratio autem, quare ius patronatus possit legari, est quia potest donari. c. illud, tit. nostro. Et legatum est donatio, l. legatum, ff. de leg. 2. et go, & c. Debet tamen interuenire consensus Episcopi, siue ante, siue post, secundum

cundum Io. And. in c. cum seculum, eo. tit. licet Dominus Federicus cons. 22. Quod incipit. Si opinio, teneat, q. etiam sine Episcopo possit legari: Et ratio est: quis ius patronus queritur successione, & non dicitur de generali, nec particuliari, ergo legari poterit, quia legatarius dicitur successor, vñ in I. si rem legatam, ff. de excep. Et non obstat, quod non possit donari sine consensu: quia aliud est in donatione, & aliud in legato, quia legatum est fauorabilius, quam donatio, c. cum dilectus, de donat. Et nihil est, q. magis debeatur hominibus, quam ut ius preiue voluntatis liber sit stilus. Et hanc opinionem tenet Petr. de Ancháran. & Bald. & sequitur Ananias in d. capit. cum seculum.

**44** Vigesima septima. † Donatione transfertur ius patronatus, An vero requiritur Episcopi consensus. Dic, quod sic, si datur laico, eo. tit. c. præterea, & maxime quando dubietur ne sit in fraudem, & transfertur in potentiores, vt innuitur ibi, si verodonetur clero, aut loco religioso, tunc non requiritur consensus Episcopi, eod. tit. c. ex insinuatione, & illud, & duiesitatis ratio est: quia ex donatione facta laico, Ecclesiæ conditio deterioratur, cum soleant laici Ecclesiæ esse nimium infesti, 2. q. 7. cap. laicos, & cap. laici. Sed si sit loco religioso, sit Ecclesiæ melioratio, cum eripiatur à manibus laicorum, arg. c. cū apostolica de his, quæ s. à præl. item si clerici excedunt mettam, facilius possunt compolliri, quam patroni laici, dist. 69. cap. iudicatum. Item propter timorem fraudis, vel fictæ venditionis, arg. de diuor. c. quanto, in fine, de quibus debet inquirere Episcopus, quia si inueniet, denegare debet assensum, arg. cap. prouida, de elec. in 6. potest etiam ius patronatus permutari cum alio spirituali. 16. quæst. 7. cap. nemini, & cap. ad quæstiones, & cap. fin. de rerum permut.

**45** Vigesima octaua. † Licet ius patronatus vendi non possit, vt not. in cap. de iure, extr. eod. cum sit annexum spiritu-

tuali, vnde sicut iura merè spiritualia vē di non possunt absque virtute simonię, ita neque iura spiritualitatibus annexa, vt not. in cap. veniens, el 1. de testi. quia ratione cōexitatis idem iudicatur de eo, quod de spiritualibus, tex. in cap. quanto, de iudi. vbi ius patronatus per iudicem laicum diffiniti non potest. Tum etiam, quia quāvis ius patronatus quo ad quendam participet de temporalitate, tamen à digniori naturam assumit, scilicet à spiritualitate, de qua magis participat. d. c. 46 quanto, tamen transit† cum uniuersitate, si uniuersitas est realis, & talis, que sine expressione uerborum uniuersaliū, seu genetalium continet, & importat uniuersitatem, & etiam illud ius spiritualia, uel quasi, siue illa iura spiritualia, uel quasi, sicut est uilla, uel castrum, quod in se continet non solum ius patronatus, vt in c. ex litteris, extr. eod. sed etiam honorem, districtum & iurisdictionem, ut ff. de uerb. sign. l. pupillus, §. territorium, & tali casu non est necessaria authoritas. Episcopi d. cap. ex litteris, & c. cum sœculum. Aduertat tamen, † quod uendendo non exprimat ius patronatus, (verbigratia) vendo villam cum iure patronatus in ea existente, quia talis venditio respectu iurius patronatus non valeret Abb. in cap. illud, nu. 4. extr. eod. plenē. per Gem. in c. vnic. eod. tit. in 6. Rurum si sit aliud ius vniuersale, quod multa in se continet, ut est hereditas: cum illa transit ius patronatus, arg. ff. de petit. hered. l. item videndum, §. si cum duabus leg. seq. secundum Innoc. Host. & Abb. in d. c. ex litteris.

**48** Vigesima nona. † Ius patronatus in his casibus vendi non potest. Primus, quanto venditur cum vniuersitate tali, quæ est uerbalis, & talis, que sine expressione uerborum uniuersalium, vel generalium uniuersitatem aliquam non continet, nec importat, ut si quis obliget, vel vendat omnia iura, quæ habet in villa, cum non sit sua, sed infra limites territorij uillæ, habet tantum certos fundos, uel certa iura, & inter alios ius patronatus,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- tronatus, nam tunc non transit ius patronatus. Vnde tali casu, quando dicitur vendo tibi omnia iura, quæ habeo in tali villa, hæc vniuersalis resoluenda est in singularem. Hoc est vèdo tibi hoc, & illud, & sic de singulis, quæ ibi habeo. Secundus, si vendit aliquis fundum, vbi habeat Ecclesiam, nō intelligitur Ecclesia transfire in venditionem, si mercedein, s. si cum fundum, s. de act. cmp. Item si quis vendat palatum suum, vbi habeat capellam, quæ forte multa prærogativa habet, & multos redditus, non intelligitur capella transfire in venditionem, quia licet ad capellam non sit iter nisi per palatum, tamen cum possit bene teneri, etiam si non vadat ad Ecclesiam, dicit Inno. in d. cap. ex literis, quod ius patronatus non transit, quia potest habere ius præsentandi. Tertius, quando fieret contractus in specie super iure patronatus, quia talis contractus non valeret, cap. de iure, extr. eo. Quod procedit etiam si interueniret consensus Episcopi. Host. in c. preterea, eod. tit. fallit tamen hoc, quod diximus de venditione, in permutatione, quæ fieri potest cū alio spirituali, 16. q. 7. c. nemini.
- 49 Trigesima. Ius patronatus quando vendi non potest, si tamen de facto uenit, pretium non debet remanere penes venditorem: quia quis non debet locupletari cum aliena iactura, l. n. & natura, s. de cond. & demonst. sed debet applicari illi Ecclesiæ, vbi fundatum est ius patronatus, ita lo. And. in d. cap. de iure, per not. in c. ad hęc de simo. & 17. q. 4. c. si quis in atrio, & vendens priuari debet iure patronatus, qui præsumpti id vendere, ita Abb. in cap. quia clerici, numero 8. extr. eod.
- 50 Trigesimaprima. Ius patronatus an possit pignori dati, sunt plures opiniones, verior tamen est opinio, quod nec simpliciter, nec cum vniuersitate possit pignori obligari. Turrecr. in c. piz. mens. nu. 1. 16. q. 7.
- 51 Trigesimasecunda. Ius patronatus ut per se vendi non potest, ita nec in scudū dari, ut dicit S. Tho. in 4. dist. 2. 5. Et idē dicit Host. quia feudum requirit homagium, quod est res temporalis, cum vniuersitate tamen, quæ in feudum datur, cui est annexum, potest in feudum dari illi, cui illa villa datur, extr. ebd. cap. cum scđulum, vbi Inno. Ex hac igitur definitione habet explicatum ex verbo ho norificum, quid ex iure patronatus competit patrono. Itē ibi: In Ecclesia, super quo fundetur ius patronatus. Item ibi, Diœcœfani. In quibus casibus ad fundandum ius patronatus requiratur consensus Episcopi, & an Capituli sedē vacante, & in Ecclesia possit mutari de loco ad locum. Item ibi fundauit, quibus modis ius patronatus acquiratur. Item ibi, ipse quibus competat ius patronatus. Postremo ex verbo, vel is, à quo causā habuit. Qualiter trāsferatur ius patronatus. An vero ius patronatus transferatur in scđum, si confiscantur bona patroni. Dic, quod non: sed trāsferit in ecclesiā, arg. de verb. sign. cap. in quibusdam, & cap. felicis, de penis, in 6. quæ iura quanquam loquuntur quando iniuria interrogata est ecclesiæ, tamē generaliter possunt intelligi, quandocunque bona patroni confiscantur, arg. illius cap. felici, ita etiam cōfuit Bar. & Sal. quod confiscatis bonis vasallii ob crimen lege maiestatis feudum reuertitur ad ecclesiam, & hęc opinio licet non proberet omnino in dictis iuribus, tamen quia favorabilis est ecclesiæ, sustineri potest, facit qa. ius patronatus competit patrono de gratia, quæ non debet in aliud extendi. Item si fieret confiscatio huius iuris, ageret de prejudicio ecclesiæ: quia non esset spes quod aliquādo reuertetur ad ecclesiā, sicut quādo est apud patronum, ita in hac opinione residet Zab. in Clem. plures, 8. q. de iure patr. & in Clem. 2. vers. Inquisitoribus. q. 7. de hæreticis. Et hanc de definitione.

S V M M A R I V M .

Patronus cur sic appellerent, & de aliis eius nominib⁹.

Ducens

# De iure patron. in genere. Cap. XXVI. 151

- 2 *Ducem Venerorum vocari patronum San  
cti Marci dicu Panormitanus.*
- 3 *Patronus ex vi iuris patronatus consequi  
tur potest. ut et presentandi.*
- 4 *Ad presentandum laicus habet menses  
quatuor, ecclesiasticus sex, & quare.*
- 5 *Presentandi tempus a curare incipiat a  
die vacationis beneficij secundum comp.  
fallit in duobus casibus. n. seq.*
- 7 *Patronus intra hoc tempus debet actuali-  
ter presentiare. & num. 9.*
- 8 *Legatum factum hospitiuli pro aliendis pa-  
peribus anteueniat, si illud esset destru-  
endum.*
- 10 *Patronus, quando in absencia superioris  
possit eligere, & presentare. Presentatio  
qualiter fieri debeat. n. 11.*
- 12 *Patronus quando propriis discordiam no-  
lunt conuenire, quid faciendum.*
- 13 *Episcopus ob discordiam patronorum po-  
test aliare execrare.*
- 14 *Si inter patronos sive discordia, quis sit pa-  
tronus, quid faciet Episcopus. & quid si  
discordat episcopus, & patronus.*
- 15 *Patroni an possint pacisci ut alieris vice  
bus presentent.*
- 16 *Habentes plures iuris patronatus possunt  
pacisci ut unus in una, & alius in alia  
presentet.*
- 17 *Presentandi potestus inter laicum, & clo-  
ricum pulebra questio.*
- 18 *Presentatio facta a pluribus ut valeat,  
qua necessaria.*
- 19 *Patroni an debent simul, vel singuli, ut  
singulis presentare.*
- 20 *Institutione Episcopi sine presentatione pa-  
tronii non valeat.*
- 21 *Patronus laicus presentans indignum,  
non prout potest ut presentandi.*
- 22 *Patronus licet seipsum non, tamen filium  
presentare potest. num. 23.*
- 24 *Pater, & filius qualiter censeantur eadem  
persona, declaratur.*
- 25 *Statuum premians indicantem forem,  
non intelliguntur de indicante seipsum.*
- 26 *Presentatio facta per illum, qui fuit lega-  
tum ius patronatus, quando valeat.*
- 27 *In presentatione persona presentata non  
computatur in numero presentantium,*
- quod secus est in electione.
- 28 *Ius patronus qualiter probetur.*
- 29 *Patronus laicus, & clericus qualiter dif-  
ferant.*
- 30 *Präsentatio, quan non tenet, non admittit ins-  
uerum presentandi.*
- 31 *Präsentandi potestas ut ad Episcopum de-  
volvatur, qualiter intelligatur.*
- 32 *Präsentatio per patronum Episcopus se-  
aliás est dignus, non potest repellere.*
- 33 *Patronata beneficia clericorum legatus  
potest conferre, sed non laicorum.*
- 34 *Sed si clericus, & laicus sint simul pa-  
tronis.*
- 35 *Ius patronatus qualiter extinguitur.*
- 36 *Patronus an possit renunciare iuri patro-  
natus in praecuditum legatumorum ba-  
redum.*
- 37 *Ius patronatum potest in solem tolli per  
Episcopum ex causa.*
- 38 *Ius patronatus amittitur, se patronus la-  
batur in heresim.*
- 39 *Sed quid si reducit ad fidem.*
- 40 *Patronus quot modis spernatur.*
- 41 *Patronus datus ad presentandum, an possit  
hoc facere sine auctoritate superioris.*
- 42 *Patroni non se ingereant in ius, que ad sa-  
cramentorum administrationē spectat.*

## De iure patronatus in genere. Cap. XXVI.

**D**E INDE considerandum est,  
quare dicatur patronus, &  
quot modis capiatur, quare  
ius patronatus sic vocetur, &  
de alijs nominibus eius. Rursum quali-  
ter probetur. Item presentatio quomo-  
do fieri debeat. Deinde quid sit, quan-  
do discordia est inter presentantes. Itē  
qualiter, & in quibus disertant ius pa-  
tronatus laici, & clericis. Rursum quali-  
ter amittatur, & quibus modis patronus  
spernatur. Circa primū, dicitur  
1 patronus, quia sicut si pater ducit filium  
de non esse ad esse, ita patronus vel ducit ecclęam de non esse ad esse ratione  
fundis collati, vel constitutionis, vel de  
esse

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

esse ad bene esse dotando: quia sine do-  
te ecclesia pro nihilo habetur, & spiri-  
tualia sine temporalibus diu esse non pos-  
sunt, vulgatis iuribus: & dicitur patronus  
respectu serui manumissi, quia ex  
eius manumissione propter tale benefi-  
cium seruo collatum, qui ex seruitute re-  
ductus est ad libertatem, quae auro non  
venditur remanet Domino certum ius  
à iure sibi concessum in libertum, vt to-  
to tit. ff. & C. de iure patr. liberti. Item  
patronus dicitur qui est caput, & supe-  
rior, c.dilecta, de excessi.prælat. Item qui  
celat crimen, cap. quemadmodum, circa  
finem, de iure iurant. vbi talis appellatur  
patronus criminis. Item qui ha-  
bet ius, vel etiam dominium alicuius  
rei, vnde Imola in cap.dilectos, adducit  
illud vulgare. Iste est patronus talis pos-  
sessionis, vel domus. Item dicitur pa-  
tronus, qui constituit, fundauit, vel do-  
tavit ecclesiam, vel capellas, vel alta-  
re, aut alium piuum locum, & de huius-  
modi patronis hic sumus tractaturi, vt  
de iure patr. toto tit. & in 6. & in Cle-  
men. Item large possunt appellari patro-  
ni, qui præsentarent scholarem ad eorum  
collegia, seu ad aliqua sedilia, sed quare  
sic appelletur, & de nominibus alijs eius  
respondeo, quod ius patronatus dicitur  
propter defensionem, quam patroni de-  
bent impendere ecclesiæ, & secundum  
diuersas regiones diuersimode appella-  
tur: nam quædoque vocatur aduocatio,  
extra, eod.c. quia clerici: vnde patronus  
potest vocari aduocatus ecclesiæ: quia  
tenetur ecclesiam defendere, sicut patro-  
nus dicitur aduocatus respectu causæ,  
quam promouendam assumit patro-  
nio suo, l.rem non nouam, §. patroni,  
C. de iudic. 15. q.2. cap.2. Hinc ex quo  
patronus habet defendere ecclesiam, &  
eius bona, 16.q.7.cap. filii, & quia officium  
aduocati, & defensoris est defendere,  
ut in tot.tit. de postul. merito hu-  
ijs actus defensionis patronus potest di-  
ei aduocatus, seu defensor, ut cum ap-  
pellat tex. in d. c.generali, & d.c.præte-  
rea, tit.nostro. Hinc Panorm. in c.no-

bis, in 2.col.de iure patron. dixit Duxem  
Venetorum † appellari patronum san-  
cti Marci, à patrocinando.i. defenden-  
do ipsam ecclesiam. Nam patrocinari  
idem est, quod defendere. Quandoque  
vocatur processio, quia forte debet ire  
in processione primus, Arch.in cap. Fri-  
gentius, 16.q.7. Non nunquam uocatur  
vice dominatus, vel custodia, ex quo ha-  
bet custodire bona ecclesiæ, ne dilapi-  
dentur, extra eod.cap. præterea. Quan-  
doque gratia, 16.q.5.cap. si quis Episco-  
porum, quia cum sit spiritualitati annexum, cap. quanto, de iudic. & laici de iu-  
re non debeant tractare negotia ecclæ-  
siastica, & maximè spiritualia, vt in cap.  
decernimus, de iudic. cap. Messana, de  
elect. & ecclesiæ cum suis dotibus ad or-  
dinationem Episcoporum pertineant,  
10.q.1.cap. decretum, & c. nouerint, igi-  
tur ex permissione iuris, & ex gratia pro-  
cedit, ut hoc ius cadat in laicum, & ius  
præsentandi, quod alias esset mere spiritu-  
uale, vt electio, cap. sacrosancta, & c.  
Messana, de elect. ipsiis patronis permit-  
tatur. Hæc tamen omnia pro eodē sup-  
ponunt, extra, de sta.monach.cap. in fin-  
gulis, §. fin. Dom. Ant. in d. c. quia cleri-  
ci. Sed modo deueniamus ad Decisio-  
nes, quarum prima est.

Patronus ex ui iuris patronatus † no  
consequitur potestatem concedendi ec-  
clesiam, neque eligendi proprium Re-  
ctorem, sed præsentandi insituendum  
Episcopo loci, ita tex. & ibi Scribentes,  
in c.fin.extr.eod. Ex quo tex. nota pro-  
pria vocabula, quibus debemus uti in  
hac materia, nam propriè patronus non  
eligit, sed præsentat, & Episcopus pro-  
priè non confirmat, sed instituit. Licet  
interueniat respectu patroni quedam  
electio impropriè dicta, quia patronus  
primo in mente eligit, vel etiam simpli-  
ci verbo, ut electum præsentet Episco-  
po. Non enim posset præsentare, nisi pri-  
mo eligeret, sed tamen non est propriè  
electio, de qua iura Canonica disponit,  
unde per eum non transfertur ius spiri-  
tuale in electum, sed est quoddam ini-  
tiuum

tium ad institutionem obtainendam, ut in cap. quod autem, extr. eod. facit, quod not. Inn. in c. quod sicut, de elect. Et sic impropietate intellige iura, quae dicunt patrōnum posse eligere.

<sup>4</sup> Secunda. Ad præsentandum† laicus habet quatuor menses, patronus vero ecclesiasticus habet semestre, licet à laico reacquisuerit ius patronatus, ita tex. in c. vnic. §. verum, eod. ti. in 6. vbi Fran cus in secundo not. nu. 2. notat, quod etiam ultimus dies istius temporis includitur in hac dilatione, vnde sufficit patrōno præsentare etiam ultima die, ita etiam Gemin. ibi. & lo. And. in cap. cum vos, de offic. ord. in. mensis autem accipitur prout currit in calendario, & currit continua. ita diebus festis, quam non festis. Et incipit currere istud tempus à die vacationis, & notitiae, secundum Ioan. Andr. & Panor. in c. si. extr. eod. vnde fit, quod patrono ignorantia tempus: quo ecclesia vacauerit, non currit tempus ad præsentandum, tum, quia regulariter tempus præsumum ad eligendum, vel conferrendum non currit ignorantia, ut in c. quia diuersitatem, de confess. præb. in fi. Tum, quia agitur de præjudicio patroni, quia expedit patrono habere clericum sibi gratum. Item est honor in præsentando, vt in cap. nobis, extr. eod. quo non debet priuari sine culpa sua, ita Panor. affirmat in c. cum propter, extr. eod. qui respondet ad illum tex. qui videbatur contrarius, & mirabilis prima fronte, quod non valenti presentari, currit tempus Lamber. tamen de iure patr. par. 2. lib. 2. art. 8. cōcludit contra Panor. scilicet, quod à die vacationis currit patronis tempus qua drimestre, vel semestre, & dicit hanc esse communem opinionem ex Rota. Et hoc, ne laici ad eorum libitum ecclesiā vacare finant. Et ita secundum eum obseruatur hodie: nam per Ordinarium non admittitur ignorantiae allegatio, vel impedimenti, sed elapso tempore dato ad præsentandum, incontinenti ipsa se prouidet. Limitat tamen † istam op-

nionem, quando vacaret beneficium per secretam renunciationem beneficii, vel ecclesiā, nam si tunc ipsem renunciā remaneret in possessione, quia tunc patronus habet probabilem ignorantiam, & non tenetur diuinare, non currit ei tempus, nisi cum viderit ecclesiam vetē vacare, ita dicit in d. ar. 8. & 20. in fine. Item in ar. 15. limitat secundo: quando beneficiarius esset absens in longinquis partibus, & ecclesia regitur per suum vicarium, nam tunc quia patronus probabiliter ignorat vacationem, non currit tempus nisi à die scientie. Mensis autem accipitur prout currit in Calendario, & currit de momento ad momentum, & de hora in horam, vt per Doct. in cap. quæstum, in §. electus, super glos. in verb. mensem, de elect. lib. 6.

<sup>5</sup> Terua. † Ad præsentandum non sufficit, quod intra illud tempus patronus eligat, nisi actualiter prætent, secundum Ioan. And. in d. c. unic. & Panor. in cap. fi. extr. eod. facit tex. in c. nobis, extr. eo. Rota in decisi. 111. quæ incipit. Item non sufficit. Dicens, quod non sufficit patronis, quod eligant, vel nominent præsentandum ad beneficium patronati, uel literas præsentationis dent, vel tradant etiam præsentato nisi intra tempus debitum actualiter prætent personam per eos electam, seu literæ præsentationis præsententur superiori realiter, ad quem spectat institutio, Fran. in d. c. vnic. §. verum. & ratio est, quia vbi ius exprimit verba notantia actum, ut est in materia iuris patronatus c. 1. §. verum, ver. ad præsentandum, eo. ti. in 6. tunc non sufficit habitus, nisi subsit actus, ita etiam not. in cap. licet canon, de elect. in 6. Vbi tex. requirit, q̄ curam gregis actualiter gerat. Et pro his deciditur dubium, q̄ si fiat legatum <sup>8</sup> in hospitali † pro alimentandis pauperibus ibi habitantibus, si destruitur hospitale, non habebit legatum. vide multa per Fel. in materia rerum hospitalium in cap. de quarta, de præscript. Et similiter

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

liter si legatur clericis pro officiando eccl<sup>esi</sup>am, destruēta eccl<sup>esi</sup>a non habebit locum legatum. Ita Gemin. in d.c.li c<sup>e</sup>t Canon.nu.7.

9. Quarta. † Patronus in absentia superioris potest eligere, & præsentare presbyterum, si de hoc conficit instrumentum, nam tunc sufficit, si intra tempus talis presbyter præsenteret tale instrumentum coram superiore, & in absentia patr<sup>oni</sup> petat se institui, ita Rota vbi supra, & Lapis in sua allegatione 75. cum talis præsentatio possit fieri per literas patr<sup>oni</sup>, & sic absente patr<sup>oni</sup>, secundum glo. in cap. ea noscitur, de his, quæ sunt à præl. & in Clem. 1. vers. literatum, de excesso præl.

10. Quinta. † Patronus debet realiter præsentare: quia tempus est præfixum non ad nudam electionem sed ad præsentationem Episcopo facienda, d.cap. vnic.co.tit.in 6. Qualiter autem debeat fieri præsentatio, Doct. per tex. in ca. fi. cod. titu. dant proxim in præsentationis actu. Non enim debet dicere patronus, præsento vobis clericum, cui ecclesiam concessi, seu contuli, sed debet dicere. Hunc clericum elegi vobis præsentandum, & sic præsento eum, & peto eum per vos in institui, ita Abb. in d.c.fi.nu.5.

11. Sexta. † Si patroni laici nolunt conuenire ad præsentandum propter discordias: tunc interim ponendus est econclusus in ecclesia, qui fructus fideliter reseruet instituendo futuro, cap. cum nos, extr. de offic. ord. Et si patronorum vota diuiduntur, præfertur is, qui maiori bus meritis adiuuatur, & à pluribus præsentatur, extr. eod. cap. quoniam. Si numerus equalis est, recurre ad merita, cap. si forte, dist. 63. Et si pares sunt in meritis, potest iterum Episcopus dicere, iterum præsentate, ca. si duo, dist. 79. Quod si nolunt, vel non possunt concordare, quia adhuc repræsentant duos primos, locus erit gratificationi, c. cum autem, eo. ti. cap. venerabilem, §. obiecti onem, de elect. Si autem Episcopus si ne scandalio non potest gratificare, cum

per oīa partes sunt pates, & patroni ministrati mortem, tunc Episcopus tenetur ecclesiā interdicere, & reliquias extrahere in patronorum verecundiam, & ruborem, extr. eo. c. 1. & 2. intelligendo secundum Inno. in d. cap. 2. de reliquijs, quæ sunt in Ecclesia in capsa, vel in arca, sed Vincētius intelligit de reliquijs, quæ sunt intra altare, & sic colligit, quod Episcopus propter istam contumaciam potest altare execrare, cuius intellectus placet Domino Anto. de Butrio in d.c. 2. Quid si patroni non possunt reduci ad concordiam intra sex meses, tunc Episcopos si fieri potest absque scandalo instituet aliū auctoritate Concilij, de concess. præbend. & eccl. non vac. c. 2. & extr. eod. cap. eam, vel in fine recurrat ad brachium laiculare, extr. de offic. ordin. c. 1. & de hære. c. excommunicamus, §. moneantur. Hoc Innoc. in c. 1. extr. eod. & Turrecr. in cap. p. ix mentis, nu. 14. 16. q. 7.

14. Septima. Si inter patronos est discordia quis eorum sit patronus, & patroni sunt laici, tunc Episcopus debet expectare usque ad quatuor menses, si vero sunt clerci, usque ad sex: nam tantum tempus habent ad præsentandum, vt not. Ioan. de Anan. in c. quoniam, extr. eod. Quod si usque tunc non fuerit definitum, prouideat Episcopus de pastore, saluo in posterum iure ipsius, qui vicebit, c. fi. ext. eod. Si autem fit discordia inter Episcopum, & patronos laicos præsentantes, sorte Episcopo ignorantie eos esse patronos, tunc donec lis sopia tur, ponat Episcopus in ecclesia econclusum, qui fructus reserueret futura perso nae, c. cum vos, de off. ord.

15. Octaua. † Qn patroni nolunt conuenire propter discordias, possunt pacisci ut alterius vicibus præsentent, l. quoties. ff. de visufr. Quæ quidē conuentio pōli beri fieri sine auctoritate Diçefani, ita habetur in Clem. si plures, eo. ti. in ver. libere. facit quod not. de præb. in 6. c. licet Episcopus. Do. Ant. in cap. 1. nu. 12. eo. tit. & per hoc reprobatur opinio In noc.

noc. in cap. querimoniam, ext. cod. ubi tenet necessariam autoritatem superioris. Immo potest talis conuentio fieri et ecclesia non vacante, ita glo. ex versi. eo: in d. Clem. allegat tex. in cap. consultatio:ibus, de dona. Item probatur in tex. ibi in d. Clem. dum dicit, alterius vicibus nam in eadem vicenon potest concurre: 16 tete duplex vacatio: Pariter si habent plures patronatus, possunt inter se conuenire, ut unus presentetur in una eccl:ia, & alius in alia, Abbas d.c.i.nu.6. Et si ut unus sit patronus solus in una eccl:ia, & alius in alia, secundum Vinc: indec. 1. & c. ex insinuatione:

17. Nota. † Laicus, & clericus si habent simul potestatem presentandi: & laicus, & clericus presentant unum: deinde laicus ante admissionem Episcopi variat accumulando, quis ilorum admittatur? Et tan episcopus possit secundum preser:re, in præjudicium primi? Dic, q. non. Sed primus est admittendus: quia pri:mus habet duas voces, s. vocem laici, & vocem clerici, secundum unam tam:ita D. Ant. in c. quod autem, nu. 13. ext. co. Ex quo tex. duo notant Doct. quod patronus laicus potest ante admissionem Episcopi variare, unde primo presentato, potest presentare secundum. Item, quod potest variare: accumulando non autem recedendo a primo. Abb. & lo. de Anan. in d. c. quod autem.

18 Decima. † Præsentatio facta à plurib: vt valeat, quandoque necesse est, vt conueniat maior pars, habitu respectu ad omnes patronos, & quandoque sufficit maior pars respectu partii. Exemplum primi, septem sunt patroni, tres presentant unum, duo unum, & duo alium. Dicit Ioh. And. in c. 3. ext. cod. quod ille, qui habet tres, debet præferri: quia habet maiorem partem, & hoc intellige, quando isti presentant ut singuli; vt communiter faciunt laici, qui de patri monio habent ius patronatus, & ita intelligitur tex. in d. cap. 3. Nonnunquam sufficit maior pars respectu minoris pat:ris. Ut quando præsentatio cōpetit plu-

ribus, non ut singulis, sed ut vniuersis, ut quia præsentatio fit à collegio. Et ita intellige tex. in c. eccl:ia vestra, de eccl:ia. Exemplum. In vniuersitate sunt centrum, quinquaginta eligunt vniuersitati, triginta, unum, & virginem, nouum, nulla ele:ctio valet, quia non reperitur facta à majori parte totius vniuersitatis. Sic intel:lige de scholarib:us: quia eligunt non ut singuli, sed ut collegium, & vt vniuersi, arg. in c. cum pto causa, de procu. & per knoe. in c. cum ab eccl:iarum, de offici: ord. Hinc collige regulam, vt quando plures habent explicare aliquem actū, semper debes considerare, an habeant hanc potestatem, ut collegium, an ut singuli: quia primo casu requiritur maior pars totius collegij: sed in secundo, ter:quit itur maior pars respectu aliarum, partium, ita Abb. in c. 3. ext. cod.

19 Undecima. † Patroni quandoque de:bent simul conuenire in presentationis actū, & quandoque possunt singuli, ut singuli presentare. Exemplum primi, quando potestas presentandi spectat ad plures, vt ad collegium, corpus, vel Vniuersitatem, tunc debent omnes expedi:re hunc actum congregati in unum, & ratio est: quia tunc potestas non est in singulis, sed vt in vniuersis, & in colle:gio: & ideo oportet quod fiat actus in forma capituli congregati in unum, & consit. c. cum M. & pet. Irno. in c. bo:do. 2. de postul. prælat. Nam vbi ad cor:pus spectat præsentatio, singuli nihil pos:sunt, vt not. Arch. 16. q. 7. c. si plures, & cap. 1. in 6. cod. tit. Exemplum secundi, quando præsentatio spectat ad singulos, non ut ad corpus, sed ut ad singulos, tunc signillatum quilibet potest præsenta:re, nec est necesse quod congregati in unum præsentent, unde facta præsen:tatione ab uno, poterit aliis præsentare eundem, vel alium, ita D. Ant. in c. quo:nam, extra cod. nu. 15.

20 Duodecima. † Institutio Episcopi si:ne præsentatione patroni non ulla:cer, c. il: lud, ext. cod. fallit, nisi patronus sit negli:gens, nam tunc potestas devoluit. ut ad

- Episcopum, c. 2. de suppl. neglig. prel. Imm. mo etiam si Episcopus nō sit, modo pos- sit instituere, vt est glossa multum no. in Clem. 1. de suppl. neglig. pr̄lat. vel nisi fiat collatio de autoritate Apostolica, & dilectus, ext. cod. Immo etiam de autho- ritate Legati. Si Patronus sit clericus. Quod si laicus sit patronus, hoc non pos- set, iste est proprius casus in d. cap. cum dilectus, vide bonam glo. in cap. per lite ras, de pr̄ben. in Clem. fallit etiam si pa- tronus pr̄sentarer indignum, cap. 2. de 21 supp. neglig. prel. An vero patronus lai- cus pr̄sentando indignum, priuetur po- testate pr̄sentandi. Communiter tene- tur per Scribentes, & pr̄cipue Anan. in d. c. illud, q̄ non, licet aliud sit in eligen- tibus: quia si elegant indignum, sunt pri- uati potestate elegendi pro illa vice, cap. nihil pro defēctu, de elect.
- 22 Decimatertia. Patronus siue clericus, siue laicus non potest seipsum ad benefi- cium vacans pr̄sentare, ca. per nostras, extr. cod. & ratio est: quia differentia de- bet esse inter presentantem, & presen- tam, dantem, & recipientem, & glos- si. in d. c. per nostras, facit tex. in cap. de- bitum, extr. de bapt. Natura enim cor- relatiuorum talis est, quod vnum non est reliquum; & incompossibilita sunt of- ficia in eiusdem persona, vt vicem te- neant presentantis, & pr̄sentati, & sic agentis, & patientis. De quo per Cald. in cap. postulastis, de concess. pr̄bend. Sed aduerte quod tex. in d. c. per nostras, secundum Abbatem non solum proce- dit in beneficijs curatis, sed etiam sim- plicibus quia licet quis possit pro se emit- tere preces, quando dignus est, & indi- gens, pro beneficio tunen non potest pr̄sentare seipsum, quia tunc videtur hoc exposcere ex debito, & facere iudi- cium in persona propria, & auuthori- re in scipso, quæ omnia prohibita sunt, arg. tex. in Cle. 2. de reb. eccl. non alie. & in c. qualiter, de elect. Et ita Abbas uide- tur concludere in d. cap. per nostras. qui pro se allegat lo. Andr. Verum in pun- cto iuriis posset teneri contrarium, scili-

ce quod possit clericus patronus scipso pr̄tentare in beneficio simplici, cum ra- tio tex. in d. c. per nostras. ibi, cū igitur, tatum testrungatur ad beneficia curata, non autem ad beneficia simplicia, in qui- bus nulla est authoritas, nullus perlo- natus, sed potius sunt creati: vt cleri- ci, & maximè pauperes inde uiuant, cap. 2. de pr̄ben. ita tenet Lambert. de iu- re patr. 1. p. 2. li. vers. Expeditus. nu. 9. Eo magis, quia pr̄sentatio non dar benefi- cium, sed institutio, vt not. in c. cum Ber- toldus, de re iudic. & inde est, q̄ quis nō potest instituere scipsum. d. c. fi. de insti- & ratio est: quia debet esse differentia in- ter recipientem, & dantem, id est insti- tuentem, qui dat beneficium, quod se- cūs est in pr̄sentante, qui non dat. Ad- uerte tamen ad vnum singulare, quia li- cēt secundum Abb. in d. c. per nostras, pa- 23 tronus non possit scipsum pr̄sentare, potest tamen filium suum etiam in po- testate sua existentem ad beneficium, in quo pr̄sentandi ius ad ipsum spe- car, pr̄sentare, de hoc est glo. not. & perpe- tur memorie commendanda, in c. quia clerici, extr. cod. & in cap. consuluit, vbi hoc notant Innoc. & Holt. Et tamen pa- 24 ter, & filius censentur esse eadem perso- na, l. fi. C. de impub. & alijs substi. Quod intellige iuris fictione, & non rei verita- te, secundum Vinc. in c. ex insinuatione, extr. cod. inde est, quod punito corpore filij presente patre, sere pater magis, quā filius periclitatur, Instit. de nox. act. §. fi. cum simil. vel aliter potest responderi, quod pater, & filius est eadem persona fictione iuris civilis quo ad temporalia, non autem in ecclesiasticis, in quibus fi- lius familias loco patris familias habet, ut patet in eo quod legitur, & not. in c. ad hęc, & c. tua nobis, de testa. de cta. & qualit. cap. indecorum. igitur ex his con- cludendum est, quod licet pater possit pr̄sentare filium, non tamen scipsum. 25 Et sic † facit ad questionem, quod si sta- tum dat premium indicanti surem, uel alium malefactorem, non sensisse in- telligitur de indicante scipsum. Circa quod

- quod vide quod habetur in l.4. §. si tibi indicium, &c. de cōdī. ob turp. cau. Anan. in d. cap. per vestras , vbi etiam concludit, in fi. quōd licet præsentatio sui ipsius non valeat, tamen institutio facta ab Episcopo vacante Ecclesia clerici patroni valida est, vt affirmant Io. And. & omnes alij Doct. quamuis consentiat patrōnus ex post facto .
- 26 Quartadecima. † Præsentatio facta per illum , cui suit legatum ius patronatus, ante approbationem factam talis legati per Episcopum, an valeat, dico, q̄ communis opinio habet consensum Episcopi posse interuenire etiam post legatum factum, non tamen ante præsentationem faciendam per legatarium, & ratio est: quia tale legatum non tenet ante approbationem factam per Episcopū, cap. si tibi absenti, de præbēn. in 6. cap. si pro te, eod. tit.
- 27 Quintadecima. † Licet dubium non sit persona electam computari in numero eligentium, per c. Cumana, de elec. c. cum iure, eod. tit. tamen in præsentatione secus est. Vox enim præsentati non debet computari in numero, nec sibi prodest debet, per l. fin. de insti., & cap. per vestras, extr. eod. Vbi etiam hoc innuit glo. fin. imo vt dicit ibi glo. t. ex hoc deberet repellī, tanquam ambitiosus, 1. 9.6. cap. si tibi, 8. quest. 1. c. in scripturis, cum concord.
- 28 Sextadecima. † Circa probationem iuris patronatus, dico, quōd fama inducit iultam causam credendi etiam in antiquis, vnde per famā possunt probari antiquissima dominia, quod est ius patronatus, ita Bar. in Auth. quas actiones, C. de factos an. eccl. Innoc. in cap. veniens, de verb. sig. licet continua possessio xl. annorū, & vitrā, nō sufficiat ad probandū ius patronatus , prodest tamen possessio quo ad actum præsentationis, cum præsentatio debet fieri ab eo, qui est in possessione, vt in cap. querelam, de elect. secundum Ioan. Andr. de quo per Arch. in c. si plures, super glossam, 16. q. 7. vbi dicit, quōd possessio non facit patronū:
- nam non sequitur, possideo, ergo sum dominus, vel habeo ius in re, nihil enim habet commune proprietas cū possessione, & econtra, nec oportet perimitri causa possessionis, & proprietatis, & acquir. pos. l. naturale, & l. permis. ri, sed quātum ad præsentatum prodest ipsa possessio, vel etiam ad præsumendum eum esse patronum, cum ex multitudine actuum cum longissimo temporis cursu præsumatur veritas, vt not. in l. si filius, C. de petit. hered. & l. cum de in rē verso, & de vſur. ita Fran. in c. vnic. nu. 1. eod. tit. in 6.
- Decimaseptima. Nota plures differencias inter patronum laicum, & clericum
- 29 & † Prima est: quia patronus clericus p̄ sentando indignum, perdit ius præsentandi pro illa vice, secus in laico . ita notat. in cap. cum vos, extr. de offic. ord. Et hæc est opinio communis, prout no. lo. de Anan. in d. c. cum vos, nu. 3. & ratio est: quia si patronus laicus potest variare præsentando dignum, fortius debet admitti variatio, quando præsentatur in dignus, per not. in cap. nos. t. & in c. cum terra, de electio. & hanc opinionem sequitur Paul. in Cle. 1. de iure patr. quę se cūdum Io. de Imo. est tutior, & equior, à qua in iudicando , & consulendo non est recedendum, licet disputationis gratia possit defendi alia opinio , quam sequitur Panorm. in d. c. cum vos, num. 5. scilicet, q̄ patronus laicus scienter præsentando indignum sit priuatus pro illa vice potestate præsentandi, & ad tex. in c. cum vos, qui est pro opinione communis, respondetur, quōd intelligitur, quando ignoranter præsentaret indignum, uel quando propter scandalum vitandum fuisset referatum ius præsentandi, uel quando esset dubium an præsentatus est idoneus, uel non .
- 30 Decimaoctava. † Clericus patronus, qui variare nō potest, præsentat aliquem idoneum Vicario Episcopi, qui non habet ius admittendi præsentatum, deinde postea alium præsentat Episcopo, & per eum admittitur. Quis corum

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II. Q

- est preferendus primus, vel secundus? Respond. quod secundus, & ratio est: quia prima presentatio non tenuit: quia facta illi, cui non debuit, & sic ius presentandi iterum non ademit, l.2. ff. de opt. legat. & loptione. ita lo. de Imo. in d. Clem.1.
- 31 Decimanona. † Quando potestas presentandi deuoluitur ad Episcopum, debet intelligi potestas instituendi: sed si potestas instituendi pertinet ad alium, puta ad Abbatem, vel Capitulum, tunc ius patroni deuoluitur ad habentem institutionem, & sic habebit liberam collationem. Hoc voluit glossa. sing. perpetuo menti tenenda, in Cle. vn. de suppl. negl. præla. & sic nota, quod illud ius patroni non deuoluitur ad eum, ad quem de iure cœmuni pertinet institutione, sed deuoluitur ad eum, qui habet ipsam institutionem, licet de iure speciali. ita Abb. in e. cum vos, ext. de offi. ord.
- 32 Vigesima. † Præsentatum per patronum Eps si alias est dignus, non potest repellere, immo debet acceptare præsentationem, ut notatur in c. deceptimus, & seq. & ibi bona glo. 16. q. 7. Et si Episcopus repellit præsentatum non repellendum, tenetur sibi prouidere de beneficio, ex quo sine causa, & iniuste eum repellit, ut in c. pastoralis, extra eod.
- 33 Vigesimaprima. Secunda differentia inter patronum laicum, & clericum est, quod legatus potest conferre beneficia patronata clericorum, sed non laicorum, extra, eod. c. cum dilectus, & c. dilectus, de offic. legat. lo. de Imola, in Clem. per literas, de præb. Et hoc intellige, quando ius patronatus spectat ad clericum, tanquam ad clericum, ratione dignitatis: quia si spectaret ad clericum tanquam ad laicum ratione patrimonij, tunc clericus esset, ita Dom. Ant. in d.c. cum dilectus, nro. 5. Sed quid si clericus, & laicus sunt simul patroni, queritur nunquid legatus de latere possit tale beneficium conferre: dic quod non: quia non debet primari laicus patronus propter mixtum clerici, possit tamen conferre cu-
- confisu laici, ita Abb. in c. fin. nro. 9. de iure patr. Fel. in cap. multorum, de Iudicis. Cæteras autem differentias vide per Hostien. ext. eod. in sum. ver. in quibus differant, nro. 10. per lo. de Anan. in c. cum propter, eod. ut per Franc. in cap. vnic. eo. rit. in 6.
- 35 Vigesimasecunda. † Ius patronatus extinguitur, quando donatur, uel remittitur ecclesiæ, cuiusquis est patronus, ita glo. iunctio tex. in cap. 1. in verb. eidem, eo. tit. in 6. sic extr. de testi. cap. significavit, & tunc à iure patronatus efficitur libera, & erit patrona suipius, secundum glo. ibi, sed certè secundum Inno. in rubr. eod. tit. cum ius patronatus sit quedam seruitus, tunc potius extinguitur, quam remittitur, cum proueniat ad ecclesiæ, quia res sua neinui seruir, secundum Pet. de Anch. in l. si quis ades, ff. de seruit. rusti. præd. & sic nota, quod ius patronatus non solum potest renuntiari in totu. à principio, ut quia sit pactum, qd tempore dotatio[n]is, vel fundationis nihil iuris retineat patronus, sed etiam ex post facto, vt est tex. in d.c. 1. quando ius patronatum in totum renunciatur.
- 36 Vigesimatercia. † Patronus potest renunciari iuri patronatus etiam in præjudicium legitimorum hæredum, ita Ioh. Andr. tenet, per tex. in cap. significavit, extra, de test. & ratio est: quia hæredes non possunt vertere contra factum desinendi, item à matre, C. de rei vendic. Quod intelligit Pet. de Anch. in iure patronatus descendente ab ipso renunciante: scilicet in eo, quod descendit à genere, & transit ordine successione uno in alterum, quia tunc prior in gradu non potest sequentibus præjudicare, l. petro, §. fratres, ff. de legar. 2. &c. per Bar. in l. §. dum fratres, ff. de iure patronat. quod intellige, Primo quando patre expresse aequi iuisset ius patronatus prole, & descendantibus suis: quia tunc filii, vel descendantibus, haberent ius patronatus, etiam si non essent hæredes, ut dixit hic similis Bald. in anth. vnde si patens, C. de inessi. tellam. Secundo intellegit,

lige, quādo pater tempore foundationis, vel dotationis, paetus est ut non transfret ad hæredes extraneos, secundū Bal. in l.3. de in ius voc. Alias verò cum ius patronatus non transeat ad filios, nisi sint hæredes, secundum glo. in Clem. 2. eo. tit. contra glo. 16. q. 1. c. constitutum. & q. 7. cap. filii, tunc indistincte pater posset renunciare in præjudicium legiti morum hæreclū, seu filiorum. ita Fran. in c. 1. nu. 4. eo. tit. in 6.

37. Vigesimaquarta.† Ius patronatus potest in toto tolli per Episcopum loci, sine consensu hæredum ex causa, ut puta quando vilitas ecclesie hoc postularet. Item, quando ecclesia esset adeo depauperata, quod non inuenitur qui velit illi ecclesie deseruire, ita Fel. in c. eum accessissent, vers. tertio restringitur, nu. 11. q. 20. & nu. 19. vers. secundus causus, de constit.

38 Vigesimaquinta. Ius patronatus amittitur, si patronus labatur in hæresim, ita gl. 1. & ibi not. Arch. in cap. quicunque, 39 16. q. 7. An vero rediens ad fidem recupera? dic φ. sic, cap. quia diligentia, ext. de elect. vbi notat ibi loan. de Anan. φ schismaticus, & hereticus rediēps, recuperat ius patronatus, & alia bona sua. De hac tamen materia vide quod plenē habetur in cap. quamvis, de relect. in 6. An vero patronus committens crimen laicæ maiestatis, eius filius clericus priuetur ecclesia patronata, quā habet, Abb. in c. cum laici, nume. 4. concludit, quod non. Tu tamen vide quē diximus, lib. 2. cap. 11. nu. 16. & 17.

40 Vigesimafesta. Circa ultimum, quibus modis patronus spennatur. Dic, φ duobus modis. Primo, si nō vocetur ubi commodè vocari potest, & expectari. Secundo, si adiit, non tamen auditur, nec admittitur ad consilium. Simileno. in cap. obeuntibus, dist. 63. arg. 11. q. 3. certum. Si verò patronus est absens, & commodè expectari non potest, tunc clerici debent eligere sibi prelatum, & si ibi non sint clerici, eliger populus, vel Episcopus, nec ipse postea adueniens po-

terit contradicere, prælatus tamen eum debet cognoscere sicut patronum. ita Turreer. in c. decernimus, nu. 9. 16. q. 7.

41 Vigesima septima.† Religiosus datus ad eligendum, vel præsentandum, non potest eligere, vel præsentare sine licentia sui superioris; & ratio est: quia nec sine talis superioris licentia potest consentire electioni, nec pot est fideicommissarius, nec eligere sepulturam, non potest esse iudex, afferor, adiutorius, procurator, non potest esse arbiter. Hæc probantur in c. f. religiosus, de elect. de telka. cap. 2. de sepul. c. vlt. 16. q. 1. c. monach. 2. & c. qui verò, & c. præsentium, 2. q. 7. Et ut omnia concludam, nihil age te potest, 11. q. 1. c. non dicatis, ad idem de postul. c. ex parte.

42 Vigesima octaua.† Patroni in his que ad sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingere, neque visitationi ornamentorum ecclesie, aut bonorum stabilium, seu fabricarum prouentibus iminiceant, nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat, sed Episcopi ipsi hæc faciant, & fabricarum redditus in viis ecclesiæ necessarios, & utiles, prout sibi expedire magis visum fuerit, expendient, ita habetur per Concil. Trident. cap. 3. sess. 2. 4. in fine.

### S V M M A R I V M .

- 1 Decimarum materia consideratur ab anno 13. articulos dimisa.
- 2 Decima definitio.
- 3 Primitia quid, & quare introducta.
- 4 Primitiæ danda, & quosa pars.
- 5 Oblationis species tres.
- 6 Oblatio que sit à fidelibus ad aliare, est voluntaria, nisi in qualior casibus.
- 7 Oblationes quandoque sunt responde.
- 8 Sacerdos illas non responsum qualuer possit.
- 9 Decimarum qualior genera in veteri lege.
- 10 Decimarum hodie alia prædiales, personales, & mixie. Et qua mixie. nu. 1. q. 9.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- 12 Decimatum instrumentum à quo iure emari.  
 13 Decima ad fines in praecepto, & de iure divino.  
 14 Decima pradiaria quando solvenda, & an statim fructibus collectis.  
 15 Decima debet deferri expensis villici, aut domini ad dominum ecclesie.  
 16 Ecclesia potest Domino interdicere ne finem colligatur.  
 17 An danda deductio ex pessis sine decime.  
 18 Conseruando numerus excusat à decimis praedialibus non solvendis.  
 19 Compositio super decimas an fieri possit.  
 20 Decimus non requirunt viri Ecclesiastici à laicis, ubi sine scandalo id facere nequemunt.  
 21 Decimas personales quo tempore soluendas.  
 22 Decimis integrè solvi debent, alias non soluentes peccant mortaliter.  
 23 Decimas non soluentes possunt cogi per indicem ex officio iustissime fine excommunicandi. nuns. seq.  
 Forma litterarum monitorialium iis qui decimas soluere detrectant directarum videatur sub. nu. 24.  
 25 Censura ecclesiastica quid differat à distinctione.  
 26 Index laicis an cognoscat super fructus decimatum inter clericum auctorem, & reum laicum.  
 27 Decimas non soluentes quibus poenio subiciantur.  
 28 Decimas diligenter soluentes, quadrupliciter remunerantur.  
 29 Decimas pradiaria, vel personales cui Ecclesia solvenda nuns. seq. & 35.  
 31 Ad decimas obligatus, an liberetur praevenient tempus solutionis.  
 32 Compensatio inter laicos quo ad decimas qualiter fiat.  
 33 Decima an à laico, vel ab ecclesia prescribi possit.  
 34 Decima an debeatur, si quis solvendo incidat in egestatem.  
 36 Decimas vi non soluentur ex privilegio, an hoc possit facere Papa.  
 37 Decimas non soluentes vi non peccent, an Papa possit dispensare.  
 38 Decima non soluentur ratione praescrivionis.  
 39 Decimas an remittere possit Episcopus, & annales nu. 45.  
 40 Decima in quatuor partes dividenda.  
 41 Decimas nisi clerici ex primis legio apostolico possunt vendicare.  
 42 Decima de quibus rebus sint danda.  
 43 Decima à monachis de noualibus an solvenda.  
 44 Noualia que sint.  
 45 Episcopos decimas noualium an fine consenserunt Capituli possit altera ecclesia concedere.  
 46 Decima an soluenda de animalibus, distinguere quatuor casus.  
 47 Decima an minutum de agnis, & hodie possit solvi.  
 48 Privilégium concessum religiosis super decimas an extendatur ad familiares.  
 49 Religiosi privilegiati super animalia, an animalia, qua commisuratur cum illis religiosorum sint privilegiata.  
 50 Decima an de piscaria si prestanda.  
 51 An de illis acquisitis nu. 52.  
 53 Decimam an usurvis dare debeat, si ager sensuatur de usura.  
 54 Decimas pradiariales an solvenda ab infidelibus.  
 55 Decima non sunt soluenda laico, vel regi.  
 56 Clerici ad decimas tenentur, nisi in dote ecclesia.  
 57 Religiosi quibus casibus sint immunes à decimis, vel non. nns. seq.  
 59 Clerici quando alii clericis decimas solvere, vel non solvere tenentur, nns. me. 60.  
 61 Colonii exemptorum an teneantur ad decimas.  
 62 Colonii partiariorum an ad illas sint obligati.  
 63 Colonorum quatuor genera.  
 64 Colonis partiariorum an debeat habere pars arborum, vel fructuum ipsarum.  
 65 Partiariorum tenentur ad gabellas pro parte fructuum eos contingencium.  
 66 Tenens rem ab ecclesia in emploium, vel censum, an soluat gabellas.  
 67 Colonus pensionarius, vel censualis an teneatur ad decimas.

Reli-

68 Religiosi retrahentes à solutione decima-  
tum quando excommunicati sunt. &  
sequen.

70 Decima debentur religiosis habentibus  
entram.

## De decimis. Cap. XXVII.

**D**E materia decimarum, & pri-  
mitiarum habetur 16. q. 1. &  
§. de his, vñque ad finem que-  
stionis, & q. 2. 7. vñque ad  
§. cum ergo, de consecr. distinc. §. cap.  
quadragesima, & extra, eodem† quam  
quidem materiam considerabimus in  
ijs articulis. Quorum primus, de eius  
definitione, & discriminione inter deci-  
mas, primitias, & oblationes. Secun-  
dus, de speciebus earum. Tertius, à  
quo iure emanauerunt, & an sint in  
præcepto. Quartus, quando, & quo tem-  
pore soluendæ, & qualiter. Quintus,  
quibus poenis subijciantur non soluen-  
tes, & qualiter remunerentur soluen-  
tes. Sextus, cui sint, soluendæ. Septimus,  
in quibus casibus non soluendæ. Octa-  
vus, de quibus rebus soluendæ sint. No-  
nus, an de illicite acquisitis. Decimus,  
qui ad earum solutionem teneantur,  
vel sint immunes.

Circa primum sciendum est, iux. Ar-  
chid. in c. decim. 1. 6. q. 1. & Turrecrem.  
2. in cap. reuertimini. 16. q. 1. quod† Decli-  
ma est omnium bonorum iustè acquisi-  
torum talis pars, scilicet debita Deo si-  
ue in signum vniuersalis dominij, siue pro  
remissione peccatorum, siue pro stu-  
pendio militum deseruientium in ta-  
bernaculo Dei. de decim. cap. 1. & cap.  
parrochianos, & cap. non est, & cap.  
ta nobis, §. verum, & cap. cum non sit,  
extra, de dec. Zabar. conf. 26. in præcip.  
Er nota, quod habemus decimam, pri-  
mitiam, & oblationem. Primitia† en-  
im est pars prima frugum Domino of-  
ferenda, de quibus dicitur Exo. 22. De-  
cimas, & primitias non tardabis offer-  
re. & Exod. 23. 1. Primitias frugum terræ  
aut deseres in domum Domini Dei tui.

## Cap. XXVII.

Quæ quidem primitia fuerunt intro-  
ductæ in signum rei iam factæ, scilicet  
liberationis ab Aegipto per intersectio-  
nem primogenitorum salutatis primoge-  
nitæ Israhel. Erant etiam in signum rei  
faciendæ, ut scilicet initium operum no-  
strorum attribuamus Deo authori om-  
nium bonorum. Erant etiam in signum  
futuri, id est recuperandæ celestis hære-  
ditatis amissæ, quæ est propria primo-  
genitorum, ita Astens. lib. 6. de decim.  
art. 8. Deferebantur etiam in recognitio-  
nem diuini beneficij, quasi aliquis profi-  
teretur se à Deo fructus terræ percipe-  
re, & ideo se teneri ad aliquid de huius-  
modi Deo exhibendum, secundum illud 1. Paral. vlt. Quæ de manu tua acce-  
pitimus, dedimus tibi, & quia Deo exhi-  
bere debemus id, quod præcipuum est,  
ideo primitias quasi præcipuum aliquod  
de fructibus terra: præceptum fuit Deo  
4 offerti. Quæ quidem† primitia secun-  
dum Ray. & Host. debent dari presby-  
tero parochiali, 16. q. 1. doctos ac probos  
monachos. Quotæ autem pars debeat  
dari. Die, quod secundum consuetudi-  
nem patriæ, & indigentiam ministro-  
rum. Etta solutio primitiarum secun-  
dum determinationem Ecclesiaz est in  
præcepto tempore moderno. Determi-  
nat autem Ecclesia ut secundum con-  
suetudinem approbatam soluantur pri-  
mitia, ad indigentiam ministrorum Dei:  
Conseruet ergo qualibet ecclesia cōsue-  
tudinem suam, si habet, quam si non ha-  
bet, recurrit ad consuetudinem vicina-  
tum ecclesiariū. Si vero inueniat ibi di-  
uersas consuetudines, illam sequatur,  
qua magis accedit ad mediocritatem, vel  
qua à pluribus obseruat. Si tamen ec-  
clesia esset ita tenuis, quod sacerdos nō  
haberet unde posset sustentari, tunc di-  
ceret illam consuetudinem eligendam,  
qua amplius soluit, vel saltem medium  
tenet inter illas. Hæc Alex. de Ales in 3.  
Turrecrem. in sum. 16. q. 7. arg. tex. in cap.  
certificari; de sepult. cap. cum olim, in fin.  
de consuetu. & 12. q. 2. cap. Episcopus,  
Astens. lib. 6. de decimis. art. 8. circa fin.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

- De oblationibus vero Rayn. in summa dicit, † quod sunt tres species oblationum. Una, quae est donatio rei facta inter viros Deo, vel ecclesiæ. Secunda facta causa mortis, quæ reducita est ad instar legatorum. Tertia, visualis, quam fideles faciunt ad altare, vel ad manum sacerdotis. Prima est voluntaria, & cum data est, de illa non plus querimus, sed si solum esset promissa, constat, q. est debita. De secunda non dubitatur quin sit debita, vnde non soluentes sacrilegi dicuntur, & homicidæ, & mercatores gentium. Hec per ordinem 12.q.2.cap nulli, & cap. qui abstulerit, & 13.q.2.a.cap. quæ oblationes.
- 6 Tertia vero † est voluntaria, & in consilio, non autem in præcepto. Sic dicit D. Thom. 2.2. quest. 86. art. 1. quod oblationes de sui ratione habent, quod voluntariè offeruntur. Ad hoc illud Exo. 25. Ab omni, qui offert ultro neccus, accipies cas., & Matt. 5. Si offert munus tuum ante altare, &c. & non obstat tex. in c. omnis, de conse. dicit. 1. qui videtur contrarius, quia tex. ille intelligitur de oblatione interiori, vel bonorum operum. Fallit tamen in quatuor casibus, in quibus aliquis ad oblationem tenetur. Primo ex præcedenti conuentione, sicut cum aliqui conceduntur aliquis sundus ecclesiæ, ut certis temporibus certas oblationes faciat, quod tamen habet rationem census. Secundo propter præcedentem promissionem, ut cum aliquis inter viros promittit, vel in testamento reliquit aliquid offerendum ecclesiæ ut pro septimis, vigesimali, & anniversarijs. Haec Host. Tertio propter ecclesiæ necessitatem, vt quia ex possessionibus, aut redditibus eius non possit sacerdos sustentari. Quod si parochiani sunt ita pauperes ut sacerdoti prouidere non possint, tunc quærat sacerdos manibus suis victimum, dicit. 91. cap. clericus victimum. Quarto propter consuetudinem approbatam, tenentur enim sacerdotes in aliquibus solennitatibus, in quibus tenentur totam misericordiam audire, cap. missas, de consecr. dicit. 1. ad aliquis oblationes consuetas,
- 9 cap. ad apostolicam, de simoni, que tandem oblationes sunt etiam voluntarie quo ad quantitatem, & speciem rei, quæ offertur. Quod si parochiani non offendunt, possunt cogi ad hoc, non à presbytero, per officij subtractionem, sed ab Episcopo, cuius officium est in talibus iuris plorandum, secundum Thomam, per tex. in d. cap. ad apostolicam, ubi ad conservandas pias consuetudines circa oblationes, possunt cogi per Episcopum loci, vt dicit Alex. D. Thom. & Host. Hec Archid. & Turrect. in d. cap. omnis, H. ii. in c. quāmis, num. 7. & 8. de Decimis. Frater Ioan. in sum. eo. tit. sub rub. de oblat. q. 54. Vtrum aliquæ oblationes. Notandum est etiam, quod quartæ doque oblationes † sunt responsum ab ecclesia in detestationem criminis. Ut corum, qui pauperes opprimunt, d. 90. c. oblationes. Item raptorum & usuriarum, extr. de rapt. capit. super eo. de usur. cap. quia in omnibus. Vbi ex illo tex. habetur, quod usurarij publici non debent recipi ad communionem altaris, nec eorum recipi oblationes, nec recipi ad ecclesiasticam sepulturam, si in hoc peccato decesserint, & sacerdos oblationes recipi redire compellitur episcopo, secundum Host. in d. cap. quia in omnibus, ut secundum eius prudentialm restituatur illi, à quo usurra extorta est, si inuenitur, alioquin pauperibus, arg. 20. q. 5. c. conslituit. Et sacerdos manere suspensus ab executione officij, donec satisfaciatur arbitrio episcopi. Item meretricum. Similiter etiam eius, qui ecclesiæ immunitatem violavit, nec emendare voluerit, 17. q. 4. cap. misericordi. & haec intelliguntur, quando erimus manifesta, & delinquentes emendari nolunt. Similiter sunt responde oblationes publicorum hæreticorum, vel excommunicatorum, & iudeorum, c. quanto, de usur. Sed modo deueniamus ad decisiones circa definitionem ipsius decimæ, sive pertinentes ad totam materiam, quatuor
- Prima. † In veteri lege quatuor erant genera

genera decimatum. Prima erant, quas populus debebat ex lege Leuitic tribui & loco illarum sunt, & successerunt hoc die illae, quas parochiani dant parochiali ecclesia, secundum Ioan. And. & Abb. in cap. i. cod. tit. Item aliae decime sunt, quas ex illis decimis à populo sic receperis Leuitic dabat sacerdotibus, de quibus loquitur num. 18. ante finem. Et loco istarum sunt partes, quas percipiunt Episcopi ab ecclesijs parochialiibus. 10. q. 3. cap. vno, uel quæ datur Domino Papa, vel alicui Principi seculari de mandato eius, secundum Abb. & Ioan. And. Item aliæ, quas vnuquisque de populo Israeli separabat ad iniuriam sacerdotes, & loco illarum sunt oblationes, vnde in quibusdam prouincijs obseruat, quod quilibet parochianus faciens celebrari pro animabus parentum, iniuit singulis annis ad anniversarium sacerdotes. Est & quartum genus decimatum, quas parochiani pauperibus recondabant, id est ad viuum pauperum reclutabant, & loco istarum succedunt, & dantur elemosynæ pauperibus. Et de his quatuor generibus loquitur glo. in cap. ecclesijs, §. his itaque, 13. q. 1. Hanc vero primum tantum genus est necessarium, scilicet illatantum debentur, quas parochiani dant parochiali ecclesia: alia vero sunt voluntaria, & ideo non exigenda, arg. extr. de censu. cap. cx parte. Secundum Hostien. in d. cap. i. & plenius, eodem tit. cap. à nobis.

10 Secunda. † Species istarum decimatum huius primis generis duas sunt, quia quedam sunt prediales, & quedam personales. Personales sunt, quæ debentur ex negotiacione, vel artificio, seu scientia, aut militia, vel venatione, aut huiusmodi, & ex opere personali. Prediales vero, quæ proueniunt ex ipsis predictis, vt vinum, bladum, aut fructus arborum, vt extr. cod. tit. cap. ad apostoliæ, & cap. pastoralis, & extr. de patroch. cap. vii. Sed de quibusdam dubium est, an sint prediales, † vel personales, vt de agnis, & fætibus aliorum animalium, que-

in pastus gregatim pascuntur, & licet Ber. in d. cap. ad apostolicæ, computet decimas animalium inter decimas prediales, & cum eo conueniant Ray. & Gof. tamen Host. cuius dictum mihi magis placet, & cum eo transeunt Astens. Henric. & Frater Io. in sum. tenet, quod sine mixta, quia tales decimæ partim proueniunt à predictis, cum ex eis vivant animalia, à quibus procedunt, arg. extr. eo. cap. commissum, & partim à personis, quæ ea custodiunt, extr. de re iudic. capit. pen. Igitur hoc verbum, decima, positum in definitione, comprehendit decimas prediales, uel personales, aut mixtas, quas parochiani dant parochis.

12 Tertia. † Decimatum institutio emanavit à iure naturali secundum determinationem partis exhibendæ, puta, quia aliqua pars est exhibēda Deo, & ministris eius. Dictat enim ius naturale, qd Deus debet honorari de propria substantia, secundum illud Prou. 3. Honora Dominum de tua substantia, sic patet de Abram. & Iacob. c. Decimas Deo, 16. q. 7. sic, & simpliciter à iure naturali, quod Minister Dei debeat sustentari, secundum illud Maiac. 3. Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibis in domo mea. Et quod ministerante spiritualia debent temporalia ministrari, vt dicitur 1. Cor. 11. & Lyc. 10. Dignus est operariis mercede sua. Verum secundum determinationem certæ partis exhibendæ, puta partus decime, & non minoris, non est à iure naturali simpliciter, sed secundum quid. Nam quod tanta pars, & non minor detur, hoc non dictat ius naturale simpliciter. ita Hugo lib. de sacram. par. 12. ca. 4. Astens. lib. 6. de decimis, art. 1.

13 Quarta. † Secundum indeterminacionem, ut scilicet aliquota pars detur ad sustentationem ministrorum Dei, semper decimæ fuerint in precepto, & de iure natura. Vnde Genet. 47. Sacerdotibus Aegypti cibaria ex horreis publicis prebebantur. Sed secundum determinacionem talis partis, scilicet decimæ ante Legem

13. gem fuit in consilio. Vnde Gen. 14. legit-  
tur, quod Abraham dedit decimas Mel-  
chisedech: nunquam vero legitur hoc  
fuisse sibi præceptum. In lege vero fuit  
hoc in præcepto simpliciter, vt patet  
Exod. 23. & Num. 18. Tempore vero  
gratia facte sunt in præcepto, secundum  
Turrecrem. in cap. reuerteruntini, 16.q.1.  
Ad quintum. Tantum decimæ prædiales  
de iure sunt diuino. Vnde Leuit. vlt. dici-  
tur, omnes decimæ terre sive de frugi-  
bus, sive de pomis arborum Domini sunt.  
Item decimæ animalium, quæ sub virga  
pastoris transirent. Sed decimæ personales  
non sunt in præcepto diuinæ legis,  
sunt tamen in præcepto ecclesiæ ubi esset  
consuetudo, vel ministri Dei indige-  
rent, & propter indigentiam, & suscep-  
tionem perirent. Alij verò Theologi  
communitate tenent, quod decima non  
sunt in præcepto ex dispositione legis di-  
uinæ, Richar. 4. distin. 17. S. Thom. 2.2.  
q. 87. Canonistæ absolute tenent contrarium, & primo glos. in cap. in aliquibus,  
extr. eod. Idem tenet Innoc. in rubri. eod. tit. qui allegat multas authorita-  
tes, prout etiam refert Dom. Anton. in  
cap. parochianos, cod. tit. num. 5. Et hoc  
tam de decimis prædialibus, quam per-  
sonalibus. Ego tamen facile assentirer  
opinioni Cardinalis in dicto cap. reuer-  
teruntini, scilicet, quæ sunt de præcepto ubi  
esset loci consuetudo approbata, vel mi-  
nistri Dei indigerent. Alioquin infinite  
animæ torquerentur, cum pauci sint  
qui eas soluunt, vt notat Hostiens. in  
cap. ex parte canonorum, in fi. & cap.  
tua, in fine, & cap. pastoralis, & cap. in  
aliquis, eod. titu. De hoc etiam notat  
Archid. in cap. decimæ, 16.q.1. Henric.  
Boich, qui residet in hac opinione, in c.  
peruenit, nu. 22. eod. tit.

14. Quinta. Decimæ prædiales cum sint  
de præcepto ex iure diuino, necessario  
sunt soluende fructibus collectis, sta-  
tim, ita videtur velle text. in cap. cum  
homines, extr. eodem. Hoc est, quan-  
do frumentum est separatum à paleis  
ex communi consuetudine, quæstio in

nostris temporibus, vt dicit Panormit.  
in capit. peruenit, extr. eodem. & de-  
bet defterri t expensis vicilli, seu domi-  
ni, vsque ad domum ecclesiæ, vt est  
text. iuncta glos. in capit. reuerteruntini,  
16. quæstio. prima, & ibi Turrecrem. Pa-  
normit. in dicto capit. peruenit. Hinc  
infertur, quod talis solutio debet faci-  
ri absque monitione, cum illa non re-  
quiratur ad constituendum eum in ino-  
ra, cum tempus sit appositum in lege.  
vide glos. in Clement. Saep., de verbis.  
signific. & dicto cap. cum homines, &  
non soluentes peccant, vide bonam glo.  
in capit. primo, eodem titulo, in sexto.  
16. Potest etiam is, t cui debetur decima, pe-  
tere interdicti Domino predij, ne fru-  
ctus colligat, nisi en, vel eius nuncio pre-  
sente, C. quando, & quibus quart. pars,  
l. 2. li. 10. ibi, sub aspecetu curialium, l. no  
solum, ff. de rei vendicat. alias, si vero.  
& ratio est: quia habet partem in fru-  
ctibus, & ex consequenti in fundo: nam  
fructus sunt pars fundi, l. structus, ff. de  
rei vendicat. ita tenet Dom. Cardin. Za-  
barel. confil. suo 146. vide Ioan. de Ana-  
nia, in c. ex parte, tit. nostro. Zab. in c. ex  
parte 2. nu. 1. eo. tit.

17. Sexta. t Decimæ prædiales dandæ  
sunt non deductis expensis, nec etiam il-  
lis, quæ sunt pro fructibus colligendis,  
ita tex. in cap. cum homines, & c. tua no-  
bis, extr. eod. vnde nec semen deducen-  
dum est, vt dicit Goff. & Host. tit. de  
cimis. Decimæ vero personales, id est de  
negotiatione, vel artificio, vel alijs, quæ  
non computantur in fructibus terræ, di-  
stribuuntur, quia vel surgunt ex rebus  
decimatis, & deducuntur expensæ, vel  
non: & tunc securus, extr. eod. c. pastoralis.

18. Septima. Cum decimæ prædiales ex  
præcepto tiebeantur, hinc fit, quod nulla  
consuetudo excusare possit à decimis  
prædialibus soluendis, sive consuetudo  
in totum, vel in partem tollat decimas,  
cap. in aliquibus, extr. eod. 16. q. 7. c. qui-  
cunque nisi forte consuetudo per Papam  
approbata esset per conventionem, vel  
amicabilem compositionem authori-  
tate

tate superioris subsequenter factam: Nā  
vt dicit Host. in cap. statuimus , extr. de  
19 transact. Cbmpositum † inter personam  
ecclesiasticam, & laicos super aliquam par-  
te decimæ, vel rotæ de consensu superioris  
prælati, valet, Turrect. in d.c. reuerti-  
mini, nu. 14. vide Abbatem in c. cum ho-  
mines, nu. 4. ext. eod.

20. Octaua. Licet ministri ecclesiaz pos-  
sint laudabiliter requirere decimas, ta-  
men laudabiliter faciunt, si eas non re-  
quirunt in locis, vbi sine scandalo requiri  
non possent, vel propter deluetudinem,  
vel aliam causam, nec tamen sunt in sta-  
tu damnationis, qui non soluunt in illis  
locis, in quibus ecclesia non petit: nisi  
propter obstinationem animi habentes  
voluntatem non soluendi, etiam si pene-  
rentur ab eis, ita D. Thom. 2.1. q.87. Ar-  
chid. in c. maiores, 16. q.7. Franc. in c. ti-  
cod. tit. in 6. nu. 2. Turrect. in d. c. reuerti-  
mini. Hent. in cap. petuenit, num. 20.  
eo. tit. Et non obstat, quod cum decimas  
sint de præcepto, ergo semper videtur ob-  
ligare non soluentes ad peccatum mor-  
tale: quia est præceptum affirmatiuum,  
& non negatiuum, vnde eum sit præce-  
ptum affirmatiuum, et obligat, non  
tamen ad semper, sed pro loco, & tem-  
po re, idest cum necessitas est, & petuntur  
a ministris; Si vero non est necessitas,  
nec petuntur aliquibus rationabilibus  
de causis, tunc non soluentes, non pec-  
cant, secundum sapientiæ dicta à S. Tho.

21. Nona. † Decimæ personales solvi de-  
bent, vbi est consuetudo eas soluere eo  
tempore, quo maior commoditas proue-  
nit ecclesiaz. Hoc est in fine anni: nam  
particularis, & minuta solutio multa ha-  
bet incommoda, l. planè, ff. samil. ercisc.  
arg. tex. in c. ex literis, de pignor. si quis  
tamen ante annum vellet soluere, seru-  
dum Host. non esset refutandus, ita re-  
fert Turrect. in d.c. reuertimini, nu. 21.

22. Decima. † Decimæ integræ solvi de-  
bent, c. in aliquibus, verbo cum intégrate,  
& sic est contra illos Theologos, &  
Magist. Senten. vt refert gl. in cap. 1. co-  
ut. lib. 6. qui dicunt, quod sufficit aliquid

date pro decima, & nomine decimæ. Sed  
oportet, quod soluantur cum integritate,  
vt habetur per Concil. Trident. ses. 2.5.  
cap. 1.2. & non soluens integræ, videntur  
peccare mortaliter, quod colligitur ex  
eo, quod potest ad hoc compelli per ex-  
communicationem, & excommunicatio  
non fertur nisi pro mortali, cap. nullus,  
cap. nemo, 1.1. q.3. Et hoc non solum  
procedit in laicis, sed etiam in religiosis,  
Zabar. in Clem. 1. q. 24. de decimis.

23. Unde etiam. Non soluentur † decimas  
Iudex ex officio potest cogere, cum im-  
mineat periculum anime, si non soluatur,  
de det. c. prohibemus, & in talibus exu-  
berat officiū iudicis, de judic. c. nouit, dç  
off. ordin. Clem. 1. Et hoc modo constat  
possessiones, ex quibus decimæ petun-  
tur, esse infra limites parochiæ, vel ho-  
mines accipere ab ea sacramenta eccle-  
siastica, quoad personales decimas, nam  
ex quo de communione iure scripto decima  
debitur parochiali ecclesiaz, de decim. c.  
cum contingat, & ius commune notori-  
um est, & tanquam notoriū debet  
sciri, 1. q.3. h. sed notandum. Ideo in con-  
tradicientem tanquam notoriū delin-  
quentes, potest annulladuerttere iudex ex  
officio suo, adeo q. non est necesse quod  
causa in iudicium deducatur, vel telles  
admittantur; pro hoc, quod not. de fil.  
presb. c. quoniam, & poterit procedere  
sine villa alia iuriis solemnitate. Immò di-  
cit Lau. in Clem. dispendiofam, de iud.  
& post eum Zabari, q. 23. quod non est  
opus in literis monitorijs contra non  
soluentem decimas ponere clausulam il-  
lam, nisi causam rationabilem volueris  
allegare, & probare, ad quod faciendum  
talern dicit peremptorium assignamus.  
Ex quibus dictis habetis, quod post ad-  
24 monitionem † non soluentes decimas  
præteritas, sunt excommunicandi, 16. q.7.  
c. omnes decimæ, & tradit Lau. formæ  
literatum monitorium, quia debet di-  
cere Iudex. Monemus vos, vt infra tor-  
 dies (verbi gratia) quindecim pro pri-  
mo, & secundo, & tertio peremptorio,  
quorum, quinque pro primo, quinque  
pro

- pro secundo, quinque pro tertio peremptorio assignamus, decimas de fructibus talium possessionum sitarum in tali parochia soluatis eidem, vel restituatis, alioquin, ex nunc, prout ex tunc, in his scriptis vos excommunicationis lenta*tia* innodamus, quod not. in practica. Et ita habes, quod non soluentes possunt compelli per censuram ecclesiasticam, 1. q. 7. cap. omnes decimæ. Immo etiam per distictionem, & temporalem penâ, 2. c. nuncios, ext. cod. & sic nota differentiam inter censuram ecclesiasticam, & distictionem: nam appellatione censuræ veniunt ea, que habentur in cap. quærenti, de verb. sign. sed distictionis appellatione venit pena temporalis. Prima concernit animam, hac corpus. De hoc vide per Do. Abb. in d. c. querenti, & in nostris Decis. lib. 4. c. 1. nu. 5. verific. nam censura.
- 26 Sed an iudex † secularis possit cognoscere super fructibus decimarum inter clericum auctorem & reum laicum? dicit Calder. de iudic. conf. fina, quod non, si agitur de iure principiendi decimas, quia illud est spirituale, & ita procedit glo. 16. q. 1. & 3. cap. peruenit §. sicut. Vnde ibi prouentus exponitur idest ius. Sed si agitur de fructibus, sic: cum non sit causa spiritualis, cum laico possint concedi titulo locationis, & vendi. ext. loca. cap. noltra. & ibi lo. And. not. in cap. quamuis, de decim.
- 27 Item † non dantes decimas, sacrilegium committunt, & æternæ damnationis periculum incurront, 16. q. 7. c. 1. 12. q. 2. cap. gloria: vnde Hieron. Amico aliquid rapere furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est, exinde aliquid subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. Rursum frequenter damna patiuntur, qui decimas dare negligunt, 16. q. 1. cap. reuertimini, vnde ibi Arch. ponit mala, quæ Dominus infert frequenter propter ingratitudinem non soluentium decimas: nam immittit sterilitatem contra vertetatem. Vnde Dominus Malac. 3. Quia mibi non reddidisti de-

cimas, & primicias, idecirco in fame, & penuria vos maledicti estis. Et Aug. 16. q. 1. c. decimæ, dicit, cum dando decimas, & terrena, & celestia possit meriti, propter auaritiam duplice benedictionem fraudas, id est subtrahis tibi. Item propter non solutionem decimarum immittit Deus siccitates, infirmitates, & mortalitates, vnde 2. Paralip. 6. Claudio celo pluvia non fuit super terram. Item quanti pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus 28 est homicidiorum, d. c. decimæ. Atq; ecôtra, qui decinas diligenter dat, quadrupliciter à Deo remuneratur. Prima. n. remuneratio est abundantia fructuum. Secunda sanitas corporis. Tertia indulgentia peccatorum. Quarta celeste regnum, d. c. decimæ, & ibi Turre. Aſſen. lib. 6. de deci. art. 9.

Duodecima. Licet decimarum tempore legis fuerint quatuor genera, ut superius diximus, quod plene prosequuntur Doctor. in cap. à noioso, de dec. hodie tamen est vnum solum genus in precepto, scilicet ut decima pars omnium emolumentorum licite proueniens 29 soluat ecclœ † in cuius parochia sunt prædia, etiam si non sit mattix, id est baptisinalis, si sunt decimæ prædiales, c. quoniam, extr. cod. 16. quæf. 1. cap. alia, & cap. si laicus, 13. q. 1. cap. ecclœs, §. 1. & ista opinio videtur esse communis, quam sequuntur Goffr. & Ioan. de Anan. qui ita not. in Sum, sua de decimis, §. sed quibus. Hug. Lau. & Archid. 13. q. 1. in summa. Holt. co. tit. §. cui dñda Ber. infra eod. ca. ad Apostolicæ. Cardin. cons. 26. scilicet, quod decimæ de iure communi pertinent ad illam ecclœ, infra cuius parochiam prædia sunt sita. Si vero non constaret, quia limites non sunt certi, habet locum capit. quoniam, eod. tit. quia diocesano debentur. Et haec de decimis prædialibus, nisi aliud obtineatur, uel de præscripta consuetudine, ext. eodem cap. cum sint, & cap. ad apostolicæ, vel ex conuentione, 30 ext. eodem cap. ex multiplici. † Verum si

Si sunt personales, & tunc sunt dānde si-  
li ecclesiæ parochiali, vbi dantes audiunt  
diuina, & recipiunt sacra, modo in illa  
ecclesia habeat domicilium, c. ecclias, 13. q. 1. d. cap. cum homines, & cap. quo  
nrat, eod. tit. Si vero quis habet domici-  
lium in pluribus locis, ut aliquis rex, aut  
princeps, & tunc illi Ecclesiæ solut, vbi  
habet domicilium principale. arg. C. ubi  
senat, vel clar. l. 2. At si in omnibus prin-  
cipaliter, seu æqualiter habitat, tunc  
illæ inter se diuident, vt arg. tex. in l. as-  
sumptio, §. iuris prudentiæ, ss. ad mu-  
nicip. notar. Innoe. in c. omnes, de reate,  
& qual. sequitur Henric. nu. 1. & 2. cod.  
tit. vbi etiam nu. 3. dicit de decimis mix-  
tis, vt de agnis, & sertibus animalium.  
Hoc tamen haberi debet pro indubita-  
to, quod in soluendis decimis attendi-  
tur prius consuetudo, c. ab apostolice, in  
fine, de decim. Card. consil. 98.

31. Tertia decima. ¶ obligatus ad decimam,  
quæ consistit in fructibus prediorum vel  
alijs rebus, quam in nutrimentis anima-  
lium, liberatur, si prævenit tempus solu-  
tionis, l. quod quis, ss. de act. & oblig. l.  
quod in dicin, ss. de solut. pariter potest  
soluere ante tempus, si decima consistit  
in nutrimentis animalium, & Ecclesiæ,  
vel prelato non sit præiudicium. Alitas  
non, (verbi gratia) si quis statim agnum  
postquam fuerit natus vellet tradere, nō  
liberatur: quia fieret præiudicium ecce-  
lia, sed debet tradi postquam fuerit la-  
etus, & aliquantulum impinguatus,  
arg. ss. de an. leg. l. cū qui, secundū Host.  
& Io. And. in e. cum homines, eod. tit.

32. Quartadecima. ¶ Compensatio inter  
laicos non potest fieri quo ad decimas  
soluendas in posterum sine autoritate  
iudicis, & ratio est: quia decimæ sunt tri-  
buta animalium, 16. q. 1. c. decimæ, extr.  
eod. cap. tua nobis. In tributis autem nō  
est cōpensatio admittenda, l. s. ea, C. de  
cōpensa. inter clericos tñ potest admitti  
compensatio: fine autoritate iudicis;  
ut patet in cap. ex parte tua, & capite ex  
multiplici, tit. nostro. Henric. eod. tit.  
cap. cum homines, num. 5.

33. Quintadecima. ¶ Licet laicus Décimam  
præscribere, vel retinere non pos-  
sit contra clericum, cap. causam, de præ-  
scrip. tamen vna Ecclesia potest præscri-  
bere decimas contra aliam, cap. cum sint  
homines, cap. ad apostolice, tit. nostro.  
Quod debet intelligi cum titulo, vel spa-  
cio tanti temporis, quod de contrario  
non sit memoria, cap. 1. de præscri. lib. 6.  
Dom. Card. consil. 98. in princ. Idem in  
tributo: quia subditus non præscribere  
contra Dominum: sed bene vnuis Do-  
minus contra alium, ita loan. de Anan.  
in cap. tua nobis, num. 10. tit. nostro.

34. Sextadecima. ¶ Decima debetur e-  
tiam, si soluendo quis incideret in ege-  
statem. Puta colligit quis tot fructus,  
qui sufficiunt sibi, & pro familia sua: si  
autem soluit decimam, ipse indiget, tñc  
glos. 12. quest. 1. cap. quia tua fraterni-  
tas, decidit, quod tenetur. Est etiam  
glos. 86. distinç. cap. non satis, vbi Ar-  
chid. dicit, quod de eleemosynis sibi fa-  
ctis debet soluere decimam. Sic etiam  
Vincen. in cap. cum homines, tit. nostro  
concludit, quod propter paupertatem  
quis non debet retinere alienum, capit.  
habebas, 12. quest. 1. Dicit tamen Par-  
norm. in d. cap. cum homines, quod iste  
tenetur soluere, sed ecclesia tenetur sibi  
remittere tantum, quod possit viue-  
re, cum ecclesia de suo teneat sibi pro  
uidere. Facit in simili, quod dicit glos.  
in cap. quicunque, 16. quest. 7. quod si  
quis tanto tempore non soluit decimas,  
quod si vellet integrè satisfacere, oportet  
vendere omnia bona sua, quod li-  
cet teneatur ipse hoc facere, ecclesia ta-  
men debet sibi remittere, vnde possit vi-  
uere. Dicit etiam, quod si esset tanta ino-  
pia, quod tame periret, si decimam solue-  
ret, quod non teneatur ad solutionem:  
quia in tali casu omnia sunt communia  
facit tex. in l. 2. §. cum in eadem, in s. ibi  
in glos. ad l. Rho. de iact. per quem tex.  
dicit ibi Angel. quod milites tempore  
necessitatis possunt licite deprædicti vi-  
ctualia. Facit etiam tex. in c. scit, dis. 47.  
c. si quis propter, de furt.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

Decimaseptima. Decima postquam parochiae fuerunt distinctae, de iure communi soluendae sunt ecclesiae, intra cuius parochiam situm est praedium, vel sita sunt praedia, ut superius num. 22. pro 35 bauimus. Fallit tamen hoc in multis casibus, quorum Primus est, ratione priuilegi. Quod in clericis, & religiosis clarum est, cap. si de terra, extr. de priuilegi. cap. ex parte, cap. nuper, extr. eodem sed an etiam laicis hoc possit concedere, vide tex. in cap. à nobis, extr. eodem vbi dicit, quod sic. Debet tamen qui dicit se exemptum, hoc probare, quia non presumitur exemptio, sed usurpatio, ex quo habet ius commune contra se, cap. ad decimas, de restit. spoli. in 6. Debet etiam qui habet priuilegium non soluendi decimas, non venire contra illud: quia si illas perfoluerent, vtique amittunt priuilegium, d. cap. si de terra. An 36 verò t possit summus Pontifex dare hoc priuilegium, cum decimae sint de iure diuino, cap. tua, de deci. & ipse teneat defendere ius diuinum usque ad sanguinis effusionem, 25. quæst. 10. cap. sunt quidam, Doct. in d. cap. à nobis, dant plures responsiones. Quarum Prima est, quod possit specialiter vni concedere priuilegium, ut non teneatur solvere, sed non potest facere constitutionem generalem, ut non soluantur. Secunda, quod Papa non potest dispensare super ius diuinum circa articulos fidei, vel precepta, 6. dist. 9. his ita, & dist. 5. in princ. sed in alijs potest interpretari, & sic impropriè dispensare, sicut nos, lib. 2. cap. 3. 1. à nu. 7. usque ad vigesimum, plene diximus. Hostien. vero dicit, quod licet Papa non possit dispensare circa precepta moralia, fallit in decimis: quia non est preceptum in re morale, ut etiam dicit Asten. lib. 6. de decim. art. 1. quæst. 3. & ratio secundum Hostien. est, quia in alijs preceptis versatur honor Dei irremissibilis, vel utilitas publica humana in dispensabilis, ut est videre in illo precepto: Non habebis Deos alienos. Item in alio: Honorem patrem tuum, &c. & in

similibus, in quibus nec in totum, nec in partem dispensari potest, sed in precepto decimarum est duplex consideratio. Prima, quatenus versatur honor Dei, nam decimas sibi retinuit in signum universalis dominij, cap. tua, 2. eodem tit. Et hac consideratione non potest decima vniuersaliter remitti: quia non potest Papa facere, ut honor non exhibetur ipsi creatori, maxime quando ipse sibi reseruarit. Secunda consideratio est in utilitate, quæ provenit ex solutione decimarum. Nam concernit communum ecclesiistarum, & clericorum. Et ideo Papa tanquam generalis administrator, & Vicarius Dei, potest hanc communitatem in aliquibus remittere, & dispendiare. Dom. Anton. dicit, quod in laicis Papa non potest decimas præteritas, neque futuras etiam vni remittere sine causa. Pro hoc glos. nota in cap. non est, extr. de voto, & nos vbi supra, num. 27. Quare quo ad Deum, non est tutius qui decimas sine causa teneret ex remissione Papæ. glos. in d. c. non est, ita voluit Panot. in cap. à nobis, num. 4. & 5. tit. nostro. Vbi etiam t dicit in fine, quod Papa potest dispensare ut non soluentes evident peccatum, non in totum preceptum tollendo, sed hac causa non soluentes tolerando, ut peccatum non incurvant, quod satis sentit etiam Innocen. in d. capit. à nobis. Secundus 37 casus, t vbi decimas non soluuntur, est ratione præscriptionis, 13. quæst. 2. in summa. Quod intellige secundum D. Card. in suo confil. 88. quod incipit Capitulum Ciuitatense, quando fit præscriptio ab vna ecclesia contra aliam ecclesiam: quia tunc si non adegit titulus, debet concurrere saltem tantum tempus, quod de contrario non fit memoria cap. 1. de præscrip. in 6. & ratio est: quia tantum tempus habet vim priuilegi, pro hoc est glo. in cap. super quibusdam, in fi. de verb. signi. Item habet vim constituti. i. ac si de consensu partis tale ius fuisset statutum, L. hoc iure, §. ductus a quo, ff. de aqua quotid. & c. Item habet

bet vim legis, s. de aqua plu. arcen. l. i. in  
fi. Si vero adeo titulus, tunc requiritur  
spacium 40. annorum, vt decimas pre-  
scribantur etiam contra ecclesiam, vt no-  
ta Mar. Socin. in cap. accedentibus, nu-  
me. 2. extr. de priuileg. Fallit & tertio;  
39 quando † Episcopus cum consensu E-  
piscopi daret priuilegium vni Ecclesie,  
seu dignitati, vel persona ecclesiastice  
de decimis alterius ecclesie percipiendis  
ad tempus, vel perpetuo; nam modo  
faciat cum consensu Capituli, & alia so-  
lennitate seruata, de qua, de rebus eccl.  
non alien. lib. 6. c. dudum potest. Quod  
intellige etiam secundum Hug. de illis  
decimis, quæ ad Episcopum pertinent,  
alias non possent sine consensu illorum,  
quorum interest, sicut nec ipsi sine eo.  
40 q. 2. c. si quis Episcopus, 12. q. 2. c. Ab-  
batibus. ita Arch. refert in ca. statutis,  
16. q. 1. Laico vero non possit dare Epis-  
copus hoc priuilegium de decimis per-  
cipiendis, de p̄f̄cipi. c. causam. quæ, cum  
ibi not. Henr. in cap. à nobis, nu. 6. & 7.  
extr. eo. tit.

40 Decima octaua. † Decima secundum  
ius commune diuidenda est in quatuor  
partes, quarum vna quarta debetur Epi-  
scopo, 12. quæst. 2. cap. Vulteranæ, &c. c.  
nobis, & cap. concessio, & cap. quatuor,  
10. quæst. 1. cap. vnic. nota super glos. in  
cap. conquerente, de offic. ordin. Secun-  
da pars est sacerdotis. Tertia fabricæ.  
Quarta pauperum, vt dictis iuribus. Pos-  
sunt tamen Episcopi hanc quartam ad  
se pertinenter concedere ecclesiis ba-  
ptismalibus cum consensu Capituli, ser-  
uata solennitate maxime in fundatio-  
ne, secundum notata de relig. dom. ca-  
pit. constitutis de rebus eccl. non alien.  
cap. i. in 6. Diuiditur etiam aliquando  
decima secundum consuetudinem, si a-  
liqua subest, de dec. c. quoniam, in gl. 11.  
qua cessante, diuiditur secundum ius co-  
mune. vide Astensi. lib. 6. de decim. art. 3.  
questione quarta.

41 Decimanona. † Clerici baptismalis ec-  
clesie possunt ex integro vendicare sibi  
omnes decimas totius Episcopatus ex

priuilegio Apostolica Sedis. Ita hanc  
conclusionem firmat Turrec. in sum.  
25. quæst. 1. num. 2. & ratio est: quia Pa-  
pa potest dare priuilegium, cum ipse pos-  
sit omne institutum ecclesiasticum im-  
mutare, dummodo non faciat contra fi-  
dem, vel non obuiet his, quæ pertinent  
ad salutem, vnde talis institutio, vt diui-  
datur decima in quatuor partes, quam-  
uis sit iuxta decreta sanctorum patrum,  
cum non pertineat ad fidem, nec sit de  
his, quæ pertinent ad salutem, potest à  
Papa immutari. Tum etiam, quia Apo-  
stolica Sedes cum ad eam pertineat de  
bonis ecclesiæ ordinare, potest vni ec-  
clesie subtrahere, & alteri per priuile-  
gium suum conserere.

42 Vigesima. † Decimæ dandæ sunt de  
blado, & leguminibus tam magnis,  
quam paruis, de omnibus fructibus ter-  
rarum, pomis arborum, herbis hor-  
torum, nutrimenti animalium, lana,  
laetæ, sceno, lignis, punctionibus, ve-  
nationibus, artificiis idest firmis, pensioni-  
bus, molendinis, etiam ad ventum, bal-  
neis, sufflonibus, item de negotijs, & ar-  
tificijs, & generaliter de omni lucro li-  
cite acquisito, extr. eodem cap. ex multi-  
plici, cum quatuor cap. sequen. & cap. ca-  
nonicorum, cum duobus cap. sequent.  
16. q. 1. c. decimæ. & c. quicunque. & ve-  
dit Imo. in Clem. vnic. eod. tit. de om-  
nibus rebus, quæ infra limites ecclesiæ  
insurgunt, per quoscumque terræ  
excolantur, siue laicos, siue clericos, si-  
ue Religiosos exemptos, vel non exem-  
ptos, eo. tit. in 6. c. statuto.

43 Vigesimaprima. Monachi priuilegia-  
ti super decimis noualium, tenentur  
soluere decimas de terris nouiter cultis,  
si parochiali ecclesiæ aliquid primo sol-  
uedatur, cap. communis, ext. eodem tit.

44 Quæ autem dicantur † noualia, vide c.  
quid per nouale, de verb. fig. vbi duo re-  
quiruntur, scilicet, quod non fuerit cul-  
ta tanto tempore eiusus memoria nō exi-  
stat. Secundo, quod ex illis nulla, vel par-  
ua commoditas percipi potuerit, ita Za-  
bar. in Clem. 1. q. 5. de decim. An vero  
deci-

decimæ debeantur de noualibus ; id est de terra sterili , & inculta , si redigitur ad culturam . Dic , quòd sic , & debentur illi ecclesiæ , in cuius parochia est sita , cap. quoniam , extr. eodem facit tex. in cap. pastoralis , de his , quæ sunt à p̄z lat . Si verò non sunt in certa parochia , debentur diocesano , qui potest sibi rotinere , vel alteri concedere . Hinc inferatur secundum Panorm. in d. cap. quoniam , quòd decima omnium nemorū , & locorum , quæ non sunt intea certam parochiam , spectant ad Episcopum loci .

45. Vigesimasecunda . † Potest Episcopus sine consensu Capituli decimam istorum noualium , calu , quo sibi debetur , alteri ecclesiæ concedere , tum per tex. in dicto cap. quoniam , tum etiam , quia propriè hoc calu non alienat , sed non acquirit , quare potest in non acquirendo solus praedicare Ecclesiæ , pro hoc vide text. cum gloss. 16. quæst. 6. cap. fina. per Innoc. in cap. 2. de donat . Ita Panorm. & Ioan. de Anan. in d. cap. quoniam .

46. Vigesimatertia . † Decima an sit soluenda de animalibus . Distingue quatuor casus : primus de precio ferarum non inclusarum , quod recipit venator , tunc soluet decimam tanquam de personali , hoc est , vbi audiuntur diuina , extra , cod. cap. commissum . Secundus casus , de feris inclusis intra clausuram aliquius forestæ , vt de cuniculis , habenda est ratio , ac si esset decima prædialis , not. Innoc. in cap. non est , extra eodem . Tertius casus est , de domesticis , & tunc idem quod diximus in secundo casu ; quia danda est decima illi ecclesiæ , cui soluenda esset decima herba , si non pauperetur , & ita loquitur c. commissum , vbi Innocen. extra eodem . Quartus , de agnis , lana , & lacte domesticorum animalium , tunc debetur decima tanquam de prædialibus , ut not. extr. eodem , cap. ad Apostolicæ , per Innoc. eod. tit. cap. non est . Notandum tamen est , quòd licet minuta solutio afferat incommoda-

creditori , l. plane , ff. saitil. etc. in. ts. 47 men decima ex agnis , † & hædulic potest minutum persolui , hoc est , ex decem agnis natis debet persolui vnum , & præstatu debet animal mediocre , neque deuterius , neque optimum , sicut in alijs speciebus debitum , ut ff. de leg. 1. allegato generaliter relicto . Sic enim præstatetur priuato , quare indignum est id dare Deo , quod dignatur homo , 49. distin. cap. fin. in fine , & debet esse apud matrem aliquo tempore , ne solutio ex nimis præmarura solutione periret , optimus tex. in l. si seruus , in fine , ff. de solu . 48. Sed quid † si concessum est priuilegium religiosis , vt non soluant decimam , de nutrimentis suorum animalium , quæ nutritiunt , an extendatur ad animalia suorum familiarium , vel pistorum . Dic quòd non , concordat tex. in cap. ex parte extra , de decim. cap. cum dicat Apostolus , de eccles. adfici . Et nec obstat , l. 1. & 2. C. de episco. & cler. vbi priuilegia concessa clericis extenduntur ad eorum familiaria ; quia respondet , quòd illud priuilegium erat indultum contra statuta à iure humano . Hic coqtra statuta à iure diuino : ut cap. tu nobis , de decim. quæ fortiora sunt , & ideo contra ea priuilegium indultum , ut plus odiosum magis est restringendum , arg. regu. edia , de reg. iur. & nec obstat finis cle. religiosi , co. ti. quia ibi in conuersis . Hic autem in familiaribus .

49. Sed quid si religiosi sunt † priuilegia super animalia , an animalia , quæ commixtum cum animalibus religiosorum , sint priuilegiata . Dic quòd non , quia commixtum alteri non gaudet priuilegio concessio ei , cui fit commixtio , qñ commixta sunt separabilia , & ita licet singula animalia singulorum dominorum simul miscantur , ut faciant unum corpus , tamen quilibet remaneat dominus sui animalis . I. quicquid . §. fin. ff. de acquir. rerum dom . Secus verò si commixta non sint reducibilia ad eandem materiam , & non sint separabilia , cap. quod in dubijs , de consecr. eccl. vel alt. facit

facit tex. in l. i. §. Trebatius, ff. de aqua quotid. & asti.

50. Vigesimaquarta. † Decima præstanda est de piscatura, secundum mentem Innocen. Hostiens. & Abb. in cap. non est, extra, de decim. illi ecclesiæ, 'vbi quis percipit ecclesiastica sacramenta, in duobus casibus. Primus, quando quis liberè pescatur nullo precio dato, uel parte pescationis: nam tunc debentur decimæ personales. Secundus, quando pisces non sunt reclusi in aliquo loco: nam tunc dicuntur decimæ personales, licet vivant ex fructibus terre. Sunt verò decimæ prædiales, quando pescatura non esset libera, sed pisces es- sent reclusi in aliquo loco, uel stagno priuato, vnde exinde datur pretium, vel pars pescum alicui priuato, & tunc decimæ debentur illi parochiali ecclesiæ, in cuius parochia pescatur: quia pisces non ex ministerio hominis, sed ex aqua proueniunt, extr. eodem, cap. ad Apostolicæ. ita Henr. & Anan. in dicto cap. non est. Dicit etiam ibi Dom. Ant. quid nō committitur peccatum, si quis veniret contra præceptum Domini, ne in tali loco possit venari, aut pescari sub aliqua pena: quia per tale præceptum sit iniuria subditis. Et ideo faciendo cōtra, non peccant, nisi factum fuerit præceptum de consensu populi, timeant tamen penam de facto.

51. Vigesimaquinta. † Decimas nunquid quis dare debeat de illicite acquisitis. De prædialibus, dic, quid indistincte debent solvi à quocunque possidente prædia, non tantum iusto, sed violento, uel clandestino, & etiam Iudao, vel pagano, aut heretico, extra, cod. cap. de terris, & ratio est: quia tales decimæ non dantur intuitu personæ, sed quasi ex censi debito præriorum. An vero, qui conuenit ratione decimorum prædialium possit dicere: Accipe fundum, nolo tibi soluere. Sic de va- falso, accipe feudum, nolo amplius esse vester vasillus, text. in dicto cap. de terris, facit quid sic. De feudo dicit

Dynus, in L is cum quo, ff. de aqua plus arcen. cum quo transit Bar. quid si feu- dum est deputatum ad certum viuum, tunc non potest renunciare, secus si esset usus indeterminatus. Sic de col- lectis, qui ad illas tenetur, dicere non potest: capiatis fundos, nolo soluere collectas, quando impositæ sunt princi paliter ratione rei, ut ibi per Bar. Anan. in d. cap. de terris.

52. Vigesimasexta. † De personalibus decimis iniuste acquisitis si quis tene- tur ad restitutionem, ut quia domi- nium pecunia decimandæ non est trans- latum in accipientem, non est soluen- da decima, ideo non debet dari, nec recipi, vnde non datur de his, qua- proueniunt ex iniusto bello, de quo lo- qui tur cap. militare, 23. quæstio. prima, cap. sicut, extra, de iure curian. Nec etiam de his, quæ proueniunt ex venatione prohibita, furto, rapina, vitura; simo- nia, iniusto etiam pedagio, uel ludo, iniulta sententia, falso testimonio, hac probabant autoritate Ecclesiasticæ 35. Postquam dixit: Sanctifica decimas tuas subiunxit: Noli offere munera pra- na. Non enim suscipiet illa Deus. At fūnon tenetur ad restitutioñem, ut in meretricio, & histriónatu, tunc est conclusio, quod tenetur decimam da- re, sed ecclesia non debet tam suscipie- re, quamdiu persona illa est in scelere publico, ne videatur eius approbare deli- cium, & impunitatem ei præstare, argum. distin. 90. cap. oblationes, & 17. quæstio. 4. cap. miror, quid secus est, si delictum esset occultum, licet Præla- tus hoc sciret, argumen. 33. quæstio. 5. cap. Christiana, & extra, de simon. cap. sicut nobis. Consulit tamen Hostiens. illi tali, quid inde eleemosynam faciat, vt Deus illum conuertat. Quod si talis peccator notioris conuertitur, po- terit Ecclesia ab histrione, & meretricie recipere preteritas decimas, quia iam incipit esse quod non fuit, cap. ferrum, distin. 50. idem tenet D. Thom. 2. 2. quæstio. 37. art. 2. cap. 11. & Innocen. in

# Decis. Aureartum Par. II. Lib. II.

cap.ex transnuissa, extr.cod.Asten.lib.6.  
dedec.rit; 5.art.4.

**13** Vigesimalis septima. † Si ager seminatur de vſura, vſurarius tenetur dare decimam, & ecclesia licet potest recipere: quia ipſe prouentus fructuum non venit ex actione vſurarij, sed ex diuina largitione, & opere, quo multiplicatur semen. Præterea hoc est debitum ratione prædij, & ratione personæ, vt dicit Alexan. de Ales, & D.Th. addit, quod etiam si ager sit emptus de pecunia vſuraria, vſurarius tenetur decimas dare de fructibus eius: quia fructus illi non sunt ex vſura, sed ex Dei munere. Rursum si terra est seminata ex semine surtuo, vel rapto, nihilominus decima recipi potest ratione prædiorum. Secundum Ray. & S.Thom. ita Turrecrem. in cap. decimæ, num. 4 & 5. 16. quest. 1.

**14** Vigesimalis octaua. † Infideles inter Christianos degentes tenentur dare decimas prædiales: has enim tenuerunt soluere quilibet, ad quem pradium pertinet: quia res cum onere suo transit, extra, eod.cap.de terris, capit.cum non sit, in fine. Non autem personales, quia non sunt de Ecclesia, ut dicitur ibidem in glossa, & ibi Innoc.

**15** Item decimæ non sunt † soluenda laico, cum in laicum cadere non possint, cap.ad hoc, de decimis. Hinc dixit Oldrad. consil.91. extra, de decim. quod decimæ non sunt soluenda à Saracenis Regi, & si soluunt, non liberantur: quia si quod uni debetur, alteri soluatur, non contingit liberatio, C.de solut. linuit, extra, de iure iurant. cap.cam te. Imo Rex recipiendo videatur sacrilegium committere, 16.quest. septima, capit.decimas, & extra, de decim.cap.tua. Ideo Saraceni debent eas soluere ecclesiæ, quod si soluere nolunt, debent compelliri uno modo, ut in cap. in aliquibus, extra, de decim. scilicet, vt compellantur Domini per censuram ecclesiasticam, ut non tradant eis terras suas excolendas, secundo modo secund-

dum formam decretalis postulati, extre de Iudeæ. scilicet, vt ecclesia eos indirectè excommunicet prohibendo Christianis, ne conuersentur cum eis.

**16** Vigesimalis nona. † Clerici licet teneantur dare decimas de prædijs patrimonialibus, & alijs ex euentali cito acquisitis illi Ecclesiæ, cui debebantur, antequam ad eos possessio deueniret, eodem tit.cap.primo, sive sint clerici communiter viuentes, sive alij. extra eod. cap. nouum, tamen non tenentur dare decimas de dote Ecclesiarum. 16. questio. 1.c. quæst. Et ita intelligitur tex. in cap. decimas, ead. quæst. scilicet quod clerici communiter viuentes non tenentur decimas date: quia hoc est verum de dote ecclesiæ, secundum gloss. in cap. nouum, in princ. quia de patrimonialibus tenentur, d.e. nouum, in f. Rursum clerici coniugati, qui ab alijs clericis recipiunt spiritualia, tenentur ad decimas. ita tex. in d. c. nouum, in fine, intelligi potest, secundum Abb.

**17** Trigesima. † Religiosi, qui verè dicuntur religiosi, in his casibus sunt immunes à decimis. Quorum primus est à decinis personalibus, argum. extra, eodem cap. 2. cum ibi not. Innocen. in glossa magna, de statu monac. cap. 1. Secundus à prædialibus, id est à decimis no ualium suorum, quæ proprijs manibus, uel sumptibus excolunt, & hortorum, & animalium, quæ nutritur. cap.ex parte tua, extra eod. vers. ceteris vero, ubi Doc. extendunt ad quoscunque religiosos, monachos nigros, albos, griseos, vel alios. Tertius monachi ordinis Cisterciens. Hospitalarij, vel Templarij, non tenentur aliquid dare nomine decimæ de possessionib[us] ante generale concilium acquisitis, cap.nuper, extr.eod. Et quod dictum est de monachis Cisterciens. extende ad alios monachos habentes similia priuilegia, vt ibi per Abb. Quartus, quando essent exempti per priuilegium speciale, argum. de offic. deleg. capit. excommunicatis, in f. Quintus in Leprosis sub vita communi congregatis, tales enim

enim non sunt verè religiosi, ut per Archidiac. in cap. quidem, 18. quæstio. 2. & 27. quæstio. 2. cap. de viduis, & tamen sunt immunes à præstatione decimorum de hortis, & nutrimentis animalium id est de animalibus, quæ nutriuntur, capit. cum dicat, de Ecclesiæ ædific. & ibi Ioan. And. Sextus, si est consuetudo pro eis, vel præscriptio, capit. 1. de præscript. lib. 6. hoc tamen casu, quo necesse est in præscriptione titulum habere, dicit Lau. in Clem. 1. de decim. tutius est allegare consuetudinem, de hoc de conseru. cap. fin. Septimus, donatio Episcopi, vel alterius inferioris, obseruata solemnitate iuris, de reb. eccles. non alien. Clem. 2. Octauus vbi ad ipsos religiosos spectat ecclesia, licet facient curam per alium exerceri, Zabar. in d. Clem. 1. quæ § 8. stio. 9. & 12. In his tamen casibus tenentur soluere decimas. Quorum primus, vt Leprosi de omnibus alijs, cum sint verè religiosi. Henric. in cap. ex parte tua, nume. 1. extr. cod. Secundus in verè religiosi, qui licet sint priuilegiati, & immunes de decimis noualium suorum, quæ proprijs manibus, vel sumptibus excolunt, non tamen extenditur tale priuilegium ad terras, quas colendas tradunt alijs, sic priuilegium de nutrimentis animalium nō extenditur ad animalia, quæ tradunt alijs nutrienda, ita Ioan. Andri. in capit. religiosi, in verbo tenenda, extra eodem. Tertius de possessionibus post concilium generale acquisitis, vel in posterum acquirendis, d. cap. nuper.

59 Trigesimaprima. † Clerici alijs clericis decimas dare tenentur in his casibus: Primus, clerici inferiores tenentur ad soluendas decimas superioribus, quibus subiacent. Quod intellige tam de prædialibus ratione prædiorum, si quæ habent ex patrimonio, vel aliunde licite acquisita, vel ratione beneficiorū eis competentium, quam ad personales, ita loquitur text. in cap. 2. in 2. resp. & cap. 1. versic. rufus, extr. eodem & ratio est: quia quilibet Christianus tene-

tur ipsas dare de omnibus licite acquisitis, cap. ex transmissa, eodem titu. secundus in Episcopis, qui etiam dare debet decimas de prædialibus, quod videtur expressum, 16. quæstio. 1. cap. si quis laicus: nam prædiales soluit quilibet possessio, cap. 1. & 2. cap. dilecti, cap. licet, extr. eodem. Alias si Episcopus totum sibi appropriaret emendo, vel alias, possit omnino parochialis Ecclesia iure debito defraudari, quod non est sentiendum, cap. suggestum, extr. eodem. 60 In tamen multis etiam casibus non tenentur. Quorum primus in superioribus clericis, qui non tenentur ad solutionem decimarum inferioribus: quia si par in parem non habet Imperium, ergo nec minor in maiorem, vt si de arbitrio, Innam & magistratus, cap. cum inferior, de maior. & obed. Secundus vt nec clerici aequales non subditi aequalibus decimas soluere teneantur, vt leuitæ leuitis, facedotes sacerdotibus, capit. 2. in 1. respon. extr. cod. Innoc. in capit. 1. in magna glos. de stat. monac. Ita Henric. in d. cap. 2.

61 Trigesimasecunda. † Coloni exemptorum an tenentur ad decimas? dic, quod sic, quando priuilegium est concessum personis: quia priuilegium personale sequitur personam. ex quo insert Dom. Abb. quod in casibus, capit. ex parte, 1. de decim. coloni istorum religiosorum tenentur soluere decimas de parte eorum: cum ibi eximantur personæ, & non prædia. Non autem tenentur, si priuilegium esset concessum terra. 1. vt talia prædia non subiaceant oneri decimatuum, & ratio est: quia fructus capiuntur ex terra priuilegiata, Abbas in dicto capitulo ex parte, numero 4.

62 Trigesimatercia. † Decimas an tenentur soluere coloni partiarij. Dicit glos. in Clement. 1. eodem titulo & in capit. licet, extr. eodem ponderanda verba priuilegiorum per capit. porro, & capit. receperimus, de priuileg. nam si priuilegia eximunt terras, seu prædia ab

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. II.

onere decimatum, tunc coloni etiam dicto priuilegio gaudebunt, ex quo est priuilegium reale, seu rei concessum. Si vero priuilegium eximat tantum personas, tunc priuilegiati non soluunt de parte sua, sed coloni sic, cum ipsi non sint exempti, capit. à nobis, extr. eodem 16. quæstio. 1. cap. quæsti. ad hoc bene facit capit. licet, eodem titulo. Et 63 nota† quod possunt dici quatuor genera colonorum. Alij partiarij, alij pensionarij, alij censuiales, & alij mercennarij. De primis duobus loquitur tex. & habetur per Doct. in cap. tua 2. eodem tit. De Mercennarijs vero loquitur Inn. in c. licet, eod. tit. Colonus partiarius dicitur qui pro cultura recipiunt à Domino prædij certam partem fructuum. Colonus pensionarius est, qui recipit mercedem à Domino pro cultura, sive in pecunia, sive in alio. vt dicit Ioan. Andr. in cap. cum sunt, nunc 4. eodem titu. Censualis, dicitur, qui Domino dat pro fructibus prædij (verbi gratia) 100. & ipse recipit omnes fructus. Est etiam & alijs colonus, qui in propriè sic dicitur, sed propriè vocari potest mercenarius, vt qui nummis colit prædiū, & ita habet quid pro suo labore, omnes tamen fructus sunt Domini. Ignit quæstio nostra est de partiarij, vt gaudent priuilegio, si illud est reale, teneantur vero ad decimas, si priuilegium esset tantum personale quo casu quando partiarius recipit tertium, vel medietatem fructuum, tunc de omni aceruo esset decima recipienda, & postmodum quod remanet decimatum, est diuīlendum inter Dominum, & colonum secundum partes contentas, sic quod cum pars huius coloni reperiatur semel decimata, amplius non decimabitur. Non tamen debet partiarius deducere semen, vel alias expensas de iure, nisi per speciale patrum aliud fiat. Zabar. in d. capit. tua. 2. 64 in princip. An vero † partiarius debeat habere partem arborum, vel fructuum ipsarum? dic quod non, quia fructus

sunt naturales, qui non efficiuntur bōnē fidei possessoris. Sed utrum partiarius, qui plantauit arbores in vinea, qui tenebatur dare quartam partem fructuum vineæ, teneatur dare quartam partem fructuum arborum, communiter tenetur quod sit. Zabar. in d. capit. tua. 65 Et quod diximus † de Decimis extende ad gabellas, nam tenentur partiarii pro parte fructuum eis contingentium, & ad onera alia, quæ imponuntur per Dominum temporalem, quia pars contingens colonos in nullo est priuilegiata. Ita tenuit Feder. de Sen. cons. 11. incipien. Quæstio talis est, col. 5. in f. & non obstat capit. iudicatum distinctio. 89. & capit. ecclesiarum seruos, 12. quæstio. 2. quia dicta iura loquuntur in seruis, vel in familia perpetua ecclesiarum, non autem in seruis conductiuijs, ita Archid. post Hugo. 2. quæst. 1. cap. 2. Gemin. ut cap. quanquam, in fine, de censib. in 6. 66 numero 11. Similiter † Si aliquis tenet rem ab Ecclesia in emphytheusim, vel ad censem, tenetur soluere collectas, vel gabellas, debet tamen de fructibus deduci ea summa, quam prestat pro pensione, vel censu eccl. & ratio est: quia onus soluendi collectas spectat ad eos, qui fructus percipiunt, sed emphyteuta possidet, & fructus percipit, ergo, ita Bal. in l. 1. C. de iure emphyte. Late Soc. cons. 217. Matth. in constit. regni. Constitutionem diuī memoriat, col. 9. & 21. & est communis opinio, vt testatur Ioan. Anto. de nigris in rep. in extr. vni. numero 306. de vit. & honest. clericor. Circa vero pensionarium coloni 67 num, qui dat Domino mercedem in pecunia, vel in alio, pñta tot corbes strument. non habito respectu ad fructus, sive aliquid nascatur in prædio; sive nihil, sive multum, sive parum, tunc tenetur colonus ad decimam de toto acerbo, & nihilominus ad integrum pensionem. Ipse autem Dominus, de pensione sua non tenetur ad decimam. Zabar. in d. capit. tua, quæstio. 2. & 5. vbi limitat, nisi pensio constituta esset in fructibus

bys eiusdem fundi, quia tunc transfeunt cum onere suo, argumen. de vñsfruct. l. hactenus. At circa colonum, qui dicitur censualis, credo ipsum teneri ad decimas. Non tamen ad illas teneat colonus qui nummis colit predium, & ita habet certum quid pro mercede sua de die, in die, & si modicum vel nihil percipiat de fructibus, qui si percipiuntur, omnes sunt Dorigini.

68 Trigesima quinta. Religiosi, qui aliqua verba dicunt, ut retrahant audientes à solutione decimatum, sunt excommunicati. Clement. prima, de decim. Vbi duo requiruntur, ut pena hæc vep diceat sibi locum. Primum, quod illa proferant, ut retrahant audientes à solutione decimarum. Secundum, quod proferant obligatis ad decimas soluendas, secus si proferant alia intentione, vel non obligatis. Itero nota, quod hanc in pœnam incident, si hæc verba dicunt in sermonibus suis, id est in prædicationibus, vel alibi, id est priuatis locutionibus. Item nota dum

dicit, Religiosos, quod haec pena non habet locum in clericis secularibus, vel 69 laicis, qui contrafacerent. Item nota quod religiosi confessores tenentur sacre conscientiam consitentibus dēcimis soluendis, Quod si scienter omisserint suspensi sunt ab officio prædicationis, donec faciant si commode possunt, & si interim prædicant, sunt excommunicati. Quod sit intellige, quando ab ecclesiastum rectoribus, vel eorum loca tenentibus fuerint dicti confessores requisiti ad hanc conscientiam faciendam, alias non subijcerentur huic penam sibi. Pisan. & Supplem. in verbo Decimæ. i. §. 7.

Trigesima sexta. Si Religiosi, habent Ecclesiæ parochiales, & in quibus admistrant curam animarum per Vicarium, decimæ Religiosis de bentur, & non Vicario: quia debet esse contentus sua portione, de præbend. capit. extirpande, §. 1. & cap. exposuisti, vnde rubricæ est de capel. monachorum, & non Vicariorum.

### FINIS SECUNDI LIBRI.





# DECISIONVM AVREARVM CASVVM CONSCIENTIAE,

*Partis Secundas.*

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA,

Monacho Cassinensis, Monasterij S. Scuerini

de Neapoli professio, Authore:

LIBERTIVS.

S V M M A R I U M .

- 1 Excessus quid sit.
- 2 Prelatorum appellatione qui comprehendantur.
- 3 Christianorum duo sunt genera.
- 4 Laici i.e. snt de sorte Domini precipue tamen clerici.
- 5 Clerici duodecim conditiones debet habere.
- 6 Clerici à mundi voluptatibus abstineant.
- 7 Clerici quando consumm possint imere se.
- 8 Clerici non debet exercere officia laicaria.

De excessibus Prelatorum, &  
personarum ecclesiastica-  
rum. Cap. I.

Vt multa à nobis sint  
distinguienda sub hoc ti-  
tulo, hoc est de excesso-  
bus personarum ec-  
clesiasticarū, idest de  
ijs, quæ amplius, vel  
minus faciunt, quam  
debeant. Quod utrumque vocatur ex-

- cessus, toto titu. de excess. pralat. nam  
ibi excessus t̄ accipitur pro eo, quod est  
amplius, quam deceat, quod superabun-  
dans appellatur, vel pro eo, quod minus  
est, quam deceat, & ita dicit defectum,  
vt not. glo. 3. in c. 1. de offic. custo. nota-  
tu. 4. 1. dist. cap. quisquis, & in Clem. 1.  
do iure patron. ideo prius tractabimus  
de ijs, à quibus persona ecclesiastica ab-  
stinere debeant, deinde de ijs, quæ de-  
beant obseruare, iuxta illud Ps. Declina-  
na à malo, & sac bonum. Vetus quia  
hac materiam paulo susus prosequi cu-  
pimus, ne lectori tedium generemus,  
si illa sub uno titulo explicaremus, ideo  
per diuersa capita declarabimus. Igitur  
ad euidentiam, & intellectum infra-  
cendorum prius arbitror consideran-  
dum, qui comprehendantur t̄ appella-  
tione prelatorum, deinde quot sint ge-  
nera hominum. Circa primum dic, q̄  
hoc nomen prelatus multipliciter sumi-  
tur. Secundum quod subiecta materia  
requirit. Vnde quandoque comprehe-  
duntur

duntur etiam superiores Episcopis; ut  
in cap. i. de cler. ægrot. lib. 6. & ibi not.  
Francus. Quandoque vero Episcopi, di-  
cto c. 1. & c. 2. de dona. Quandoque Ab-  
bates, c. 1. de hæret. in 6. c. quia sèpè, de  
elect. lib. 6. ext. de elect. c. ne pro defectu  
glo. in c. ad aures, de tempor. ord. Quan-  
doque comprehenduntur etiam omnes  
inferiores ab Episcopis habentes iuri-  
dictiōnem fori contentiosi, tex. est. iun-  
cta glo. in c. decernimus, de iudic. & in  
cap. tua, de cler. ægrot. Et hotoe quando  
materia est proportionabilis tam Epis-  
copis, quam inferioribus, alias in ma-  
teria tantum congruenti Episcopis, co-  
prehenduntur inferiores ab Episcopo,  
Clem. dudum, de sepul. glo. in Clem. i.  
de rebus eccl. non alie. Imo in d. Clem.  
dudum Inn. in cap. fi. de maior. & obed.  
Quandoque comprehenduntur electi,  
& confirmati, licet nondum consecra-  
ti, c. tam literis, de testi. not. loan. And.  
in cap. i. de iure iur. lib. 6. Et quandoque  
electi tantum, not. Arch. 8. q. 4. c. fi. in f.  
& in c. quanto, dist. 6. Item quandoque  
simplex magistratus, secundum Holst.  
in cap. 3. de offic. ord. vbi etiam dicitur,  
quod Sacerdotes, seu Rectores paro-  
chialium eccliarum possunt dici præla-  
ti: quia præsumt personis eccliasa suæ.  
Vnde hoc respectu Plebanus potest di-  
ci prælatus, c. tua, de cler. ægrot. Et hoc  
respectu fori pœnitentialis: Nec imme-  
rito, cum talibus conueniat etimologia  
huius vocabuli, dicitur enim quasi p̄  
alijs latus. Et hinc est, quod etiam Ge-  
nerales, & Ministri regularium ecclie-  
iarum comprehenduntur, facit quod  
in simili notat gl. 3. in Clem. i. de referi.  
Et hoc lato sumpto vocabulo, nam stri-  
cto sumpto vocabulo Rectores regu-  
larium eccliarum non dicuntur prælati,  
vt not. in Clem. fi. de procur. d. Clem. du-  
dum. Quod est vtile scire, quia in ma-  
teria favorabili sit larga interpretatio, iux-  
ta ea, que habentur in reg. odia, de reg.  
iur. in 6. Circa secundum sciendum est,  
3 q̄ duo sunt † genera Christianorum:  
Est enim unum genus fidelium, ut sunt

laici, & aliud, quod mācipatum diuino  
officio, & deditum contemplationi, &  
orationi, ab omni strepitu temporaliū  
cessare conuenit, vt sunt clerici, cap. duo  
sunt, 12. q. 1. Qui propterea sic vocantur,  
vel quia de sorte sunt Domini, vel quia  
Dominus fors, idest pars clericorū est,  
cap. clericus, 12. q. 1. cap. clerici, dist. 21.  
Non quia laici non sint † de sorte Domi-  
ni, cum in persona hominis iusti dica-  
tur Psal. 15. Hæreditas mea Dominus sed  
qua specialiter, & principiè, atque  
anthonomatiè sic dicitur de clericis.  
Archid. in d. c. clerici. Quod quidem no-  
men, clericus, cum habeat Dominum  
in portionem, etiam Religiosis, & per-  
sonis ecclesiasticis conuenit: cum nihil  
debeant curare, nisi fugere domelicos,  
& vacare Deo, ne alterius impediatur  
necessitatis munere, cum suis se ahne-  
gaerint, cap. cui portio, 12. q. 2. Hæc  
in genere dixisse sufficiat. Nunc ad ea,  
que clerici vitare debeat descendamus,  
debent enim iuxta tex. in cap. His ergo,  
dist. 23. multas † habere conditiones.  
Quarum prima est, vt à vulgari vita se-  
parati sint: quia enim clerici in fortem  
Dominii vocati sunt, cap. clerici, dist. 21.  
debent quæ vulgus sequitur. illa, que  
sunt in mundo, relinquere: in cuius fi-  
gura tribus Leui dedicata diuino cul-  
tui, separata sunt à ceteris tribubus, non  
accipiens cum eis hæreditatem, ut Deu-  
ter. 18. dicitur. Secunda. Vt à † mundi  
voluptibus abstineant: mundi autem  
voluptas inquinat. Sed clerici debent  
esse mundi ab omni inquinamento: In  
cuius figura filij Aaron mundabantur  
aqua in tabernaculo ministraturi. Exo.  
cap. 29. & 30. Tertia est, vt non inter sint  
spectaculis, vbi turpes ludi excentur,  
34. dist. cap. presbyteri, de consec. dist. 5.  
cap. non oportet: visus enim, & auditus  
dicuntur maculari, interessendo acti-  
bus turpibus, & prohibitis, not. in d. c.  
presbyteri. Quarta. ne pompis insistat:  
quia vbi pompa, ibi humilitas non ha-  
bet locum. Hier. 47. clamabunt, &c.  
Quinta. †. vt conuicia publica lugiant,

# Decis. Auctearum Par. II. Lib. III.

d. cap. presbyteri: quia priuata, id est singularia, & pudica quo ad sermones, & gestus, scilicet, ut non dicantur impudica, & sobria quo ad cibos, sunt licita, d.c.his ergo, 43. dist. c.conuiuin. Sexta, Ne vultus vident, quod si faciunt à clero deiiciuntur, dist. 47. c. quoniam multi. Septima, vt turpium occupationibus luctorum non incumbant. Octaua, ne fraudulentem appetant, id est impedian officium cuiuscunq[ue], exercendo simulatores ut noceat illi. Nona, ut non habeant affectionem ad pecuniam, cap. sicut, cap. bonorum, distin. 47. Et sic non prohibetur pecunia, sed affectus. Decima, prohibitum est eis exercere officia laicalia; vt administrationes villarum, tutelas, vsluras, aduocations, & cap. ad Timot. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. Undecima, ne per ambitionem beneficia occupent. I. q.6. cap. sicut, C. de Episc. & cleric. l. si quemquam. Duodecima, vt munera non accipiant pro ecclesiasticis sacramentis, dicto cap. his ergo. Ne sibi dicatur pecunia tua tecum sit in perditionem. Act. 8. Has, & multas alias conditiones debent clerici habere, scilicet modo incipiamus à negotijs.

## S V M M A R I V M .

- 1 Negocium quid differt à negocione.
- 2 Negocium faculare triplex.
- 3 Negocium negocione differt.
- 4 Negotia civilia, que ad forum ecclesiasticum, vel faculare pertinent.
- 5 Commercia facularia clericis illicita que, & unde dicta.
- 6 Negotia, que sine peccato vix exerceri possunt.
- 7 Negotia quadam illicita de per se, & quadam per accidentem. nn. 11.
- 8 Negotia sunt regulariter interdicta contractis in sacris.
- 9 Clerici non licet aliquid emere, ut cariss vendant.
- 10 Negotia que prohibita.
- 11 Negotia ex tempore sunt illicita dupli-

- citer. Partier ex loco. num. sequen.
- 13 Negotia secularia criminalia sunt clerici cu pennis interdicta.
- 14 Negotia civilia spectantia ad forum ecclesiasticum irallant clerici.
- 15 Negotia pertinentia tantum ad forum secularare principaliter clericis sunt interdicta.
- 16 Tuelas que clerici suscipiant.
- 17 Tuelas triplex, testamentaria, legitima, & dama.
- 18 Clerici an possint indicare subdios.
- 19 Clerici, qui non possint se immiscere negotiis secularibus.
- 20 Procuraciones an clericis interdicta. Et quid de tabellione. nn. 21.
- 22 Clerici in spiritualibus an possint confidere instrumentum.
- 23 Tabellio, qui in spiritualibus potest esse clericus, an possit alteri demandare.
- 24 Tabellio ecclesiasticus non debet confidere instrumentum in secularibus.
- 25 Negotia illicita possunt fieri licita ex causa.
- 26 Negotiations ex causa necessitatibus licitum est clericis exercere.
- 27 Indicti, officiales, inlues, & mobiles prohibentur negotijs.
- 28 In oratorio an sandale vendi possint.
- 29 Perna clericorum, vel religiosorum se immiscendum negotiis secularibus.
- 30 Tabernam an licet clericis habere.

Ne clericis, vel monachis negotijs secularibus se immisceant.

## Cap. I.

**A** D evidenter huius cap. notwithstanding est, † quid negotium differt à negocione: nara negotium regulariter dicitur in iudicij: & significat causam, negotia tio in commercijs, id est contractibus, de verb. sig. cap. foris, licet negotium accipiatur extra iudicium pro negocione, de procu. c. qui generaliter, lib. 6. Clem. fi. cod. tit. Item leciendum est, secundum Innoc. eo. cit. cap. 11. quid negotium faculare

- 2 culare † dicitur tribus modis. Primo quilibet actus secularium rerum, ut officia, & commercia, quae sunt pro secularibus rebus acquisitio, & emendatio, vel distractio, de quibus in d. cap. 1. plures enumerantur. Et haec sunt prohibita clericis, & monachis, ut eod. tit. cap. 1. quia inter euentus, & vendentis commercium difficile est non interuenire peccatum, ut dicitur in cap. qualitas, de penit. dist. 5. Dicitur autem negotium quasi negans oculum. Proprietate vero in causis negotium, in commerciis negotiatorum locum habet, ut extr. de ver. signo. cap. forus, §. conitatur. Secundo dicuntur negotia secularia, questiones, quae mouentur in iudicio seculari. Tertio dicuntur negotia secularia procurations praediorum secularium personarum, & inter secularium horum aliqua sunt criminalia, aliqua ciuitatis: criminalia sunt, vbi de sanguine agitur, & sunt clericis interdicta, ne cler. vel monac. c. sententiam.
- 4 Civilium † vero aliqua spectant ad solum ecclesiasticum tantum, sicut causa matrimonij, & legitimacionis, cap. causam, qui fil. sint legi. cap. tuam, de ordin. cogn. cap. quanto, de iuriis patronatus, de iud. c. quanto. Decimorum, cap. quoniam, & cap. à nobis, de decim. Aliqua vero sunt, quæ sunt tantum sori principi liter secularis, & de his, quando se intromittant clerici, habetur in c. cum sit generale, & in c. ex tenore, de foro compe. Haec originaliter habentur in cap. 1. per Innoc. col. tit. quæ sequitur Henric. & Attens. tit. fo. li. 6. quod clerici, vel mon. Secundo sciendum est, quod negotia, seu commercia † secularia, maxime inhonestata, clericis non licet exercere, vide Speculum cler. coniug. vers. led quam, & quæ sunt commercia secularia, dic secundum Isid. 5. Etymol. cap. 26. in si. Commerciū dictum est à mercibus, quo nomine veniales appellamus, vnde & mercatus dicitur eetus multorum hominum, qui res vendere, & emere solent. Tertio nota, 6 quod multa † sunt negotia, quæ vix sine peccato fieri possunt, ut cura rei secularis,

tis, militia, mercatio, procuratio, &c ad-ministratio, de penit. dist. 1. c. negotium, & cap. qualitas, & cap. quantitas, & dist. 25. cap. qualis, & 88. dist. c. consequens. Addit etiam Host. quod periculosius est omnibus aduocatio. Hinc addit prædictis authoritatē Pauli, 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus, & Hier. 88. dist. Negotiatorem clericum, & ex inope diuītē, & ex ignobilis gloriosum, quasi quādam pestem surge. Non quod sit semper fugiendus clericus factus diuīs, sed ille, qui ex causa lucti, & per huiusmodi negotiationis hora communiter enim tales extolluntur in superbiam, & sunt mali exempli. Tur rect. ibi, in fine. Quarto adnotandum est, quod negotia quādam † sunt illicita, & inhonestata de sui natura, & quādam ex accidenti. Ex sui natura sunt omnia, que sine peccato exerceri non possunt, ut contractus surarum, simonia, sursum, adulterium, & huiusmodi. Alia vero sunt, quae sunt inhonestata ex accidenti, ut dimicimus in nostris Decisi. lib. 2. cap. 119. num. 3. v. g. contractus emptionis, & vēditionis, locationis, & conductionis, vel quasi contractus, ut tutela, cura negotiorum gestorum, iudicium, & similia possunt fieri illicita ex persona, tempore & modo. Ex persona, si est diuinis officijs cōsecrata, ut clericus, & monachus. Sic etiam tempus dupliciter facit illicitam negotiationem, icilicet ratione sestitutatis, quæ seruanda est, & in casu, quando negotiatio penuriam probabiliter inducere potest, ut in casu, si nimis frumenti, vel vini ematur, ut quando apud alios non habebitur, vendatur. Modus facit etiam negotiationem illicitam si contractus sit vitiosus, & cum deceptione, & tempore iusti: pretij. Vide quæ diximus in nostris Decisi. lib. 2. cap. 116. per totum. Igitur huiusmodi negotia sunt omnibus prohibita indistinctè tam laicis, quam clericis, siue sunt inhonestata de sui natura, siue ex accidenti, ita Cardin. in cap. fornicari, distinet. 88. & in cap. qualitas, numero 5. de penit. distin-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

distinctio. 5. Sed modo ad Decisiones descendamus.

Prima Decisio. Constitutis in sacris 8 (verbi gratia) presbytero, † Diacono, & Subdiacono, et beneficiarijs, regulariter sunt interdicta negotia, & commercia secularia, quæ sunt pro secularibus rebus acquirendis, emendis, vel distrahen dis, sive sint clericis, sive manachis, sicut probat rubr. ext. cod. & ibi Host. cap. 1. num. 7. & ratio est: quia difficile est non interuenire peccatum inter ementis, vel vendentis commercium, de penit. dist. 5. cap. qualitas, nam difficulter exiit ne gociator à peccatis labiorum, vt dicitur Eccles. 26. tum, quia negociaiones sunt ordinatae ad lucrum terrenū, cuius cleri ci debent esse contemptores. Tum, quia nimis implicat animum secularibus negotijs, & per consequens à spiritualibus retrahunt, vt dicit Turrecr. in c. Ca nonum, 14. q. 3.

9 Secunda. Non licet † clericis, & multo magis monachis aliquid emere, vt carius vendant, 88. distin. per totum: quia hoc fit causa cupiditatis, hoc probatur 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, etenim quemad modum miles vt victoriam obtineat contra hostes, debet abstinere ab his, quæ abstrahunt à pugna, puta à negotijs, & de litij, 1. Cor. 9. Qui in agone contendit, ab omnibus se ablinet. Sic spiritualis militis finis est, vt victoriam habeat ab omnibus, quæ sunt contra Deum, quod consequi non potest, nisi abstrahat se ab omnibus, quæ abstrahunt à Deo. Et hec sunt negotia secularia, quia sollicitudo huius seculi suffocat verbum. Verum si emerent multa virtualia tempore certitatis, vt tempore famis abundant, id licitum est; sic fecit Ioseph Gen. 41. Pariter licitum esset emere non tantum pro se, sed etiam pro alijs, id est vt tempore famis vendere possint alijs eo prelio, quo tunc venderetur ab alijs, quod tamen intelligas, quando hoc fit, ne in terra sua virtualia deficiant, vt quia alii homines virtualia ad alias gentes tran-

smittebant, vel dissipabant, vel circa ipsorum custodiam debitam curam non adhibebant: alijs nulla utilitate pensata si emant homines, vt carius vendat, peccant, magis tamen clerici, quā laici, 14. quæst. 4. cap. quicunque. Host. in c. 1. eo. tit. num. 7.

Tertia. Negotia in honesta, & illicita, 10 vt quæ sine peccato fieri non possunt, sunt omnibus prohibita indistincte, tā laicis, quām clericis, cuiuscunq; sunt conditionis, & cōtatis, dummodo sint dolentes, patet 14. q. 4. cap. nec hoc quoque, 1. q. 1. c. reperiuntur, in fine, c. etiā Christus, extrā, de iure iuri. circa fin. ibi, per se mala sunt. At de negotijs, quæ non sunt de per se mala, sed ex causa, vel ex tempore, vel ex persona, vel ex loco, talis sit conclusio. Negotia, quæ sunt illicita ex causa, vt puta, quia sunt intentio ne corrupta, videlicet propter cupiditatem, quæ est improba voluntas habendi diuitias temporales non ad usum necessarium, vel utilitatem, sed ad curiositatem, vel propter alium finem malum sunt omnibus prohibita indifferenter, vt patet Exodi 20. Non concupisces rē proximi tui, & dist. 47. cap. omnes uirū. 11 & cap. sicut hi. Item † ex tempore negotia alijs licita, & honesta possunt fieri illicita duplicer. Primo, si sunt in tempore seculi, & seriatim, quia tunc non est uacandum nisi diuinis officijs, & orationibus, atque alijs operibus spiritualibus, & ab omni seruili opere est cessandum, ut extrā, de ser. c. omnes. Secundo, possunt fieri in honesta ex tempore, pr. etiā iudicia, si exercantur in te nebri, quia qui male agit, odit lucem, loan. 3. cap. consuluit, de offic. deleg. l. 2. 5. quia magistratus, ff. de orig. iur. Ex persona, quia regulariter clericis negotia in seculata sunt prohibita, extr. eod. in rub. 12. Item † ex loco, quia in loco in honesto, & vili, aut suspecto, non debet quis negotiari, ff. de arbit. l. si cum dies, 5. si arbit. 81. distin. cap. in omnibus. & 27. quæst. 1. cap. si quis. Item quadam negotia redduntur illicita ex loco, propter loci

loci excellentiam, pura quæ in ecclesia sunt, qua non debet esse locus negotiorum, sed orationis, c. decet, de immunitate ecclesie lib. 6. Matt. 21. Ioan. c. 2.

**13.** Quarta. Negocia † secularia, quæ secundo modo dicuntur quæstiones, quæ mouentur in iudicio seculari, si sunt criminalia, & de sanguine agitur, sunt clericis penitus interdicta, infra eod. c. sententiam, in quibus nec aduocati ex parte Rei fieri debent. Ad quod dic, ut notauimus, lib. 2. cap. 61. in nostris Decisi. num. 27. & 28. Quod adeo est verum, quod nec legati de latere, quibus committuntur administrationes prouinciarum, possint per se facere sententiam sanguinis. Ioan. Andr. in capit. fin. codem titu. in 6. Franc. de Aret. consil. § 8. numero primo.

**14.** Quinta. Negocia † ciuilia, quæ spectant ad forum ecclesiasticum, sicut causa matrimonij, & legitimacionis, extr. qui sit. sive legit. cap. causam, cap. tuam, de ord. cogn. Ius patronatus, cap. quanto, de iudic. Decima, de dec. c. quoniam, & c. à nobis, & talia tractant clericis, tantum iudicando, & non alij, ut in supradictis iuribus:

**15.** Sexta. Negocia, quæ sunt tantum sibi secularis; principaliter sunt interdicta clericis in maioribus ordinibus constituta, etiam si beneficia maiora non habeant: quia Episcopus tenetur eis prouidere, de prebend. c. Episcopus, c. cum secundum Apostolum. Item & in minoribus ordinibus constitutis, si stipendijs ecclesiasticis sustententur, nisi pro se, & misericordibus personis, extr. de postu. c. r. c. peruenit, dist. 86. uel nisi suum, vel suorum iniuriam prosequantur, ut 4. q. 6. c. omnibus.

**16.** Septima. Clerici, vel monachi, † & aliae personæ Ecclesiastici, possunt, & debent suscipere tutelas legitimas misericordium personarum, quæ maxime ecclesiastico indigent auxilio, atque etiam gubernacula ecclesiasticarum rerum, 86. dist. cap. peruenit, & 88. dist. cap. episcopus gubernationem, & debent suscipe-

re ad mandatum praælatorum suorum, sive secularium, sive regularium, d. cap. peruenit. 12. queat. 1. cap. non dicatis. Et sic est derogatum, auth. de san. Episcopis, §. Deo amabiles col. 9. Alias vero tutelas suscipere non possunt. 16. q. 1. c. monachi. 12. q. 1. cap. non dicatis. Est enim 17 triplex tutela, scilicet † testamentaria, quando pater dat tutorem filio suo in testamento. Item legitima, quæ defertur à lege, secundum quam cum nullus datus est tutor in testamento filio, qui prius loco deberet ei succedere ab intestato, tenetur suscipere tutelam ipius. Item dativa, quæ datur à iudice, quando nullo tutori dato in testamento, & nullis extantibus consanguineis idoneis ad tutelam, iudex ex officio suo dat tutorem. Igitur clericis, vel monachis, aut episcopi, tutelam testamentariam, aut dativam nullo modo possunt recipere, sed legitimam sic, cap. ex parte, extr. de postul. Non tamen possunt cogi ad dictam tutelam suscipiendam, & nihilominus debent succedere, quod est concessum in privilegium clericorum, quod possint aliqui succedere ab intestato, curia tutela, vel curam suscipere non tenentur, d. c. peruenit, d. 86. licet in laicis fecus sit, C. de legi. tut. Auth. sicut hereditas.

**17.** Octaua. Clerici iurisdictionem habentes in subditos, † possunt ventilare causas, & iudicare inter illos, cap. quod clericis, extr. de foro compet. Poteſt etiam iudex ecclesiasticus, quando iudex secularis negligit iustitiam facere, cogere, eius detentum supplere, ad teendum iustitiam per sententiam excommunicationis, cognoscendo scilicet de causa, non tamen sanguinis, extr. de foro comp. cap. licet.

Nona. De alijs clericis, qui non sunt 19 in factis † ordinibus constituti, sed sunt beneficiati, & tunc idem est iudicium, quod de existentibus in sacris, secundū Host. & Io. Andr. in rub. cod. tit. vide supra, n. 10. utrum alij clericis possint se im miscere negotijs secularibus, & contrahere, ut no. Doct. & Henr. in dicta rub. Dece-

Decima. Clericis penitus sunt interdicto procurationes prediorum † secularium, ext. eod. cap. 1. & 2. possunt tamen clerici, vel monachi non suo nomine, sed vel Ecclesiarum, vel monasterij praedia laicorum conducere, si pauper est, cap. secundum, cod. tit. & sic causa necessitatis. Et idem secundum Host. si praedia Ecclesiarum, vel monasterio non sufficiant, arg. de dec. c. dilecti.

Vndecima. Clericis in sacris ordinibus constitutis, debet tabellionatus officium interdici, ext. eo. c. sicut te. Quod intelligas in negotijs secularibus, vt doceat rubr. Ne cler. vel mon. Quod si nihilominus coſcitur clericus, si publice, & solemniter sit interdictum, vt secundum Host. instrumentum non valet, ita etiam tenet Iom. à Capistrano in cap. clerici, au. 8. de vita, & hon. cler. & conficiens propter inobedientiam peccat mortaliiter, ar. dist. 10. cap. iudex, extr. de dol. & cont. c. veritatis, ad finem. Immo secundum Ray. est compellendus ad dimitendum, per subtractionem beneficij, appellatione postposita, cod. ti. cap. sicut. Et idem de clericis in minoribus, si sunt beneficiati sufficenter, arg. supra, de postul. c. clerici. Sed nunquid in spiritu libus possit facere instrumentum? Respon. secundum Host. q. sic: nisi à laico sit constitutus tabellio, arg. extr. de iudic. cap. decernimus. Cum enim prohibetur principale, & accessorium, extr. de iudic. cap. quanto. Quid ergo fieri in ecclesiasticis. Dic, quòd clericus constitutus à Papa potest vbiique confidere instrumentum, s. q. 1. cap. quidam, 9. q. 2. c. cuncta per mundum, & c. per principalem. Constitutus autem ab Episcopo potest confidere instrumenta per totam suam diœcesim, cui cura omnium est commissa, 10. q. 1. cap. regenda, 12. q. 1. cap. Episcopus, & c. præcipimus. Non tamen hoc poterit alteri demandare, arg. ff. de tutor. & cura da ab his, lne mandante. Potest tamē tabellio autoritate magistri curie ex causa vera, & necessaria, alium sibi constituere, qui compleat quod

ipse non potest complere, in authen. tabel. §. pen. & fin. Quod si sic fecerit, vocabitur talis ad scribendum acta sorti ecclesiastici, alias duæ persona honestæ subrogabuntur, vbi tabellio non habetur, extr. de probat. cap. quoniam, contra falsam.

Duodecima. Non debet tabellio ecclesiasticus instrumentum confidere in secularibus, † nec secularis in ecclesiasticis: quia conuersatio eorum debet esse discreta, & secreta, 2. q. 7. c. laicos. Vnde si laicus scribat nomina fūgulorum in electionibus, hoc ipso electio reprobat, extr. de elec. c. Massiana. Item quamvis clerici possint esse in foro ecclesiastico tabelliones, in Curijs tamen Principum prohibentur, ne etiam sint scriptores, extr. cod. cap. sententiam, §. nec quicquam. Tabelliones autem sunt personæ publicæ, habentes officium scribendi instrumenta consecuta super contractibus, aut alijs rebus, ad faciendam fidem super eisdem.

Tertiadecima. Negotia, quemadmodum licita possunt fieri illicita, ex causa, vt si causa auaritiae, sic illicita possunt fieri † licita, ex causa, vt si clericus ex causa charitatis negotijs secularibus cum debita moderatione se ingerat, maximè cum superioris sui licentia, c. decreuit, distin. 88. facit etiam dictum Apostoli. Nemo militans Deo, implicat se. Vbi non dicit implicatur, sed se implicat, hoc est, quando in se sine pietate, atque necessitate assumit negotia secularia, sed quando necessitate officij, pietatis, & charitatis, utpote propter miserabiles personas, exercet, tunc non implicat se, sed implicatur huiusmodi necessitate, & ita aliud est implicare se, & aliud implicari, sicut aliud est mutare, vel transferre, aut transire, & aliud mutari, vel trāferri, 7. q. 1. c. mutationes, & 21. q. 2. §. sed & aliud. Pariter licitum est exercere negotia, cum à superioribus committitur administratio, Card. à Turrect. in cap. decreuit, distin. 88.

Quartadecima. Licitum est clericis causa

26 causa necessitatis, † si indigeant, exerce  
re negotiaciones, hoc est recipere pos  
sessions excolendas ad fitmam, s. quart  
am, vel quintam partem, vel conduce  
re ad sustentationem suam, & suorum,  
arg. dist. 86. c. perutcnit. Turrecr. in cap.  
consequens, dist. 88. vel vii artificij suis  
honestis, ex quib. possint sibi necessaria  
querere, dum tamen occasione talis arti  
ficij non desint diuinis officijs, 91. dist.  
per torum de celeb. miss. cap. i. de con  
fessr. dist. 5. cap. nunquam. Item possunt  
locare animalia ac certum fructum, dum  
tamen per contractum licitum, vt dicit  
Gul. qui etiam dicit, quod possunt eme  
re res, quas si meliorauerint, carius ven  
dere poterint, vt puta pulum equinum,  
vel tabulam, quā depingentes carius vē  
dant. Sed in talibus non est negotiatio,  
sed artificium, 14. quest. 4. c. canonum,  
de consecrat. dist. 5. cap. nunquam. Ne

27 gociatio enim ex se illicita est. Pariter iu  
dices, & officiales prohibentur negotia  
ri, seu mercari, l. non debet, l. quā ex of  
ficio, s. de contr. empt. Sic & milites, l.  
milites, C. loca. Item nobiles, vt vide  
tur rex. in Nobiliores, C. de commer  
& mer. sed nuaquid contractus factus  
in Ecclesia teneat, sicut etiā super te pro  
fana? die, quod sic, licet contrahens pec  
cet. glos. & Doct. in c. decet, de immuni  
eccles. lib. 6.

28 Etō cap. decet, tamen † in oppositum est  
consuetudo: nam ita in diebus festis vi  
dentur communiter facere clericū: vendi  
re in oratorio: quā quidem consuetudo  
rationabilis est, cum talis emptione non  
sit ex cupiditate, sed ad usum pium.  
Item Hugo inquit, quod illa non est ne  
gociatio, nec venditio, seu emptio, sed  
deuota permutatio procedens ex deuo  
tione offerentium, qui libentius, & cum  
maiori deuotione accedunt ad altare  
cum candelis, quam cum imagine Celsa  
nis. Turrecr. in c. consequens, dist. 88.

29 Sextadecima. Poena illorum, qui con  
tra † formam predictam secularibus ne  
gocijs se imitnscnt, est depositio, si suc  
tint clericī, & incorrigibiles, dist. 91.  
cap. clericī, extr. eod. cap. sed nec. Item  
si fuerint admoniti ab Episcopo, & non  
cessauerint, priuantur priuilegio clericā  
li, & sic potest intelligi, extr. ne cler. vel  
monach. cap. 2. Ita tamen, quod religio  
si in hoc districlius, quam clericī punian  
tur, dicto c. sed nec, in foro autem pœni  
tentiali debet eis iniungi, vt quicquid  
contra formam predictam lucratii sunt,  
studient expendere in usus pauperum,  
14. q. 5. qui hæreticis, quod tamen non  
est de necessitate, sed de confilio, maxi  
me, si personæ indigeant, aut grauen  
tur huiusmodi erogatione, summa Con  
fisi. lib. 2. tit. 8. q. 5.

30 Decimaseptima. Licet clericō † non  
liceat tenere tabernam, dist. 44. nō opor  
tet, & c. nulli, cum ibi sint conciliabula  
mala, & immoderata sumptio yini, qui  
bus patrocinium prestat tabernarius; &  
cum multa vilia factis & verbis com  
mittantur, & ad eam personæ viles ac  
cedere consueverint, tamen propter ne  
cessariam, & honestam negotiacionem  
licitum est clericō habere tabernam ad  
locum aliis, l. ancillarum, s. de petit.  
hæredit. Archid. in dicto cap. nulli, nec  
etiam licitum est clericō illam exercere  
personaliter, Clement. i. de vita, & ho  
nest. clericor. si tamen occulte hoc fiat,  
non est locus pœnae dictæ Clement. i.  
Sed quid si clericus exercet tabernam  
pro alio personaliter, an habeat locum  
dicta Clemens. Dic, quod sic: quia sub  
est horror, & vilitas, argum. 46. distin  
c. ficut non suo. Item quid in alijs vil  
ibus officijs, vt aptare pelles, vel quid si  
miliē facere: dic, quod idē propter idē  
hætitatem rationis, ita Zabar. in d. Clem  
ent. q. 4. num. 24.

## SUMMARIUM.

1 Venatio multipliciter dicitur.

2 Venatio oppressissima indistincte est prohibita  
deri.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- clericis, laicis vero, quando bellum est iniustum.
- 3 Venatio arenaria clericis indistincte prohibetur.
  - 4 Venatio adulatoria, quā faciunt Histriones est illicita. & de triplici adulazione, nūm. seq.
  - 6 Venatio saltuosa, que sit cum clamore illicita, vel licita est, quatinus de causis.
  - 7 Venatio saltuosa licita est laicus, nisi ratione temporis.
  - 8 Venatio saltuosa illicita est ratione personae viris ecclesiasticis, Episcopis, clericis, & mon.
  - 9 Venatio saltuosa licita est clericis in 4. causibus.
  - 10 Piscatio an licita sit.
  - 11 Venatio magis prohibetur, quam piscatio, & quare.
  - 12 Episcopus venationibus intendens, quando excommunicetur.
  - 13 Venatio religiosis an sit omni tempore illicita.
  - 14 Laqueum, & rete clericis imponere licitum est, sed non monachis.
  - 15 Canes, vel anes venaticos Monachis non est licitum retinere, sed bene canes paruos. & anes cantantes. & 19.
  - 16 Monachi non debent venationi vacare, præsentiam exhibendo.
  - 17 Venatoribus aliquid dare, an, & quando liceat.
  - 18 Domini, an seruos compellere possint ad venationem.
  - 20 Foneas faciens ad capienda animalia, si aliquis cadit ad quid teneatur.
  - 21 Aucupandi gratia non licet intrare agrum alienum, Dominis prohibente.
  - 22 Poena clerici venatoris.

## De clero venatore. Cap. III.

**G**ONSEQVENTER agendum est de excessibus Prælatorum & personarum ecclesiasticorum in venatione. De hac materia traditur 86. dist. cap. qui venatoribus, cum quinque cap. sequent. facit 6. diuin. cap. i. in princ. vnde pro intellectu

dicendorum sciendum est, quod multiplex est venatio: nam quædam est oppressiva, quædam adulatoria, quædam arenaria, quædam accipitrum, quæ distinguuntur in duas species, nam vna est clamosa, & saltuosa, & alia quieta. Oppressivam exercent pugiles, de qua habetur, de cleri. pu. in duello, cap. i. velexercent illi, qui per violentiam, & fortitudinem suam homines opprimunt, & bone eorum eis auferunt, 6. dist. §. vi. Adulatoriam exercent Histriones qui verbis adulatorijs capiunt homines, scit invenatione captiunt bestias. Arenaria solebat fieri in arena, vbi homines pugnabant cum feris animalibus, seu bestijs. Saltuosa sit cum canibus, accipitribus, & similibus. Quietam, apponendo rete, ita Abb. antiquis in cap. i. de ele. venat. vbi etiam Doct. & Mar. Soc. Sed modo deueniamus ad Decisiones.

Prima. Venatio scilicet oppressiva hominum semper est illicita, tam clericis, quam laicis, de qua dicitur Gen. 10. Cepit Nembroth esse robustus venator coram Domino idest hominum extinxitor, & oppressor, vt patet dist. 6. §. is ita. Clericis inquam omnibus est indistincte prohibita, quia non debent pugnare, atque opprimere, & subiugare etiam infideles, de homic. c. ex multa, & habetur 23. q. 8. per totum. Sed laicus secundum aliquos licita est in casu, quo mouerent iustum bellum, vt in cap. sicut, & quod ibi plenè no. de iure iur. 23. q. 8. cap. reprehensibile, & cap. omni timore. Sed aduerte, quia tunc non dicitur propriæ oppressiva. Vnde gl. in d. cap. 1. bene dicit in hoc, quod oppressiva est omnibus prohibita, & est grauiissimum peccatum, vt dicit Frater Ioan. in Sum. lib. 3. de venat. tit. 29. q. 12.

Secunda. Arenaria, quæ sit in arena de iure Canonico clericis indistincte prohibetur, arg. tex. in c. i. cod. tit. & c. i. & 2. de cler. pugn. in duel. & grauiissimum peccatum est, si pugnetur in arena cum bestia dentata, laicus etiā illicita est, si pugnant recepto prelio, & causa cupiditatis,

tis, immo tales efficiuntur infames, vt in l. i. §. Item senatus, & §. belitis, ff. de post. Et de hoc potest intelligi text. 86. dist. c. qui venatoribus, & c. vident homines, vbi Amb. in d. c. qui venatoribus arguit ibi iciunium illius, qui primo diluculo surgens non ad ecclesiam vadit, nec ad martyrum sancta loca, sed congregat servulos forte ad ecclesiam magis festinantes, disponit retra, canes producit, faltus filiisque perlustrat, & arguit eam tam de sua, quam suorum perdizione. Si vero laici faciunt gratia virtutis ostendenda, tunc licita est, & non est peccatum de iure Canonico, nisi vbi esset periculum mortis, vt videntur velle Doct. in d. c. i. tit. nostro. Excipiuntur autem torneamenta, vt in c. i. de torneari. Sic etiam nec est peccatum, si talis venatio arenas fieret causa liberandae patrie, de hac d. c. qui venatoribus, & c. vident homines. Fr. Io. vbi sup. in sua Sum. q. 12. vers. satis enim. De istis illicitis venationibus loquitur Conc. Trid. scf. 24. c. 1.

Tertia. Venatio adulatoria, quam faciunt Histriones, qui verbis adulatorijs capiunt homines, omnibus est illicita, d. c. qui venatoribus, & 46. dist. cap. sunt nonnulli, & c. q. 2. cap. sunt plurimi. Immo peccatum est dare istis Histrionibus, vt eis bona gl. in d. cap. qui venatoribus. Et dicit Ioan. Andr. quod haec venatio adulatoria interdum est peccatum mortale, & interdum veniale. Circa quod videtur de bonam gl. dist. 2. cap. vnum, §. nunc autem, que dicit, quod tribus modis quis adulatur. Et sic triplex est adulatio. Prima, quando quis adulatur, vel attribuit alicui bonum virtutis, quod ille non habet. Secundo, quando nimium, vel ultra debitum extollit bonum, quod habet, & utrumque ilorum est veniale. Tertia, quando approbat malum, vel vitia, que habet, & hoc est mortale peccatum, & illam glo. approbat ibi Archid. & alij Sribentes. Et nota, q. vt dicit Do. Flor. in c. i. de cler. venat. Naturale est sauere adulatoribus, vnde Hier. ad Eustachium de virginib. Naturali ducintur malo vt

adulatoribus nostris libenter saueamus. Item alibi nulla est humilitas tanta, que dulcedine gloriæ non tangatur. De Adulatione aliqua, lib. 3. cap. t. 3. 9. diximus.

Quarta. Venatio saltuosa, que fit in sylvis, & saltibus interficio seras, vel aves, deprehēditur esse licita, vel illicita quatuor de causis: scilicet, ratione personæ, ratione causæ, ratione temporis, & ratione modi. Ratione personæ fit ista decisio. Venatio saltuosa, clamosa, que etiam dici potest aucupatoria, que fit hoc minum multitudine congregata in sylvis, siue in nemore, licita est laicis, prout probatur in l. naturalem, ff. de acquir. rerum domi. vbi dicit, quod licite quis potest capere omnia animalia, que sunt in celo, & in terra, & in mari, & sunt occupantis, & sic pisces, bestias, & volucres naturam fetam habentes sunt occupantis; fallit tamen tempore quadragesimæ siue pœnitentia, aut deuotionis, nam ratione temporis dicitur illicita omnibus indistincte, vnde Holt. in sum. eo. tit. dist. venatio est omnibus interdicta, si fiat eo tempore, quo homines debent esse in ecclesia, & orare, siue sint clerci, siue laici, de consac. dist. 3. c. irreligiosa, & dist. 5. c. ieiunia. 86. dist. c. an putatis. Nisi forte id fieret necessitate famis urgentis, arg. no. in c. licet, de seri. Et id em. si apri, vel vrsi, vel similes bestię vastarent seges, vel vineas, aut pecora; quia in talibus casibus licet etiam in quadragesima venari, arg. C. de seri. l. 2. & de reg. nr. cap. quod non est licitum. Sed in alijs diebus licita est laicus, etiam si fiat causa voluptatis, vt videtur velle glo. & Io. And. in cap. t. tit. nostro. Et multo magis, si fiat necessitate indigentia, vt cum quis ex tali artificio sustentatur, siue propter necessitatem violentia, vt cum quis venatur aliquas bestias vastantes fructus suos, vel pecora, siue fiat propter utilitatem, vt carnes habeant cibum, vel pellies ad vestiendum, siue fiat pp recreationem.

Quinta. Venatio clamosa est illicita Episcopo, & Clerico, Monacho, & alijs personis ecclesiasticis, vt patet distin.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- cap. 1. & ca. 1. & 2. de cler. venat. & ratio.  
est: quia ipsi debitā maturitatem in sua  
conuersatione tenentur populo in exē-  
plum ostendere: tum etiam, quia sum-  
ptus graues, quos oportet facere in tali-  
bus venationibus in canibus, in auibus,  
in scmulis, pauperibus subtrahuntur. igi-  
tus clericis est illicita venatio, etiā si sint  
in minoribus ordinibus constituti, nisi  
dimiserint tōsuram, facit Clem. 2. de vit.  
& hone. cle. licita tamen est † ijs cas-  
ibus. & Primus, si clericus haberet redditus  
in venatione, sicut in quibusdā par-  
tibus Francie, quia tunc non facit ad vo-  
luptatem, ita Host. cod. tit. in sum. Secū-  
lus, venatio quieta, & quę sine strepitu  
exercetur, & vultatis, seu recreationis  
causa ad incitandum appetitum, vel ex-  
citandum calorem naturalem est licita  
clericis, arg. extr. de homic. c. dilectus fi-  
lius, & de iure iur. c. cts Christus, §. pen.  
& de conse. dist. §. c. sint tibi. Tertius, ue-  
natio cum laqueis, & pedicis, atque reti-  
bus, & canibus, Clericis etiam est licita,  
dummodo cum modestia, & silēcio fiat.  
Quartus in uenatione saltuosa, si rarissi-  
mē hoc sacerdoti causa recreationis. arg.  
tex. in cap. 1. tit. nostr. dum dicit in hac  
uoluptate sc̄pius detentus: securi si rarissi-  
mē, & non causa uoluptatis, sed causa  
necessitatis, ut excitaret appetitum pro-  
pter praecedentem morbum, arg. d. ca-  
pit. dilectus.
- 10 Sexta. Circa pīscationē, pīscatio † quę  
fit propter necessitatem, sicut faciunt illi, qui per hoc uictū querunt, et licita; pa-  
riter si pīscatio fit propter solatiū adhi-  
bitis circūstantijs, est etiam licita. Verū  
pīscatio, quę fit deficiente aliqua debita-  
rum circūstantiarum, est illicita, & est  
ueniale, uel mortale, si nimis ponatur  
mens in pīscatione, ita quōd Ecclesia pa-  
tiatur aliquod damnum in spiritualibus  
& temporalibus, prout etiam dicimus  
in uenatione. Magis tamen prohibetur  
11 uenatio, quam † pīscatio, quia pīscatio  
fit cum quiete, & nō fit cum tanta dele-  
ctatione, & dissolutione, sicut uenatio.  
Venator enim currit per deuia, sicut dia-

bolus conductit animam captiuam, se-  
cundum Goff. & Ray. vnde Hyeron. di-  
cit in cap. Esau. dist. 86. Ventatorem san-  
ctum nullum legimus, pīscatores multos.  
Quod intellige de existente venato-  
re, ne obiciatur de sancto Eustachio,  
quia fuit venator, quia ille postea ven-  
ationem reliquit. Et pīscatores inueni-  
mus Iesum elegisse, & non venatores.  
Et leguntur Apostoli, vt dicit Greg. su-  
pra Io. 2.1. post Christi resurrectionem  
rediisse ad opus pīscationis. Hæc Colle-  
gi ex dictis Cardin. in cap. qui venatori-  
bus, dist. 86. Ican. Anan. & Mar. Soc. in-  
c. 1. de cler. venat.

12 Septima. Circa † Episcopos. Episco-  
pus venationibus intendens, si monitus  
non desistit, excommunicatur, glo. in d.  
cap. 1. versic. quorundam. Immo per ter.  
in cap. 1. dist. 3.4. uidetur omni tempore  
illicitum esse venationem factam ab E-  
piscopis, sed aduerte, quia non dicitur  
ibi, quōd ille Episcopus esset tantum ve-  
nator, sed incontinentis, & quōd circa  
Episcopalia desidiosus erat, & negligēs,  
nec de spiritualibus in aliquo curabat,  
vt appareat ibi in illa grauitate morum,  
&cet. Et sic ecclesia sub eius regimine  
periclitabatur. Quare dicendum est, se-  
cundum Host. in sum. quōd causa utili-  
tatis, uel recreationis possunt clerici, etiā  
si sint Episcopi, vel alij prælati ve-  
nari, vt tamen non proficiuntur cum  
canibus, & auibus, quando debent vi-  
fitare, & prædicare, ut extr. de censib. ca-  
pit. cum Apostolus, §. Arch. sic intellige,  
extr. ne cler. vel mon. cap. 1. vers. canes,  
vel aues. Quare ex his concluditur, q̄  
non omnino illicita est Episcopis vena-  
tio. Hinc Archid. dicit in d. c. qui venato-  
ribus, quōd si electo in Episcopū obij-  
ciatur, quōd sit venator, hanc exceptio-  
nem debemus interpretari in meliorem  
partem, scilicet quod causa licite recrea-  
tionis hoc agat. arg. ext. de reg. iur. c. 2. &  
1. q. 7. c. lāncimus, nisi contrarii alij pre-  
sumptiones probables mouerent, quæ  
colliguntur ex personis, & ex multis cir-  
cūstantijs, ext. de presun. c. quia. Et hæc  
inter-

Interpretatio latior fiet , quando excipiatur contra aliquem , quando accusatur , quando uterque patitur æquale supplicum , & vbi quis prosequitur suam , vel suorum iniuriam , secundum Innoc. & Ber. in c. dudum , 2. de elect.

<sup>13</sup> Octaua. Circa religiosos , licet quidam dicant , quod omni tempore sit illis venatio illicita , arg. 23. q. si. cap. si nulla , in finia. Hinc habetur in Clem. Ne in agro , §. porro , à venationibus , de sta. monac. quod l'apa mandauit monachis nigris à venationibus , & aucupationibus abstinere , & prohibet ne eis intersint , quia præsentiam exhibendo videntur consentire , sicut nec etiam clerici prædictis interesse debent , ac spectaculis , duellis , & executionibus ad mortem , C. de Episcop. & cle. Auth. interdicimus , cap. sen tentiam , ne cler. vel monac. Tamen sit ista conclusio : Vrgente necessitate inopit , aut violentia , lictum est , etiam monachis venari ad seras , aut aucupari ad aues , heut & clericis , vnde dicit Host. quod si reditus religiosorum consistunt in venatione cuniculorum , sicut in partibus prouinciarum , vel aliarum serarum inclusarum in parcis , sicut in partibus Galliarum , & Franciarum consistunt , tunc licet eis in proprijs personis , si familia tantum deficit , recolligere , & vendere venationem suam sine peccato , dum tamen hoc faciant tempore competenti , ita Mat. Soc. in c. 1. nu. 13. tit. nostr. Tu tamen dicas , quod licet religiosis ea casu venari per alios , non autem in proprijs personis , & sic poterunt per alios , quod per se non possint , per id , quod habetur in dicto §. porro , & §. seq. Ita Anan. in c. 2. tit. nostro , ubi communis est opinio .

Nona. Licet clericis seculatibus non sit prohibitum ponere laqueum , vel rete sine clamore , & canibus , vt habetur per lo. de Anan. in cap. 1. tit. nostro , tamen hoc videtur (exceptis duobus casibus , de quibus in Decil. praeced.) prohibi-  
<sup>14</sup> bitum † monachis , non tamen incur- runt penas de quibus habetur in dicta

Clem. Ne in agro , §. porro . Et hoc sequitur Petr. de Anch. & Imol. ibi , dicentes hoc esse notable , quod monachus cum laqueo , vel rete aucupans , vel venans , incidit in penam , de qua ibi .

Decima . Non solum monachi , sed <sup>15</sup> nec etiam illi de familia , retinerent posse canes , vel aues venaticas , ita probatur in d. Clem. Ne in agro , §. porro , uers. nec à familiaribus . Et sic interfur , quod illud , à quo prohibetur Dominus , videatur interdictum familiaribus , vt sic per familiam ostendatur dominorum honestas ; vnde exclamat ibi Lau. contra illos , qui tenent peruersam familiam , vt si quid mali per illam committatur , non possint se excusare , si velint ignorantia pretendere , quia debebant iltud cogitate , vt ibi pulchre , quod est notandum , & serandum .

Vndecima . Licet monachi habeant redditus , qui in venatione consistunt , tamen non debent venationi exhibere præsentiam corporalem , sicut in certis alijs casis non congruentibus , interesse non debent , puta ludis , ostentationibus , clandestinis matrimonijis , seu alijs voluptuosis , & humanis actibus laicorum , ita not. Doct. in d. §. porro . Vnde Bald. in Authen. interdicimus , C. de episcopo . & cler. videtur velle , quod ille , qui intravit non ludere , si stat ad videntem , est periurus , & idem dici potest in voto , facit quod habetur per Anan. in cap. 2. tit. nostro .

Duodecima . Venatoribus dare licet <sup>17</sup> venatione oppressua horumq; gra-stantibus aliquid ad euadendum violen-  
tiam eorum , & oppressiones , tamen ad conducendum eos ad talia faciendum , est illicitum , & peccatum est mortale . Pariter illicitum est , & mortale , dare ve-  
natoribus exercentibus venationem , vt manifeste colligitur ex c. qui venatori-  
bus , & seq. dist. 96. In quo sic dicit Aug. Qui venatori donat , non homini donat , sed arti nequissimæ donat : Nam si homo tantum esset , & venator non es-  
set , non ei daret , honorans eius virtutem ,  
Y &

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

& non naturam. Verum dare exercentibus venationem saltuosa, siue quietam animalium, aut auium, in casibus, in quibus venatio est licita, licitum est. Hac Turrec. in d. c. qui venatoribus, n. 7. versic. ad secundam.

**Decimatercia.** Domini seruos comm. 18 pellendo ad illicitam † venationem, & tempore indebito, faciunt seruorum peccata sua, licet sint seruorum in obedien- do: sunt nihilominus propria dominorum illicita praecipiendi, & ita tenen- tur domini pro peccatis seruorum, ext. de test. c. sicut, & 22. q. 5. c. qui compul- sus. Attamen si domini cogunt seruos ire ad venationem licitam serui obedi- te debent, nec in hoc peccant: nisi incipiat placereis, & verti in voluptate, quo casu peccant mortaliter: Et in tali casu potest intelligi finis, cap. an putatis, 88. distin. Sæpe enim quod ab initio infert conditio necessitatis, id postea ex consuetudine dulcescit, & trahit in petniciem voluptatis, vt 34. quaestio. 1. cap. 1. Sic econtra dicitur de illis, qui à principio ad bonum coguntur, vt 23. q. 5. §. vlt.

**Decimaquarta.** Prohibitum est mo- 19 nachis retinete canes, † vel aues venati- cos, vt puta, accipitres, vel falcones, etiam si eis non vtantur, secundū Pau- lin. Clem. Ne in agro, §. porro. Et sic du- plex est prohibitio, vna in habendo, alia in vtendo, quod etiam extenditur ad clericos, cap. 2. tit. nostro. Et hoc ideo, ne denieriantur ad actum venationis. Vnde infertur, quod si quid prohibe- tur, prohibetur etiam id, quod peruen- nit ad illud, l. oratio, cum alijs ibi al- leg. ff. de spons. l. fin. C. si mand. ita fuer. alie. ne prostituantur. Vbi habetur, quod ancilla, quæ non debet ex pacllo prosti- tui, hoc est ex corpore suo questum que- rere, non debet etiam in cauponā, uel taberna retineri sub spe ministrandi, ne fiat fraus legi. Aduerte etiam, quod ex quo prohibentur monachis canes, vel aues venaticæ, videtur quod possint re- tinere canes paruos, vel aues cantan-

tes, idem Paul. in dicto §. porro.

**Decimaquinta.** Qui facit foueas ad- 20 capiendo † apros, vel ceruos, & bos a- licuius ibi cadit, tenetur lege Aquilia, si fecit in loco insolito hoc est in itinere, per quod omnes transirent. Sie dicitur de illo, qui laqueos posuit in loco, in quo ius ponendi non habebat, & pecus vicini in hos laqueos incidit. ita habe- tur in Lqui foueas, & Lseq. ff. ad L. Aqui. & ibi Bald.

**Decimasexta.** Non licet intrare agrū 21 alienum Domino prohibente † aucu- pandi gratia, ibi tamen captū auncupan- tis est, sed agitur contra eum actione iniuriarum, si eo nolente intravit, glo. in l. 3. §. plane, ff. de acquiteri. rer. dom. l. Diuus, ff. de serui. rustic. præd. & ibi An gelus, vbi dicit, quod ita fuit iudicatum in persona cuiusdam nobilis magni ve- natoris in Petusio.

**Decimaseptima.** Pœna clerici venato- ris est, si est Episcopus, q. tribus men- fibus suspenditur à communione. Si presbyter, duobus, si diaconus, ab omni officio suspenditur, & quod dictum est de diacono, intelligendum est etiam de subdiacono: quia eodem priuilegio gaudet, ext. de xta. & qual. cap. à multis. Alij autem inferiores sunt arbitrii pù niendi, cum nulla certa pœna eis im- patur, ut extr. de offic. deleg. c. de cauts. Omnibus tamē necessaria est tria mo- nitio facienda, ut 12. q. 2. cap. indigne. hæc Hostien.

## S V M M A R I U M .

- 1 *Coniuratio, & conspiratio duplex, & viri usque discrimen.*
- 2 *Delictum in propriam personam commis- sum quando Index cognoscat. usque ad num. 6.*
- 3 *Index delictum, quod concernit usiliatē publicam, vel dignitatem cognoscit.*
- 4 *Innitia personalis remittit potest, non au- tem qua tangit ecclesiam.*
- 5 *Episcopus solus sine capitulo, an possit re- mutare iniuriam fastidio ecclie.*

Excom-

- 9 Excommunicare an possit legatus iniuriam fibi, vel suis inferentem.
- 10 Persecutus legatum, vel Cardinalem, potest ab eo absoluiri.
- 11 Derribere prelatum an semper sit peccatum mortale.
- 12 Peccatorum vitia in genere tangere est licitum.
- 13 Iudex ratione delicti in personam suam aliquid exigēs, tenetur ad restitutionē.

## De iniuria illata superiori.

## Cap. IIII.

**S**OLOENT etiam subditi excedere, & delinquere in suos superiores, eos offendendo factis, aut verbis, ideo videndum est à nobis, an possit superior illum punire de delicto commisso in suam, vel suorum personam; vnde pro determinatione questionis sciendum est, quod multipliciter potest subditus in suum superiore delinquere, vel per contumelias, aut conuictia, vel per coniurationē, aut conspirationem, vel detractionem. Ideo omissis contumelij, aut conuictijs, vel detractionibus, de quibus in nostris Decisionibus diximus lib. 2. cap. 137. & 138. videamus quid sit coniuratio, vel conspiratio. Coniuratio igitur dicitur plurium in vnum iuratio, & dissensio & conspiratio: quia coniuratio sit cum iuramento, sic dicta, à coniurando. i. simul iurando in vnum. Conspiratio sit pacto tantum, id est simul aspirando. s. quando plures simul spirant, & hant, & tendunt, & diriguntur in vnum. Et ita coniuratio sit cum iuramento, Cōspiratio sine. Et Coniuratio, atque conspiratio duplex est, quædam mala, aut illicita, & quædam bona. Et sic coniuratio licet in se sit illicita, 46. dist. Seditionarios, & in dubio semper presumatur contra seditionarios, cap. si quis, 11. q. 1. tamen potest esse licita, vt si clerici inter se statuant iuramento, quod debeant resistere prelato volenti dilapidare bona

ecclesiæ, vel ponere in ecclesia malas, & pessimos homines. Erit tamen illicita, vt si iurent, quod velint episcopum expellere, cum sit bonus: vel non obediens illi in expellendis concubinis, & ista tacquam mala, & damnabilis semper prohibetur, cap. coniurationem, c. qui, 11. q. 1. c. 2. dist. 79. 22. q. 4. c. si ad peccatum. Pariter conspiratio potest fieri in re licita, & illicita. Verum in hoc disserunt: quia coniuratio licet sit bono zelo contra prælatum cum iuramento, semper est reiencia, & improbanda, d. c. coniurationum, & cap. seq. At si sit sine iuramento, potest fieri absque peccato, & non reprobatur. Archid. in d. c. coniurationum. Rursum est attendendum, quod iniuria, quæ insertur superiori, ali quando insertur ut in personam priuatam, aliquando ut in iurisdictione exercitentem. An vero, & quando superior possit de iniuria cognoscere, huiusmodi Decisionibus manifestum fiet: quorum Prima.

2. Iudex, vel prælatus non potest cogno scere de delicto, nec penam imponere, vt excommunicare, & punire, si delictum suam personam concernit, & est occultum. Liurisdictio, s. de iurisdictione. iud. ff. de iniur. l. lex Cornelia, ff. de off. præsid. l. senatus, glos. in Clem. 1. de foro competen. Card. à Turrec. in c. si quis, 2. q. 7. Ne sit iudex in causa propria, contra id quod dicitur, C. ne quis in sua causa, l. 1. Hinc insertur per Archid. in d. cap. si quis, quod si litigator dicat iniuriam iudici, non debet ipse punire, sed superior, ut ext. de peenis, c. dilectus. Idem dicit Panorm. in c. dilectus, de peenis, in si. & in cap. inter, 23. q. 4. dicit Arch. quod iniuria Dei vindicanda est, & non propria, quæ patienter est toleranda, si expediatur, D. Tho. 2. 2. q. 108. art. 1. ultra medium. Sic Cardin. à Turrec. in d. cap. si quis episcoporum, dicit, q. si contumelias, aut conuictia in prælatum redundant, non debet ideo ille excommunicari, aut deponi ab eo, sed ab alio superiore. Vnde tali casu

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

poterit capere malefactorem, & in custo  
 diam ponere, successori, vel principi re-  
 ferendo cognitionem, & penam, s. de  
 adulter. l. capite, & l. si adulterium, §. fin.  
 Dom. Anton. in cap. 1. de maled. quod  
 satis probatur per tex. in cap. in primis,  
 2. q. 1. secundum Gemin. Quia quidem  
 regula fallit Primo, nisi subditus pecca-  
 ret † in officio coram eo exhibito, hinc  
 potest secundum Innoc. in d.c. dilectus,  
 punire delinquentes coram ipso in offi-  
 cio sibi commisso, puta aduocatos, scri-  
 prores, & testes, atque partes, si sibi inui-  
 cem dicant conuictia, atque se percutiat,  
 s. de offic. proconf. l. nec quicquam, §. 1.  
 s. de offic. pr. fid. l. obseruandum, Insti-  
 de iniur. §. atroc. Quod si erit delegatus,  
 faciet puniri per alium id est ordinariū,  
 in authen. de testib. §. si uero ignouit. Se-  
 cundo fallit, si † delictum sit notiorum,  
 ita probatur per tex. in cap. Romana, de  
 pennis, in 6. cap. si quis erga, cap. si quis  
 ab Episcopo, 2. q. 7. Do. Anton. in c. 1. de  
 maled. & in d. cap. dilectus. Imola in Cle-  
 men. t. de foro compe. in uerb. ecclesijs.  
 cap. Guiliarius. cap. seq. 13. quæst. 4. &  
 ratio est: quia offensa sit notoria, in no-  
 torijs non requiritur causæ cognitio, 2.  
 quæst. 1. manifesta, extr. de appell. c. cum  
 fit, nec sententia super crimine, unde no  
 potest dici iudex in causa propria, sed po-  
 tius iuris executor, unde recusati non  
 poterit ut suspectus, cap. nouit, de appell.  
 Et hoc, quando pena est à iure expressa:  
 quia tunc non est ientetic proinulgator,  
 sed potius notificator, seu denunciator,  
 ad hoc 2. q. 1. cap. 1. ibi, factus sum ex-  
 ecutor. Alias, si pena super factum noto-  
 rium ueniret imponendum arbitrio iudi-  
 cis, quod regulariter est secundum ius  
 commune in auctone iniuriatum, tunc  
 superior tanquam suspectus posset recu-  
 sari: quia posset in arbitrando excedere  
 modum. Nec excusat ibi notiorum esse  
 delictum, pro hoc, quod notat glo. in ca-  
 pit. super his, de accusat. facit quod dixit  
 Panorm. in c. proposuit, de appellat. Ter-  
 tio fallit in Papa, † quia si iniuria fit oc-  
 culta Papa, potest facere inquire de ea

per alium, sic de Imperatore, l. 1. C. si  
 quis Imperat. Facit tex. in cap. 1. de ma-  
 led. ubi glosa uoluit, quod Papa si uelit,  
 possit causam cognoscere, & punire. Si  
 uero est manifesta, tunc ipse posset um-  
 dicare, 2. q. 4. cap. Guillitarius, & ca-  
 pit. seq. Quarto, secundum Specu. tit. de  
 Iudice deleg. in §. superest. versic. quid  
 si non est consanguineus, fallit si esset  
 prelatus regularis probata uitæ, nam  
 tunc posset punire subditum pro pro-  
 pria iniuria. Exemplum ponit in Car-  
 thusiense: modo hoc faciat animo corri-  
 gendi, & non ex iniognitione, glo. in d.  
 c. & qui emendat. Quod quidem fieri  
 potest extra iudicium, ut s. de offic. pro-  
 conf. l. nec quicquam, §. de plano. Vnde  
 dicit Archid. in d. cap. & qui, quod po-  
 test Iudex delinquentem in ipsum uer-  
 bis, uel uerberibus, coercere, retrudere  
 in carcерem, uel in monasterium, uel ex  
 comunicare: modo no agatur in forma  
 iudicij: quia no potest esse Iudex in cau-  
 sa propria. Quinto fallit in iniuria con-  
 tra Principem commissa, quia de iure,  
 & absoluta potestate potest cognoscere,  
 arg. l. proxime, s. de ijs, quæ in test. del.  
 & in l. & hoc Titius, de har. in lit. no-  
 ta. gl. in cap. cum dilecta, de confir. utik  
 uel muti. super ter. procuratricem. uide  
 etiam gl. 2. 3. q. 4. in c. Guiliarius. in uer.  
 anathematizauit. & 79. dist. cap. si quis  
 pecunia. Et idem dicendum est in quoli  
 bet alio iudice superiori non recogno-  
 scente, vt dicit glo. in cap. innotuit, de  
 maled. Et idem tenet Bar. & Docto. in l.  
 unic. §. ne quis in sua causa. Et hoc de po-  
 testate absoluta, licet de honestate deba-  
 ret potius causam delegate, facit text. in  
 d.c. innotuit, in quo Papa alij commisit  
 coercitionem. Facit etiam, quod in simi-  
 li dicimus in causa ciuili, quod debet ex-  
 ligere arbitros, ut no. gl. 1. 26. q. 6. in c. 1.  
 & quod not. gl. 2. q. 1. in c. si clericus ad-  
 uersus. Facit etiam l. 2. C. si aduersi. deli-  
 ubi Imperator causam suam tractat per  
 procuratorem.

Secunda. Porreſt prelatus cognoscere  
 & † punire de delicto, si delictum con-  
 cernit

cernit utilitatem publicam, vel suam dignitatem iurisdictionalem, glos. in d.c. Romana, de penis, in 6. & in d.c. si quis. Qualiter autem dignoscatur iniuria facta dignitati, diximus lib. 2. c. 49. n. 55. Probatur etiā ista conclusio in l. 1. à contrario sensu, ss. de postul. in d. cap. & qui emendat. Dom. Anton. & Panor. vbi supra. Item si in iniuria, quae infertur in personam iudicis, redundaret in Deum, & in ecclesiam, tunc Iudex debet, & potest iniuriam illam vindicare, glos. in cap. si quis ergo, 2. q. 7. D. Tho. 2. 2. q. 108. art. 1. Ista conclusio probatur exemplo Elię 4. Reg. 1. nam ignis, ut dicit Ambrosius descendit de celo, ut prophete vindicetur iniuria. Supple in quantum propheta, id est nuncius Dei fuit: sic enim eius iniuria fuit iniuria mittentis. Sic Eliseus derisionem suam vindicavit, pueris ab urbis sua maledictione lanatis, 4. Reg. 2. Pariter potest Iudex punire iniuriam, quae rem publicam respicit, C. de offic. eius, qui vic. alter. ger. l. 1. & 2. Henric. Boich. in cap. 1. de offic. deleg. Sed si recusatetur ut suspectus, non potest ipse solus cognoscere, si est delegatus, verum si ordinarius, poterit petere alium sibi adiungi, Lapertissimi, & ibi authent. C. de iudic. quia cum secundario personam eius respiciat, merito potest dici suspectus, quod aequum dicit Ioan. And. in d. c. 1. de maled. Sed quod dicitur de adiuncto, procedit de iure ciuii. Secus de iure canonico, ut ordinarius etiam in totum recusari possit, si est suspectus, c. si quis contra clericum, de foro comp.

7 Tertia. Licet tamen iniuriam quatenus tangit personam, quis remittere possit, non tamen illam, que tangit ecclesiam, 23. q. 4. cap. si quis, cap. cum desideres, extr. de sent. excom. Hinc sit, quod quamvis consentienti non fiat iniuria, 33. q. 5. cap. noluit, ss. de reg. iur. l. nemo videtur, tamen excommunicatus est, qui in clericum etiam uolentem manus iniecerit violentas, c. contingit, el. 1. de sent. excom. & ratio est: quia talis iniuria dicitur fie-

ri ecclesiae. Sic filius potest remittere iniuriam quo ad se, sed non quo ad patrem, quatenus tangit commodum eius, sed non in quantum tangit commodum aliorum, ss. de pact. iuris gentium, §. si paciscar, dist. 63. cap. Salonianę. An vero 8 Episcopus tamen potest remittere solus absque Capitulo iniuriam factam ecclesiae. Dic, quod cum Episcopus sit procurator, & non dominus, 12. q. 1. c. vlt. extr. de dolo, cap. fraternitatem, & non potest facere conditionem ecclesiae deteriorē, non potest, ita glos. in d. cap. contingit.

9 Quarta. Legatus tamen potest excommunicare, & punire eos, qui sibi, vel suis nomine iniuriarunt, vel damnum inferunt, vel suam iurisdictionem impediunt, modo iniuria sit manifesta, arg. ss. de offic. rect. prouin. l. senatus consulto, extr. de foro comp. cap. cum contingat, ad fi. ext. de offic. Archid. c. vlt. & potest suam iurisdictionem impedientes punire, arg. ext. de penis, c. Romana, de offic. deleg. c. 1. alias delusa videretur eius potestas, si coactionem huiusmodi non haberet, extr. de offic. deleg. c. ex litteris: potius enim in hoc iniuriam Ro. ecclesiae vindicare videtur, quam suam, 2. q. 7. c. accusatio, secundum ea quae not. in c. contingit, de sent. excom. Hec Archid. in cap. si quis magister, dist. 94. & ibi Turrec. An vero 10 petuciens legatum, tamen Cardinalem, possit ab eo absolui Franc. in c. felicis, numero 5. de penis, in 6. dicit, quod sic, per glossam in d.c. si quis magister.

11 Quinta. Peccatum est mortale tamen prelati, vel alijs detrahere, 6. q. 1. c. detersores, cap. nimium, 23. q. 4. suntque homicida, cap. homicida, de penit. distill. r. & nec obstat, tex. in Leum, qui nocentem, ss. de iniur. vbi dicitur, quod expedit peccata nocentium esse nota, quia illud locum habet, quando agitur criminaliter contra aliquem, & sic est intelligendum quod habetur, 90. dist. cap. scindum, & per Inno. in cap. cum P. de accus. Verum quod diximus non esse licitum prelati detrahere, non est ita simpliciter intelligendum, secundum glo. in Clem. 1. in

# Decis. Aurearum. Par. II. Lib. III.

- verb. detrahunt, de priuili. sed tunc demum, quando in nominatim exprimendo aliquem nomine proprio, vel per circunstantias sit detractio, secus si in genere 12 tangerentur vitia prælatorum, vel alterius: quia illud est bene licitum, exemplo Christi, qui sic fecit. Math. 23. vbi dicit: Super cathedram Moysei. Facit 1. q.i.e. omnia, de offic. ord. cap. si sacerdos, vbi aliquid licet in genere quod non licet in specie. Cauendum est tamen, ut nullo modo possit quis venire ad notitiam personæ, verbis gratia, describendo prelatum per circumstantias corporis. Item ut nec nimis effrenate in generali locutione loquatur, sed potius referat linguam suam: quia scriptum est, quod qui incosultè loquitur, sentiet mala, 43. dict. c. sit rector. Et hæc nota contra predicatorum i. facientes.
- Sexta. Iudex, siue Dominus alicuius ius † Ciuitatis, qui ratione delicti commissi in personam suam occulteret, de illo cognouit, quod tamen facere non poterat, prout supra diximus, nu. 2. si carcera uerit, & tandem condemnauerit delinquentem, ut sibi tantum soluat, tenetur ad restitutionem: quia careeratio illicita fuit, cum non fuerit facta in casu lito, & per magistratum licite agentem, vt ff. quod met. causa, l. 3. ideo omnis promissio ob eam causam extorta, nullius fuit momenti, ut ff. quod met. causa, l. qui in eaccrem, & cum non tenuerit obligatio principalis, non tenuit accessoria, vt C. de vslr. l. eos, in princ. si. de reg. iur. l. cum principalis, ita in specie Olsfr. consil. 7. vbi confulit, quod extortum per Dominum Ciuitatis à quadam muliere maledicta, qua fecit facturas in personam sui Domini, cum male ablatum esset, debet restituiri per executores datos ad restituendum male ablata.
- S V M M A R I U M .
- 1 Canonis privilegium retinetur etiam habens non reierto.
  - 2 Vi suramento ipsius sletur in dependenti-
- bus ab eius animo, qualiter intelligatur.
- 3 Clericus percutiē laicū ab omnibus pro clericis habitum, est beneficio priuandum, si credens se esse excommunicatum, celebraverit, & beneficium obtinuerit, manifestata veritate, quod percutiēs sic laicus.
  - 4 Privilégium fori difficultius perditur, quam privalégium canonis.
  - 5 Clericus in minoribus si conuersatur ve laicus, an ipso facto perdat privalégium.
  - 6 Privilégio canonis licet quis renunciare ne queat verbo, potest tamen facto.
  - 7 Clericum inveniendum in profitibulo, familia potest capere potest.
  - 8 Clericus potest capi a laico, dum timerit defuga, interim dum suis pralatis a deatur.
  - 9 Canon. si quis suadente, non comprehendit Iudeos.
  - 10 Inimicis clericum verbi, aut scriptis, in canonem non incidit.
  - 11 Attenuatio licet puniatur effectu nonfecto, fallit tamen in malis casibus.
  - 12 Enormis perciusso dicuntur facta à laico sacerdotis publicè gladio enaginato. Estq. huiusmodi laicus a papa absoluendus, nu. 16.
  - 13 Vi laicis incidentes in canonem absolvantur à summo Pontifice, sicut introducunt in favorem clericorum, & in odium laicorum.
  - 14 Intellectus ad capit. permenit, de sententi excom.
  - 15 Dignitas etiam dicitur ex consuetudine loci.
  - 16 Sacerdotes denientes ad proiectionem calceorum in loco publico an sint absolvendi à summo Pontifice.
  - 18 Clericos omnes incidentes in canonem, ut Episcopos possit absolvire, qualiter intelligatur.
  - 19 Per cuius sacerdotem Religiosum, qui à suo monasterio recessit, sub praetextu accedit ad superiores, an sit excommunicatus.
  - 20 An talis religiosus recedens à suo monasterio sit apostata.
- Dicitio,

- 21 *Dilectio, quasi, quandoque est expressio veritatis.*
- 22 *Clericus in xi. casibus percuti non potest ob contum absque mea excommunicationis. & in quaeror sic.*
- 23 *Conversus percutiens, an, & quando sit excommunicatus.*
- 24 *Familiares monasterii an gaudeant privilegiis monasterii.*
- 25 *Famuli perpetui ecclesiarum, & clericorum gaudent priuilegio fori, non tamen non perpetui. n. 27.*
- 26 *Familia episcopi gaudent priuilegio episcopi.*
- 28 *Familiares aliorum, quam clericorum non gaudent priuilegio dominorum. & quid si sunt domestici. n. 29.*
- 30 *Familiares assumpsi post datam priuilegii an gaudeant.*
- 31 *Oblati non perpetui non gaudent priuilegio.*
- 32 *Concubinae clerici, licet sit sub foro ecclesiæ, non tamen gaudent priuilegio clericorum.*
- 33 *Prelatis verberans monachum, vel clericum, an sit excommunicatus. ponuntur quatuor casus.*
- 34 *Clericum violenter capiens excommunicatus est. fallit in quinque casibus.*
- 35 *Clericus quanto tempore possit à laico detineri.*
- 36 *Iniectores violenti à Papa absolvuntur nisi in casibus.*
- 37 *Verberans clericum excommunicatum est excommunicatus, nisi in duobus casibus.*
- 38 *Percutiens clericum, in minoribus, incidit in excommunicationem fallit in multis casibus.*
- 39 *Laicus, qui se defendendo contra clericum, excessit, an sit excommunicatus.*
- 40 *Laicus an incidat in excommunicationem defendens patrem, vel suos de familiâ.*
- 41 *Clericos non defendantes qui excommunicari.*
- 42 *Sacerdos sensi se immiscens, an perdat priuilegium canonis, vel fori.*
- 43 *Clericus percussione se subiiciens est excommunicandus per sententiam.*
- 44 *Clarissim seipsum percussione est excommunicatus.*
- 45 *Excommunicatus an sit denunciandus.*
- 46 *Denunciationis forma.*
- 47 *Excommunicati enites ad Papam, debent deferre litteras Ordinariorum.*

De quibusdam Decisionibus in materia Canonis, Si quis.

Cap. V.



ONSEQVENTER videndum est de excessibus, qui solent committi à personis ecclesiasticis in materia Canonis, Si quis suadente, per plures Decisiones, quaram

Prima. Clericus licet non deserat habituum suum, † adhuc retinet priuilegium Canonis: Et hoc verum, ante trinam monitionem, secus est post trinam monitionem, cap. contingit, de sent. excom. quia tunc perdit priuilegium clericale, & sic intelligitur illud, extr. de senten. excom. c. in audiencia. Et hoc habetur in cap. si vero, eod. tit. Hinc fit, quod percutiens huiusmodi talem, est excommunicatus. Doct. in d. cap. si vero. Sed quid si dubitetur, an sciuerit eum esse clericum, vel laicum? Respon. quod potest se purgare iuramento: quia in dependentibus ab animo † alicuius, statutum iuramento ipsius, glo. in d. c. si vero, vide notata in cap. significasti, de homi. Hoc limita in foro conscientia, seu penitentialia, extr. de spons. cap. tua, quia non est verisimile, quod quis sit immemor salutis propriæ, cap. sanctimus, 7. q. 1. de confess. distin. 4. c. cum itaque, secus in foro contentioso, seu judiciali in ijs, & super his, quæ possunt legitimè probari, de off. ord. cap. ex parte, vel in his, quæ licet non possint alias legitimè probari, tamen scadulum, vel fama publica laborant super eum: quia tunc debet le solemniter purgare, vt not. Host. in cap. ex literis, de homic. Verum in alijs relinquuntur conscientia sua, saltē iurare, maximè quando

# Decisiō Aurearum Par. II. Lib. III.

ignorantia non est crassa, vt in casu nostro, d.c. si vero. Quod si iurare renuerit, quod ipsum esse clericū ignorabat, quia tunc presumitur contra eū, quia nō vult iurare, & ideo tanquam excommunicatus vitandus est, donec per Sedem Apostolicam absoluatur, d.c. si vero.

**3** Sectunda. Clericus percussit Sempronium † laicum credens cum clericū, incerentem in habitu, & tonsura clericali, & pro clero cōmūniter habitum, & reputatum, & inter clericos viuentē, & conuersantem, & officiantem, & celebrazione diuinorum se ingerentem, & non ostētate, quod ex hoc crederet se excommunicatum, diuina officia celebrāuit, & credens ex hoc se esse irregularē, permisit se ad beneficia promoueri. Nūc queritur an manifestata veritate, q. Sempronius erat laicus, debet dicto beneficio priuari, & declarari ius non habere. Respondeat Feder. de Senis, conf. 13. post multa, quod iste non est excommunicatus, nec irregularis, & ratio est: quia ad incurriendā excommunicationem requiritur veritas, 17.q.4.c. si quis suadēte, & non intentio, arg. tex. in l. sal. lts., s. qui alienum, ff. de furt. vbi non committit furtum, qui rei derelictam accepit animo surandi, nesciens eam derelictam. Ad idem, l. anter omnes, s. pen. eo. tit. vbi non committit furtum, qui putat se iniūto Domino sacere, cū tamen Dominus vellet. Tum quia communis opinio prodest non debet veritate manifestata. Itē videtur casus in c. si iudex, de lēgit. excō. in 6. in fin. Nam clericus, qui communī opinione habebatur pro laico, debet pro clero tractari hoc probato. Ecōtra qui pro clero habebatur, debet tractari vt laicus probato eum esse laicum, pro hoc facit quod not. Io. And. & Archid. in c. vnic. de voto in 6. Item vbi opus est. factō, non sufficit conatus, de spons. c. pen. vbi de hoc. Tum etiam quia veritas, cuius virtus, & potentia omnia vincit, 8. dīl. c. consuetudo, debet preferri animo delinquētis, possessioni clericatus; & cōi opinioni, & per consequens tenendū, q.

iste non sit excommunicatus, nec irregulāris, quare non debet declarari, vel denunciari ius non habere, & ita collatio, vel eius promotio, nulla suit: verum propter eius indignitatem insurgentem ex contemptu, & ex delicto suo, quod tace re non debuit, debet priuari beneficijs, & puniri, facit cap. inter dilectos, de excess. pral. ibi, irritandum, de cle. excom. minic. vlt. ibi, vitandi, de elec. c. dud. um, in verb. Nos igitur. ibi, cassatur, & ita concludit Feder. de Senis, qui supra.

**4** Tertia. Clericus cum maiori difficultate perdit priuilegium † fori, quam p̄f uilegium canonis, patet, p. c. si Index lat. eus, de lēgit. excom. in 6. vbi per omissionem habitat, & deprehensionem in criminē, non perditur priuilegium fori, sed priuilegiū Canonis sic. sic co. ipso, quod immisceret se ex ornatibus, & deprehendit in crimine, c. cū non ab hominē, de iud. & ratio est: quia priuilegiū fori emanauit à iure diuino, & à Deo, iuxta illud. Nolite tangere Christos meos. & probatur 96. d. in c. si Imperator. Notat Innoc. & Holt. in c. 2. de maio. & obedi. Sed priuilegiū Canonis emanauit à m̄re positivo. Tum etiam, quia odiosus seputatur à iure, quod clericus iudicatur à laico, quod ab eo tanquam priuatis iudicaretur facit à simili, de iuramento prestito laico à clero sine Episcopi authoritate, quod valet, & tamen non valet prestitum iudicii seculari. c. 1. de iuramen. calum. Nunquid autem clericus in minoribus † iustitutus perdat priuilegium clericale, si sine aliqua admonitione conuersatur vt laicus? Dicit Holt. quod si exercet actum omnino contrarium clericatui, vt quia dixit secundam vxorem, vel fecit se misitum, & exercet seu, ex toto perdit priuilegium clericale per id, quod habetur in c. quisquis, 84. dīl. Et ita secundum Hug. habes calum specialem, quod sine crimine priuari, quis iure suo, non tamen sine causa, penitit enim non quia peccauit, sed quia fecit se indignum, vt amplius promoueri nō possit. Igitur huiusmodi talis perdi-

privilegium clericale, & quo ad beneficium, & quo ad promotionem, ut 32. distin&t;. cap. seriatim. Et verberans talem, non incidit in Canonem. Si quis suadet. Facit quod legitur, & no. in cap. quis quis in ventus, in glo. 17. quæstio. 4. c. cleric. 1. responso. sumpto arg. à contrario sensu literæ, de cler. coniug. lib. 6. Arch. in d. c. quisquis, distinc. 8. 4. Rursum ex his colligitur † quod licet priuilegio Ca nonis quis renunciare non possit verbo, extra de foro compet. cap. si diligenti, potest tamen renunciare facto, vt si faciat alium omnino contrarium, vel si post triannam monitionem deserat habitum clericalem, & tonsuram, vel enor mitatibus se immiscat, cap. perpendimus, de sent. excom. & c. cum non ab homine, & c. in audiencia.

Quarta. Familia Potestatis licet posse capere † clericum inuentum in probibitio, vel in adulterio, & ducere ipsum ad Episcopum. Ita firmat Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleric. in vers. sed quero, quod procedit, quamvis inuentus fuerit in habitu, & tonsura: nam si hoc permittitur cuiunque priuato, secundum Innoc. in c. vt fama, de senten. excom. multo magis permitteatur ministro Reipubl. l. r. 9. quies. ss. de off. presb. vigil. Facit quod no. in l. h. C. de malef. & mathe. Preterea quis non incidit in excommunicationem, nisi per dolum, c. si quis suadente. 17. quæstio. 4. Sed hic non est dolus, quia sit proper quietem publicam, ergo cessat excommunicatio, facit quod habet in l. si quis in seruitute. ss. de furt. & ea, que diximus in nostris decisilib. a. c. 49. nu. 5. Vbi potell † capi clericus à laico, si timeretur de sua, interim dum suus Prælatus adiudicetur. arg. in l. deserto rem, ss. de re milit. Abb. in c. cum non ab homine, de iud. & tibi Barb. in 12. col. vnde dicebat Pet. de Arch. conf. 180. alias 184. incip. In auxiliu veritatis, quod in fugiente non potest allegari exceptio incompetentiæ capieatis fugientem, cum res sit tempore penitentia, & ideo detrahitur juris dispositioni,

vt in l. nullus. C. de iudic. sequitur Barb. in rabr. de foro compet. in q. col. refert Ludou. Roma. cons. 2. 28.

Quinta. Licet Canon, si quis suadente, tamen generaliter loquatur, & indistincte dicens: Si quis, & per consequens generaliter debeat intelligi, cap. relatum, 2. de testa. Hinc comprehédit omnes, qui possunt excommunicari, siue sit masculus, siue feminina, d. cap. si quis, c. mulieres, de senten. excommunic. tam laicus, quam clericus, c. 1. co. ti. secularis, siue regularis, c. 2. c. cum pro c. co. titu. siue sit non exemptus, siue exemptus, & priuilegiatus, etiam regularis, cap. nulli, co. tir. Item non solum priuata persona, sed et publica, c. 3. co. titu. c. si iudex. co. ti. in 6. Non solum maior, sed etiam minor, modo sit doli capax, d. c. 1. siue liber, siue servus, c. rela. um. siue diues, siue pauper, c. ea noscitur. cod. tit. tamen non comprehendit Iudeos, vel infideles injicentes manus violentas in clericum, quia constitutionibus ecclesiasticis non arctantur, ext. de diuor. c. gaudemus, patet etiam in eo, quod legitur & no. 15. q. 4. c. ult. & 17. q. 4. c. constituit, in fi.

Sexta. Iniurians clericum † uerbis, aut scriptis, iur. text. in l. 1. ss. de iniur. & Inst. codem, in præm. in Canone non incidit, sed ille solus, qui violentias manus in ipsum iniecit, percutiendo, pulsando, uel uerberando, tex. in d. c. si quis suadente. Sed nec is incidit, qui iniurias inferendo, moliatur clericum percutere, manum extendendo, uel gladium euaginando, & non percutiat, nam licet grauitate iste peccauerit, non tamen in Canonem incidit, per tex. in d. c. si quis. verb. iniicerit manus. que verba cum effectu sunt accipienda. Hinc si licet attentatio puniatur, quâuis aliquid sequutum non sit, l. si quis cum telo, ss. ad legem Corne. de sic. L. quis quis, C. ad leg. Iul. maie. • sola uoluntas puniatur, arg. 1. quæstio. 1. cap. quicunque iudicet, s. 1. dist. cap. si quis, tamen fallit hec regula. Primo, in excommunicatione, & alijs censuris, quia ad eas incurriendas, requiritur factum, secundū Card.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

Card. in cap. præterea requisiuiti, ad f. de appell. refert, & sequitur. Fel. late in d. cap. in 6. salientia. Secundo fallit in pœnis appositis per statuta, cum tales pœna non habent locum in delictis non consumatis, etiam si deuentum sit ad actum propinquum. Verba enim statuti exigunt actum perfectum, ut volunt Doctor. in l. i. §. diuus, ff. de sic. & quia statuta debent intelligi in casu vero, & non ficto, l. 3. §. haec verba. ff. de neg. gest. Dom. Nico. in cap. i. ext. de eo, qui mitti in poss. Tertiò fallit, quando staret per ipsum delinquentem, quo minus perficiat, secundum Innocen. in dicto cap. 2. Quarto fallit, quando esset tale delictū, in quo pena ipso iure imponeretur, cum tunc locum non habeat ipsa poena, si de liictum non sit perfectum, etiam si sit deuentum ad actum propinquum: quia tunc punitur arbitrio iudicis, ut habetur in c. cum in cunctis, extr. de elect. & c. perpetuo, eo. tit. in 6. voluit lo. Andr. in reg. in pœnis, de reg. iur. in Mercur. vbi plenius dē hoc. Quinto fallit, quando delictum non habuit actum exterio rem, sed stetit in sola cogitatione etiam cum consensu rationis: quia illa cogitatio non punitur quo ad ecclesiam, ut inquit eleganter Card. in Clemen. i. post Matthel. in princ. in 3. q. de vñf. dicens, quod qui errat in corde, in casu illius Clemen. non tamen procedit ad exterio ra, quo ad ecclesiam, non est excommunicatus, licet quo ad Deum sic. Sexto fallit in delictis non atrocioribus: quia in ipso affectus pro effectu non habetur, secundum Bald. in l. si quis non dicam, in 3. col. C. de episc. & cler. Septimo fallit, vbi etiam si habuisset effectum, nemini nocuisset: probatur per glo. pen. in cap. quanto, de iure iuri. vbi quando salitas probatur circa id, quod de se non probat. Non nocet, quod dicit ibi Inno. esse menti tenendum. Ultimo fallit, in casibus reseruatis Episcopo: vide quæ diximus in nostris Decision. lib. 1. c. 13. nu. 71. versi. Rursum nec.

Septima. Laicus sacerdotem in digni

12 tatej constitutum in foro publice & eorum multis officialibus gladio euaginato percutiens, dando illi ut vulgo dicitur chiattonata absque læsione, est excommunicatus excommunicatione Papali, ita quod non est ab alio absoluendus, quam à summo Pontifice, & ratio est: quia licet possit sustineri, quod talis iniuria non sit atrox ex facto, cum nec illa dicatur, quæ sit baculo, aut lapide, ut habetur per extr. perlectis, nisi talis esset percussio, quæ desideraret remedium chirurgiae, vel aliorum medicinalium, ut dicit Host. in c. peruenit, de sent. excom. quæ quidem non est in questione proposita, tamen videtur esse atrox ex alio capite, scilicet ratione notorietatis, ut est optimus tex. in l. prætor edixit. §. fin. ff. de iure iuri. §. atrox, Instit. de iniu. Hinc percussus in platea, vel in theatro, vel coram iudice, dicitur atrox iniuria. Hostien. in dicto cap. peruenit. Rursum enim normam iniuriam censem Ber. vbi scandalum esset, si excommunicatus absolueretur, quapropter non absolvitur monachus, si clericum percutiat, extr. de sent. excommu. c. cum illorum, §. 1. vers. quid si clericus, cum clericus secularis maior monacho reputetur, cap. à subdiacono, dist. 93. ergo multo magis habebit locum, quando laicus in foro coram milie hominibus cuiuscumque generis, perceruerit sacerdotem: cum ratione persona, Ictio, quæ esset leuis, iudicetur grauis, hinc leuis iniuria, quæ esset contra puerum, vel in dorso, vel cum manu, vel cum baculo, vel in occulto, grauis esset contra senem, vel in capite, vel cum pugno, vel in manifesto, ut refert sum. Atten. lib. 7. tit. 13. art. 4. Accedat præ-

13 rea, † quia haec immunitas ut laici incidentes in Canonem sint absoluendi à Summo Pontifice sicut introducta in sa uorem clericorum, & in odium laicorum, facit tex. in cap. contingit, in f. de sent. excommun. Rursum facit tex. in c. peruenit, de sent. excom. nam dum in d.

14 cap. peruenit, † non sit mentio expressa de presbyteris, sed tantum de clericis, hoc

hoc modo. De his absoluendis, qui clericis non enormem, sed leuem, & modicam iniuriam interrogarunt, tuæ fraterritatis arbitrio duximus committendum. ergo videtur, quod talis exceptio denegat tale arbitrium Episcopo in nō exceptuatis; facit tex. in cap. si dominus, 32. q. 7. & per consequens ut possit iudicare an laesio facta à laico sacerdoti, sit leuis, eo magis, quia est illata Summo Archipresbytero ciuitatis, qui ut explicauimus, in nostris Decisionibus in noua editione, lib. 2. cap. 97. nu. 7. dicitur 15 habere dignitatem: cum dignitas + etiā dicatur ex coniuetudine loci, 12. dist. c. consuetudo, glos. in Extr. vnic. loan. in verbo dignitates, de prærogatiua, quā habet in processionibus, confessionibus, & alijs auctib⁹, iux. not. per Doct. in cap. cum nonnulli, de cler. non resid. & in cap. 1. de consue. lib. 6. Quare sequitur, quod iniuria leuis sit atrox ratione dignitatis, ut habetur in d. Extr. perleclis, in verb. dignitas, facit tex. in d. c. cum illorum, verb. Episcopum. Qui bus omnibus sic stantibus, arbitror huiusmodi laicum, cum non habeat legitimū impedimentum, iux. tex. in cap. 16 quamvis, de senten. excom. esse + absolvendum à summo Pontifice, cum enormiter leserit presulatum Archipresbyterum. Quinimmo etiam si dubitatio esset, an talis iniuria esset leuis, is cuius arbitrio possit iudicare debet abstinere, per ea, quæ notantur in c. porto, §. si. de sent. excom. ut reserit Henr. in d. c. peruenit. Et declarando debet potius declarare enormem, quam leuem, ut predictam Extr. Et nos in nostris decisionib⁹. lib. 2. in noua edit. cap. 49. num. 57. cum arbitrium debeat regulari secundum dictum Doctorum, & legum, vt inquit Fel. in d. c. cum illorum.

Octava. Duo sacerdotes quorū uterque alterum mētī affuerat in foro publico + coram officialibus, deuenierunt ad projectionem calcitorum cum formulis, ita, quod calci tetricerunt vestē illorum, tali casu sunt absoluendi à sum-

mo Pontifice. Tum ratione notorietatis: quia omnis excessus notoriū efficiatur graue delictum. Fel. in c. cum illorū, nu. 13. de sent. excom. Tum ratione scādali: Et non obstat huic sententia dictum Pau. in d. c. cum illorum, vbi Episcopus potest absoluere + omnes clericos: quia intelligitur de clericis communiter viuebus à lesione mediocri, quia cum sint personæ priuilegiatae, & Episcopus potest absoluere omnes personas priuilegiatas, vt ostiarios, seruos, sit ut etiam possit absoluere huiusmodi clericos, cum sint persona ecclesiastica. Henr. in d. c. peruenit. Sed ab enormi, nullos potest absoluere, nisi in casibus, quibus Papam non possint adire. Nec etiā obstat dictum Lap. alleg. 76. ubi concludit. Episcopum posse absoluere plebanum, qui canonicum manu vacua percussit; nam talis est percussio leuis, ut predictam Extr. & forte non scandalosa. Sic etiam Card. cons. 42. vbi concludit, Episcopū posse absoluere clericos, qui in iuicem se percusserunt cum manibus, & pedibus, quia ibi loquitur de clericis communiter viuentibus. Et ita in predicti decisiōne, quam in hac confitū, dum legerem Romæ, quod & factum est, quia petierunt absolutionē à summo Pontifice.

19. Nona. Laicus alapa percussit + quendam religiosum, eo tempore quo recesserat à suo monasterio sub praetextu accedendi ad suos superiores, vt ab aliquo prætesto grauamine liberaretur, incidit in canonem, si sciebat ipsum esse religiosum cum gaudeant hoc priuilegio, etiam fugitiū, & Apostata, ut inquit, Sylu. in verb. Excommunicatio, 6. cum tale priuilegium non sit introducūtur in fauore clericorum pricipaliter, sed ipsius Ecclesiaz, vt not. in cap. contingit, 1. de senten. excommun. An vero praefatus + Religiosus recesserat à suo conuentu sub praetextu ad suos superiores accedendi, ut à grauamine libertetur, sit Apostata. Resp. breuiter, quod talis non est apostata, quod quidē dupliciter probari

bari potest. Primo ex Doctrina Caet. 2.2.quest. 12.art. 1. ubi inquit, quod Religiosus , qui recedit à religione , ac vagatur extra animo non retrocedendi , sed propter prælatorum sortè rigorem , aut libidinem , aut aliquid huiusmodi , talis non est Apostata , sed fugitius , & vagus , cum Apostasia consultat in eo , qui retrocessione à religione consentit . Secundo per Concil. Trid. sess. 25. cap. 4. vbi dicit. Non licet Regularibus à suis conuentibus recedere etiam prætextu ad superiores accedendi , nisi ab eisdem missi , aut vocati fuerint . Qui autem sine prædicto mandato repertus fuerit , tāquam desertor sui instituti puniatur . vnde conditio tanquam cum propriè sit similitudinaria , & denotet diminutionem , cap. quoniam , §. quod si supra , vt lice non contest. sicut dictio utpote , & quasi , ut est tex. cum glo. in Lfacto , ff. de cond. & demonstr. fit quod iste non sit desertor , & per consequens Apostata , sed tanquam Apostata sit puniendus , & non obstat illud Euang. Ioan. cap. 1. vbi 21 dictio , † quasi , est expressiva veritatis , dum dicitur , quasi unigenitum à patre . Nam Christus fuit verus filius Dei , & unigenitus . Ita etiam glo. in c. prout , de dolo , & contum. & in c. parochianos , de decim. Nam respondetur , quod tunc impropriè istæ dictiones capiuntur , vel quia ita constat de mente legislatoris , vnde quando aliter non constat de mente , tunc similitudinariè istæ dictiones sunt intelligendæ . Non aliter , ff. de leg. 3. ar. tex. in c. fin. de verb. sign. ex quibus omnibus concludendum est iux. Conc. Trid. q. non sit apostata , cum nō recesserit aio deserendi religionē , sed bene vt Apostata , & verus fugitius ē puniēdus .

Decima . Injiciens manus violentas in clericum , quem inuenit cum muliere turpiter † agentem , est excommunicatus in his casibus . & Primus , quando inuenit eum turpiter agentem cum alia muliere , quam cum uxore , sorore tam legitima , quam etiam naturali , filia sua propria , vel matre . Ita tex. in c. si ve-

rò alicuius , in vers. ceterum , de sent. ex-com. & ratio est : quia tunc non interest eius , sed est in culpa se immiscendo rei ad ipsum non pertinenti , c. non est sine culpa , de reg. iur. in 6. Secundus , quando inuenit eum turpiter agētem cum alijs ascendentibus præter matrem , vel descendenteribus præter filiam , nam līcēt nomine matris intelligentur omnes ascendententes , & nomine filiæ omnes de scendententes , pro quo , ff. de verb. sig. Lap pellatione , & liberorum , tamen secun dum Ber. & Host. alij non redudent à verbis huius capituli , & ideo Ray. Io. in sum. Confess. de sent. excom. q. 3. 5. & Asten. li. 7. de Cano. si quis suadente , di cunt , quod has personas priuilegium huius capituli , si vero , non excedit . Ter tius , quando non inuenit eum turpiter agentem cum uxore , matre , vel filia propria : sed tantum solum cum sola sedentem , & confabulantem , quia persecutio est excommunicatus , arg. tex. in d.c. si vero , ibi , turpiter inuentum . Quartus , quando inuenit eum in opere turpiter agentem , & ipsum mutilauerit , vel interficerit , arg. tex. in d.c. si vero , & nos affirmauimus in nostris Decis. in se cunda editione . lib. 2.c. 49. nu. 45. Quintus , quando non sunt probabilia signa , quibus cōstaret , quod clericus expue rit coitum , & ille eum persecutus . Septimus , quando existentibus apertis indicijs turpitudinem coitus ibi expletam , non incontinenti , sed postquā clericus ad alia diuertit , & à loco discessit , verbe rauerit , nam tunc incidit in canonem , ut tenet Guil. super Ray. in d. c. si vero . Octauus , qui procurat , q. clericus voce tur ab uxore sua ad turpē actū , & taliter vocati verberat cum uxore sua , incidit in excōitionem . Ita frater Ioan. ubi supra , vers. post hęc , vers. 11. Nonnus , si persecutus clericum turpiter agentem cum sorore adoptiuia . arg. ff. de in ius vocan. l. quarta . 9. parentes , & l. seq. Decimus , si facta monitione clericone accedat ad suam uxorem , inuenit solum cum sola sedentem , vel confabulan tem .

lantem. Nam tunc solum potest detinere per 20. horas, & testes conuocare, ne sit locus inficiacioni, vbi non vult, non tamen potest cum verberare absque me tu excommunicationis, vt nos supra diximus, nu. 45. Undecimus, quando per casserit clericum turpiter agentem cum spôsa de futuro; vt etiam affirmauimus vbi supra, n. 44. Et ex his colligi possunt casus, in quibus percutiens non est excommunicatus; quorum primus. Si per casserit absque mutilatione, vel morte, turpiter agentem cum vxore, matre, sorore, vel filia propria. Secundus, si cum sponsa de praesenti, vt in auth. vt lic. matri & auie, §. quia vero. Tertius, si facta monitione ne ad dominum accedat, detinuerit clericum per 20. horas, quem solum inuenit sedentem, & confabulantem. Quartus, quando percutitur clericum, qui se cum vna ex supradictis personis, de quibus in cap. si vero, pararet ad opus euris per amplexis, & desculpatio[n]es. Quintus, quando constaret per aperta signa; quod Clericus iam explavit factum turpe, & incontinenti cum percusserit.

23 Undecima. Conuersi gaudent priuilegio Canonis, Si quis suadente, c. non dubium, de sen. excom. in his casibus. Quorum primus: quando transirent ad ecclesiam regularem approbatam, nam tunc quis assumpserunt vitam, & habitum regularem, & renunciauerunt proprijs, merito habere debent immunitatem Ecclesiasticam, d. cap. si vero, cap. patrochianos, cap. ex tenore, eod. tit. Secundus: in conuersis secularibus, qui se, & sua tradiderunt ecclesia seculari, & habitum mutauerunt: quia ex quo sunt in totum translati ad ecclesiam debent gaudere immunitate, arg. cap. quisquis. 17. q. 4. 12. q. 1. c. duo. Non tamen gauderent, quando conuersi manerent in domo propria, & vi laici viuerent, arg. de priu. c. 3. §. de fratribus, vel quando non facto voto conuertendi se ad aliquam ecclesiam seculararem dicenter datum, vel offsetimus nos, vel nostra om-

nia bona huic ecclesiat. Nam hoc ipso non intelliguntur vovere continentia, vel proprijs abrenunciare, vnde possent propria habere, vel matrimonium contrahere, vt dicit Henr. in d. cap. non dubium. De multis conuerforum, seu oblatorum generibus, vide per Zab. c. 5. 21.

24 Duodecima. Familiares monasterij an gaudeant priuilegijs monasterij, ita vt eos percutientes, sint excommunicati, & non possint cotam seculari iudice conueniri, quæstio est valde dubia, & variae sunt Doctorum sententie. Ideo quia intendo Deo duce hanc materiam facilitare, pro eius clariori intelligentia has pono decisiones, quarum

Prima. Communis est sententia Doctorum quod serui, & mancipia, ac famuli perpetui ecclesiistarum, & clericorum gaudent priuilegio fori, sicut gaudent eorum Domini, c. ecclesiistarum seruos, 12. q. 2. 89. dist. c. indicatum. Archid. & Præp. in cap. clericum el. 1. 2. q. 1. Host. de foro compet. in sum. §. quibus ex causis. vers. ex premis. nu. 11. Capic. decis. 12. tex. in l. 1. & 2. C. de episc. & cle. Immo dicit glos. in d. c. ecclesiistarum, quod clerici, & mancipia clericorum sunt exempta ab omnibus angarijs, & muneribus ciuitatum, nisi subiecti magna, & nimia necessitas, quia Ciuitas esset obfessa, non debet pati ecclesia suos rusticos defendi aliquo priuilegio à custodia, immo debet eos ad hoc compellere, capit. peruenit, de immu. eccl. & ibi Host. Præposi in d. c. ecclesiistarum.

25 Secunda familia Episcopi gaudi r. s. priuilegio Episcopi, c. fi. & ibi Doc. vt Hostien. num. 1. 4. & Zabas. num. 4. de offic. Arch. Felin. in cap. 2. nu. 1. de for. compet. Host. Ioan. And. & Abb. in cap. cum non ab homine, de iudic. & est communis opinio, siue sint famuli perpetui, siue non, siue seruant pretio, siue non. Ita Capic. Decis. 12. In causa Hurgonij. Anto. de Butt. in d. cap. 2. Et hoc est speciale in familia episcopi, vt dicunt Doc. in c. fi. de offic. Archid. Sicut alia multa conceduntur Episcopis, que non conceduntur.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

ceduntur alijs, vt patet in c. fi. de sent. & re iud. in 6. in c. quam periculorum, de sent. excom. in 6. Sicut etiam conceditur Episcopo, & eius vicario vt possit habere familiam armatam pro executione iustitiae, & non alteri, vt tener Bal. in Lnam salutem, §. fi. ff. de offi. præf. vigil. Quod idem est de officialibus legati ex latere, vt nos diximus in 2. par. lib. 3. cap. 7. num. 7.

27 Tertia. Famuli, & seruitores † clerico rum non perpetui, sed temporales, vel conductiti, aut mercenarii, qui pretio seruunt, dietis vel ad annum, non gaudent priuilegio clericorum. Archid. in cap. clericum, 11. q. 1. & in cap. ecclesiastum seruos, 12. par. 2. Abb. in c. 2. de foro comp. Capic. in d. decis. 12. Ias. in L. Scrinarios, in princ. C. de test. mili. vbi priuilegium concessum alicui personæ non extenditur ad eius ministros, vel familiares temporales, allegat text. in c. 1. de priuili. in 6. Limita, nisi aliter esset concessum priuilegium ab Imperatore, vt dicit glo. in c. indicatum, dist. 89.

28 Quarta. Licet regulariter familiares aliorum non gaudent priuilegio domini nostorum, quia est speciale in clericis, Capic. in d. decis. 12. Tamen vbi priuilegii non posset commode vti priuslegio suo, nisi includeretur familia sua, tunc includeretur, c. pe. §. cù conceditur, de priuili. in 8. qui quidem tex. loquitur de familiaribus mercenariis, non autem perpetuis. Hinc dixit Bar. in tract. representiarum in 6. q. 7. principalis. q. scholares gaudent priuilegio representiarum. Item famuli, & alij sibi vestes, & pecuniam portantes, & eos visitantes. Idem Bald. in d. l. Scrinarios. Feli. in c. 2. nro. 2. de foro compet. An autem familiares † domestici gaudent priuilegio dominoru. suorum. diximus quod sic, in 2. p. ca. 17. num. 20. vbi clerici, & religiosi, qui sunt familiares, & domestici Cardinalium possunt cum ipsis recitantibus horas se conformare. Et ita secundum Archid. est quædam familia nec perpetua, nec temporalis, & mercenaria, sed domestica,

ut religiosi commorantes cum Cardinalibus. Ita Archid. in d. cap. penult. §. cui conceditur.

30 Quinta. Familiares, qui post datam priuilegij affumuntur ad monasterium gaudent priuilegio, si sunt subrogati loco ipsorum, qui stabant tempore priuilegij, c. 1. & ibi glo. vt lit. pend. vel si sunt adiuncti, vel superadditi ex causa rationabili, c. cum M. de constit. cap. quanto, de censi. secus si nuda voluntate absque causa adderentur. Ita Gemi. in d. §. cui conceditur, nu. 4.

31 Sexta: † Oblati, quorum vita habet aliquid spiritualitatis, si non sunt perpetui, non gaudent priuilegio, Ita Feli. in d. c. 2. Vide Cap. Regni quod incipit, Priuilegia. Vbi habetur quod oblati non portantes habitum, & detinentes bona, & uxores non gaudent priuilegio. Si vero sunt perpetui, tunc gaudent, siue sint oblati alicuius ecclesiæ secularis, gl. in cap. non dubium, de sent. excom. siue conuersi perpetui, cap. 1. de priuili. in 6. tâ priuilegio Canonis. Si quis suadente. 17. q. 4. ut in c. non dubium, de sent. exc. in glo. siue fori, c. 2. de foro comp. ex quo tex. nota differentiam inter conuersos, & perpetuo oblatos: quia conuersi sunt qui portant habitum religiosorum secundum morem caterorum religiosorum. Sed perpetuo oblati sunt, qui se, & sua dederunt monasterio, tamen habitu conuersorum non utuntur, de quibus in Cle. 1. de deci. Conuersi tamen, & oblati perpetuo equiparantur monachis, cù dicantur vouere, c. ut lex, dist. 27. tamen plus est monachatio, quam oblatio, uel conuersio.

32 Septima. Concubina † clericorum, licet sequatur foro ecclesiæ, & sit sub foro ecclesiæ, cum delinquit in persona ecclesiæ, quia ratione delicti quis sit de foro alterius, 6. q. 3. cap. placuit, glo. in cap. eos, dist. in 32. ideo est sub foro eius, vt ab episcopo puniatur, non tamen gaudent priuilegio clericorum. Ita Felin. in d. capit. 2.

33 Tertiadecima. Prælatus potest † per se,

se, vel per alium citra penam excommunicationis corrigeret clericum, vel monachum, vel conuersum sue iurisdictioni subiectum, pro suis excessibus, vel delictis in quibusdam casibus. & Primus causus est. Potest clericum, vel Monachum capere, & carceri mancipare, tam per se, quam per clericos, vel laicos, cap. vt famz, de sent. excom. c. cum Episcopus, de offic. ordin. lib. 6. & c. si clericus, cod. tit. quæ iura loquuntur de captione, & inclusione, quæ de mandato prælati cuiuscunq; qui crimina punire potest, sic tri possunt per laicos, licet nondum ille incorrigibilis appareat. Secundus. Potest prælatus verberare per se, modo non ex proposito, & scienter, atque malitiosè excedat debitam correctionem, cap. vniuersitatis, in fi. de sent. exco. fallit in Episcopo, qui nunquam suis manibus percutere debet, 86. dist. c. non licet. Sed si clericum, per quem percutiat, non habeat potest percutere per seipsum, vt non nat Archid. 45. distinct. in sum. Tertius in Episcopo, qui verberando per se, cum habeat clericum, non propter hoc incidit in excommunicationem, cum istud introductum videatur in honorem Pontificis officij, sicut simile habetur de reg. iur. lib. 6. cap. fi. Quartus. In prælato, qui potest verberare per clericum secularē, vel regularem, d. c. vniuersitatis, vers. vel si necessitas, & in d. c. cum Episcopus. incidit vero in Canonem, si ex proposito, & malitiosè prælatus excederet debitam correctionem, vel etiam illi, qui de mandato ipius hoc faciat, sive hoc faciat in capiendo, vel ducent ad carcerem, vt quia non resistentem, sed quiete se duci permittentem, calce, pugno, vel alio modo percutiunt, d. c. vt famz, §. fi. Rursum, quando prælatus quis verberaret per laicum, à qua non potest absoluī cōtra Papam, d. c. vniuersitatis.

Quintadecima. Intrudens clericū, vel 34 religiosum † in carcere, est excusat, c. nuper, de sent. excom. Etiam si hoc faceret sine iniectione manutum, vibrans forsitan gladium super caput, & mortem

cōminans nisi intrauerit turrim, seu domū, ad hoc c. 1. & c. sacris, quod me. causa, secundum Host. & Ioan. And. in d. c. nuper. Item hoc verum, siue clericus clausus sit in carcere, siue ligatus funibus, seu custodibus vallatus ne ite possit quo velit: omnes enim isti in custodia sunt, quia custodiūtur ne quo velint abi re possint, secundum Innoc. pro quo facit tex. in l. succurritur, ff. ex quibus cau. maio. Tamen fallit hęc regula in multis casibus. & Primus, qui violenter capir, intrudit, vel in custodia detinet clericū ad sui defensionem, non est excommunicatus, dummodo defensionis causa cesa nte, ipsū permittat abite: quia ipsa cesa nte non esset amplius defensio, sed vindicta. Ad hoc c. si vero, el 1. & ibi Host. co. ti. Secundus, quando non animo iniuriandi, sed potius seipsum saluandi, & tuendi clericum detineret in custodia, ut quia inimici eius potentes superuerirent, & ab aliquo intrudatur ēt violenter, ad hoc, ne inimici ipsum interficiāt: quia tunc non iniuria interrogatur, sed salus potius procuratur, ar. 45. dist. c. cum beatus, Host. in d. c. nuper. Tertius, zelo Dei, vt quia clericū volentem aliquod committere delictum intruderet in carcerem, quia tunc non solum non est excommunicatus, sed meretur, 23. q. 3. c. sortitudo, 2. q. 7. c. negligere. Sed quanto tempore poterit illum detinere, hoc arbitrio boni viri limitandū erit, & vt inspirauit charitas, ita Fr. Io. in summ. Confess. cod. tit. q. 1. 19. Alten. lib. 7. tit. 3. vers. 13. Inn. & Host. in d. c. si vero. Immo Innoc. & post eum Ioan. And. dicunt, quod si illum occideret, ne alium occidat, non est excommunicatus, sed irregularis, sic ad hoc in Clem. Si furiosus, de homic. Quartus, quando detineretur clericus ab inimicis eius in aliquo castro, vel domo, non animo cum detinendi in custodia, sed animo iniuriandi, & ut ci inferant verecundiam, ita Innoc. in d. cap. nuper, & Ioan. And. Quod quidem tempus detinendi sic inclusum est limitandum arbitrio boni viri, alias pos set

# Dēcīſ. Aurearum

## Par. II. Lib. III.

Et parari locus ſegmentis, & detineri diutius ſub ſpecie verecundia ſibi facienda, quod eſſe non debet. Quintus, de clero, quē quis cum uxore, matre, vel fratre, vel filia turpiter agente, inuenit, vt ſupra diximus num. 22. Sextus, quando voluntariē ſtat pro obſide, quia tunc detinentes eum non ſunt excommunicati, per c. nuper, de ſent. excom. ita tex. in cap. ex reſcripto, de iure iurant. Vbi monachus, qui iurauit pro debito monaſterij ſtare in obſtagio, & cum voluntate Abbatis voluntariē ſtat pro obſide, non incurruunt in excommunicationem detinentes eum, ut not. ibi Zab.

Quintadecima. Inieſtores iniurijsa-  
36 tum manuum in personas ecclieſiaſti-  
cas abſolu no poſſunt niſi per Papam,  
vel alium de mandato ſpeciali ſuo, 17.  
q.4. cap. ſi quis, cap. parrochianos, c. por-  
zo, de ſent. excom. Hoc autem fallit in  
multis caſibus. Et primus: In omnibus  
religioſis, qui abſolu poſſunt per pro-  
perium prelatum, ſi quem habent, dum-  
modo lit ſacerdos, cap. canonica, cap. nu-  
per, §. pen. eod. tit. Secundus, in conſtitu-  
to in mortis articulo, cap. non dubiu, cod. tit. Tertius, in mulieribus, cap. mu-  
lieres, eo. tit. fed primo conſulit ſum-  
mus Pontiſex, d.ca. mulieres. Quartus,  
puer, d.c. i. cap. quamuis, cap. fin. eo. tit.  
Quintus, ſenex, cap. ea noſcitur, cap. de  
his. Sextus, æger, qui eſt incurabilis, vel  
de cuius morte dubitatur, vel cuius  
morbus longus eſt, d. cap. quod de his,  
& cap. ea noſcitur. Septimus. Aſtrictus  
potefati patria, vel dominice, d.c. mu-  
lieres, & cap. relatum. Item leuiſimmoſ  
iſtuſ, cap. perutin, eod. tit.

37 Sextadecima. Verberatum clericum ex  
communicatum, incidit in Canonē, cap.  
i. ibi, ſe inuicem, de ſent. excom. ubi  
clericus primo percutiens excommunicatus erat, & tamen clericus percuſſus,  
qui repercuſſit ad vindictam clericum  
primo percutientem, eſt excommunicatus. Item eſt tex. in cap. 2. & c. cum illo-  
rum, & c. proximo, ibi, ſe ſe inuicem,  
& ratio eſt: quia priuilegium hoc con-

ceſſum eſt in fauorem ordinis quem ad  
huc retinet excommunicatus, & non  
personarum, cap. contingit, 2. co. tit. Ta-  
men hoc fallit & primo, ſecundum Ho-  
ſtien. in d. cap. contingit, i. quando eſſet  
incorrigibilis: nam excommunicatus  
depoſitus, & ut incorrigibilis traditus  
curia ſeculari, non gaudeat priuilegio  
clericali. Secundo, in excommunicato  
hæretico, quem conflat eſſe talem, & vt  
talis traditus eſt Curia ſeculari, ſe-  
cundum Innocen. & Ioan. Andr. in cap. ſi  
vere, eod. tit.

38 Decimaseptima. Percutiens † clerici-  
cum etiam in minoribus conſtitutum,  
vel monachum, aut etiam nouitium,  
vel conuerſum, vel monialem, aut con-  
uersam tam regularis, quam ſecularis  
ecclieſia, dummodo detur plena transla-  
tio in Deum, incidit in excommunicationem  
ipſo iure. Iura ſunt in cap. 1. de  
cler. coniug. lib. 6. c. non dubium. cap. pa-  
rochianos, ca. ex tenore, cap. veniens, c.  
de monialibus, de ſent. excom. &c in 6.  
c. religioso, §. fin. Tamen fallit hæc de-  
cilio in clericō accipiente duas uxores,  
vel etiam unam corruptam, & ratio eſt:  
quia cum talis sit effectus bigamus, a-  
mittit omne priuilegium clericale, adeo  
q; nec tonsuram deterre potest, cap. 1. de  
biga. lib. 6. Quod tamen procedit, quan-  
do matrimonium de iure contraſtum  
eſt validum, ſecus ſi matrimonium con-  
traheretur de facto, hinc percutiens  
ſubdiaconum bigamum, vel monachū  
propter matrimonium de facto contra-  
ſtum incidenter in canonem, arg. cap. à  
nobis, de biga. Ioan. Andr. in reg. deli-  
ctum, de reg. iur. in 6. Secundo fallit in  
clericō contrahente cum vnicā, & virgi-  
nie, qui omitit deferre tonsuram, & veſtes  
clericales, arg. tex. in c. vnic. de cler.  
coniug. lib. 6. nam quamdiu vnum ex ip-  
ſis omiferit, perdit priuilegium Cano-  
nis, fed ijs reaſumptis illud acquinfit. Ita  
Archid. quem ſequitur Ioan. And. in d.  
cap. 1. & in cap. Ioannes, de cler. coniug.  
Tertio fallit in clericō hæretico, ita In-  
noc. & Ioan. And. in cap. ſi verè, & com-  
muniter

muniter Doct. in c. contingit, 1. de sentent. excommun.

39 Decima octaua. Laicus, qui se defendendo contra clericum excessit, non à proposito, licet secundum Rayn. non incidat in excommunicationem, credit tamen, quod teneatur ad aliquam satisfactionem, de excessu, vel etiam quantum ad paenitentiam, & irregularitatem, si forte propter suam percusione mors fuerit secuta. Si tamen ex proposito excessisset, ad maiorem satisfactionem, & paenitentiam teneretur, extr. de sen. excom. cap. cum non ab homine, & c. perpendicularius, de restit. spol. c. olim causam, & de hom. cap. significati, §. vlt. Si autem vis inferatur rebus, repellere licet vim illatam, & inferendam, & potissimum illatam, dum tamen fiat incontinentia, quam cito fecit vim illatam, priusquam diuertat ad contrarium actum. Idem Ber. in cap. pratallegato. Actus vero contrarius intelligitur, si dissimularet iniuriam, & deponat animum prosequendi rem suam, alijs occupationibus dando operam, ita Asten. lib. 1. ti. 29. ar. 2.

40 Sed quid si quis non ob sui defensionem, sed ob tuitionem patris, matris, vxoris, familie, filij, vel etiam extraneorum clericum percutiat. Aliqui dicunt, quod talis non incidat in canonem, si defendantur personae illae, per quas intelligitur nobis iniuria fieri, vt Inst. de iniur. §. patitur. Sed Innoc. simpliciter affirmat talēm non incidere, argum. ff. quod met. cau. l. ff. §. isti quidem. Nam & loci iniuria propulsanda est, 2. 3. q. 3. c. fortitudo, & c. non inferenda. Quod quidem dictum viderut verius, & ut dicit supplementum in verb. excōicatio. 2. §. 2.

Decimanona. Licet D. Ant. de Butt. in c. quante, de sent. excom. in ea sit opione, t̄g illi tantum non defendentes clericos sunt excommunicati, ad quorū officium pertinet eos defendere, argu. 1. 3. q. 5. c. administratores, 2. q. 4. c. forte, & cap. est iniusta. & ratio est: quia non defendentes clericos, saueri videntur, qui cum possint manifesto facinori ob-

uiare, desinunt, d. cap. quantz. Tamen glossa. in d. cap. aliud videtur sentire, q. communis est opinio, quod incidat in canonem patiens verberari clericum, & dolosè non prohibens, siue habeat verberantem in potestate, siue non, quod idem not. Host. in sum.

Vigesima. Sacerdos, qui dimisso habet biu, & t̄ tonsura, armis assumptis se immiscuit sauis, & enormitabilius, puta faciendo seditionem in populo, aut bellum, perdit priuilegium Canonis, adeò, quod ipsum interficiens scienter non incidit in Canonem, sed solum tenetur agere paenitentiam. Non tamen perdit priuilegium fori, ita ut possit patibulo suspensi, nisi suispet degradatus, aut depositus, & incorrigibilis, aut tertio monitus perseuerasset in contumacia, vt hæc probantur in cap. cum non ab homine, in cap. contingit, 2. in cap. nouimus, de sent. excom.

Vigesimaprima. Licet iniuriosa iniectio dici nō possit, quæ fit in volentem: cuim volenti non fiat iniuria, Lin personam, in princ. ff. de paet. regula scienti, in 6. tamen excommunicatus est, qui in clericum etiam volentem manus iniicit, cap. contingit, el 1. de sent. excom. 43 clericus tamen se t̄ percussione subiectus, est excommunicandus per sententiam, d. c. contingit, vers. excommunicetur. Et non obstat quod ut percutiens est ipso iure excommunicatus, ita & consentiens debeat dici excommunicatus, tanquam participans, quia responderetur, quod percussionses finguntur praecedere excommunicationem, & sic consentiens percuti, non participat excommunicato, sed excommunicando. Zabar. in d. cap. contingit. oppoſ. 4.

44 Vigesimasecunda. Clericus t̄ percussione seipsum, est excommunicatus, 2. 3. quæst. 5. c. si non licet, vbi Arch. dist. 5. 5. cap. qui partem, & quod ibi not. de remilit. Lomne delictum, §. qui vulnerauerit, cum nemo sit dominus membrorum suorum, liber homo, ff. ad leg. Aquil. Et nemo sibi ipsi potest iniuriam face-

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

re, 15. quæst. 2. cap. quod verò, in fi. tum etiam, quia tale priuilegium est priuilegium Ecclesiæ, & non personæ, vt inc. contingit, 1. de sent. excommu. Quod intellige, si ex ira hoc fecerit, secus si ex causa deuotionis, sicut quidam deuoti faciunt, pro quibus est illud Psalm. Ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Et ratio est: quia si est excommunicatus percutiendo proximi, cap. si quis suadente, 17. q. 4. multo magis scipsum, commitit enim contra charitatem sedera, d. cap. si non licet. Hinc sit quod propter mutilationem sui fit ir regulatis, sicut ob sui percussionem est excommunicatus. ita Zabar. in Clem. 1., de reli. & vener. Sanct. in 3. notab.

Vigesimatercia. Incidens in excommunicationem Canonis. Si quis suaden<sup>45</sup> te, † debet denunciari publicè excommunicatus, cap. parrochianos, de sent. excommun. Et non solum ad partis petitionem iudex debet hoc facere, sed etiam ex suo officio nemine petente: quia non debet esse contentus simplici excommunicatione Canonis, sed ad maiorem effectum, & terrorem procedere ad publicationem, ita Mar. Soc. in d. c. parrochianos. Est tamen citandus ante denunciationem: quia antequam denunciari, aut publicari possit, debet esse connictus, aut confessus: quia ut dicit Io. And. in c. statuimus, de sent. excom. lib. 6. etiam in sententia juris constare debet de crimine, ut not. in c. 1. in fi. de homic. in 6. & hoc tenet glos. in terminis nostris, in verb. constitutit, in c. sacro, de sent. excom. glo. in verb. quam coniuncte, in Cle. 1. & in Cle. 2. in verb. constitutit, de patr. Feder. cons. 16. Bonus tex. in Lelius, qui delatorem, & ibi Bar. ff. de fure fisci.

Vigesimaquarta. Forma seruanda, quando quis committit alteri, vt denunciet aliquid † excommunicatum ad hoc, vt vitetur, est ista B. Delegatus, vel Ordinarius tali Rectori, vel prælato in Domino salutem. Cum nos P. parrochianum nostrum eius contumacia exigem-

te pro eo, q. coram nobis tali die de intere noluit respondere, excommunicationis vinculo duximus innodandum, dilectionem vestram monemus, & hor tamur, & nihilominus autoritate, qua fungimur in hac parte præcipiendo, mādamus, quatenus singulis diebus dominicis in Ecclesia vestra publicè coram populo pulsatis campanis, candelis accensis, & extinctis excommunicatum denunciare curetis, ipsumque velut excommunicatum faciat in Ecclesia, & extra usque ad condignam satisfactionem ab omnibus artiis euitari, donec inobedientiæ sue culpam cognoscat, & de ea satisfaciat, vt tenetur, facit 11. quest. 3. cap. curæ, c. debent, & d. c. parrochianos. ita Spec. in ti. de sent. excom. §. porro.

Vigesimaquinta. Incidens in excommunicationem Canonis. Si quis † suadente diabolo, debet ire pro absolutione ad sedem Apostolicam, & secum deferre litteras Ordinarij, ut dicit Zabar. in cap. parrochianos, de senten. excommun. si tamen sine talibus litteris iret, si absolvitur, absolutio tenet, per cap. sacro, & cap. cum pro causa, de sentent. excommu. Debet tamen scribi Ordinario modus absolutionis, ut apparcat an falsum narrauerit, argu. cap. ex parte, de offic. ord.

### S V M M A R I U M.

- 1 *Percutiens clericum, non nisi à summo . . . Pontifice absolvuntur.*
- 2 *Sive percutiens sibi publice, sine occulione.*
- 3 *Excommunicatione nulla cadit in pueris non dolis capacibus.*
- 4 *Irregularitas ac contraria possit à pueris, qui non sunt dolis capaces.*
- 5 *Delictum omne præter carnis, cadit in pueros dolis capaces.*
- 6 *Dolis capaces, si se iniiciem percutiant, an fini excommunicati, & pro absolutione missendi ad Papam.*
- 7 *Dolis capaces, an fini alteri absoluendi nisi si postulent absolutionem.*

- 8 Delicti tempus, & non sententia attenditur in delictis.
- 9 Puer absolvens in puerili astate pro enormi lafione aduenientie puberteate non debet ire Romanam.
- 10 Clericus percutiens excommunicatum est excommunicatus.
- 11 Rigor iuris quando temperatur.
- 12 Clerici dol capaces in Canonem incidentes à quo absoluendi.
- 13 Servi excommunicatio capaces non sunt mittendis ad Papam pro absolutione, nisi ex culpa dominorum. num. 16. Privilégium quandoque quis consequitur ex fraude. sub nu. 13.
- 14 Damnum unius dat alteri privalégium.
- 15 Filii familiæ percutientes clericum à quo absoluendi.
- 17 Mandans clericum percuti, an, & quando sit excommunicatus.
- 18 Damnum graue, vel modicum relinquitur arbitorio iudicis considerandum.
- 19 Vir percutiens clericum in fraudem uxoris, an pro absolutione teneatur ire Romanam.
- 20 Mulieres omnes in Canonem incidentes à quo absoluenda.
- 21 Intellectus ad tex. in ca. mulieres, de sent. excom.
- 22 Inuria enormis semper videtur excepta.
- 23 Impedimento legitimo detenti percutientes clericū possunt absoluī ab Episcopo.
- 24 Conflituum sū periculū mortis potest etiam à simplici sacerdote absoluī.
- 25 Infirmi, & valetudinarii ab Episcopo.
- 26 Item Senes, qui etiam absoluī nunquam tenentur ire ad Sedem Apostolicam. num. 27.
- 28 Panperes, qui possunt ab Episcopo absoluī.
- 29 Persona magna potentia, & delicata, an à Papa absoluantur, relinquitur arbitrio Episcopi.
- 30 Peccatum allēmūr ratione potentia.
- 31 Inimicitias capitales habentes possunt ab Episcopo absoluī.
- 32 Commodum quandoque reportant ex sua culpa.
- 33 Edictio in omni exceptināt in sua excusatio.
- 34 Hostiarius ab episcopo absoluītur.
- 35 Monachus in Canonem incidentis à quo absoluendus.
- 36 Prelati habentes iurisdictionem episcopalem possunt monachos absoluere videlicet. seq.
- 38 Prelati an possint absoluere nominios.
- 39 Monachi exemplis an si velint, possint per episcopum absoluī.
- 40 Hospitalarii, & Fratres Hierosolomitani à quo absoluendis.
- 41 Prior claustralium an possit absoluere illos in canonem incidentes.
- 42 Absolucionis ab excommunicatione facienda est ab eo, cui reformatum est.
- 43 Fallit in casu necessitatis, & iusti impedimentis.
- 44 Absolutionis ab episcopo ob impedimentum an eo cessante teneantur ire ad Papam, vide remissive.
- 45 Legatus à latere absoluī ab excommunicatione Canonis. Si quis fraudare.
- 46 Absoluī ab inferiore episcopo, an cessante impedimento, teneantur ire ad episcopum.

De casibus, in quibus absolutio ob percussionem clerici fieri possit ab alio, quam à Summo Pontifice. Cap. VI.

**L**IET de hac materia late per nos fuerit dictum in nostris decisi. in 1. p. lib. 2. c. 49. & in c. praecedenti, tamen quia non explicitè explicauimus casus, in quibus percutiens clericum possit ab alio, quam à Summo Pontifice absoluī, ideo opere precium esse duximus in praesenti capitulo illos enucleare. Igitur regula est, quod † qui manus violentas in clericum iniecit, non potest absoluī, nisi à Se de Apostolica: quia Papa sibi hanc reservavit absolucionem. cap. postro, cap. non dubium, cap. ea noscitur, cap. tua nos, cap. quamuis, tit. nostrō. c. si quis fraudare. 17. q. 4. Quod quidem procedit † siue talis excommunicatus sit publicus, siue

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

occultus, quia etiam occultus in foro p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>e  
nitentiali a solo Papa est absoluendus,  
cap. porro, eod. tit. & satis facta parte, ut  
ibi dicitur per Doct. facit glo. in c. 2. de  
panit. & remiss. lib. 6. Sed cum regula  
h<sup>ec</sup> patiatur multas fallentias, quarum  
prima est in pueris, iux. tex. in cap. 1. cap.  
quamuis, cap. si. eod. tit. ideo omnes has  
explicabimus more nostro solito per ua  
rias decisiones, quarum

*Puer*

**3** Prima. Excommunicatio † nulla ca  
dere potest in minores, qui non sunt do  
li capaces, qui regulariter dicuntur us  
que ad septenarium, ut not. in c. 1. de del  
ict. puer. Cum talis regulariter peccare  
non possint, Lquid infans de rei uend.  
Qui iurasse, s<sup>i</sup>. de iure iurare. Etas enim il  
la, cum quid agat ignoret, non est coe  
cenda, c. eos, de consec. dist. 4. Leum au  
tem, s<sup>i</sup>. excepitur, s<sup>i</sup>. de adil. edic. l. 1. in fin.  
C. de fali. mo. Vnde in totum illi etati  
parcitur, facit tex. in Cle. uni. de homic.  
uisi malitia supplet etatem. Vnde legi  
tut in dialogo Gregorij de puer quin  
que annorum, qui iurans, & detestans  
& blasphemans, à diabolo raptus fuit,  
secundum Io. And. & Holt. in d. c. 1.

**4** Secunda. Licet Holt. in d. c. 1. dicat q<sup>uo</sup>d  
pueri, qui non sunt dolii capaces nec de  
ierare, nec delinquerre possint, ut supra  
affirmauimus, tamen possunt † irregu  
laritatem contrahere, puta si ludunt;  
uel cultellum proiciunt, & ita aliquem  
occidunt, et si non habuerint animum  
occidendi: quia in lege promotionis fa  
ctum attendit, & non uoluntas, 15.  
q. 1. cap. fin. quamvis tale homicidium  
dispensatione sit dignum, cum censeri  
debeat quasi casuale, tamen contrarium  
est uerius per Cle. si furiosi, de homic.  
cum tales pueri furioso, uel dormienti  
possint assimilari, ut nos diximus in 2. p.  
in nostris decis. lib. 2. c. 19. nu. 9.

**5** Tertia clericu, uel laici † existentes in  
fra pueros annos, hoc est infra 12. in fe  
mina, & 14. in masculo, iux. not. in c. pu  
eris, de desp. impub. cam, & mentiri  
& uerum dicere, & confiteri, & negare

possint, ut dicit Aug. ad Renatum Epis  
copum, ut habetur in glossa in c. paruu  
li. de consec. dist. 4. & tandem omne de  
lictum committere, preter delictum car  
nis, l. 2. §. imipubes, s<sup>i</sup>. ad Silla. Si ad ini  
uitem percutiant † alter alterum hinc, &  
inde ex interuallo, & ad uindictam, li  
cet fini excommunicati, non tamē sunt  
mittendi ad Papam pro absolutione,  
quia eos atas excusat ab itinere, ita tex.  
in cap. 1. tit. nostro. Et ita minor atas ali  
qualiter alleuiat delictum, non tamen  
ex toto excusat: nam benignius agitur  
cum imipuberibus, quatenus non est il  
lis necessaria absolutio Sedis Apostoli  
ca, d. cap. 1. c. quamuis, & cap. si. Quod  
quidem dictum ampliatur primo sine  
postulent⁹ absolutionem ante puber  
tem, siue post puberetatem, d. c. fin. Vbi  
super uerbum illud, postulent, dicit Io.  
Andr. quod non aliter uidentur absolu  
uendi, cap. significasti, de eo, qui dux. in  
matri. Quod dictum an sit uerum, vide  
quæ diximus in 1. plib. 4. c. 26. nu. 1. Et  
ita ex illo tex. habetur, quod in delictis  
attenditur † tempus delicti, & non sen  
tentia, Ad idem L. C. de pen. Ex quo  
infurit ad statuta, quod si puer commi  
tit delictum, & est factus maior, non pu  
nitur sicut major, sed sicut minor. Et  
quod beneficium semel indultum ratio  
ne minoris, etatis non perditur per su  
peruenientiam maioris. Hinc si absolu  
uitur puer in puerili † etate etiam pro  
enormi latione, adueniente pubertate  
non debet ire Roman. tex. est expre  
sus in d. c. quamuis. ibi exceptis pueris:  
Et hoc forte ea ratione, quia licet per  
pueros sit illata enormis iniuria, tamen  
attenta illius qualitate talis iniuria iudi  
catur leuis. Secundo ampliatur, ut pro  
cedat etiam in clericu † percuente ex  
communicatum, ita tex. in d. cap. 1. ibi  
unus alterum. Ad idem tex. in cap. de  
monialibus, cod. tit. glo. in cap. quis au  
tem, s<sup>i</sup>. q<sup>uo</sup>d & ratio est, quia tali priuile  
gio renunciari non potest. cap. contin  
git, s<sup>i</sup>. firmo lato. Hoc autem potest con  
tingere, quando petucutret percussorem

ex odio, d.c. i. uersic. alterum. quia si hoc facret incontinenti, &c ad vim repellendam, non esset excommunicatus: cum talis percussio tenderet ad defensionem: c. 3. §. si vero, tit. nostro.

**Quarta.** Ex quo minor ætas excusat, ut non militant clerici ad curiam pro 11 absolutione, sit q[uod] rigor t[em]p[or]is iuris temperatur ratione etatis, d.c. i. & f. & c. i. de deli. puer. Idem ratione senectutis, c. tan ta, distin. 86. Idem ratione locorum, & temporum, idem ratione personæ & causæ, loci, & temporis, cap. occidit, 2. 3. q. 8. Et idem ratione multitudinis, & scandalis, c. vt constitueretur, d. 50. glo. & Host. in c. f. tit. nostro.

**Quinta.** Clerici doli capaces, sed non dum plenæ etatis pro iniectione manuum sunt absoluendi ab Episcopo, d. 12 cap. i. quia quotiescumque t[em]p[or]is ex aliqua causa inferioribus à Summo Pontifice conceditur absoluendi potestas ab excommunicatione, in quam quis incidit ob violentam manuum iniectionem in clericum, talis absolutio intelligitur concessa Ep[isc]o, & non inferioribus prælatis, probat in c. de cetero, iuncta superscriptio ne, & ibi gl. 2. in c. ea noscitur, dum tex. dicit ab Episcopis, & solum exceptuat periculum mortis, in c. 3. ibi ab Episcopo. vbi Ioan. And. in cap. peruenit, cum dicit fraternitati: quia inferioribus loquitur per verbum filiationis. tit. nost. Per Episcopum intellige Capitulum se de uacante, cap. vnic. de maior. & obed. in 6. & prælatum inferiorem habentem iura episcopalia. Nisi immineret periculum mortis, c. non dubium, tit. nostro. c. si quis suadente, 17. quæst. 4.

*Servus.*

**Sexta.** Servi Christiani, t[em]p[or]is clericum percutientes, licet pro absolutione debant uenire ad Sedem Apostolicam, et si eorum Domini hoc renuant, cum plus sit Deo, quam homini deferendum c. quisquis. cap. Julianus, t. 1. q. 3. tamen fallit in tribus casibus, vt habetur per tex. in c. relatum, tit. nostro. Quorum pri mus est. Si clericum percutserint in frau

dem suorum dominorum, quæ nemini debet patrocinari, cap. ex tenore, in f. de rescript. vt illos verberando subtrahant se à potestate dominorum suorum, l. f. §. ferui, qui in fugi. ff. de publ. & vecti. quia tunc possunt absolui per Episcopū. d. cap. relatum. Et ita secundum Abba. anti. ibi collige, quod ex fraude quis consequitur priuilegium. Secundus. Si Domini propter hoc graue damnum incurret, t[em]p[or]is sine culpa sua, quod esse non debet, cap. discretionem, cap. fin. de eo, qui cogn. col. lang. vx. lux. Et ita damnum vi nus dat alteri priuilegium, Tertius. Si iniuria esset leuis, cap. peruenit, tit. nostro. Tunc n. poterit Ep[isc]us commutare penitentiā in recompensationem laboris, quem in itinere substinerent, in aliam, non quidem in pecuniā, vel eleemosynas, cum proprio careant. Inst. per quas perso. no. acqu. §. item nobis, sed in aliā, quæ non multum Dominis præjudicet. d. c. relatum. Et ita vbi quis absolutus à certo genete penit[er]e ex certa causa, debet illam commutare in aliam, facit quod habetur in cap. i. de voto. Amplia modo prædictam decisionem, vt quod diximus de feruis, extendatur ad filios familias, t[em]p[or]is qui possunt absolui per dicte servos, vel alios delegatos à P[apa], cap. mulieres ibi, sui iuris tit. nostro. Cum enim sua sit iurid[ic]io, illam cui vult, potest sine alibi cui iniuria delegare, cap. eccl[esi]a, de elect. Inn. & Io. Andt. in d.c. mulieres. Licet Innocentius dicat contrarium in filiis familias puberibus existentibus in potestate pattis, cum sint liberi ad eundum. Tamen tene contra Innoc. & hoc ex benigna concessione, & interpretatione Papæ, & in saurorem patriæ potestatis, ita post multa decidit Mar. Soc. in cap. officij, num. 49. & 84. tit. no. 16. Limita modo vt t[em]p[or]is non procedat, si dominus fuerit in culpa: puta, quia hoc mā dauit, nam tunc tam mandans, quam mandatarius est excommunicatus: Et ideo uterque ad Sedem Apostolicam esset mittendus, vt patet in eo, quod legitur, & not. in d. cap. mulieres, in f. & c.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

17 vniuersitatis. Sed quid si post t̄ mandatum pœnituit, sed non reuocatur, dic quod incidit in Canonem, l. si mandat̄ se, ff. mand. Si vero moriatur antequā fiat verberatio, non incidit: quia morte finitur mandatum, capit. relatum, de offic. deleg. Si autem non prohibuit cū possit, incidit, cod. tit. cap. quantæ. Sed si post mandatum pœnitiat, sed ita tarde, quod reuocatio non potest ad mandatarium pernire, licet de culpa possit redargui, & puniri, tamen in Canone non incidit, nisi qui dolo fecit, Inno. in d. cap. mulieres. Item si dominus patretur graue damnum, d. cap. relatum, versic. graue, quia modicum debet ferre, & mittere suos seruos ad curiam, arg. c. i. de re iudic. cap. inter alia, in f. iit. no 18 stro. Hoc vero t̄ an sit grane, vel modicum, relinquitur arbitrio diocesani, d. cap. relatum, versic. poteris, (v.g.) an sit locus remotus à Sede Apostolica, vt nimis remotum absoluat, alium non absoluat: Hoc vero arbitrabitur bonus iudex, cum non sit expresso iure diffinitū, vt legitur, & not. in cap. de causis, de offic. deleg. c. f. de transac. Quid enim si Dominus gratissima infirmitate laborarer, nec alium inueniret, qui ipsum custodiret, vel si ita pauper esset Dominus, & seruo non posset carere commode per momentum. Tunc in his casibus graue damnum esset censendum. Item limita, si excessus esset enormis, ita tex. in d. cap. relatum . versic. Nummodo & dicitur enormis ex qualitate ipsius excessus, vel personæ, vel loci, vt no. cod. tit. cap. cum illorum.

19 ter. clericum verberaret, t̄ tenetur ire Romam pro absolutione: Cum etiā hoc, vt omnes ad curiam mittantur, qui expresse non excipiuntur, sit prohibitum, ne percipientes ab inferioribus absolvantur, vt not. glo. i. in c. cum illo- runt, & glo. 3. in f. in cap. relatum, tit. no stro. Vnde cum iste casus non inueniatur exceptus, relinquitur dispositio iū-

ris communis, glo. in d. cap. relatum, & ita non valet illatio de seruo ad mari- tum, cum seruos non sit sui iuris, vt ma- ritus, Host. in d. c. relatum, nu. 2.

*Mulier.*

20 Octaua. Mulieres t̄ etiam si sunt sui iuris, vt emancipatae, viduæ, & virgi- nes, patre carentes, vel maritati, debili- les, vel fortes incidentes in canonem nō tenentur ire pro absolutione ad Sudem Apostolicam. Ita Host. Ioan. And. & communiter Doct. notat in cap. mu- lieres, tit. nostro. Et consuetudo appro- bat hanc expositionem, quod episcopi omnes feminas absoluunt, & est am- plectenda: quia ipsarum peregrinatio periculosa est, 18. q. 2. cap. permittofa, fa- cit, C. de procur. l. matritus. Vnde con- suetudo prædicta tanquam generalis, per Papam tacite approbat hanc iuris- dictiōnē dare potuit, c. quod transla- tionem, de offic. deleg. Et non obstar- 21 tex. in d. cap. t̄ mulieres, ibi, vel quia ex- ponitur, vel pro & vt sape accidit, l. se- pē ff. de verb. sign. Ita Host. & Io. And: ibi. Et hoc propter sexus fragilitatem: periculoso est enim ipsis iter facere, & virorum caribus se immiscere, vt dicit Mat. Soc. in d. cap. mulieres, nu. 5. Qua- propter licet grauis, & enormis iniu- 22 ria t̄ semper videatur excepta, cap. 3. ca- pit. cum illorum, c. relatum, cap. canoni- ca, tit. nostro. tamen ob peregrinationē periculosa vult Ioan. Andr. vt etiam mulieres possint habere absolutionem de enormi laetione: quia periculum se- xus mulierib⁹ respectu vagationis satis- iusta consideratione, & æquitate vide- tur suadere, ut idem diximus de enor- mi laetione.

*Legitimum impedimento detentus.*

Nona. Legitimum impedimento deten- 23 tis, vt qui t̄ commotè sine periculo mortis, vel corporis ire non potest, non tenetur pro absolutione ire Romam, sed potest absoluui per Episcopum, at- cessante impedimento tenetur curiam visitare suscepitius mandatum Aposto- licum, c. quod de his, c. ea noscitur, cap. quadra-

quamvis, tit. nostro. Hinc multa inferuntur, & Primo in periculo mortis consti-  
24 tutum, † vt in e. non dubium, e. de his,  
c. quamvis, eo. tit. c. in literis, de rapt. 17.  
q. 4. c. si quis suadente non solum Episcopus, sed etiam simplex sacerdos potest absoluere, non tamen laicus, nec à peccatis, cum non habeat claves ecclesie, & neque ab excommunicatione, ita communiter concludunt Doctor. in c. à nobis, 2. tit. nostro. & nos latè diximus, in 1. p. in nostris decis. lib. 1. c. 13., num. 89. Verum in alijs casibus cessante periculo mortis, qui non potest adire summum Pontificem, debet pro abolutione ire ad legatum, quod sine legati copia haberi potest, tunc recurrendum est ad Episcopum, vel si Episcopus habeti non potest, tunc potest absolui à simpli sacerdote, vt nos supra affirmavimus, nu. 92.

Secundo. Infirmi, & valetudinarij, id est, qui sèpè infirmantur, Gemin. in 25 c. verum, de cler. agro. nu. 6. † de quibus habetur in c. quod de his, & c. quamvis, eod. titu. quamvis non sint in periculo mortis, vt quia patientur quartanam, vel podagram, vt dicit Innoc. & Ioan. Andr. in d. c. quod de his, vel habent si miles infirmitates, vt quia sunt tisici, possunt ab Episcopo absolui, dictis iu-  
26 ribus. Quod idem dicendum est de se-  
nibus: tales enim non tenentur ire ad sedem Apostolicam, quod intellige de senibus, qui tanta senectute grauantur, quod labor veniendi ad sedem Apostolicam redderet eos imbecilliores. Immo Inn. in d. c. quamvis. & Io. And. dicunt, q. senex potest absolui ab inferiore, licet redditur fortis ad subcundum labore, quia senectus ipsa morbus est. An vero

27 postquam fuerint † absoluti teneantur ire ad sedem Apostolicam, iux. tex. in d. c. quod de his, cum simil. Dicit ibi Hosuen. quod non: cum senectus perpetuum impedimentum iudicetur, senecus enim non curatur, sed quotidie ag grauatur. Verum quia senex potest in-  
uincire legatum per locum suum tran-

seuntem, vel si Papa translatisse se ad locum suum, quia tunc si talis casus accideret, temporale impedimentum esset, & sic cum sit istud impedimentum anomalum, esset sibi iniungendum in absolutione, q. quandocunque potentia data oportunitate, debeat Apostolicæ sedi, vel legato se presentare. Quod idem est dicendum de multis alijs, sicut sunt debilitati membris, & valetudinarij, c. ea noscitur, eo. tit.

Tertio inserunt idem esse intelligentiam de pauperibus, d. c. quod de † his, & c. quamvis. hoc est dc his, tanta paupertate laborant, quod ad sedem Apostolicam accedere nequeunt, alias secus, & ita intelligitur tex. in cap. ea noscitur. cod. tit. Hinc fit, vt pauper mendicans, alias potens ad eundum, ire teneatur, si mendicando sic sibi pot in itinere prouidere, sicut in loco, quo inanet, d. c. ea noscitur. Si vero est pauper non mendicans, nihil habens, sed artificio sibi querit viculum, quod facere non posset itinerando, tunc secus esset: Idem de eo, qui mendicat, sed vel uxorem haber maximè infirmam, vel in itinere mendicando, non sufficeret sibi ad vitam, vel talis est, quem non deceret mendicare. Hac Io. And. in d. c. ea noscitur, in f.

29 Quarto inserunt, quod persona, † q. sunt magnæ potentia, & ita delicata, q. laborem veniendi ad sedem Apostolicam nequeunt sustinere absque periculum, quod quidem statut arbitrio Episcopi, arg. ff. de verb. oblig. L continuus, §. cù ita, possunt ab eodem Episcopo, absolui, recepta prius sufficienti cautione, quod parebit responso Pape. Si vero periculum non timeatur, consulatur Papa, atque quam absoluatur, ita tex. & glo.  
30 in c. mulieres, tit. nostro. Et ita nota q. ratione potentiae alleviatur alicui pena alias debita, licet ratione nobilitatis magis delictum aggrauetur, glo. in c. Homo, distin. 40. vide quat diximus in nostris decis. in prima parte, lib. 1. cap. 20. nu. 29. item vide glo. in cap. cum beatissimus, 24. q. 1. Vbi ratione nobilitatis re-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

mittitur pena, & glo. in c. i. de cler. ven. vbi mitius punitur prelatus, quā alius.

- 31 Quinto. Habens† capitales iniurias potest absoluī ab Episcopo, modo celsante impedimento representare se summo Pontifici, c. de cetero, tit. nostro. Et nec consideratur, quā causa fuerit iniuria; an ex sua culpa orta sit, vel nō.  
 32 Et ita quis reportat† commodum ex sua culpa, quando culpa non sicut ordinata ad illud. ita glo. in c. statutum, §. si verò versi. si non audens, de refecti. in 6. Item ex illo tex. nota, quōd licet regulariter incidēs in Canonem non sit absol uendus nisi à Papa, tamen illud procedit, nisi subsit legitimū impedimentū. & ita † in omni editō intelligitur excepta omnis iusta excusatio, d.c. de cetero, c. inter quatuor, c. fin. de cler. non resid. Sic etiam in omni mandato, c. si quando, de rescrip. sic in omni iuramento, c. quemadmodum, cap. breui, de iurecuran.

Pariter ab Episcopo potest absoluī

- 34 Hostiarius ecclesiastice, † siue secula ris potestatis, qui maligno animo, vel excedendo modum ratione officij sui clericum percutiūt; nisi grauiter percusserit, cap. si verò, el. i. tit. nostro. Enormis enim excessus regulariter semper excipitur, not. in c. peruenit, & c. cum illorum, e. o. ti, nisi in articulo mortis, c. non dubium, eod. tit. Ex quo tex. in d.c. si verò colligitur, quōd delictum commissum ratione officij alleuiatur, si debitam formam seruat, & non excedit, facit quod not. in cap. olim, i. de testi tut. spoliat.

- 35 Rursum monachi incidentes† in Can onem, nisi sit enormis leho. iux. tex. in c. cum illorum, tit. nostro sunt absoluendi ab Episcopo: quia ab excommunicatione à Canone inflicta nullus præ latus inferior absoluīt, & hoc videtur probari in Clem. i. de priuile. in c. religio so, tit. nostro in 6. Nisi Abbas haberet iura episcopalia. Pariter episcopus absoluīt moniales etiam exemptas, glo. in c. de monialibus, tit. nostro, & hoc au-

thoritate ordinaria inductā à dicto iure, & non vice Papæ. & sic ut delegatus Papæ. Idem tenet Innoc. & Io. Ant. &c. finaliter ita videtur sentire glo. in d. cap. de monialibus, etiam pro excessibus notorijs, nam si hoc procedit in ceteris mulieribus, ut supra affirmauimus, multo magis in monialibus. tum quia Papa non exceptit casum enormous latitacōis, si cut fecit in monachis, d. c. cum illorum. Quod verò diximus, q. Abbas non pot ab soluere monachos ab excommunicatione Canonis. Si quis suadente, immo nec ab excommunicatione maiori, nisi in casib us à iure expressis, tr̄ dicta regula multas habet fallentias quarū Prima. vt non procedat† in pralatis habentibus iurisdictionem episcopalem super subditos suos. Hinc sit, quōd cum pralati S. Francisci, uel alij mendicantium habeat iurisdictionē quasi epalem super sorores sui ordinis, possint eis absoluere. Immo Abbas habens iurisdictionem episcopalem nō solum potest absoluere pro ini cione manutum in casib us latitacōis dicen dis, sed etiam in omnibus casib us, pro quibus possunt absoluere Episcopi, arg. eorum, quā nota per glo. in Cle. i. de rebus eccl. non alie. Innoc. in cap. statutus, de maio. & obed. consultul Feder. de sen. consl. i. 4. Do. Ant. & Abb. in cap. cum & plantare, de priuile. Abb. in c. significasti, de sor. compe. Card. in Clem. ne in agro, §. ad hęc in 2. q. de stat. mon.

37 Item fallit † in monachis, & Canonici regularibus, & in omnibus religiosis modo sint claustrales, & in claustro se percussent; Tales enīm per propriā Abbate m̄ possunt absoluīt, c. i. c. cum illorum, tit. nostro, etiam si monachus alium monachum percutiat extra claustrum. Felic. in d. cap. cum illorum, in fi. & est communis opinio, vt ibi per Doc. Quod dictum etiam procedit in noui tis, † dummodū sint infra annum probationis, vt nota. Innocen. Ioan. And. & Hostien. in d. c. 2. quamvis in Canonem incidente ante ingressum religiosi, Ita Host. in d. ca. cura illorum, glo. in

in cap. religioso in verb. non possit, cod. tit. in 6. Fr. Ioan. in summ. eod. tit. q. 45. Quæ quidem absolutio valet etiam si post habitam absolutionem infra annum probationis egredieretur religionem, ni si excommunicatus intrasset fraudulenter; ita quod alias non interesset, & de hoc constaret, vel esset presumptio violenta, ut quia satis cito post obtentam exiret. arg. in cap. officij, & quod ibi nota. in princ. glo. de elect. Et haec opinio omissa alia opinione Innoc. Abb. Antiqui, & Io. And. in d. cap. cum illorum, mihi magis placet, tanquam magis æqua.  
 39 Rursum fallit in monachis exemptis, quia etiam si illi vellent, non possunt per Episcopum, sed tantum per Abbatem absoluti, ita singulariter glo. si. in Clem. cum ex eo, de lent. exom. Et hoc, ut tol latu vagandi materia, qua animabus illorum periculosa esset, facit c. si. de regul. c. 2. ne cler. vel mon. in 6. d. c. cum illorum, ver. nos autem. Do. Abb. in cap. cum in tempore, de arbit. vbi haberur, quod Religiosus, non potest renuncia re priuilegio exemptionis; quod idem dic quo ad exemptos ad alias excommunicationes maiores à iure inductas, nō tamen Papa referuat, nam talis excep tis non potest absolvi ab Episcopo Imola in d. Clem. Ne in agro, & in Cle. Du dum, de sepul. 2. col. Item fallit in Hos pitalarijs, ten fratribus Hierosolomitanis, vbi eorum prior, qui saltem debet esse clericus, si petitur absolutio tantum in foro exteriori, alias requiritur quod sit sacerdos, si illa datur in foro animæ, etiam à peccatis. iux. glo. singu. in dicto capit. canonica, titu. nostro, potest ab soluere omnes ipsos Hierosolomitanos illius loci, nō autem aliorum locorum, iux. tex. in cap. Canonica. ibi, per prior em vestrum, quem ad hoc ponderat ibi Host. & Ioan. Andr. concludentes, quod solus prior ultramotanus, cui præ dicta Decretalis dirigitur, potest ab soluere Hierosolomitanos, vnde dicit, qd quo ad Hospitalarios aliorum locorum, si non habent aliud priuilegium specia-

le, à direcione illius loci sunt absoluendi. Item dictus prior potest etiam absoluere suum magistrum, qui miles, & laicus est, licet sit major, & prior inter omnes, siue percuterint se in claustro, vel domo, quia tota domus sumitur pro claustro, quando alia claustra non ha bunt, siue extra, per tex. in d. c. Canoni ca, qui simpliciter loquitur, nec aliquid dicit de claustro. Hac Doct. in d. c. Ca nonica. Rursum non t solum claustrales possunt absolvi per Abbatem, sed etiam per eorum priorem, vel prepositum, quando priores non haberent supra fe Abbatem, alias secus: quia tunc pro absolutione recurrendum est ad Ab batem, c. 2. c. cum illorum, tit. nostro. Mar. Soc. in c. officij. nu. 125. tit. nostro. Nisi monachus percutiat Abbatem, vel priorem, vel alium suum superiorum, qui locum Abbatis tenet, per tex. in ca. cum illorum, ver. eorum prelatos: quia tunc esset absoluendus tantum à Papa: quia delictum augetur ratione perfone. Et ita talis percussio dicitur enormis, d. cap. tum illorum. Quod multo magis procedit, si esset facta in Episcopum, vel generaliter scandalum, d. c. cum illo rum, ibi nequeat sine scandalo preteriri.  
 Decima. Licet à sententia Canonis 42 debeat t quis absolvi ab eo, cui Canon reseruavit, & ita à summo Pontifice, quando absolutio est sibi reseruata, cap. eos qui, eo. ti. in 6. alias ab episcopo, c. nu per, eo. tit. tamen propter legitimum im 43 pedimentum, & in calu t necessitatibus potest quis absolvi ab alio, qui alias de iure absoluere non potuerit, facit glo. in c. pastoralis, de offi. ord. Quod procedit non solum, si quis esset excommunicatus propter violentam manuum in iectionem, ut supra in fallentijs diximus, & ut dicit Innoc. in cap. quamuis, tit. nostro, sed etiam ex quacunque alia causa à sententia juris, vel hominis, ut patet per tex. in d. c. eos. quamvis Inno. in d. c. quamvis aliud voluerit, & non bene, cum tex. in d. c. quamvis procedat non solum in excommunicatione Ca nonis,

nonis, si quis suadente, sed in qualibet alia excommunicatione. Et mouit me, c. ea noticitur, & c. quod de his, eod. tit. vbi sit mentio de impedimentis, & non faciunt mentionem d. c. si quis suadente, facit etiam identitas rationis, illud, s. adl. Aquil. quia videtur esse eadem ratio in alijs casibus, ita Francus, in d. c. eos. & lo. Andr. Fel. in d. c. quamuis. An 4<sup>o</sup> verò t̄ qui absoluendi erant à sede Apostolica, & propter instans impedimentum absoluti sunt ab Episcopo, vel alio, cessante impedimento, vel necessitate teheantur ire ad sedem Apostolicam. Et qui sint isti, qui se debeant presentare sedi Apostolica, & quod debeant se presentare quā citius, & an personaliter, vel per procuratorem, & an non se representant incidat in eandem excommunicationem, diximus in 1. par. lib. I. c. 13. nu. 90. vñque ad 93.  
 4<sup>5</sup>. Undecima. Licet t̄ absolutione propter injectionem manuum violentam sit resuata summo Pontifici, c. porrò, c. nō dubium, cum simil. tit. nostro, tamen ampliatur ut habeat etiam locum in legato à latere, c. ad eminentiam, c. ea noticitur, co. t. c. etiam si lexio esset enormous, ita lo. Andr. D. o. Ant. & Doct. communiter tenent in c. pen. de offi. leg. per tex. in d. c. ad eminentiam. Ita etiam Archi. in c. si quis suadente 17. q. 4. & in c. 1. de offi. leg. in 6. Hen. in c. 1. qui cle. vel vñq.  
 Duodecima. Ut absolvitus ab Episcopo teneatur ire ad sedem Apostolicam cessante impedimento, ita etiam absolutus t̄ ab inferiore Episcopo teneatur ire ad Episcopū, si ab Episcopo talis excommunicatus poterit absoluī ex officio, & iurisdictione propria, & non ad Papam. per tex. in c. eos, tit. nostro, in fi. Ibi, dum dicit, à quo, vel de iure fuerant absoluendi. Et ibi, dum tex. dicit, si illi, à quo istis cessantibus absoluī debebant. Quare quando proprius sacerdos in articulo mortis absoluēt excommunicatum, debet sibi iniungere, ut recuperata sanitate quām primum cito poteat, debeat adire Episcopum illius.

## S V M M A R I U M .

1. Armorū appellatione quid veniat, usnig prohibitus.
2. Clerici arma portare non debent sub peccato mortali.
3. Clerici in multis casibus licet arma portant. & num. 7.
4. Clerici lucet arma portantes, in multis locis non possunt.
5. Sacerdos, qui de mandato Episcopi conduxit armatos in castro, ut illud custodiens, si exurgente pugna, multis fuisse mortui, sacerdos non erit irregularis.
6. Clericorum, & monachorum deferentium arma pena.
7. Locus religiosus aggranat delictum.
8. Monachus armatus in qualior casibus non est excommunicatus.

## De armorum delatione prohibita clericis. Cap. VII.

- S**EQUITVR et videre de excessibus circa armorum delationem, vnde præter ea, quæ dimicimus lib. 4. nostrarum decim. cap. 21. num. 20. cap. 3. & cap. 18. n. 102. & supra, de bello cap. 20. Sufficiat tantum adnotare, quod vñs armorum non solūm clericis, sed etiam laicis est prohibitus de iure ciuili, ut C. de vñs armis. l. 1. li. 11. Sed modo ad Decisiones deuenimus. quatum
- Prima. Clerici arma portare non debent t̄ c. clericis, de vita, & honest. cler. 23. q. vlt. c. clericis, & cap. quicunque. Cū arma clericorū esse debeat lachrimæ, & orationes, 23. q. 8. cap. de Episcopis, §. 1. & cap. seq. Quod procedit primo, etiam ut deferre non possint ad repellendam violentiam inferendam ecclesiæ, vel patriæ, quæ impugnatur, licet tunc possint alios ad arma & pugnā hortari, licet laici bene possint, 23. q. 3. fortitudo, & c. ut pridem, vbi de hoc per loan. And. Secundo, ut nec clericis in minoribus ordinibus

nibus constituti possint portare arma;  
Io. Andr. quem sequitur loan. de Anan: in cap. petitio, de homi. num. 6. Et arma portantes peccat mortaliter, cu per hoc excommunicari possint, d. cap. clericis: Et nec potest quis excommunicari nisi propter mortale, 11. q. 3. c. nemo Episcopo- rum. Quinimmo, si excommunicati no desistant, possunt deponi, glo. in d. c. cle- rici. facit 16. dist. cap. clericis malefici. Et ita debet intelligi 23. q. 8. c. quicunque: & cap. clericis.

Secunda. Clerici in multis casibus li-  
3 cite † arma portant: Quorum prius: quando hoc facerent auctoritate Papae:  
arg. l. i. C. vt vius armo. inf. c. princ. li. i. t.  
Quod intellige tribus concurrentibus,  
Primum, vt moueant arma in bello iusto.  
Secundum, quod tale bellum non  
possit commode expediti per laicum.  
Tertium, quod ista licentia procedat à  
Papa consultis Cardinalibus, ita Cald.  
Io. Andr. Car. & Fel. in cap. petitio, de  
homic. Quare in hoc casu licet aliquem  
interficiant, non sunt irregulares. & ratio est: quia ideo illicitum est clericis ar-  
ma mouere, quia cōstitutiones Canoni-  
ci hoc vetant, quarum potestas depen-  
det à Papa, 17. distin. cap. per totum de  
translat. c. i. de elect. c. significasti. & sic  
potest Papa dare licentiam clericis mo-  
vendi arma. & illis viendi quibuscun-  
que sine metu irregularitatis, que est per  
cōstitutionem canonica introducta.  
c. i. q. i. respon. de sent. excom. lib. 6. &  
pro hoc facit, quia l'apacum homicida  
eriant voluntatio dispensare potest, si pe-  
nitit. Io. de Anan. in cap. sicut dignum;  
de homic. Er si dicatur, quod homicida  
est irregularis de iure diuino, iux. illud.  
Non adificabis mihi templum, &c. de  
consecr. dist. i. c. t. Nam respondetur, q  
intelligitur de illo, qui accipit gladium  
sine licentia superioris, 23. q. 4. cap. ille  
gladium. Ita loan. Cald. quem sequitur  
loan. de Anan. in d. cap. petitio, nume. 8.  
Secundus ratione feudi tēporalis, quod  
tenant, nam dominum feudi rūnate te-  
nentur, & cum eo ite ad bellum, quod

nō est directe ad occidendum, sed ad  
suadēlenda, siue recuperanda, quo  
casu possunt arma deferre, 23. q. 5. cap.  
non vos, §. ecce, cap. si non licet, §. por-  
to, cap. olim caudam, r. de testit. ipol. Ter-  
tius est in clericis, qui transeunt per viā  
péticulosa, quibus etiam est licitum  
portare arma defensionis ad terrorēm,  
non autem ad persecutendum, & vt per-  
cutiant, arg. 23. q. 3. cap. Maximianus,  
Dom. Anto. in cap. i. de vita, & honest.  
eler. vel si essent in obſidione, aut habe-  
rent iniurias, aut ex alia iusta causa.  
Io. de Anan. in d. cap. petitio, nu. 6. cum  
non teneantur in armis se exponere pe-  
riculo, vt legitur, & notatur in cap. ac-  
cedens, el. 2. vt lit. non contest. in cap. pa-  
storalis, eod. tit. Quartus in clericis por-  
tantibus cultellum paruum ad inciden-  
dum panem, & alia necessaria ad viētū,  
& vngulas, Abb. in d. cap. clerici, nu. 7.  
de vita, & honest. cler. per ea, que nota-  
glo. in Auth. de armis, in princ. Hinc Io.  
de Anan. in cap. lator, de homic. in prin-  
dicit statutum prohibens arma portari,  
non habere locum in cultellis paruis. In-  
his † tamen casibus, in quibus licitum  
est portare arma clericis, non possunt il-  
la portare coram iudice, neque in con-  
gregatione, neque in cētu scholiarium,  
neque in palatio l'principis, vel cētu com-  
munis consilij, arg. tex. in l. armatos, ff.  
de vi publica: facit text. in cap. 1. §. si quis  
rūticus, de pace tenet. vbi Baldus ex-  
p̄fē firmat.

Tertia. Quidam sacerdos de manda-  
to † Episcopi conducebat homines ar-  
matos in quoddam castrū, in quo Epi-  
scopus habebat iurisdictionē tempora-  
lem, vt custodirent castrū. Si inimici E-  
piscopi inuaserunt castrū, & ex inde  
lūrgente pugna, sacerdos traxit se ad par-  
tem, licet multi in pugna mortui fue-  
rint, clericus non erit irregularis: quia  
licet fecit obediendo Episcopo, & bel-  
lum erat iustum pro parte Episcopi. Im-  
mō etiam si percussisset, nec uulnerasset,  
ita refert loan. de Anan. do. Flor. dicen-  
tem in cap. petitio, de homic. Qui etiam  
addit,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

addit, quod posito, quod bellum esset iniustum, nec esset irregularis; quia traxit se ad partem. Conducere enim armatos non fuit causa saltem immedia ta belli prædicti, sed remota, quæ non inducit irregularitatem, ut uoluit glo sing. in cap. exhibita. verb. corrut, de homic.

**6** Quarta. De pena clericorum desertentium arma. Clerici sola delatione at morum non sunt excommunicati, sed excommunicandi, 22. q. vlt. cap. conuenior, not. glo. in c. dilecto, de sent. excō. lib. 6. Et non obstat text. in Clem. ne in agro, §. quia vero, de stat. monach. quia ille tex. loquitur in monachis intra monasteriorum tenentibus arma, qui ipso iure sunt excommunicati; Et sic locus reli giosus aggrauat delictum, cap. sicut dignum, de homic. Et sic nota, quod tam monachus, quam clericus portantes arma, peccat mortaliter, vt diximus, nu. 2. Fallit tamē hęc regula in officialibus, & eorum familia, quibus permisum est at ma portare, l. arma ad salutē, §. fin. ff. de offic. præfec. vigil. & ibi Bald. extendit illum tex. ad familiam Episcopi, qui in eum habet merum, & mixtum impe triunt in sua diœcesi. Idem est in officialibus legati ex latere. Fallit etiam vbi cunque vellet ire ad aspiciendum agros. ita Nic. de Neap. in l. f. pet illum tex. de prox. scri. lib. 12. Ifern. in c. 1. §. si quis, de pac. tenet. vel quando portaret arma ligata, vide Doct. in d. c. lator. glos. in §. prohibetur, verb. permittimus, in au then. de armis.

**8** Quinta. Monachus arma tenens, in tribus casibus non incurrit excommunicationem. Quorum primus, vt si Abbas prosequeretur monachos odio capitali, vel esset talis, cuius consortium esset in tolerabile, vt quia parit contumeliam Creatoris, vel quia iniungit subditis intolerabilia, quia tunc poterunt monachi sine licentia arma assumere, si non potest alijs remedij succurri, 11. q. 3. c. Iulianus, de diuor. c. quanto, de appell. c. de priore, de homic. c. significasti. Secun-

dus, quando extra septa arma teneret, ita glo. 2. in Clem. ne in agro, §. præfat. Hinc si monachus teneret arma in monasterio non suo, peccaret mortaliter, non tamen incideret in excommunicationem, quia §. præfat. loquens de septo monasterij, debet intelligi de proprio monasterio. Tertius, quando monachus de foris veniret ad claustrum cum armis, quia si non haberet animū tenendi, non ligaretur: quia non dicitur arma tenere cum effectu, cum verbum, tenentes, denotet temporis continuitatem, vt sic tenere sit cum effectu, ff. de verb. signif. L. nomen, §. habere. Ita Zab. in d. §. præfat. oppol. 1. & q. 3. & 6.

## S V M M A R I U M .

- 1 Crapula quid, & unde dicantur, & mala quæ ex ea proneniant.
  - 2 Ebrietas quid, eiusque mala, & commissatio quid.
  - 3 Gula an si peccatum mortale.
  - 4 Ciborum in usu tria sunt consideranda.
  - 5 Custodes ecclesia an possint ibi sacere, & comedere.
  - 6 Cibus debet congruere persona.
  - 7 Cibus non proprius se, sed proprius modum viendo prohibetur; sic lucius pro mortuis; sic lectio librorum poetarum sic locatio, vel Melodia cantus, vel amor in uxorem.
  - 8 Ebrietas quandoque est cum peccato mortali, quandoque cum veniali, quandoque sine peccato.
  - 9 Clerici non debent intrare tabernam.
  - 10 Clerico an liceat in taberna comedere ratione inopia.
  - 11 Clericus an possit in ecclesia ministrare.
  - 12 Clerico an liceat habere tabernam. Peregrinationis causa multa licent, quæ alias non licerent.
  - 13 Commessiones clericis, pariterque laicis sunt prohibita.
  - 14 Communia de symbolis, & conferentia, clericis celebrare non licet.
  - 15 Clerici non debent amore Sanctorum, vel animarum pauperum se ingurguare.
- Clem.

- 16 Clerici tenentur in cibis, & potibus se conformare moribus eorum, cū quibus vivunt, nisi in vero pœnencia, & pro sa-lu-cis corporis.
- 17 Clerici bibentes vinum sine aqua, an pec-cent.
- 18 Clericus debet esse contentus trina pota-tione.
- 19 Vinum immoderatae sumptum multa ma-la parit.
- 20 Ebrietatis deservientis pœna.
- 21 Sobrietas quibus conueniat, & quare mi-nistris ecclesie assignantur quinque ra-tiones, num. seq.
- 23 Vinum non bibens an possit promoueri ad sacerdotium.
- 24 Clericus consumens fructus beneficis in-consumis, & commissationibus an pec-cat mortaliter, & sit obnoxius restitu-tioni.
- 35 Communis sacerdotium debet commisceri lectio sacrarum scripturarum.
- 26 Origenes nec somnum, nec cibum sumebat sine lectione.
- 27 Familiaritas magis in conuiuio, quam in colloquio.
- 28 Clericis ad conuinia pauperum invitatis, non licet aliquid tollere, & ad domum mittere.
- 29 Coniuicia non licet in ecclesia facere.
- 30 Non licet clericis in ecclesia dormire.

De crapula, & ebrietate à cle-ricis vitanda. Cap. VIII.

**P**OSTE A videndis est de crapula, & ebrietate, de qua multa diximus, & mala, quæ proueniant in Dom. ix. post Pen-tec. Serin. 1. super verba illa Ad Cor. c. 10. Sedit populus manducare, & bibe-re, & surrexerunt ludere. Tamen restat modo, ut videamus, quare dicatur crapula, & quid sit ebrietas. Igitur crapula tā est quasi truda epula, & dicitur crapula à superfluitate ciborum, & immo-derata voracitate cibi, nam tunc homi-nes ita voraciter epulantes perfecte non

digerunt, sed materiam indigentam e-mittunt, & sic talis cruditas morbum fa-ctit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim famæ facit, hoc eti-am plenitudo ciborum, vt magis autē, & multo maiora. Fames quippe in pau-cis diebus ausert hominem, & liberat de hac vita pœnali. Excessus verò cibo-rum consumit, & putrefacit corpus hu-manum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc cū morte crudeli consumit, cap. nihil enim, de consec. dilt. 5. Ebrie-tas tā vero dicitur superfluitas potus, & est immoderatus usus vini, que quidem ausert memoriam, dissipat senium, co-git ad libidinem, inuoluit linguam, cor-rumpit sanguinem, confundit naturā, perdit gratiam, & perducit ad damnationem, ita Rayn. in tractat. 4. de Gula. Sunt etiam commissationes, quæ dicun-tur luxuriosa coniuicia à comedendo di-cta. Vnde commissatio superflua est co-uuatio, & commissor ventri, & gulæ nimium deditus, Arch. in c. commissationes, dist. 44. Sed modo ad Decis. de-uuiamus. quarum

Prima. Gula est peccatum tā mortale, quando delectationi gula inheret ho-mo tanquam fini, propter quæcum Deum conteinitt. Paratus scilicet contra præ-cepta Dei agere, vt non audire misericordiam, vel infringere ieiuniū, diebus vetitis carnes comedere, vt delectationes hu-ius assequatur. At si in vitio gulæ intel-ligatur inordinatio concupiscentium se-cundum ea, quæ sunt ad finem, vt puta, quia nimis præuenit tempus debitum comedendi, vel cibos lauitores idest pre-tiosos querit, vel quæ assumenta sunt procurari accuratius appetit, vel in ipsa quantitate sumendi mensuram reseptionis excedit, & tunc peccat venialiter. D. Thom. 2. 2. quest. 1. 48. artic. 2. text. in cap. quinque, de consecr. distinc. 5. Hen-ric. Boich. in cap. à crapula, de vita, & ho-nest. cleric.

4. Secunda. In ciborum usu tā quis tria debet considerare, quia debet uti cibis congruentibus loco, tempore, & perso-nis.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

nis, cap. i. dist. 41. Loco, quia non debet quis manducare, vel in ecclesia dormire, quia ubi celebratur coniuicium Corporis, & Sanguinis Christi, non est locus crapuli, & commissationis. Vnde Apost. i. Cor. 11. Conuenientibus vobis in unum iam non est dominicam eam nam manducare, & unus esurit, & alias ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, fallit in casu necessitatis, ut dicit ibi Turrec. Hinc ex hoc capite tamen excusantur custodientes ecclesiam, & thesauros ecclesiarum, qui ibi iacent, & dormiunt, ut habetur in c. nulli, dist. 42. & not. Archid. Gemin. Turrec. in d. cap. non oportet. Tempore, quia non licet uti carnis tempore quadragesimali, distinct. 4. cap. denique. Item cibi debent congruere personis, ut monacho non comedere carnes, do consecr. distin. 5. cap. carnes. An vero quis possit uti cibis strictioribus, quam faciant illi, cum quibus conueratur? dic, quod non, & ita videtur, quod non licet religioso in usu ciborum restringere vitam suam ultra quam facit regula sua, quod intellige, quando generaretur ex hoc scandalum, alias permitteretur, c. vtinam, dist. 76.

Tertia. In considerando virtutem gulae non est attendenda pretiositas cibi, qui sumitur, sed tantummodo ingluviis, & voracitas sumentis, & ita tamen cibus prohibetur non propter se, sed propter modum utendi, d. cap. quisquis, distinct. 41. qui dicit illum sapientem, qui scit uti cibo eo modo quo permisum est, & quod dicunt de cibo, idem est de tristitia, & dolore pro mortuis, c. habent, 13. quæst. 2. ubi non prohibetur luxus pro mortuis sed nimius, quia ut dicit ibi tex. illud difidentia genus est. Idem est de fignentibus paganorum, cap. ideo, dist. 37. ubi prohibentur Christiani poetarum libros legere, non ex se, sed ex modo, ut quia nimis audiunt duici excitantur ad libidinem. Idem est de lotione. Non enim prohibitum est nec die dominico pro necessitate corporis lauari, sed tantum

propter modum, nam si pro luxuria, & voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec illo die conceditur, cap. peruenit, de consecr. distinct. 3. Idem est de melodia cantus, non enim prohibetur cantus, sed tantum cantus ex modo, ut sunt hi, qui inunguit sauces, & guttur, ut dulcior resonent in conspectu populi, cantantes effeminatè, ut delecent populum. Sed cantus debet esse simplex, & deuotus alacris, cum cordis attentione, ut populo placeat ad Dei honorē, ita notatur per Turrec. in cap. cantantes, distin. 92. Idem est de nimio amore in uxorem, quia non prohibetur amor, sed nimius, 3. quæst. 4. cap. origo.

Quarta. Ebrietas, quandoque potest esse fine peccato, tamen quandoque cum veniali, quandoque cum peccato mortali. Nam qui nescit potum esse immoderatum, & inebriare potentem, ut quia nescit vini fortitudinem, tunc ebrietas potest esse fine peccato, sic Noe creditur inebriatum fuisse. At qui percipit potum esse immoderatum, & potenter inebriare, & tamen vult magis ebrietatem incurrire, quam à potu absilire, tunc talis peccat mortaliter, & dicitur propriè ebrius: quia mortalia propriè recipiunt speciem non ab his, quæ per accidentem eueniunt prater intentionem, sed ab eo, quod est per se intentum. Pariter quando ebrietas est assidua, & nouit vires vini, & non vult apponere aquam, & sic quando studiose confucuit lede scilicet inebriare, d. cap. vnum, §. criminis, & ante omnia. Erit verò peccatum ueniale, quando aliquis percipit potum esse potentem, & immoderatum, non tamè extimat potenter inebriare, uel quando ebrietas accidit ex debilitate cerebri, cap. vnum, §. alias, distinct. 25. D. Tho. qui supra art. 2. quæst. 148. Archid. in cap. sexto die, distinct. 35.

Quinta. Clerici non debent tamen intrare tabernaculum, cap. non oportet, 1. dist. 44. & dicitur taberna, locus ubi uictualia, scilicet panis, & vinum, & carnes coctæ venduntur, dicta à tabulis, quia tabulis clau-

clauditur, Archid.in cap.nulli, ead.distinct. Nec debent ibi comedere, aut bibere, nisi forte causa necessitatis, ut in peregrinatione, cap.clerici, ead.distinct.

10 Sed an clericus, qui in domo propria non habet uinum, vel panem, possit ex necessitate ingredi in ea, & illa emere, dic quod sic: non tamen ex hoc capite potest in illa comedere, cum tantum permittatur propter iter, cap.clerici, & ibi Gemin.distinct.44. Licet Zabar extendaat, etiā si subfesset alia iulta causa, quia illa semper excipitur, 18. distinct. cap. non oportet, pro hoc cap.clerici. ibi, nisi iulta caufa, de vita & honest. cleric. Et sic permittitur viatori, quod alias non permittitur. Arg.simile, 11.quest.3.cap. quoniam multos. Sic ratione peregrinationis licet mutare habitum, 21. quest.4. cap. Episcopi. Item licet cum ex communicatis communicare in cibis, d.cap.quoniam. Item licet à qualibet fācēdote missam audire, 9. quest.2. cap. nullus. Item à qualibet ecclesia baptismum suscipere, 10.quest.5:cap.nec numerus. Hac Turrecrem. in dicto capit.

11 clerici. Nec etiam debent † in taberna alijs ministrare, quia cui non licet minus, scilicet ingredi cani, cap.nulli, distinct.44. non licebit & maius, d.c. nulli. 24. quest.1. cap.miramur.74. dist.cap. gesta. Sie cui conceditur maius, & minus, 16. quest.2. cap.uifis. Et tñi conceditur minus, non prohibetur maius. 17. quest.2. cap. sunt qui, & aliquando conceditur maius, & quod est minus prohibetur, cap.1. de tornea. ubi de hoc uideas. Ita Archid.in d.c.nulli.

12 Sexta. Clerici non † debent habere tabernas, cap. nulli, 44. distinct. quod intellige, ut ministrant in eis: nam aliis bene possunt habere, & alijs locare, s. de petit. hæred.lancillarum. Item possunt habere tabernā, ubi uendant quod reposuctunt, & ibi supersunt de redditibus suis, dum tamen in propria persona non ministrant, sed per aliū; de hoc per glof.in cap.negociatorem, distin.88. d.cap.nulli, ibi habetur, quod cui non

licet minus, scilicet ingredi tabernam, nec licebit maius, scilicet ministrare, ita Gemin.in cap.1.nu.9.de vita & honest. cleric.lib.6.

Septima. Non debet, clerici sicut nec laici † facere commissiones, quæ sunt luxuriosa conuiua, maximè per dies solemnes, per quos vacandum est orationi, & non ingurgitationi; ita tex.in cap. commissiones, dist.44. Vnde Exo.14.

2. Diem solemnem celebrabitis Dominō. ait per deuotionem mentis, & non per ingurgitationem ventris. Quare talis abusus, scilicet commissiones facere in honorem Sanctorum Martyrum, maximè pernitosus est. Primo, quia inducit in errorem ut tam virtuosus, & à Sancta Scriptura reprobatus abusus reputetur licitus, & concessus. Secundo, quia diebus festiuis, & solemnibus hæc damnanda conuiua celebrantur eo tempore abundantius, quando esset magis sobrie viuendum, ita Turrecrem.in d.c. commissiones.

14 Octaua. Non debent clerici, vel laici celebrare conuiuum de symbolis, & cōfertis, cap.non enim, distinct.44. Et dicitur Symbolum à Syn, quod est con., & bolum, quod est mortellum. vbi quilibet ponit mortellum.i. partem suam ad omnem comessionem faciendam ad similitudinē Symboli Apostolorum 15. distinct. cap.1. Non tamen reprehenduntur peregrini simili eentes, & scholares simul in eodem hospicio commorantes, qui simul faciunt duodenā, & symbola, vel etiam extra ad fontes, vel ad alium locum amenum, velquæ sunt ad quotidianum usum, ut faciunt milites. ita Cardin. à Turrecrem.in d.c. non oportet, el 2. distinctione 44. Sic etiam clerici possunt facere conuiua de consertis causa conuiuandi pauperes, cap. si quis despicit, dist.42. Sic non debent permettere conuiua in Ecclesia, nisi causa necessitatis, quia in necessitate aliqua etiam honesta conuiua ibi fieri possent ad opus hospitum transennatum, 42. dist.c.pen. & fin. vt quia peregrini

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

grini non audent inde ex Ecclesia exire, vel omnes alii domus sunt plena.

<sup>15</sup> Nona. Non debent Clerici  $\dagger$  amore aliquorum sanctorum, vel animarum pauperum bibere, vel se ingurgitare, nec publicis conuiuijs, quibus interfuntio culatores interest, de consecr. dist. s.c. nullus, &c seq. vbi dicitur, quod clericis spectaculis, quae in nuptijs, vel canis exercentur, interesse non debent, sed surgete de conuiuio, & abire antequam in grediantur ioculatores. Alten. lib. 6. ti. 8.

Decima. Clericus tenetur in cibis, & <sup>16</sup> potibus conformare se motibus corū, cum quibus viuit, modo mores sint cōformes veritati, & recte rationi, & cū bona conscientia possint, ne ponant scā dum fratri. Vnde Apost. ad Ro.c. 14. Noli propter escam defruere opus Dei. Omnia quippe munda sunt, sed malū est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare, & non bibere vinum, in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur. Dico autē quantum potest cum bona conscientia. Nam si quis voulset non comedere carnes, quando alij comedunt, aut non bibere vinum, quando alij bibunt, talis tenetur abstinere obseruando votum, iux. illud Deuter. 23. Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis redere. Pariter tenetur quis obseruare penitentiam, si fuerit aliqua iniuncta. Et similiter si quis propter infirmitatem, aut corporis sanitatem, aut propter alia necessaria causam abstinuerit, excusat non conformando se moribus conuiuentium, quia plus obligat ad salutem corporis tuendam, quam ad viuendum iuxta mores vicinorum. Igitur votum abstinentie, aut penitentia, aut sanitas corporis, non debet violari propter obseruantiam talium morum. Et ita Card. Turrecrem. limitat tex. in c. 1. & fi. dist. 41. vbi habetur quod quilibet debet cōformati moribus eorum, cum quibus viuit.

<sup>17</sup> Undecima. Clerici bidentes vinum sine aqua videntur peccare. Ita P. Ant.

& Abb. in cap. à crapula. vers. vinum si bi temperent, de uita, & hon. cler. Non tamen mortaliter, cum nec ebrietas sit peccatum mortale, nisi in casibus supra positis in decis. Si tamen ex causa viñū non temperarent, non peccarent: Nam reperiuntur quedam vīna minus potentia. Quare respectu vīni potenteris, vel minus potenteris, est temperandum viñū. vt no. ibi Abb.

Duodecima. Clericus debet esse con tentus in bibendo tria vice,  $\dagger$  tex. est in c. quando, dist. 44. Quod intelligeqn̄ appetitus naturalis ultra non exigit: volunt enim temperare ille tex. homines immoderatos, ut vult Abb. in d.c.a crapula. Cum immoderata potatio vīni sit causa multorum malorum. Est enim vinum incitatium ad luxuriam, & irritamentum luxuria, c. luxuriosa, d. 35. Item est excitatiū discordiarum, & dissolutiū fraternalē concordiae. d.c. luxuriosa, in verb. contentiosa, & dissolutia omnium bonorum animæ. Vnde Aug. Ebrietas est omnium flagitorū mater. Item vinum immoderatē sumptum rationem perturbat, intellectum hebetat, subuertit sensum, memoriam enervat, obliuionem inuitat, errorem insundit, ignorantiam inducit, ita Tur teat. in c. 5. dist. 35.

Tertiadecima. Peccata deseruientis ebrietati  $\dagger$  est, q. si Episcopus, vel presbyter, veldiaconus admonitus non desistat, deponatur subdiaconus, vel inferior, siue laicus, vel clericus communione priuetur, dist. 35. c. Episcopus. Si vero lemel ebrios fuerit, aut bis 30. dieū spacio communione priuetur, aut corporali supplicio subdlatur. 35. dist. ante omnia. Et si, à superiorē commonitus hoc modo non satisfecerit, ab officio, & beneficio suspendatur, d.c. à crapula, in fi. Hodie vero idem est de subdiacono, quod de diacono, arg. c. miramur, extr. deferu. non ord.

Quartadecima. Sobrietas  $\dagger$  maximē requiritur in multis personis. Et primo in iuuenibus, & mulieribus: quia in iuuenibus

uenibus viger concupiscentia delectionis propter fetuorem etatis. In mulieribus autem non est sufficiens robur mentis, ad hoc quod cōcupiscentijs resit stāt. Vnde ut recitat Valerius Max. li. 2. cap. 3. mulieres apud Romanos antiquitus non bibeant vinum. Vnde Marcellus Consul Romanus vxorem suam, eo quod vinum bibisset fuste percussam interemit. Secundo requiritur in maioribus, & excellentioribus personis: nam cum sint duces aliorum, debent viñō abstinere, quod immoderatē sumptum impedit usum rationis. Hinc senes, qui debent esse ad aliorum eruditionem, Apost. Tit. 3. dicit ad sobrietatem exhortandos. Item eadem ratione requiritur in Regibus. Vnde Prou. 21. Nolite Regibus date vinum. Quarto requiritur 22 in ministris † Ecclesiarum. Tum, quia decet eos munditiam seruare, iux. illud. Ps. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Sed venter mero astuas facile despumat in libidines. Tum etiam, quia debent esse vigiles super grecem suum. Luc. 1. Ebrietas autem maxime obstat vigilis. Hinc 1. Pet. 5. dicitur: Sobrii esto, & vigilate. Tum, quia ministros Dei decet ornatos esse bonis mortibus, quibus maximē obstat ebrietas, quæ omnium vitiorum foies est. c. fin. dist. 35. Tum, quia ministri Ecclesia debent esse exemplum, & norma bene vivendi aliis. Vnde Greg. lib. 1. Moral. dicit. Cum maiores volupati deseruunt, non mirum si minoribus lasciuix̄ srena laxantur.

Quintadecima. Qui nō bibit vinum 23 ad lacerdotium † promoueri non potest: quia necesse habet quandocunque celebrat, sumere corpus, & sanguinem, de consecr. distin. 2. cap. peracta. & cap. comperimus. Idem sentit glo. 2. quest. 7. cap. Apostoli.

Sextadecima. Licet Raymundus in rub. de Apost. in si. §. sed nunquid, quem sequitur Arch. in sum. dist. 44. Et Vlrichus affirmit clericum non solum pecare mortaliter, sed etiam teneri ad resti-

tutionem fructuum, quos voluptuosè consumit in conuiuijs, & commissationibus, tamen S. Thom. quolib. 6. artic. 2. dicit, quod de illis bonis ecclesiasticis, quæ principaliter sunt attributa bonis pauperum, & ex consequenti necessitatibus ministrorum, sicut sunt bona hospitalium, tunc peccatum mortale est, obnoxium restitutioni. Sed si bona essent principaliter attributa vīsib⁹ ministrorum ecclesiæ, ut sunt præbenda clericorum, & alia huiusmodi, tunc in istis bonis non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de bonis matrimonialibus, non tamen tenetur ad restitucionem peragendam, sed ad penitentiam. Sicut etiam diximus in nostris de cis. lib. 2. c. 100. nu. 16. & 17.

25 Decimaseptima. In conuiuio sacerdotali, sex præcipue sunt obseruanda. Primo lectio diuinarum scripturarum debet immisceri, quia per talēm lectiōē anima ædifican̄tur ad bonum, & fabulae non necessariae prohibentur, 44. dist. c. pro reuerentia, & de consecr. dist. 5. c. in omnibus. Hinc notanter inquit Di-

26 mus Hieton. ad Marcellianam † quod Origenes nec cibum sumebat, nec somnum inchoabat sine tali lectiōne, & vide aurea verba Plinij secundi, Epist. 49. ad Seuerum. Vbi ipse dicit de Plinio patruo suo, quod siue esset in prandio, siue tonderetur, siue balnearetur, semper sibi liber legebatur. Immò etsi ambulabat, erat cum libro continuo, quoniam inutile omne tempus arbitrabatur, quod studijs non impertiretur. Ad euitandas etiam deceptions, quæ facile possunt esse in epulis, debet in conuiuio esse lectio scripturarum. Hinc gloss.

27 in c. omnes, 28. q. 1. dicit, quod † major familiaritas contrahitur in conuiuio, quam in colloquio. Et facilius quis decipiatur inter epulas, quam in simplici loquitione, 22. q. 4. cap. vñusquisque. Vnde est communē adagium officialium. Che la tauola e vna meza corda. Secundo, ut vita absentium non mordeatur. Tertio, ut praesentes non irrideantur.

# Dēcīs. Aurearum Par. II. Lib. III.

- Quarto, vt inania sacerdotalium non reci-  
tentur. Quinto, vt cibus ad sustentatio-  
nem sumatur. Sexto, vt in principio, &  
in fine laudes Deo referantur. Hęc ha-  
bentur in d. cap. pro reverentia, & in ca-  
pit. conuiuia, & in capit. vt non licet,  
distinctio. 44.
- 28 Decima octaua. Non licet † clericis  
ad conuiuia pauperibus preparata inui-  
tatis, aliquid tollere, & ad donum sua-  
mittere, ita tēx. in c. non oportet, d. 42.  
Et est arg. secundum Archid. ibi contra  
multos magistros, & clericos, qui cum  
sunt in aliquo conuiuio, aliquid fercu-  
lum ad domum suam mittunt, secundū
- 29 Hug. Nec etiam † licet in ecclesijs con-  
uiuia etiam pauperum sacre, nisi necel-  
litatis causa, ead. d. c. non oportet, 2. Vbi  
enim celebratur conuiuum Corporis, &  
Sanguinis Christi, non est locus cra-  
pulae, & commissationi. Vnde Apost.  
1. ad Cor. 11. Conuenientibus vobis in  
vnū, iam non est Dominicam cenam  
manducare, & vnus esurit, aliud ebrius  
est. Nunquid domos non habetis ad  
manducandum, & bibendum. Sic nee  
30 licet † clero in ecclesia dormire, cum  
multa indecentia, & turpia in somno  
contingere possint, nisi necessitatē tem-  
pore. Hinc qui custodiunt ecclesiam,  
& thesauros ecclesia, ibi iacent, & dor-  
miunt, quia excusantur necessitate, vt  
dicit Hugo, & Archidiac. in d. capit.  
non oportet.
- 8 In ludis licito usque ad quam quantita-  
tem sit licuum ludere.
- 9 Ludus fortuna est in rīpis, & quare, &  
quod peccatum.
- 10 Clerici peccant ludendo aleis etiam can-  
sa communii.
- 11 Ludus alias honestus prohibitus est ratio-  
ne personae, religiosis, & clericis.
- 12 Clerici non debent ludere cum laicis.
- 13 Ludus alias licetus sit illicitus per com-  
missionem persona.
- 14 Ludentes in scena, qui dichiurant Histrion-  
es, sunt infames.
- 15 Scena quid. & unde dicta.
- 16 Ludens ludo prohibito potest arbitrio in-  
dicis hoc inquireniis puniri.
- 17 Ludo vitta qui teneantur restituere.
- 18 Contractus faeli in ludo an valeant.
- 19 Lusorum pena est, ut maximum repeti non  
possit.
- 20 Ludi alearum, vel taxillorum domus, in  
qua ludiur est publicanda fallit in duo-  
bus casibus.
- 21 Ludum tenentes si percutiantur, vel ver-  
berentur, an fini puniendi.
- 22 Vendens rem in ludo, de evictione non te-  
neatur.
- 23 Mala 13. que ex ludo promeniunt.
- 24 Ludus est fugiendus tanquam res detesta-  
bilis, & perniciosa.

## De clero lusore. Cap. I X.

- 1 Iocus, & cessatio à negotiis in vita huma-  
na necessaria videntur.
- 2 Sententias maxime vituperat in cle-  
ricis.
- 3 Ludus descriptio, & species principales.
- 4 Ludus qualis clericis permisus.
- 5 Ludus qui de ceteris natura recreatori, potest  
fieri sine peccato.
- 6 Ludus iste vel licitus sit tria requiriun-  
tur.
- 7 Ludus seacchorum cum debitiss circum-  
stantis clericis est licitus.

**V**I A ex crapula, & ebrietate  
procedit multa mala, & pre-  
cipue ludi, iux. illud. Sedit po-  
pulus manducare, & bibere,  
& surrexerunt ludere. Ideo post Capi-  
tulum de crapula, subneicitur de ludo,  
qui quidem materia cum sit frequens,  
& quotidiana, ideo præter ea, qui late  
diximus lib. 2. id nostris Decis. 121. ali-  
qua subneclam, qui ibi vel non sunt ta-  
cta, vel non plenè tacta. Et vt res faci-  
lius intelligatur, sciendum est, quod in  
vita humana † cessatio, & iocus, necel-  
litaria videntur. A negotijs enim quan-  
doque cessare oportet. Et hęc cessatio  
clericis, & laicis permissa est, diu nimodo  
non.

non admisceatur aliquid vitij, vt in c.lator, & cap. continebatur, de homic. Hac autem cessationem à negotijs assumimus ex multis. Quandoque notando, & huc est propriè cessatio: quia iocus propriè ex verbis cōsistit, in quibus mediocritas illa laudabilis est, quam Graci Europiam vocant, Latini verò plerumque vocant urbanitatem, quandoque se ciuitatem, interdum iucunditatem, & nonnunquam comitatem appellant. In quo ioco, qui excedunt, dicuntur scuriles, deficientes verò, appellamus rusticos, & agrestes. De quo ioco aliqua di-

2 ximus in d.c. 121. Scurrilitas† verò maxime vituperatur in clericis. Vnde dicit tex. Clericum scurtilem, & verbis turpis adulatorem, ab officio detrahendū censemus. Hunc etiam quandoque gat rulatore in appellant 46. distinc. in sum. & c. 1. de iniur. Quandoque verò male dicum, ead. dist. c. clericus maledicus, & in l.s. non conutij, C.de iniur. Interdū verò huc cessatione fit à negotijs per ludū, & tunc quandoque ludus exercetur fortitudinis, seu agilitatis causa ostendē, & de hoc diximus supra ca. 121. numc. 2. Quandoque verò fit cessatione per ludum scacchorum, & alearum, seu taxillorum, & de hoc prater ea, quæ ibi diximus, hic agendum est. Rursum licet Doct. non describant quid sit ludus.

3 tamen sic potest describi. Ludus est † aetus quidam cessationis, vel recreations, quandoque ex sola fortuna, interdum ex industria, nonnunquam ex virtuote proueniens. Qui quidem principaliter distinguitur in tria genera. Quia quidam est ludus meri ingenij, vt ludus scacchorum. Quidam ex mera fortuna, ut ludus taxillorum, & azardi. Quidam mixtus tam ex ingenio, quam fortuna procedens, vt est ludus alearum, id est tabularum cum taxillis. Sed modo ad decisiones deueniamus.

Prima. Ludus, qui dicitur honoris, &

4 ludis, clericis est permisus, † Bald. in rubr. C. de cond. ob turp. cau. & ratio est: quia talis ludus fit causa virtutis c-

terrenda. I.solent, & I.seq. ff. de aletat. Et si ludentes adiuvicem se impellunt, aut laedunt, laedens non tenetur nisi studiose fecerit, & extra naturam ludi. I.si ex plagis, s. cum pila, cum ibi not. ff. ad l. Aquil. & ibi dicit Bald. quod licet supereat, allegat, tex. in l. in executione, §. ff. ff. de verb. oblig. Ad hoc cap. lator, c. continebatur, de homic. Imo dicunt glos. & Doct. in d. l. in executione, quod in huiusmodi ludis, in quibus ostenditur virtus, vt in saliendo, & in currendo, & iaciendo lapidem, & similia, cum tales ludi sint prmissi, pecunia, vel aliud quod perditur acquiritur vincenti, d. solent.

Secunda ludus, qui dicitur naturae re creator, est virtuosus, & ideo potest fieri sine peccato: homo enim indiget quiete aliquando ad animi fatigati recreationem. Vnde Philos. 8. Ethic. dicit, quod delectatio si fortis sit, expellit tristitiam, & ideo contra animi fatigationem oportet alhibere remedium, id est aliquam delectationem conuenientem intermis sa intentione insistendi operibus, iux. il lud. Interpone tuis, interdum gaudia curis. De hoc ludo loquitur tex. in c. inter dilectos, de excess. prel. in cap. 3. de vita & hone. cler. in cap. quia plerique, de immun. eccles. qui vt fieri possit sine peccato, † tria præcipue sunt cauenda. Quorum primum, & principale est, vi delectatio in aliquibus verbis turpibus, vel operationibus noxijs non queratur. De tali enim ludo dicit Tullius de officijs, quod est noxious, & obsecrus. Secundū est, ne totaliter anima grauitas resolutur, vt dicit Ambros. lib. de offic. Tertiū, quod congruat personæ, & secundum aliquas debitas circumstantias ordinetur, ita Henr. in cap. clerici, numc. 9. de vita, & honest. cler. Vnde dicebat Abb. in cap. cum decorem, cod. tit. quod David cum esset uir sanctus, & iustus, st̄pē tamen cithara pullavit, & chorizauit in occulto. Imo etiam in publico, ut quādo saltabat coram arca Dñi, 2. Reg. 6. qui quidem ludus quia proueniebat ex spirituali iocunditate, erat meritorius,

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

7 Tertia. Ludus scachorum dummodo ludatur temporibus, & horis congruis, qui bus clerici diuinis vacare non debent, & dummodo per hoc non negligant Dominum deferire, prohibitus non est: quia talis ludus in ingenio naturali consultit, nec committitur uitibus fortunae, quod intellige si recreationis causa sit, secus si cupiditatis, & avaritiae causa, praesertim de bonis ecclesie, que sunt pauperum. 16. q. 1. cap. vi. Archid. in cap. Episcopos, dist. 3. 1. De tali ludo loquitur Innoc. in cap. locator, de homic. glo. in authen. Interdicimus, C. de Episc. & cler. in cap. clericis, de uita, & hon. cler. Et ex his insero, quod ludus pilat etiam clericis sit permisus, facit tex. in Litem mela, ff. ad l. Aquil. Dummodo tam ille, quam ludus scachorum sit recreationis causa, & quiete, secus si tumultuosè, aut superbe, aut voluptatis causa fiant. Item dummodo clerici non incident in crimen percussionis, & dummodo non admisceatur dolus, fraus, aut blasphemia, aut alia species delicti: quia in his easibus, nec clericis, nec laicis permisus est, facit tex. in authen. ut iudic. sine quo suffit. in fin. coll. 3. Videntur tamen magis peccare clerici, quam laici, argu. cap. cum quidam, cum ibi not. de iniur. & quod not. in l. presbyteri, C. de episc. & cler.

8 Quarta. In ludis omnibus, † qui ex ingenio, aut virtutis causa ostenduntur, qualis est ludus scachorum, pille, proiecti palum, vel telum, non videtur licet ludere ultravnum aureum, Panor. in cap. clericis, de vita, & honest. cler. ultra autem non: per tex. in auth. alearatum usus, C. de relig. & sumpt. fun. & ratio est: ne ex talibus ludis permisiss grauis iactura proueniat: quia sic possint lusores ad tales ludos omnia ludere. Et nec intelligas, quod omni uice possit poni unus solidus, sed pro tota illa die: alias si pro singulis vicibus posset ludi unus solidus, sequi posset grauis iactura, quod est contra tex. in dicta authen. Alearum, & eius mentem, facit

tex. in l. non dubium, C. de leg. Si tamē per statutum, vel consuetudinem esset derogatum, quod possit ludi supra illam quantitatem, dicit Mar. Soc. in cap. inter dilectos, nu. 47. de excess. prela. quod valet et confuetudo, & sic qui vinceret, non teneretur ad restitutionem.

9 Quinta. Ludus fortuna, † qui accedit in ludo taxillorum, ubi fortuna cum ali qua doctrina permisetur, est turpis, ratione consequentia, & accidentium, quia ex eo oriuntur multa mala, & praesertim nouem, que ponuntur per Arch. in cap. Episcopus, dist. 3. 5. Multos enim depauperate confucuit. Itē ludus aleæ, & tales ludi dubio procul sunt clericis prohibiti, d. c. Episcopus, in auth. de san. Episco. §. interdicimus. Et qui publicè aleator est, repellitur à promotione, cap. inter dilectos, de excess. prelat. Sed hoc fallit, quando ludus alearatum sit in conuiuio causa vescendi, puta, quod ille, qui pauciora puncta habuerit, amittat portionem suam, vel quod ex pecunia, quam vnuus vel plures amiserunt, emanatur aliqua, ut communiter edantur, ff. de aleat. l. quod in conuiuio, cum sua glossa. Sed aduerte, quod cum non sit licet clericis celebrare conuiua, nisi sint conuiua pauperum, ut dicit tex. distin. 42. c. si quis, & diximus cap. præcedens. fit, quod clerici peccent † ludendo ad aleas caufa conuiij, non tamen reputantur viles, nec repelluntur à beneficio obtinendo, & nec competit in tali ludi repetitio amissorum, ita Mar. Soc. in d. c. inter dilectos, nu. 13. Igitur tales ludo cum sint utroque iure prohibiti, ludentes peccant mortaliter, secundum Hugo. in d. cap. Episcopus, cum ibi sit cupiditas aliena lucrandi, qua est radix omnium malorum. 1. Tūn. 6. & non quocunque cupiditas, sed rapina, & desiderium spoliandi proximum suis rebus; probatur etiam per tex. in d. c. Episcopum, verbo communione priuetur, que pena pro graui criminis imponitur, cap. nemo, cap. nullus, 2. q. 3.

10 Sexta. Ludus respectu personæ prohibitus

11 hibitus est religiosis, & clericis, qui habere non possunt etiam ludo alias honesto, & nec illi presentia exhibere, Mar. Soc. in d. cap. Inter dilectos, nu. 11. nisi in casibus qui no. in nostris Decis. lib. 2. c. 121. Non enim debet se talibus immiscere, ex quibus frequenter proueniunt multiloquia, in quibus non deest peccatum, & rixæ, contumeliaz, atque detractiones, & contentiones, que omnia cuitare debent, c. vni. c. ext. de syndi. ergo & omnia, quibus deuenitur ad illud, c. cū quid, de reg. iur. in 6. cap. nam concupiscentiam, de constit. Clem. ne in agro, §. porro, de sta. mon.

Septima. Clerici non debent ludere cum laicis, probatur in glo. 2. in cap. continebatur, de homi. & per Hostien. ibi, facit tex. in cap. his igitur dist. 2. 3. capit. laicos 2. quæst. 7. maximè, quia laici clericis sunt infestii. 2. q. 7. c. laico, & ad euitandum scandalum: facit tex. in cap. magnæ, verb. vbi est Deus, de voto. Et ideo à tali commixtione cauendum est: nam casus inde proueniens imputatur clericis, d. cap. continebatur. Et sic ludere cum licitus fit illicitus per commixtionem personæ. Vnde licet clericis sit permisus ludus scacchorum, ut diximus supra num. 6. tamen intelligitur, quando clericus ludit cum clero, non autem cum laico. Ioan. de Anan. in d. cap. continebatur, nu. 1. qui tamen hoc reliquit cogitandum.

Octaua. Ludentes in scena, qui priori dicuntur & Histriones. i. ludibriæ sui corporis exercentes, promoueri non possunt: quia ipso iure sunt infames. 4. q. 1. c. 1. de confcr. dist. 2. c. pro dilectione, l. pen. C. de insa. gl. in l. 2. h. f. ff. co. & dicitur scena & locus vmbriticus, & continis cooperius, vnde olim prodibat persona laruata ad ludos faciendo, & gestus representando, sicut sepe fieri solitum est in representatione comediarum & tragediarum. Et dicitur scena, à scena, quod est vmbra, Archid. in c. maritum, dist. 33. sed quod dixi de Histrionibus, & promoueri non possunt, intellige-

post sententiam, quia infames, nisi Papa dispensaret, c. preterea, 4. q. 1. Et hoc verum, quando publicè faciunt, & sunt aucti facere, ita quod ex eo infamati sunt secus si aliquando occultè, & ad solatum infirmi: vel etiam publice, sed raro, ita Do. Ant. in c. cum decorum, de vita, & honesto clericorum.

Nona. In ludo prohibito qui vicit, & 14 qui lusit potest arbitrio iudicis & inquietus de hoc puniri secundum qualitatem personarum, & delicti, sive ludatur in publico, sive in priuato: Non enim licitum est ludere sive in specie, sive in genere ludo aleatum, d. auth. Aleatū, ibi, in publicis. Et talis inquisitio, quod non ludatur, & quod in ludis non blasphemetur, & quod homines non periurant, potest fieri per Episcopū loci, vel etiam per iudicem secularis, vt d. auth. ibi, Episcopi, & ibi, similiter indices.

Decima. In casibus, in quib. amissum est restituendum, dicebat Beatus Bernardinus, quod non solum ille, qui vicit, & lusit in casu illicito, sed etiam omnis ille, qui commodauit taxillos, aut aleas, aut domum, tenetur ad restitutionē, per reg. in c. fi. de iniur. vbi dicitur, quod qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. Pariter, qui possunt prohibere, & non prohibent, quales sunt Domini ciuitatum, Reckores, & officiales, per tex. in c. facientis, d. 86. vbi dicitur, tex. quod facientes culpam obtinet, qui cum potest, manifesto facinori non obviat. vide quod diximus li. 2. nostrarum decis. c. 127. nu. 27. & 33. vbi idem affirmauimus de rectoribus ciuitatum, & officialibus. Sed quod commodantes taxillos, aut charitas, aut aleas teneantur ad restitutionē, mihi durum videtur: cum talia instrumenta possint exerceri in pluribus, & pluribus casibus licitis, & permisis, & cum sint in commercio hominum, & possint vendi: vnde videntur potius vedi in casu licto, & propter necessariam contingentiā, arg. reg. generalis, l. merito, ff. pro socio facit quod in simili dicimus de faciente, & mente gladios, et enses.

# Decis. Aurarum Par. II. Lib. III.

1. Undecima. Omnis contractus celebratus inter ludentes adiuvicem, non tenet; vnde si ego ludens tecum vendo tibi vestem, vel libertum, talis contractus non valet, vt no. Bat. in l. si quis cum sciret, in f. ff. de vsl. pro empt. Nec videntur in ludo tenetur de euictione, l. filios familias, §. 1. ff. qua. rer. act. non detur. Et per hoc dicunt aliqui, qd si aliquid est datum causa tractationis in ludo, quod competit repetitio, quia non potueris esse, sed emidens calumnia, vt in l. summa, ff. de cond. indeb. & l. Item si ludens me cum mihi mutuerit pecuniam, vt mecum ludat, vel ille, qui respicit ludum aliquam quantitatatem pecunie mutuet luforibus tale mutuum repeti non potest, glos. in l. in princ. & in l. si. vbi Bat. ff. de aleat. verb. accipit pecuniam. Secus si ab aliquo, quam à respiciente ludum, vel à ludente mecum mutuum recipio, vt est glo. in d. verb. accipit. Quod videtur verum, quando aliis, qui mutuant, ignorat an ille ludere velit, vel non: nam si sciat illum ludere velle, & lufit postea, & perdit pecuniam, licet non respiciat ludum, videtur quod repetere non possit, & videtur casus in l. verum, §. pen. ff. de min. Ad hoc no. per Doct. & Panor. in c. si diligenti, de prescrip.

20. Duodecima. Domus, fin. qua luditur ludo alearum, vel taxillorum, debet publicari, d. auth. Alearum, ibi, domibus eorum publicatis, fallit in duobus casibus. Quorum primus, si domus fuisset pupilli, vel viduæ, arg. tex. in l. 1. C. de fals. mon. Et idem in omni domo miserabilis persona, vt not. per Cynum, in l. 1. C. quando Imper. in pu. Secundus, si Dominus domus sit maior, sed ignorat quod ibi luditur: quia domus sua non publicatur, arg. nota. per Salic. in l. 1. C. de falsa moneta.

21. Tertiadecima. Tenentes ludum graviter sunt puniendi: quoniam si percutiantur, vel verberentur, talis iniuria non est punienda, nec ex dicta iniuria actione nascitur quandocunque, & vbiunque facta fuerit, vt senti Bar. & est tex. in l. 1.

in princ. ibi, vbiunque, & quandocunque, ff. de alea. Quod intellige, quādo alibi percutiatur, quām in ludo, modo ex occasione ludi fuerint percussi, alia valde iniustitia videretur, qd semper, & in omni loco, & tpe vbi impunē fuerint, percuti, & offendti possint: quia saltem iudex ex officio suo potest percutientem punire ad vindictam publicam, l. non solum, §. quām, ff. de iniur. sed si occasione ludi fuerint percussi, talis percusso non est impunita, qnōd est singulare. Item patiuntur alias poenas, quia si de domo, in qua luditur fuerit aliquid subtrahit sibi sive à luforibus, sive à quoque alio, non habent tenentes ludum actionem penalem surti, sed nec actionem ad rei persecutionem, ut est tex. in d. l. 1. §. 1. ff. de aleat. & §. ait prator, quod perpetuo nota, possunt etiam multari arbitrio iudicis, & possunt ponni in compedibus. dicta l. 1. §. fina. qui licet loquatur contra illum, qui compulit ad ludēdum, tamen ibi compulsio capit pro suasionibus, & alij illebris factis iuuenibus, qui non possunt refrenare iuueniles calores, l. bñ. §. filius autem, C. de bon. qua lib. que quidem intellige secundum Azonem de eo, qui consuevit lufores alesca causa sui emolumenti tenere in domo sua ad ludendū, secus autem si incidentes apud aliquem luderent. In Italia etiam solent esse statuta imponentia certam penam, & que premant iuuenientes lufores, que intelliguntur habere locum, si officialis in uenerit, & coperit, vt dicit Mar. Soc. in act. de poenis.

22. Quartadecima. Vendēs rem in ludo euictione non tenetur, t. ff. quar. rer. act. non det. l. 2. §. 1. Item sicut dicit Host. & commun. Doct. & ser. omnes, illud, quod aliquis in ludo alearum, vel taxillorum perdidit, in iudicio repetere potest, ut probatur in l. si. ff. de aleat. & per legem Græcam datur amissorum repetitio usque ad quinquaginta annos, quod intellige secundum Azonem de amissis in ludo prohibito.

Quin-

Quintadecima & ultima, ludentes ludo illico, † quodammodo Arioli, & pagani nuncupantur, propter transgres sionem Canonis, 81. dist. si qui sint presbyteri, & per talem inobedientiam in crimine primi parentis quis videtur incidere, 3. distinct. cap. quorundam. Et talis quatuor Euangelia contemnere videatur, distinct. 20. capit. in libellis, in fini. viiuram committit, & maximam, quia eodem quasi instanti, & minimo tempore æquiperatur sorti, & etiam illam longe excedit. Rapinam: quia ludens intendit spoliare proximum. Quod licet quandoque non contingat, Deus tamen respicit cor, & non manum, cap. si quid inuenisti, 14. quest. 5. Scandalum, quoniam boni scandalizantur, & nihil agendum est cum scandalio. e-nisi, de renunc. Nuge etiam ex ludo defecundunt: quia in illo multiplicantur mendacia, & verba vana, & ociosa, quæ videntur peiores. Blasphemia: quia frustatum sepe incidentur membra Redemptoris nostri, sicque blasphemii videntur peiores. Iudeis, qui saltem integrum corpus referuarunt, de hoc, cap. 2. de maled. Furtū: quia occasione ludi deueniunt ad furtū. Falsum etiam committitur, supponendo, & mittendo falsos taxillos. Perditio temporis inturgit, quia causa est omnium malorum, & longe magis, vt dicit Hostiens. dolendum est de temporis amissione, quam rerum. Ad eum cupidas lucrandi, quæ teste Apost. radix est omnium malorum, vt not. Doct. in capit. nam concupiscentiam, de constitut. Nascitur & corruptio proximorum insipientium, quos malo exemplo ludentes corrumpunt, 11. q. 3. cap. in cunctis, & cap. præcipue. cap. magna, §. primo, de voto. Vita etiam turpis agi dicitur propter ludum, & sic offenditur honestas, quæ est inter primaria præcepta. Et ea potissimum ratione clerici lusus prohibetur, cap. clerici, de vita, & honestate cleric. Postremo, quandoque nascitur desperatio. Vnde propter desperationē

amisitorum in ludo iuvenes vidimus, & nenum gustasse, & vita functos fuisse, vt testatur Marian. Socin. in dicto c. inter dilectos, num. 100. Quare tamquam res † detestabilis, perniciosa ad interitum usque non solum anima, sed etiam corporis plerumque deducens, tanquam scelera res, atque nefanda fugiendus est ludus, cum tot, & tanta ex eo mala proueniant, quæ etiam colliguntur ex d. Athene. alearum usus. &c l. 1. ff. de aleat.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Castitate difficile seruatur cum cohabitatione mulierum.*
- 2 *Clericus solus cum femina loqui, aut balneare non debet.*
- 3 *Constituti in sacris non debent interesse coniugii nupiarum.*
- 4 *Clericus inuenitus cum muliere possit sine mesu excommunicacionis detineri per viginti horas.*
- 5 *Consanguinea in linea ascendentium, vel descendenter possum cum clericis habitare.*
- 6 *Consanguinea in linea transuersali usque ad secundum gradum licet cohabitare clericis.*
- 7 *Habitare cum consanguineis non licet, ubi est suffitio inuenitus, aut caloris naturalis.*
- 8 *Clericis licet cohabitare consanguineas, & eas, quæ sunt de familia domestica necessarie.*
- 9 *Episcopo, & Monacho an licet cum feminis cohabitare. & quod non licet in tribus casibus, num. seq.*
- 10 *Episcopis non est licet cum feminis immoderatam familiariteratem habere.*
- 11 *Moniales nullo modo permittantur cum clericis, aut monachis habitare.*
- 12 *Moniales debene esse sub perpetua clausura.*
- 13 *Superior, qui debet dare hanc licentiam, quis sit.*
- 14 *Corporaliter visitare clerici feminas non debent.*

De cohabitatione mulierum vi-  
tanda à clericis. Cap. X.

**E**XCEDVNT etiam clerici co-  
habitando cū mulieribus ex-  
ponentes se maximo pericu-  
lo amittendi castitatem : cum  
clericī in sacris cōstituti † teneantur ad  
custodiā castitatis, iuxta tex. in cap. 1.  
& 2. distin. 28. quām difficile erit seruare  
cohabitādo cū mulieribus, imò quasi  
impossibile, quē mādmodum stipulam, cc  
ram, aut stipulam seruari. iuxta ignem.  
Hinc Prover. 6. Nunquid potest homo  
abscondere ignem in finu suo, vt velli-  
menta ipsius non ardeant, aut ambula-  
re super prunas, & non comburantur  
plantæ eius, sic qui ingreditur ad mulie-  
rem, non erit immunis cum tetigerit  
eam. Ideo Gregorius in Dialogo dicit.  
Qui corpus suum continentia dedicat,  
habitat cū mulieribus nō præsumat,  
ne ruina ruentī tanto repentina subre-  
pat, quanto male concupiscentia ex p̄  
sentia concupite formæ famulatur.  
Modo more nostro solito ad Decisio-  
nes deueniamus.

Prima. Prohibito principali, & om-  
nia, quæ occasiōnem præstant principali  
inhibita intelliguntur. Puta inhibi-  
tur clericis in sacro ordine constitutis  
incontinentia etiam cū proprijs uxori-  
bus, & contrahere matrimonium, vñ  
ile omnia, quæ occasiōnem præstant in-  
continentia, & fornicationis eis pro-  
hibentur, scilicet vt non habitent cum  
feminis præsertim extraneis, 8.1. dist.  
cap. volumus, c. legitur, & cum omnibus.  
Quæ tamen faciunt, vt vno conces-  
so reliquum concedatur, & vno prohi-  
bito alterum prohibitum intelligatur,  
vide Arch. in c. 1. nu. 6. dist. 44.

Secunda. Non debet clericus solus  
cum feminā † loqui, 8.1. dist. cap. clericis.  
de cohab. cler. & mulier. cap. secun-  
do, nec cū muliere balneare, cap. non  
oportet, dist. 8.1. vbi nota, quod si mu-  
lier inuenia fuerit in balneo cū viro

extraneo, priuatur dote, idem de viro,  
si inuenitus fuerit in balneo cū extra-  
nea muliere, quod priuatur donatione  
propter nuptias, C. de repud. I. fina. noz.  
Ioan. And. in cap. plerumque, de donat.  
3 inter vir. & uxor. † Nec debent in sacris  
constituti interessc conuiuijs nuptiarū,  
3.4. dist. cap. presbyteri, nec etiam fabu-  
lati cū viris de formis mulierum, nā  
peccatum est, cap. fin. 40. dist. in glo. 3.2.  
dist. cap. hospitiolum. & clericus inuen-  
tus † cū muliere, potest sine meru ex-  
communicationis detineri per viginti  
horas, ut testes vocentur, per quos pos-  
sit probari, arg. s. de adult. I. capite  
quinto. Quod verum est per maritum,  
fratrem, vel filium, alij autem excom-  
municationem incurunt, de sent. exc.  
c. si verò alicuius, s. si not. Host. in sum-  
de cohabit. cler. & mulier. s. & qualiter.  
Henricus in cap. h quisquam, eod. titu.  
Præsertim cūr timetur de fuga, ne re-  
maneat impunitus, arg. s. de his, quæ in  
fraud. cred. l. ait prætor, s. si debitorem,  
licet glossa in cap. cum non ab homine,  
de sent. exc. videatur requirere clericis  
tiam prælatorum, de quo dic, ut ibi per  
Panormi.

Tertia. Consanguineæ s. in linea trā-  
dentium, vel descendenterum vñque ad  
quartum gradum possunt licitè cohabi-  
tare clericis, arg. de consang. & affin. e.  
non debet. & dist. 8.1. c. cum omnibus,  
& cap. volumus. Patet etiam ratione:  
quia naturale fecundus nihil criminis per-  
mitit in talibus suscipiari, ut exer. de p̄  
sumpt. c. cum in iuuentute, cap. à nobis,  
de cohab. cler. & mulier.

Quarta consanguineæ † in linea trā-  
ueriali vñque ad secundum gradum in-  
clusiuè possunt licitè cohabitare clericis  
nisi secū habent personas pedissequas,  
aut alias suspectas, aut alias mulieres  
quæ sunt in le suspeçta, ita tex. in c. legi-  
tur, distin. 8.1. Vbi B. Aug. nec cum lo-  
nore habitate consentit. Dicens, quæ cū  
forore mea sunt, forores meæ non sunt.  
Item Alten. li. 6. tit. de ornat. 11. verb.  
sed nunquid.

**Quinta.** Quamuis sit licitum clericis  
7 cohabitare aliquas † consanguineas, sci-  
licet auiam, matrem, sororem, amitam,  
materterā, filiam stratis, & sororis, &c.  
vbi tamen est suspicio iuuentutis, aut ca-  
loris naturalis, non est licitum habitare  
similē: Nam ut dicit Henr. in cap. 1. de  
cohab. cler. hoc tutius est animæ: quia  
ut dicit Abacuc. c. 1. facies eorum ven-  
tus vrens. Et est consonantius honestati,  
ideo sequendum, maximè quando ex  
hoc timeretur scandalum generari. Tū  
etiam, quia talis conuersatio est pericu-  
loſa, secundum illud Eccl. 13. Qui teti-  
gerit picem, coinquinabitur ab ea. Vn-  
de Io. And. & Hsot. not. in ca. veniens,  
de eo, qui cogn. confang. uxor. su. quod  
oportunitas facit latronem.

**8 Sexta.** Sic ut licitum est clericis † co-  
habitare mulieres consanguineas, ita  
etiam eas, quæ sunt de familiaritate  
necessitate, ut sunt ancille, & pedis-  
sequæ. Ita probatur in cap. cum omnib.  
dist. 8.1. Pariter potest habitare cum mu-  
lieribus, quæ sunt consanguineæ ultra se-  
cundum gradum lineæ transversalis,  
dummodo non sint suspectæ, quia iuue-  
nes secundum Rayn. qui ita etiam intel-  
ligit de ancillis, dist. 8.1. cap. sceminas. &  
dist. 3.2. interdixit, in fine.

**Septima.** Licet honestius sit præser-  
tim propter alios clericos cum Episco-  
po coimorantes, † & tutius secundum  
Henric. in c. 1. de cohab. cler. Episcopo  
nullam secum omnino habere mulie-  
rem, quod si habere probatur, de episcopatu ejicitur, in auth. de sanct. episc.  
9. Episcopum. collat. 9. Sicut nec Mona-  
cho, 18. q. 2. cap. peruenit. Nec matrem,  
aut sororem, ut commun. Doct. in d.c.s.  
legitur enim quod B. August. neque cū  
sorore habitare consenserit, 81. dist. cle-  
gitur, cum ibi not. tamē Pan. iii. d.c. 1.  
dicit, quod potest Episcopus habere se-  
cum matrem, aut sororem, vel aliam  
consanguineam non suspectam per d.c.  
interdixit. Et hanc opinio est amplecten-  
da: Nam non est standum iuri ciuitati,  
ex quo Canon tenet oppositum; fallit ta-

men in tribus casibus. Et primus, † ut  
nunquam licet tenere consanguineas  
non suspectas in eadem camera, not.  
Arch. in c. volumus, dist. 8.1. Secundus,  
fallit in extraneis iuuenibus, quamvis  
sint bona famæ: quia illas tenere non li-  
cer: nam talis commixtio sic esset perni-  
cioſa. Tertius, ut nec consanguinea,  
qua haberet secum pedisse quam iuue-  
nem, ita sentit glo. in d. c. volumus, &  
ita ratione adiuncti aliquid fortius pro-  
hibetur: quia propter pedisse quas pro-  
hibentur mulieres non suspectæ habita-  
re cum clericis. Et eadem, ratione dici  
potest sacerdos non est suspectus, sed ha-  
bet clericos suspectos, sic not. Ioan. de  
Anan. in d.c.a. anu. 5.

**Octava.** Licet sit licitum aliquas con-  
sanguineas cum clericis cohabitare, ut  
11. dictum est, non tamen † est licitum ma-  
xime Episcopis cum talibus immoda-  
tam familiaritatem habere, ne uilis, &  
contemptibilis habeatur, ita haberetur di-  
stinct. 3.4. cap. quorundam, vbi dicitur,  
quod si admonitus nollet desistere, de-  
ponatur.

**Nona.** Moniales nullo modo permis-  
sunt cum clericis, † aut Monachis ha-  
bitare, distin. 2.3. cap. sanctimonialis, &  
c. sacras, de consecr. dist. 1. e. in sancta.  
**10** Sed debet † esse in monasterio, sub  
perpetua clausura, à quo exire non pos-  
sunt, nec pro visitandis monasterijs si-  
bi subiectis, secundum Arch. per tex. in  
c. 1. de sta. regul. in 6. Et nec alij possunt  
monasterium intrare, nisi causa legitima,  
& rationabilis sit, & manifesta, &  
licentia superiori interueniat, d.c. 1. &  
ita requiratur, quod licentia sit peuta, &  
obtenta. secundum Gemini. ibi. Qui  
11. etiam dicitur, qd ille censemur superenor,  
qui praecell ipsi monasterio, ut in c. deci-  
ma, 28. q. 2. & qui habet facere clausu-  
ram, vt ibi. & per Franc. num. 5. Non  
tamen potest Abbatissa hanc licentiam  
dare, cum & ipsa arctetur hac clausu-  
ra, dicto cap. 1. §. verum, & §. sequent.  
Sed an sint aliqui casus, in quibus mo-  
nialis possit exire clausuram? Dic qd sic,  
quorum

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

quorum primus ponitur per text. in d. cap.1. (verbi gratia) si forte tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam labore constaret, quod non posset cum alijs absque graui periculo, seu scandalo morari, quo casu oporteret ut superioris earum, & episcopi cognitio, ac approbatio in scriptis simul concurrant, 18.q.2.c. in decima, & cap. qui religiosus. Idem Pius V. in cōst. 108. Decori anno 1569. edita, nisi in uno casu tantum, quando monialis esset ita euidenter, & grauiter infirma, quod cu[m] alijs morari non posset absque periculo, & scandalo, quia tunc licentia superioris in breui haberi non posset, quia esset in remotis, iux. gl. in c. ad Apostolice, de dona. 12.q.2.c. bonae, posset exire de consensu monialium absque licentia superioris, & sine metu excommunicationis, ut pot. Domin. & Franc. in d.c.1. Secundus casus est, si superuenerit ineuitabilis necessitas, sicut exultionis ignis, vel incursum hostilis, quæ dilatione nullo modo patitur ad postulandam licentiam egrediendi, quo casu debent, si possunt, non separatum, sed coniunctim exire, & recolligere se in aliqua domo honesta, quounque prouideatur. Tertius est causa regiminis, ut aliqua monialis sit prælata alicui monasterio, vel etiam sit magistra novitiarum. Quartus casus est, quæ do de mandato prælati habentis autoritatem monasterio primo ex causa rationabili reliquo totus cōuentus ad monasterium aliud se transferret. Ita Urbanus III L & Benedictus XI I. statuit circa moniales S. Claz. In quibus casibus requiritur approbatio superioris earum, & Episcopi, ut superius diximus. Et Urbanus III L. in regula dicit, quod non debent egredi absque licentia protectoris earum. Quæ quidem moniales, si aliter exeunt clausuram, incidunt in excommunicationem eo ipso, nec non comitantes, ac receptatores, à qua præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi nequeunt, ut habetur per Pium V. in di-

cta constit. Decori. Et nota, quod clausura est ianua monasterij, vnde exeuntes ex illa ad ecclesiam exteriorem, in qua secularibus ad missas solet patre ac cessus, vel exeuntes ad rotam, vel ad erates, seu loca colloquijs destinata, quæ vulgo parlatoria vocantur incident in censuram, ita Gregor. XIII. in consti. 13. Deo sacris anno 1572. declarauit. Nec debent sc̄minæ sacratæ circa altare incensum portare, d.c. in sancta. Pariter nec debent sc̄minæ, quando diuina officia celebrantur, ad altare accedere, nec presbytero ministrare, aut etiam infra cancellos, aut infra chorum, vbi cantant clerici, stare, aut sedere, ut extr. de vita & hōne. clericorum, cap. 1. imo etiam nec viris laicis hoc permittitur, quod Innoc. in dicto cap. 1. intelligit de honestate.<sup>1</sup>

Decima, & vltima. Cauere debent clerici à mulieribus, ita ut cum eis non habitent. Vnde Hiero. Si cum viris habent sc̄minæ, non deerrit viscarius diaboli, & cum sc̄minis prohibitis habitantes, peccant mortaliter. Card. Tur. rect. in c. interdixit, dist. 32. Nec eas ste querenter corporaliter † visitent, dist. 32. cap. Hospitiolum, & familiaritatem eorum nimiam vitent, 18.q.3. cap. perniciem. Item earum tactus omnino declinet, d.c. Hospitiolum. vnde B. Greg. refert, quod quidam presbyter presbyteram suam cum qua in minoribus ordinibus contrixerat, vt suam sororem diligens, tamen quasi hostem cauens, eā ad se proprius accedere moribundus non sinebat, cap. presbyter, dist. 32. Dicens: Tolle paleam, qua adhuc in me ignobilis temptationis remansit.

## S V M M A R I V M .

- 1 Clericus non potest cogi ad abiurandum a cō cubinas, sed adulteras sic.
- 2 Monitus judicialia, vbi est nec ossaria, s̄ri na requiritur.
- 3 Peccator recidivans gravius puniendus.
- 4 Culposus quis magis dicantur, attenuans alium

- actum prohibitum clam, vel palam.  
 5 Prosternatio elande fluna non relevat prote-  
stantem.  
 6 Actus quo modis fiat clam.  
 7 Clerici ex publico crimine tria mala o-  
riuntur.  
 8 Concubinarios beneficiis primari solum  
competit Episcopis, & superioribus.  
 9 Negotia grasia Episcopus reservantur.  
 10 Capitulum, an sede vacante possit dispen-  
sare in casibus Episcopo reservatis.  
 11 Capitulum sede vacante possit dispensa-  
re in studio literarum.  
 12 Capitulum, ut omnia possit vi antecessor,  
fallit in multis casibus.  
 13 Clericus, qui confiteatur crimen concubina-  
tus, an dicatur notoriis concubinarius.  
 14 Poena quinque imponitur pro adulterio.  
 15 Concubinarius cum varia poena impo-  
natur a iure, index quam vulnus impo-  
nere potest.  
 16 Poena quando diversa imponitur, in qua  
inior casibus una non tollitur per aliam  
impositionem.  
 17 Clericus ob concubinatus suspensus, an pos-  
sit eligere, & eligi.  
 18 Fructus medio tempore percepti ob suspen-  
sionem, an post suspensionem suspensio  
restituantur.  
 19 Concubina clerici sequitur formam eius.  
 20 Presbyter fornicans non committit simili-  
cēm fornicationem.  
 21 Clericus per se uans in concubinatu, non  
est cum aliis fidelibus sepeliendus.

## De clero concubinario.

### Cap. XI.

**V**ad Decisiones deueniamus. Prima Decisio sit ista. Cleri-  
cus non potest cogi ad abiurā  
das concubinas, sed ad ipsas  
relinquendas debet per suspensionem  
cogi, & inobediens excommunicari, c.  
clericos, decohab. cleric. & mulie. Licet  
possit adulteri cogi ad abiurandam adul-  
teram, & cohabitandum cum vxore, &  
adulterum alligare iuramento de adul-

tera amplius non admittenda, cap. cum  
haberet, de eo, qui dux. in matr. quam  
poll. per adulter. Quo casu debet præce-  
dere tria monitio, cum regulariter ubi  
2 monitio & iudicalis est necessaria, vt est  
ista, sicut notat Bal. in auth. Item nulla,  
C. de Episcop. & cler. tria requiritur,  
cap. si quisquam, cap. si autem, de coha-  
bit. cler. & mulier. 24. q. 3. cap. de illicita,  
cap. contingit, cap. sacro, de ient. excom.  
cap. ex litteris, de conslit. aut vna moni-  
tio peremptoria pro tribus, de dila. c. 1.  
& d. cap. de illicita, cum ibi not. Paria  
enim sunt indicere tres monitiones, vel  
vnam peremptoriā pro omnibus, præ-  
sertim ex causa, considerata personarū,  
& negotij qualitate, & maximē in con-  
cubinario notorio, vt in casu nostro, de  
appel. cap. cum sit. cap. constitutionem,  
de sent. excom. lib. 6. Henr. in cap. si quis  
Episcopus, de const. Nisi vbiunque ad  
perendum aliquod priuilegium cleri-  
cale, aut ad incurriendam penam ius e-  
xigeret trianam monitionem, nam tunc  
vna monitio peremptoria non suffice-  
ret, nec haberet vim trianę monitionis,  
not. Io. Andr. in c. i. de vita, & honest.  
cler. in cap. ex tua, de cler. non resid. Pa-  
nor. in cap. fin. de vita, & honest. cler.  
quia in penalibus verba debent intelligi  
in proprio significatu, cap. in nostra,  
de iniur. ff. de neg. gest. l. 3. §. hęc verba:  
quod limita, nū illa peremptoria habe-  
rent tria temporum interualla, secundū  
formam in d. c. constitutionem, & c. sa-  
cro. Ita Prepositus in cap. præterea, i. de  
sponsa. Quare ex his patet, quod contra  
omnes cōgubinarios clericos occultos,  
non publicos, non videtur sufficere vna  
monitio peremptoria, antequam ad pri-  
uationem. i. perpetuam nudationem be-  
neficij perueniatur, d. c. si autem. Sed in  
processu faciendo requiritur tria moni-  
tio, ibi loan. de Anan. Nisi illa perempto-  
ria haberet tria temporum interualla.  
Item nisi Iudex in sua praesentia feci-  
set monitionē: quia tunc vna sufficit pro  
tribus, text. secundum commu. intelle-  
quum in l. 2. C. quon. & quando iud. gl.  
&

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

& Doct. in d. c. consuluit. Quod si post monitionem continuauerit delictum, maiorem penam meretur. Offenditur postea ius, &c iudex. Facit quod habetur in l. similia, ff. de iuris omnibus iudi. & per Bart. in l. si dominum, ff. de furti.

**3** Secunda. Clericus recidivans in peccato concubinatus, grauius est puniendus, de Apoſt. cap. quidam, de heret. ad abolendam, §. illos, c. super eo, cap. accusatus, eod. tit. lib. 6. cap. si refugientes, de penit. distin. 4. Quare clericus publicus concubinarius si post trinam monitionem ad effectum infligendi penam priuationis beneficiorum, iux. tex. in cap. si quisquam. & c. si autem, de cohab. cleric. & mul. & priuationem effectualiter beneficiorum, concubinam reassumperit contumaciam crescente poterit degradari, auth. de sanc. Episc. §. presbyteris, col. lat. 9. c. clericos, de cohab. cleric. & mul. Vbi potest perpetuo excommunicari, & deponi, not. Hostien. in sum. eo. tit. §. & qualiter Henric. in c. si quisquam, eod. titu. ad hoc, cap. cum non ab homine, de iudic.

**4** Tertia. Licet in materia prohibita, ut est materia concubinatus, quomodo cumque fiat actus, siue clam, siue palam, semper presumatur dolus, c. i. de prescr. l. 1. C. de siccari. Tamen si materia esset permissa regulariter, sed certo casu prohibita, tunc attentans ad actum prohibitum, dicitur magis culposus, si facit clam, quam si palam. Imo faciens palam, potius presumitur errore, quam dolo ductus, l. fin. ff. de ritu nupt. Vbi idem dicitur de deſponsante consanguineam, vt no. Gem. in cap. presbyter, dist. 18. Bart. post Dyn. in l. 2. §. generaliter, ff. vi bon. rapt. Et per hanc insert. Bart. in l. pupillus, §. fin. ff. de auth. tut. quod si tutor emit rem pupilli palam, videtur fecisse bona fide, non autem si clam, per lnon existimo, & in §. ff. de admin. tut. Hinc alibi diximus, quod ignorantia iuris non excusat illum, qui facit aetiam clam, etiam si esset persona alias excusabilis, gl. in l. 1. C. de intermatri. Item protestatio clandistica non

releuat protestantem, nec viciat adum expressio consensu partium celebratum, secundum Bar. in l. qui aliena, §. Celsus, ff. de acqui. hæred. nisi fieret ex iusta causa, & per metum, cap. i. quod met. caus.

**6** Quot autem modis dicatur actus fieri clam, vide not. per glo. in c. cum inhibito, de cland. depon. Videlicet, quando non potest denieren ad cognitionem, cuius interest, secundum Bart. in l. 2. C. de ijs, qui ex publi. ratio. lib. 10. per illum text. si aliquid sit de nocte, secundum Bald. in l. cum fratrem, in princ. C. de his, quib. vt indig. Idem, quando sit per interpositam personam, Bart. in l. pupillus, per illum tex. de auth. tut. Vel quando non est seruata consuetudo, Bart. in l. 2. C. de his, qui ex publ. rat. lib. 10. Vel quādo actus non potest deuenire in notitia aduersorum, Bart. in l. non intelligitur, §. tanta, ff. de iure fisci. Item, quādo sit actus non citato eo, qui posset contradicere, Bart. in l. alio, in 3. col. ff. de alimen. & cibar. le gat.

**7** Quarta. Ex publico crimine clerici concubinarij tria mala fit oriuntur, & praesertim sacerdotis. Primum, aliorum maxime laicorum corda scandalizantur. Secundum, vituperatur officium ecclesiasticum. Tertium, præstatutum alijs licentia, materia peccandi, i. q. 3. cap. si mala. cap. significasti, de adult. cap. magna de voto. Publicum verò crimen est nomen generale ad notorium, famam, & manifestum, sed recipit interpretationem secundum subiectam materiam, arg. not. in Clemen. exiui, de verb. sign. & communem vsum loquendi, ar. l. cū de lanionis, §. asinam, de fund. instr. capit. quamuis, de verb. sign. notat Panor. in c. olim, eo. tit.

**8** Quinta. Solis Episcopis, & superioribus competit fit priuare concubinarios beneficijs, per tex. in cat. si clerici, §. de adulterijs, de iudice. vbi tex. loquitur de Episcopo, non de inferioribus, puta Abate, Archidiacono, Diacono. Capitulo, aut alijs, qui nunquam dispensant contra Canones, etiam vbi dispensatio à iure

iure conceditur, nisi specificè eis concedatur, vt not. Innoc. in cap. 2. de eo, qui sunt ord. recep. Hinc est, quod iura semper loquuntur de Episcopis, & quando volunt concedere inferioribus, semper exprimunt, vt in d. c. 2. & c. cum illorū, de sent. excom. c. insinuatione, de simo. de præben. cap. cum non ignores, notat Archid. in c. cum ex eo, de elect. in 6. senit Innoc. in cap. fin. de postul. prælat. Nā 9 cum dispensatio sit de maioribus negotijs, 1. q. 7. c. didici. Ideo talia grauia Episcopis tanquam sponsis, & vniuersalibus ordinatijs reseruantur, 18. dist. c. i. sicut dicimus de excommunicatione à Canone lata, vt regulariter nullus valeat præter Episcopum ab illa absoluere, vt legitur & not. in Clem. 1. de priu. Ad hoc, 16. q. 1. c. interdicimus, Clem. ne in agro, §. ad hac, de stat. regu. vbi non pos sunt Abbates ecclesiæ vñire, licet ad eos spectet collatio, idem in permutatio ne, vt not. in Clem. 1. de rerum permut. Et prædicta intellige, nisi inferior habe tet ex priuilegio, vel consuetudine iurisdictionem quasi episcopalem, al hoc, c. Abbatis, in fi. de priu. in 6. Clement. attentes, post princ. de stat. reg. not. Io. And. in Clem. 1. de reb. eccl. non alie. vbi talis interponit authoritatem rei ec clesiastice alienand.e.

Sed an Capitulum Sede vacante pos 10 sit dispensare in casibus permisso ab Episcopo. Dic, quod sic. ita not. Ioan. And. in cap. cum ex eo, de elect. in 6. per d. cap. ix. insinuatione, vbi est easus expressus secundum vnum intellectum, quod in casu illius capituli sedes Episcopalis vacabat, & Præpositus, & Capitulum dispensauerat cum illo simoniaco, facit cap. ecclæsia, 16. q. 1. cum ibi not. & in c. contumaces, distin. 50. & ratio est: quia Capitulum succedit in iurisdictione Episcopali, siue contentioſa, & necessaria, siue voluntatia, & gratiosa, nisi vbi à iure contrarium cauetur: cum iura, quæ clamant, quod Capitulum succedit in iurisdictione, non distinguant in ter contentiosam, & voluntariam, sen

tit Inno. in cap. ad abolendam, de heret. Panor. in cap. cum olim, de fraude. & obediens. Et in maioribus causis iurisdictione al Capitulu[m] deuoluitur, Ioan. Andr. not. in cap. 1. de maior. & obedient. vb[is] Moder. Ad hoc dicto c. ad abolendam. Clement. 1. de heret. Hinc conclusit Fe 11 der. de Sen. cons. 30. † quod Capitulum Sede vacante potest cum Rectore Parochialis ecclæsia dispensare, vt per septen nium insistere valeat studio litteratum, & quod interim ad sacerdotium minime teneatur, & ratio est: quia Capitulum succedit Episcopo in spiritualibus, & temporalibus, vt pater de sup plen. neglig. prælat. capit. penult. & ult. in glos. prima. Sed successor, & antecessor pro vna persona reputantur, de fato competen. cap. dilecti, de solut. cap. primo, ergo ut Episcopus poterat, sic & 12 successor, fallit tamen hac regula, q[uod] Capitulum omnia possit quæ antecessor, in multis casibus. Et primus, vt omnia, quæ pertinent ad Episcopum iure suo, transfeant ad Capitulum, secùs si Episcopo competenter ex privilegio, vel iure delegato: quia illa ad Capitulum non transeunt, Paul. in Clement. 1. de priu. Secundus casus est, in collationibus beneficiorum. Item fallit in iudicio, capit. vii. ne sede vacan. lib. sexto. item in alienationibus rerum ecclæsiae, 12. q. 2. c. si qua, de rebus ecclæsiae. Federicus de Senis, qui supra, num. 3.

13 Sexti. Clericus, qui confiterit & cri men concubinatus, non dicitur notori us concubinarius, licet talis confessio peccatiudicet confitenti quantum ad præsumptionem. not. in l. 1. §. Iulianus, ff. de lib. agno. & ad indicium supponendum confitentem torturę, vt cogatur in ea perseuerare, gl. & Bar. in Lepcite quinto, ff. de adult. Innoe. & ibi Panor. in c. per inquisitionem de elect. aut ad impo nendam penam extraordinariam, vt glorianti de crimine. cap. quam sit, de excess. prælat. Inn. in c. interposita, de apell. Panor. in cap. olim, de tescip. qui nimmo confessio extra judicialis gene rat

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

rat infamiam saltem facti, not. in d. c. at  
si clerici, vbi Panor. ideo poterit confi-  
tentia penitentia iniungi, c. quisquis, 24.  
1. Imo valet etiam & praetor iudicat con-  
fidenti ad probandum delictum, & ad  
priuationem, d. cap. per inquisitionem,  
tandem vide Prepositum, in c. ex literis,  
de diuor. vbi late notat quos effectus pa-  
riat confessio extrajudicialis.

14. Septima. Pro adulterio † quatuor pe-  
nae inueniuntur à iure statutæ. Prima, se-  
paratio thori, & quo ad istam imponen-  
dam solum est fori ecclesiastici, cap. tuæ,  
de procur. c. 1. de offic. ordi. d. car si cleri-  
ci, §. de adulterijs, sic potest intelligi gl.  
in c. cum sit, cap. conquestus, de for. com-  
pe. quæ adulterium numerat inter crimi-  
na ecclesiastica. Secunda, detrusonis in  
monasterij, vt ibi lachrimis lauet pec-  
atum, quod pudor est confiteri, & pro  
ista potest etiam adiri iudex ecclesiasticus,  
cap. gaudemus, de conuers. con-  
iugat. Tertia, quod adulteri scinduntur  
in pannis ante, & retro, & pro ista  
potest etiam adiri iudex ecclesiasticus,  
cap. intelleximus, capit. 2. de adulte. qui  
tex. loquitur in virgine, cum qua de iu-  
re Canonico potest fieri adulterium, 32.  
q. 4. c. nemo, §. & ego. Quarta in mascu-  
lo est pena sanguinis, ff. de adult. l. quā-  
uis ij, & semina clauditur in monasterio,  
auth. Sed hoc. C. eo. ti. & quo ad hoc, est  
fori secularis, c. sententiam, ne clerici. vel  
mon. Panor. in c. cum sit, de for. comp.

Octaua. Cum variae poenæ imponan-  
tur per iura cōcubinarij, vel adulteris,  
vt habetur per tot. tit. de cohab. cler. &  
mulier. ideo est in arbitrio iudicis † quā  
penam debeat imponere: nam quando  
cunque iura varias penas imponunt,  
optio datur iudici, no. 21. q. 2. in sum. 34.  
dist. cap. fraternitatis. Panor. in c. sicut,  
de cohab. cler. & mulier. imposta tamē  
vna pena, non potest ad aliam penam  
transire, nisi contumacia crescente, l. pre-  
tor edixit, ff. de iniur. cum ibi no. Facit  
quod no. Bart. in l. 1. ff. vi bon. rap. & hoc  
procedit, cum penæ imponuntur disfun-  
ctiue, secus si constet † plures penas si-

mul pro eodem delicto esse impositas;  
per diuersa iura pro eodem delicto,  
quia tunc neutra per alteram tollitur.  
Quod est verum, quando vna est pre-  
paratoria, altera autem vt terminus pe-  
næ, quia in ordinatis ad inuicem, v-  
num includit alterum, in auth. clericus,  
C. de Episc. & cler. idem, quando vtraq;  
pena imponitur à iure, & altera per ho-  
minem, quia tūc concourtūt, C. de sacro  
fan. eccl. l. nemo. Idem, quando vtraque  
pena imponitur copulatiue, nā vtraque  
pot. imponi, l. placet, C. de sacros. ecc. c. 1.  
16. q. 1. c. excommunicamus, de her. &  
de crim. falsi, c. ad falsariorum. Idem,  
quando poenæ essent imponenda per di-  
uersos iudices diuersi fori, vna per iudi-  
cem ecclesiasticum, altera per iudicem  
seculariem, puta in sacrilegio, aut alio  
delicto mixto: quia condemnatus in v-  
na, potest accusari pro alia in alio foro,  
cap. 2. de maled. capit. felicis, §. per hoc  
quoque, de penis, in 6. per quem rex di-  
cit Io. And. & Dom. q. punitus criminis  
liter per iudicem ecclesiasticum, potest  
puniri & criminaliter per iudicem ciui-  
lem, ex quo crimen est mixti fori, vide  
Henr. & alios, in cap. de his, de accus.

Nona. Clericus suspensus à perceptio-  
ne † fructuum sñorum beneficiorum  
propter crimen concubinatus, potest eli-  
gere, & eligi, ac acquirere beneficium.  
not. Guliel. & Imol. in Clem. 2. de ætate  
& quali. Henr. & Doct. in c. dilectus, de  
consuet. quia hęc non est vera suspēsio,  
sed quædam bonorum subtractio in pe-  
nam, de temp. ordin. cap. ex tenore. Par-  
ter suspensus à potestate vocis dāde, seu  
à potestate eligendi, si eligatur ibidem,  
vel alibi, valet electio, Imola in d. Clé-  
men. 2. Sed suspensus à beneficio tantu, non  
posset durante suspensione acqui-  
rere beneficium, d. cap. cum dilectus,  
vbi Doct. c. per inquisitionem, cum ibi  
not. de elect. nisi suspensio reduceretur  
ad certam ecclesiam: quia tunc posset  
acquirere beneficium in alia ecclesia, ni-  
si aliud impedit, argu. tex. in c. si com-  
promissarius, §. restringitur, de ele. in 6.  
posset

posset tamen suspensus à beneficio eligere, per c. cum Vintoniensis, iuncto capitulo, cum in cunctis, de elect. vbi canonicus eligens scienter indignum, est suspensus triennio à suis beneficijs, & tamen interim potest eligere.

18 Decima. Fructus ecclesiæ percepti me dio tempore, quo Rector eius ob supra dictum crimen suit suspensus, vel excommunicatus, non debet ei restituiri post ab solutionem, sed applicantur Ecclesiæ, non rat Innoc. in c. ex insinuatione, de appell. Bat. in l. cum allegatur, C. de re mil. lib. 12. Idem, si Rector est absens ab Ecclesiæ sine licentia Praelati, nam in absentiâ non percipit suetus de iure, nisi sit à iure priuilegiatus, c. ad audientiam, cap. cum dilectus, de clericis, non resid. Bald. in l. C. de his qui. vt indign. velâ Papa, & vt studentes Romæ. Oldr. consil. 17.

Vndecima. Concubina clericis sequitur forum † eius, Doct. in l. cum quædam, ff. de iurisd. omn. in d. secus in concubina laici, l. de iure, in ff. ff. ad munici. quod verum, quantum ad hoc, quod cōcubina clericis, vel alia mulier cum eodē inquens, potest per iudicem ecclesiasticiū puniri, c. si quisquam, de cohabit. cler. & mul. c. si concubinat, de sent. excom. præsertim si delinquacium in sacris cōstituto, & ratio est: quia ratione familiæ est de foro ecclesiæ: omnes enim de familia clericorum, & eorum rustici videtur esse de foro ecclesiæ; arg. 89. dist. cap. iudicatum, & 12. q. 2. c. ecclesiastarum servos. Tum, qui ratione delicti talis persona efficitur de foro ecclesiæ: Sepe enim ratione delicti efficitur quis de iurisdicione aliquius, cui primo nō erat subiectus, 6. q. 3. c. placuit. Et ita ratione delicti ecclesia iudicat de talibus. Cū enim in sacris constitutus Deo voverit castitatem, constat, quod illa fornicaria, tunc commisit adulterium, & factilegium, 27. q. 1. c. qua Christo, & c. virginibus. Henc. & Panorm. in d. cap. si quisquam. Panorm. in c. vt clericorū, de vita, & honestate. vbi ait, quod presbyter † cognoscens mulierem solutam, nō committit

simplicem fornicationem: nam quasi cōtrahit matrimonium spirituale, cum ecclæsia per susceptionem sacri ordinis: vt deditur committere adulterium spirituale, sentit Paulus in Clem. 1. de off. ord. Ideo dicit glo. not. in c. per venerabile, qui fil. fint leg. quod filij presbyterorum dicuntur adulteri: quia cum presbyteri fornicantur, adulterantur, quasi mariti ecclesiastici, 16. dist. cap. Commanensem. Imo glo. in l. 2. C. de Episc. & cler. dicit, quod committit incestum. Hinc Panor. in cap. qnæ circa, de biga. dicit, quod constitutus in factis, plus peccat fornicando, quam maritus adulterando: & presbyter ex maiestate gradus magis peccat, quam Diaconus, & Diaconus, plus quam Subdiaconus, arg. 40. dist. c. homo. & ex maiestate pœnæ, que iniungitur, cap. presbyter, 82. dist.

21 Duodecima. Clericus † notoriè concubinarius viuens, & sic perseverans usque ad mortem, sine penitentia, non est cum alijs fidelibus sepeliēdus, ita colligiatur in capit. pro obeuntibus, c. non existimemus, cap. quæsumus, 13. q. 2. & 23. q. 5. cap. placuit, & q. 7. c. quicunque. In quibus omnis notorius in peccato mortali decedēs, prohibetur in cemiterio sepeliri. Probatur etiam in cap. omnisi, extra, de pen. & remis. nam talis notoriè in concubinatu perseverans usque ad mortem, non vindetur adimpluisse præceptum illud de solum saltem in anno fecisse confessionem, & recepisse sacramentum communionis, prout debebat.

### S U M M A R I U M .

- 1 Episcopi qui sunt ordinis Episcopalis committere non possunt, fallit in multis casib⁹.
- 2 Vicarius, quando possit dare licentiam ordinandi.
- 3 Ordines sacros Episcopus solus confert: Sed licentia illius conferendi ad malios spectat.
- 4 Ordo sacer duplicitate potest considerari.

Ordi-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 5 Ordinari quis non potest nisi à proprio Episcopo.
- 6 Clericus potest ordines recipere à triplici superiori.
- 7 Episcopus recipiens aliquem in familiarem non potest ordinare, nisi det beneficium.
- 8 Pralati inferiores ab Episcopis, an iure pralationis possint dare litteras commendationis.
- 9 Abbes exempti, quando illas concedere possint suis clericis.
- 10 Vicarius in multis casibus illas cōcedunt.
- 11 Ordo non conferunt baptismo non suscepito.
- 12 Charactarem non recipit sacris iniciatus per vim preciam.
- 13 Ordinatus per vim conditionatam, an tenet ad castitatem.
- 14 Ordines maiores quibus in temporibus conferantur. & quid de minoribus, num. 20.
- 15 Pro ea conferentium ordines extra tempora statuta, & nu. 16.
- 17 Ordines sacri debent conferri in Ecclesia episcopalı.
- 18 Ordines minores, & consecratio ubi facienda.
- 19 Ordinem diaconatus conferens exira tēpora, an possit conferre ordinem subdiaconatus.
- 21 Ordo qualitercunque conferatur sine gradu, siue per saltum, character imprimetur.
- 22 Ordinem per saltum ignoranter accipienti paenitentia iniungitur sibi causa sup plendo quod omissum est.
- 23 Ordo presbyterans potest conferri non habenti ordines minores.
- 24 Ministrans in ordine, quem non habet, quam prænam patietur.
- 25 Ordines furtive quadrupliciter recipi possunt.
- 26 Dispensatio à quo fieri possit quando quis furtive recipit ordines.
- 27 Sacramentum ordinis, quando probabiliter dubitatur an quis receptoris, quid faciet.
- 28 Illiterati an promoueri debeant.
- 29 Abbas si dedit primam consilaram nonnullo, vel minores ordines, an si non nullus exierit, illum percusseus sit excommunicatus.
- 30 Ordinatus an censeatur qui multo tempore fuerit in illo, si perdidit litteras sua ordinationis.

## De Clericis circa ordines. Cap. XII.

**D**EINDE consideranda sunt alii qua circa collationem ordinum, vbi nonnumquam solent prælati delinquere, per multas Decisiones, quarum

Prima. Licet qua sint ordinis episcopalis † Episcopus alteri committere non possit, cap. quamuis, dist. 68. Abb. in cap. aquam, nu. 2. de confec. eccl. vel ait. Con cil. Trid. Can. 7. & 11. & cap. 4. sess. 23. Tamen fallit primo, si Vicarius esset Episcopus: quia tunc si habet speciale mandatum exercendi pontificalia, cum clausula. Et ad omnia, quæ facere posset constitutus, etiam si mandatum exigant speciale, tunc posset exercere. ita Francus, in c. fin. col. 2. vers. sed queritur primo. Secundo fallit in Vicario Episcopi, qui licet non possit ordines conserere, Abb., in c. transmissa, nu. 3. de elec. tamen potest Vicarius † generalis Episcopo agente in regnotis, dare licentiam ordinandi: quia licentia ordinandi est dignitas, & collatio est ordinis episcopalis: Hinc sit quid talis licentia, siue litteræ dimissoriarum possint concedi à Vicario generali Episcopi, quæ si sunt speciales, v.g. vt possit à tali Episcopo ordinari, tunc ab alio ordinatus non iuuabitur ordinibus sibi collatis: quia non habet ad hoc concessionem; quia postquam est concessum de uno, de alio est prohibitum, l. cum prætor, ss. de iudic. c. nonne, de præsumpt. At si sunt generales, vt possit ordinari à quocunque, tunc collatio ordinum valida erit. ita Rebuff. tit. de litteris dimiss. num. 2. verum cum valeat

valeat argumentum à potestate Archidiaconi ad vicarium Episcopi, secundū Innoc. & Io. And. in c.ad hæc, in verb. arduo, de offic. Archid. & Archidiaconus, qui absente Episcopo est ipso iure vicarius, glof. & Butt. in d.cap.ad hæc, cum non possit absente Episcopo hanc licentiam concedere, secundum glof. in cap. significasti, in verb. litteras, in f. de offic. Arch. fit, vt neque Vicarius ipsius Episcopi, & ideo tutius esset in litteris vicariatus exprimere specialem licentiam concedendi litteras dimissorias, ad hoc Rebuff. in p̄t. benef. tit. forma vicar. Archid. nu. 48. Tertiò fallit in vicario Papæ in vrbe, & in vicariis Episcoporum per Papam deputatis propter corundem Episcoporum inhabilitatem, ita Mandoli in reg. cahec. 24. cap. 3. de male prom. q. 6. nu. 13. Quarto fallit in vicario habente mandatum speciale ab Episcopo, vt commendatitias litteras concedere possit, cap. nullus, §. inferiores, de temp. ord. in 6. Mandoli. d. q. 6. Quinto, quando vicarius non habens specialem facultatem concedendi licentiam ordinandi, successivè et aliquibus prioribus vicariis eam habentibus, quia tunc illas concedere posset iusta credulitate ductus, ut latè comprobat Mandoli. d. q. 6. num. 15.

<sup>3</sup> Secunda. Licet Episcopi munus † sit proptimum tantum, conferre ordines facros, vt habetur in d. c. cum nullus, & per Conc. Trid. in c. Episcopus, fess. 23. tamen ipso in remotis agente, vicarius ipsius generalis in spiritualibus, vel sede vacante Capitulum, seu Visitator, ad quem tunc temporis administratio noscitur pertinere, potest dare licentiam ordinandi, ita habetur in d.c. cum nullus, vbi etiam additum casum, quando Episcopus fuerit ægritudine impeditus, nam in his casibus litteræ commendationis possunt fieri, vel per vicarium Episcopo in remotis agente, vel per Capitulum, vel per Visitatore, vel per proprium Episcopum alteri Episcopo, si fuerit ægritudine impeditus, & ita collatio

ordinum aliter fieri non potest per alii Episcopū in clericos sibi non subiectos, quam eorum impedito superiori ex ægritudine, & illis in examine approbatis. Qui autem sint † ordines sacri: Die, quod secundum se quilibet ordo dicitur sacer, cum sit sacramentum quoddam. Sed ratione materiae ordo sacer dicitur, circa quam aliquem actum habet, & sic ordo laicorum dicitur, qui habet aliquem actum circa rem aliquam consecratam, & sic sunt tantum tres ordines sacri, scilicet Sacerdotium, Diaconatus, qui habent actum circa corpus Christi, vel sanguinem consecratum, & subdiaconatus, qui habet actum circa vaasa consecrata, ideo, & in eis continentia indicatur, vt sancti, & mundi sint, qui sancta tractant, cap. seruanda, 32. distinct. num. 2. 2. 8. distinct. cap. nullum, & cap. decernimus.

Tertia. Clericus ad sacros ordines promouendus † non potest ab alio promoueri, quam à proprio Episcopo, nisi detinenti proprii Episcopi, ita habetur in c. cum nullus, de temp. ord. in 6. per Concil. Trident. fess. 23. cap. Episcopus. & qui sine licentia proprii Episcopi ab alio ordinaretur, priuatus esset execuzione ipso iure, cap. si quis, distinct. 71. & non obstat ex. in c. quod translationē, de temp. ord. vbi interdicenda est ordinis executio, quia ibi non intelligitur de interdictione dispositiua, hoc est, quia non suspensum suspendat, sed de interdictione, & sententia declaratoria, & executiua, videlicet, quia declarat si ordinatum à iure suspensum, & exequitur iuris dispositionem, ita loan. mon. in c. eos, de temp. ord. lib. 6. poterit tamen Episcopus dispensare, 9. q. 2. c. Lugdunensis, d. c. quod translationē. Proprius vero Episcopus quoad facultatem dandi licentiam recipiendi ordines ab alieno Episcopo, & quo ad facultatem conferendi ordines, dicitur tripliciter, & ita clericus † quo ad ordines, dicitur habere tres superiores, scilicet Episcopum originis, & Domicilij, &

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III. I

Episcopum beneficij. At Episcopus ordinis debet esse ipsius ordinandi, ita gl. in d.c. cū nullus, verbo oriundus. Vnde non sufficeret origo paterna, quod est contra tex. in l. Assumptio, §. 1. ff. ad municip. Hinc non esset excusatus ordinatus, si reciperet ordines ab Episcopo ordinis patrue, ita Io. And. & Franc. in d.c. cū nullus. Sed Episcopus domiciliij dicitur Episcopus illius loci, vbi quis maiorem partem habet suorum bonorum, vt ff. ad municip. I eius, §. vlt. vel possessio etiā domus in alia ciuitate constituit domiciliū, si hoc facit animo acquirendi ibi domiciliū, hoc exprimendo, ut in Lcives, C. de incol.lib. 10. vel si habitauerit ibi per decennium, vt in l. 1. C. de incol. de qua materia uide per Io. And. in c. significauit, de paroch. per Bar. in d. Assumptio. Episcopus etiā loci vbi quis retinet beneficium dicitur proprius Episcopus quo ad collationē ordinum. Verum oportet ut beneficiū habeat clericus in titulum, sive perpetuo, sive ad tempus, ut in Prioribus claustralibus, & alijs regularibus, qui dicuntur subesse diocesano, vbi morā trahunt; etiam si inde non sint oriundi quo ad potestatem recipendi ordines etiam sacros. Hinc inferatur, quod non sufficit habere titulum in commēdā: quia est necesse, quod habeat in titulū. Et commenda non est propriū titulus. Secundum not. in c. nemo, de eccl. lib. 6. An verō Abbatibus sit cōcessum ut minorates ordines conferant. Dic, quod aliquando sic, sed his, qui alicuius Episcopi iurisdictioni non subsunt, ut habeatur per Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 10.

Quarta. Episcopus, qui recipit aliquē in suum familiarem, non potest illum ordinare, vel dare litteras commendatitias, nisi daret sibi aliquod beneficiū, cuius prætextū efficeretur de eius foro, ad quod facit tex. secundum Gemin. ibi in c. cū nullus, nū. 9. de temp. ord. nisi hoc fiat in fraudem, per glo. in c. cīs, qui verb. figura, de temp. ordin. in 6. Sei-

quid si beneficium haberet certos ordines annexos, puta subdiaconatum, nunquid prætextū huius beneficij poterit illum ordinare, vel litteras commendatitias dare super ordinibus superioribus, dic quod sic. ita glo. ibi in cap. nullus, in verbo ecclesiasticum. & ibi Gemini. num. 10.

Quinta. Licet prelati inferiores tā Episcopis non possint dare ex iure prælationis litteras commendatitias, c. cū nullus, §. inferiores, de temp. ord. in 6. Tamen fallit in multis casib⁹, quorum primus in Abbatibus, & prælatis exemptis, qui possunt dare tā litteras commendatitias ad ordines suis clericis, modo ita sint exempti, quod in eorum clericos dioecesanū iurisdictionē nō habeat, ita Ioan. Andr. & Franc. in d. §. num. 5. Secundo fallit in tā Vicario Pap⁹, ita Mandos. in regula cancel. 24. tit. 3. q. 6. nu. 13. Tertio, fallit in Vicariis episcoporum per Papam depuratis propter eorumdem episcoporum inabilitatem. Mandos. §. d. num. 1. §. Quarto fallit in Vicario in spiritualibus, quando, habet speciale mandatum ab Episcopo. gl. in d. §. inferiores, in verb. non extendat. & ibi Gemin. An verō præsente Episcopo possit has litteras dare, dic q. sic, quādo detur speciale mandatum, ut etiam Episcopis præsentibus possint talem licentiam concedere. Gemin. in d.c. in gl. super verb. remotis. Quinto fallit absente Episcopo, quia potest Vicarius concedere absque speciali mandato commendatitias. ibi in d.c. cū nullus, verf. Episcopo. Sexto fallit in Vicario non habente specialem facultatem, qui successit aliquibus Vicariis illam habentibus, quia tune illas concedere posset iusta duetus credulitate. Mand. d. q. 6. num. 1. §. Septimo fallit in Capitulo, nam sece vaante, vel alius, ad quem spectat administratio spiritualium, possent has litteras concedere, d. cap. cū nullus, §. 2. Octavo fallit in Archidiacono, si hoc habet consuetudo, vt not. glo. 9. q. 2. cap. Episcopum, Zabat. in c. fraternitatī, de cler.

det. non residen. vbi ponit multiplices etiam litteras commendatitias.

**11 Sexta.** Nullus potest sacramentum ordinis suscipere non suscepto prius sacramento baptismi, ita probatur in c. i. de presby. non baptiz. & ratio est: quia baptismus est ianua omnium sacramentorum, dist. 3. 2. §. verum: Nisi enim possum sit fundatum, nihil potest superadficari. 1. q. 1. cap. cum Paulus. Item ille, qui ad sacramentum ordinis accedit, necesse est ut sit ordinis susceptius, sed hoc ei tantum competit per baptismum, ergo de necessitate sacramentum baptismi praemittitur sacramento ordinis, & eo non existente secundum D. Thom. in 4. dist. 24. nemo nullum ordinem recipere potest, nec absoluere, nec confiteat, nec etiam ordinare, & quando de errore constaret, ut non baptizatus esset ordinatus, taliter sic ordinatus deberet reordinari, ut in c. i. extr. de presb. non baptiz.

**12** Nec etiam ordinatus ad sacros † ordines per vim praeclaram, recipit caraque rem, cap. maiores, ext. de baptis. quare talis potest contrahere matrimonium, & vii contracto, & in propria persona sumere arma, & bellare, & talem percutiens non est excommunicatus, & in omnibus cestetur ut laicus, quod secus esset, si ordinatus esset ad sacros per vim, sed non praeceps, quia tunc characterem recipierat, ita Zab. in Clem. generale, q. 10.

**13 de æta. & qualit.** Sed an talis ordinatus per vim conditionatam, teneatur ad castitatem. Respon. secundum Ray. quia si talis fuit metus, qui posset cadere in constantem virum, non tenetur, c. per latum, cap. cum dilectus, ext. quod met. causa. Continentia enim non debetur nisi voluntaria, dist. 3. 1. ante triennium, 20. q. 3. c. præfens. Et hoc intellige quod si ante habebat vxorem, poterit illa vt fine peccato, sed si non habebat, continere tenetur, arg. d. 45. c. de Iudicis. Item tenetur continere si non fuit talis metus, & rō est: quia voluntas est saltē indire qua, de qua Aug. voluit facere, quia vo-

luit vivere. i. 5. q. 1. cap. merito. Non tam ad illam tenetur, si fuisset coactio absoluta. Hæc videntur colligi ex iuri bus preallegatis, & expositis. Concordat Goffr. & Holt. Pian. In verb. ordinatus 1. §. 5.

**14 Septima.** Ordines maiores conferri possunt † & debet tantum in sex temporibus anni, scilicet in sabbato ieiuniorii quatuor temporum, & in sabbato mediante hebdomada quadragesime, quo cantatur Sicut est, & in sabbato sancto, & quoniam quidam, distin. 75. vbi Arch. & cap. ordinationes, per Conc. Trident. sess. 23. cap. ordinationes. Licet Papa posse conferre subdiaconatum in omnibus dominicis, & in alijs festis precipuis, dist. 75. cap. vi. & cap. deo, de temp. ordin. sed qui extra dicta tempora illos consert, priuatus est potestate conferendi ordines, quos illicitè contulit, priuatur inquam non ipso iure, sed per sententiam, extr. de temp. ordin. cap. sane, cap. literas, & cap. dilectus, in fin. vnde cum dicuntur in cap. literas, volumus manere suspensus, intellige illud verbum, quo ad ordinatum state propriè, quia suspensus est, sed quo ad ordinantem impropriè, quia est suspendendus. Primū patet in cap. consultationi, eodem titu. Abb. in d. cap. literas, num. 3. & infra, in decis. sequen.

**15 Octaua.** Recipientes ordines sacros extra dicta tempora sunt † ipso iure suspensi ab ordine suscepto, cap. sane, de temp. ordin. cap. cum quidam, cap. literas, potest tamen Episcopus primo eis imposita penitentia competenti dispensare, ut in susceptis ordinibus ministrent, de temp. ordin. cap. consultationi, in text. & glos.

**16 Nona.** Ordines sacri debent conferri in ecclesia † episcopal, arg. dist. 77. cap. 1. cap. ordinationes. sess. 23. in Concil. Trid. & hoc est verum de iure regulari: Hodie tamen de consuetudine, Episcopi conferunt vbi volunt, ut dicit Rod. Minores vero † ordines conferre potest in quacunque ecclesia sui Episco-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

patus, distinct. 75. in Palea. Episcopi autem consecrari debent vbi Metropolitanius elegerit, nisi sit de approbata consuetudine aliud obseruandum, cap. vlt. 51. distinct. in fin. & consecrari debent die dominico more Apostolorum, qui de mandato Domini posuerunt manus Paulo, & Barnabæ, & quia eodem die Dominus resurexit, capit. qui eo die, distinct. 75. Metropolitani vero, & Patriarchæ in suis ecclesijs consecrari debent, nisi necessitas aliud exigat, & consuetudo approbata inducat, arg. 6; dist. cap. quando, & distinct. 23. c. In nomine Domini. Papa vero in ecclesia, si hoc fieri potest, alioquin etiam in ecclesia extra urbem, d.c. In nomine Domini.

**Decima.** Episcopus, qui extra tempora contulit ordinem Diaconatus, tunc à collatione illius suspeditatur, potest tamen Subdiaconatus ordinem conferre, arg. extr. de præsumpt. cap. nonne, de penit. distinct. 1. cap. pœna, ff. de lib. & post. 1. cum quidam. non tamen poterit conferre ordinem presbyteratus: quia non debet frui maioribus, qui minoribus caret, ff. de scr. expor. Lcui pacto. Et non obstat tex. in cap. quod fuit, cum simi. de his que sunt à tua par. cap. quia responderetur: quod quāmis non deliquerit in maiori. facit se tamen indignū delinquendo in minoribus, vt in predicta lege, cui pacto, & c. i. §. sanc. de eo, qui ord. rec. ab Episcopo. Hosti. in c. vel non est, de temp. ord.

**Vndecima.** Minores ordines alijs, quam sabbatis predictis, †, vt num. 7. conferri posunt, ut in dominicis, & alijs festiis diebus, cap. 1. c. de eo, de tempor. ordin. Non tamen iure extinxitur uerbum præcepti de tempore, aut atate pro minoribus, quos conferre potest episcopus vni, vel duobus, & etiam secundum dum aliquos secundum Goffr. Barto. & Bernar. pluribus quam duobus, dummodo non videatur facere ordinacionem generalem, extr. de temp. ordin. cap. 1. & 2. Et hoc idem vult Innoc. in cod. tit. c. de eo, licet Host. dicat, quod di-

cere, quod episcopus pluribus quam duobus possit conferre minores ordines, nō est turum: prima enim tōsura omni die conferri potest, vt dicit Host. in cap. consultationi, de temp. ordin. Et hæc procedunt in laicis, quamvis Greci in conferrēdis, & recipiendis ordinib⁹ non sequent tempora prædicta, c. cum secundū, in tex. & glos. de temp. ordin. An vero minores ordines conferri possint omnes vni persona eodem die, dic. quod sic: mihi contrarium obtineat consuetudo ecclesijs, qua non seruata scandalum generet. Prima vero tonsura, & quatuor ordines minores eidem eadem die conferri non debet, ut dicit Host. & Innoc. extr. de temp. ordin. cap. de eo. Contrarium tamen dicitur fieri in Alemania. Vnus autem ordo facor cū minoribus, uel duo sancti, nullo modo debent conferri eadem die vni personæ. Necia hoc dispensari potest cum aliquo nisi de licentia Pape: quia hoc est prohibitum, vt dicit Host. & Innoc. extr. de temp. ord. cap. dilectus, & in c. 2. cod. tit. & est tex. in cap. 2. de eo qui fuit. ordi. fuscescunt, sed conferri debent singuli per se, & per certa interstitia temporum, dist. 77. c. iii. singulis, & cap. quicunque, de eo, qui fuit. ord. c. cum H. lator, de temp. ord. in cap. dilectus.

**Duodecima.** Ordino qualitercumque 21. confatur, siue gradatim, † siue per saltum, id est aliquo ordine prætermisso, character imprimitur, dummodo accipiens si baptizatus: non tamen executio. Et ideo quod est omisum, cantè est supplendum, & dispensandum, hoc probatur dist. 52. cap. follicitudo. Vbi si alii 22. quis † recipit ordinem per saltum, puta prætermisso ordine subdiaconatus, ordinem diaconatus; uel presbyteratus, si per ignorantiam hoc fecerit, eredens se gradatim ad ordines ascendisse, penitentia sibi iniungitur, cantè supplido quod est incautè omisum, d. cap. follicitudo. Et hoc etiam si ministrauerit. Verum si ambitiosè, & ex certa scientia aliquem ordinem pretermisserit, & in ordine nō suscep-

suscepto ministrasset, incidet. In pœnam, non ordinati ministrantis, & per consequens esset deponendus, & non posset cum eo, nisi per Sedem Apostolicam dispensari, ita Hostiem in fum. de cler. per salt. prom. §. vlt. in fine. Sed si scienter promoueat per saltum, non ministret, sed iniungatur penitentia, eautē supplēdo quod fuit prætermisum, & tunc per Episcopum dispensabitur, ita habetur per Conc. Trident. sess. 23. c. 14. in f.

23 Tertiadecima. Ordo presbyteratus, vel alius facet non potest absque nouo peccato mortali conferri non habent ordinis minores, sed si confertur, verè confertur, & character imprimuntur, gl. in verbo, illud, in c. vnic. de cler. per salt. prom. Et hoc communiter tenetur, vt ibi testatur, nume. 14. Mat. Soc. Talis enim non potest exequi illum ordinem, ut ibi in tex.

24 Quartadecima. Ministrans in pertinentibus ad ordinem quem nō habet, puta si Acolytus usurpet officium subdiaconatus, vel subdiaconus officium Diaconi, deponendus est ab officio, & amplius non est ordinandus, cap. 1. de cler. non ordin. ministr. & ibi Docit. nisi cum eo dispensaretur per Sedem Apostolicam, 11. q. 3. cap. priuilegium. 25. q. 2. cap. si deceat. Fallit tamen in quatuor casibus, & Primus, quando ministraret in apparatu non solem, ut nō subdiaconus si diceret epistolam, vel non diaconus euangelium, cap. 3. de vit. & honest. cler. Secundus, si tempore necessitatis non sacerdos baptizaret, gl. in d. cap. 1. Tertius, in priuato, qui diceret euangelium: Nam & monialis aliquando illud dicit in matutino, 26. q. 1. c. dia conissam. Excusat etiam ignorantia, sed à tanto, & non à toto, cap. 1. de cler. per salt. prom. probatur etiam per tex. in capit. 1. de cler. non ord. minuit. verb. temeritatem. Nam ille dicitur temere agere, qui scienter facit rem prohibitam, vt in cap. ex literis, de diuort.

Quintadecima. Ordines quis qua-

25 drupliciter furtiuē recipere potest. ¶ Primum, cum quis citra conscientiam, lauthoritatem Episcopi proprij sine exani natione promouetur, cap. extra conscientiā, d. 64. in quo casu non profunt literæ. Archidiacomi, extr. de off. ord. c. significati. Secundum, cum quis minoribus ordinibus non contentus, vna, & eadem die subdiaconatum recipit, ext. eo. cum L. Tertium, cum duos simul recipit ordines, vt ext. eo. c. si. Quartū, cum gradu omisso saltum facit, vt in c. 1. de cler. per salt. prom. in quibus casibus, nec etiam obediens suo superiori exculatur, extr. de temp. ordin. c. dilectus: cum superior tanquam maior plus delinquit, & ideo est magis puniendus, extr. de transl. c. inter corporalia, §. vlt. pœna verò sic furtiuē recipientis ordines est suspensio à receiptis, ita vt interdicatur executio ordinum receptorum, ext. eod. c. innotuit, qui quidem textus sancit intelligitur, quādo excommunicatio præcesserit: quia tunc ille effictus est irregularis, & ideo suspenditur ab omniibus ordinibus. At vbi excommunicatio non præcessit, tunc habet locum tex. in cap. litteras, de temp. ordin. vbi dicitur, quod recipiens simul duos ordines sacros, suspenditur tantum ab executione vltimi ordinis sic furtiuē suscepti, ita Panot. in d. c. innotuit. Dispensatio & verò cum tali sit ab Episcopo, si non præcessit excommunicatio, sed illa præcedente à summo Pontifice, cap. cum H. lator. eo. it. Panot. in d. c. innotuit. Verū si religionem excommunicatus intraret, posset Abbas cum tali, (si viderit expedire) dispensare in ordinibus maioribus, d. c. cum H. At si ex certa scientia ordines furtiuē suscepisset, Abbas hoc non posset, cap. cum illorum, de senten. excommun. Sed quid de eo, qui habitus fuit pro sacerdote, & nunc opponitur, quod non sit sacerdos, & ille non potest probare se esse sacerdotem, nunquid sufficiat probare illam cōmunem reputationem, vide lñoc. in c. 1. de verb. signi. vbi distinguit, quod aut mouetur quæstio inter alios, vtrum talis

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

fit sacerdos, vel notarius, & tunc probatio, quod habetur communiter pro sacerdote, vel notario, sufficit, argu. tex. in c. illud, de præsumpt. Sed si contra eum mouetur de reo quaestio, adhuc subdistinguitur, quod in facto recenti tunc sacerdos debet ordinationem probare, in antiquo autem secus, ita etiam tenuit Bar. in Laetuarios, C. de act. & nul. i. 12. Alex. conf. 138. vol. 1.

Sextadecima. Vbicunque probabilitas dubitatur † an sacramentum, quod de necessitate conferri debet, interueniret, vel non, ad cautelam debet conserti. Et hac dubitatione existente debet conferens ut illis verbis, ordinio si, & in quantum non sis ordinatus: &c etiam in animo gerere, ordinare in quantum non sis ordinatus; alias fecus; & vide quod non de simili cautela in baptismo in cap. 2. de baptis.

Decimaseptima. Illiterati non debet 18 promoueri ad beneficia † electiua, & curam animalium habentia, cap. cum in cunctis, de elect. Tamen maior scientia requiritur in Episcopis: ignominiosum enim est Episcopo, cum ipse debeat alios docere, si tunc querat ab alijs edoceri, in auth. de sanct. Episc. §. damus, & in ipso ignorantia literarum nec excusatione digna est, nec venia, cap. si in laicis, dist. 1. 8. vnde defectus penitus scientie sufficit ad deponendum Episcopum, cap. quamuis, de etia. & qual. & est causa cessionis, cap. nisi cum pridem, de renū. Quæ tamen scientia requiratur in eligendo, diximus supra in nostris decis. lib. 1. c. 1. 5. & habet per Doc. & Abb. Atq. in cap. cum in cunctis, de elect. vbi Episcopus debet habere noti, & veteris testamenti scientiam, cum sit iudex animalium, 8. q. 1. c. si ergo, in f. 38. dist. c. omnes. Item iuris Canonici, cum omnium causas suæ diœcesis audire debeat, 11. q. 1. cap. de persona. Item secularium negotiorum, 29. dist. per totum. Et breuiter debet esse tringinta annorum, de legitimo matrimonio, doctor in Theologia, vel iure Canonico, vel publico ali-

cuius Academie aptus testimonio ad alios docendos, de hoc habetur c. 1. ses. 7. de resor. Conc. Trid. cap. 2. sess. 22. de refor. eiusdem Conc.

Decimaoctava. Abbas exemptus, qui iuxta tex. in cap. Abbates, de priuilegiis potest dare primam tonsuram, non solum suis monachis, sed etiam secularibus, in quos ecclesiasticam, & quasi episcopalem iurisdictionem obtinet, iuxta tex. in c. Abbates, de priu. lib. 6. &c nos 29 diximus in 1. p. lib. 3. c. 4. num. 156. si tam dederit nouitio, & ille exeat non professus, non est clericus, nec persecutus eum incidit in Canonem: quia non est monachus ante professionem, de sent. excom. lib. 6. c. religioso, §. 1. Turrecr. in cap. clerici, num. 4. dist. 23. Quod idem extende, si dederit ordines minores, quia si habitum dimiserit, & ad sacramentum vijam redierit, illum persecutus, non erit excommunicatus, cap. vlt. de cleric. coniug.

30. Decimanona. Ordinatus astriktus à suo superiore vt ostendat litteras sue ordinationis, si illas perdidit nihilominus censendus est ordinatus, si multo tempore steterit in ordine illo, Do. Anton. in cap. inter. de cler. peregr. Sic lo. de Anan. in cap. licet Heli. de fino. dicit, quod si clericus per triennium tenuit beneficium, & perdidit institutionem, stabitur iuramento suo, Clem. 1. de sequestr. pos. & fruc. Sed si stetit per 10. annos nulla requiritur probatio.

Sic clericus astriktus à superiore, vt ostendat titulum suæ ecclesie, si non habet quia perdidit, & probat se diu tenuisse ecclesiam, præsumitur pro titulo, & sufficit, ita Innoc. in capit. illud, de præsumpt. & ibi Holt. qui approbat dictum Innoc. & istud tempus est in arbitrio iudicis. Sic clericus, qui longo tempore scientie, & paciente diaœciano tenuit beneficium, non potest compelli ad docendum de titulo Bald. in l. sue possidetis, C. de probation. qui allegat Innoc. in d. cap. illud.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ambitio circa qua veretur.
- 2 Preferendus quis sit inter Doctores.
- 3 Canones an preferantur Legibus.
- 4 Doctores eiusdem scientia antiqui preferuntur nonis, caseris paribus.
- 5 Doctor in utroque iure preferitur Doctori in altero iuriū, fallit in casu.
- 6 Senior an debet prius loqui in deliberando, vel senior.
- 7 Doctor nobilis an preferatur plebeio.
- 8 Nobilitatis ratio habenda est in multis.
- 9 Nobilis an transferatur ad liberos.
- 10 Prelatus an teneatur precipua facere: cum consilio subditorum.
- 11 Et quid de Papa, & Imperatore.

## De ambitione à clericis execranda. Cap. XIII.

 V. M. ambitio sit inordinata cupiditas circa honores, & dignitates, cap. cum iamendum, de præben. quæ secundum Salust. multos mortales falsos fieri coegerit, aliud clausum in pectorē, aliud in lingua proptium habere, ad hoc dist. cap. quia per ambitiones. Et execrabilis est, quæ semper plus ambiens, eo magis sit insatiabilis, quo sibi amplius indulgetur, in Extr. Io. 22. Execrabilis, in prin. & solent ambitionis inordinate appetere honores, quos cum obtinuerint, volūt primum locum habere. Hinc iurgia, dissensiones, rixæ, & scandalū proueniunt laicorum dicentium: Vbi est Deus clericorum? Ideo à personis ecclesiasticis prorsus execranda est, cū debet vacare humilitati, recumbēdo in nouissimo loco, vt dominus veniens reponat in primo. Volunt sibi ipsi legem facere, & propria autoritate alteros digniores se præuenire. Ideo de hac in honoris præventione præter ea, quæ in nostris Decisionibus lib. 3. c. 5. diximus, aliquas decisiones statuamus. quantum decisionū sit Prima. Magister in Theologia præfere-

- 2 Doctorib. in altero iuriū. Et Doctor in altero iuriū Doctoribus in medicina. not. Ioan. Andr. & Panormit. in cap. clerici, de iudic: Et Doctores Decretorum debent precedere Doctores legum: quia scientia Canonica est nobilior, quam legalis, ut ibi deducit Panormitan. in princip. Decret. Vnde dicit Imperator, quod facte leges non dsignantur sacros Canonones imitari, dicto cap. clerici. Quare refert Dom. Ant. in d. cap. clerici, quod in causis pauperum, & miserabilium personarum Canonones preferuntur legibus etiam in foro ciuiti, facit quod habetur in cap. lecit. 1. & in c. ex tenore, de foro compet. An vero lex succumbat regulariter Canonis, vel econtra, vide not. in cap. 2. de re iudic. & in l. priuilegia, C. de sarcophagis. eccl. vbi per tex. in d. c. clerici, arguitur, Doctores legum præponendos Doctoribus Decretorum quo ad honorem preferendum, etiam si non sint clerici. In iudicando autem, vel conculendo in materia sua est magis credendum in dubio in arte sua peritus, vt not. de testi. cap. causam. Pariter Doctores eiusdem scientiæ antiqui sunt præferendi nouis: si enim gradus ceteros antecellit, quem stipendia meliora, & labor prolixior fecerit anteire, l. nemo, C. de officia. obe. cap. 1. de maior. & obed. Quod intellige ceteris paribus: nā Doctor nouus, qui diu legit præfertim per viginti annos, preferendus est antiquiori, qui non tantum legit, cum adeptus fuerit dignitatem Comitium, vt in l. i. C. de profesi. qui in vrbe Constit. lib. 12. Et Doctor plebeius literatior præfertur Doctori nobili minus docto: lecus si sint equeles, quia tunc duo vincula fortiora sunt uno. argum. tex. in cap. duo, dist. 13. not. Bald. in l. nemini, C. de aduoc. diuersi. iudic. Et Doctor in utroque iuriū debet præfessi illi Doctoci in altero iuriū tantum, c. 1. de treu. & pac. Quod secundum Panorm. ibi, in c. clerici in illo, qui fatis mediocriter studiasset iura, & postea assumpisset gradum causa honoris, in alio autem iuriū prorsus sibi

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

Incognito, vt multi sunt Legistæ, qui do-  
ctorantur in Canonibus, qui prorsus  
ignorant nedum iura canonica, sed enā  
modū procedendi in decretis, & quod  
deterius est, etiam ipsas rubricas decreta-  
lium ignotas habent: tunc enim præce-  
dere debet habens unum gradum, & al-  
tiori scientia fulgens, arg. tex. in l. nemo,  
C. de offic. magi. offic. Sed quis debet  
prius † loqui in deliberando. Videtur,  
quod de iure Seniorum, secundum tem-  
pus suæ ordinationis, vt quia prius ille  
loquatur, qui prius fuerit promotus ad  
dignitatem, facit tex. à simili, in cap. pla-  
nuit, dist. 18. vbi dicitur, quod ille prius  
debet sedere secundum ordinationis suæ  
tempus, sed si non est dare prioritatem  
ordinationis, vt quia plures sunt ordinati  
Episcopi eodem tempore, tunc prius  
preferendus est ille, qui antiquior est te-  
pore, vel qui sibi est maiori bus be-  
neficijs, ad hoc, cap. per tuas, de maior.  
& obed. c. cum in distributionib, de tēp.  
ord. Domini tamen de Rota in delibe-  
rando vtuntur, quod iunior primitus lo-  
quatur, quod est in praxi apud advo-  
catos palati, in collationibus.

Secunda. Doctor nobilis in literis æ-  
qualis cum plebeio preferendus est do-  
ctori plebeio, ut supra diximus in deci-  
sione præcedenti. Et ita nobilitas † ra-  
tio habetur in consideratione. Habetur  
etiam in consideratione in beneficiorū  
obtinenda multiplicatione, vt in Extr.  
Ioan. 1. Execrabilis, de præb. c. de mul-  
ta, eod. tit. Item in temporis studij abbre-  
viatione, & in facienda de ipsis prece-  
sis alijs paribus promotione, in corp. Au-  
then. de defens. ciuit. §. interim, collat. 3.  
cap. constitutus, de appell. cum notatis in  
ipsis. Panor. in c. officij. in c. dudum, de  
elect. Rursus in beneficiorum æquali  
facienda distributione. Insuper in abho-  
rum honoris vberi administratione, &  
consumptione, ss. de donat. l. filius, §. nō-  
numquam, ss. de iure dot. l. quarto. Rur-  
sum in penis infligendis, 24. q. 1. c. qui  
contra, extr. de iure iur. c. cum quidam,  
sive pen. h. quælam. Bar. in Capitalium,

§. serui; & qd. vbi dicit, q. nobiles non  
debent pati viles penas. Hinc non suspe-  
cio, sed decapitatio est pena nobilium.  
Item in honoris exhibitione, & saluta-  
tione, & sedis inter iudices assignatio-  
ne, vt not. 3. q. 9. c. necesse, l. 2. §. sedendi,  
vbi Senat. vel clari. Item quando eligun-  
tur ad officia, nobiles preferuntur ple-  
beis, Archid. in cap. hec autem, dist. 30.  
Pariter in mendicitate, nam licet mendi-  
citas consideretur ex capite deficiente  
victus, tamen vir nobilis quamvis vi-  
ctus habeat, non tamen iuxta decen-  
tiam suam indumenta, & alia necessa-  
ria habeat, vel filius nupti tradere non  
potest, dici potest pauper, arg. tex. in l.  
cum plures, §. cum tutor, ss. de adminis-  
tut. l. quarto, de iure dot. Vnde huic tan-  
quam pauperi Episcopus, cui relata est  
distributio in pauperes, aliquid date po-  
test pauperi, vt nos diximus lib. 2. c. 100.  
num. 4. & 7. Item in eleemosinarum la-  
gitione nam potius subueniendum est  
nobilibus, qui occiderunt in regestatu,  
maxime si non viatio suo, quam plebeis,  
arg. tex. in cap. considerandâ, 86. distin.  
Qua autem in eleemosinarum largitio  
ne, sicut consideranda, quando non om-  
nibus illa fieri potest. Dic, quod vnde-  
cim. Primo fides, i. quia potius fideli fa-  
cienda est, quam infidei. Secundo locus,  
quia potius fidelibus detentis in carceri  
bus, & captiuis, quam alijs. Tertio tem-  
pus, quia potius tempore, quo quis duci-  
tur ad mortem, quam alio. Quarto modus  
quod non debet vni dari totum, sed pluri-  
bus dispensari. Quinto necessitudo, qua-  
potius cotangueis, & propinquis, quam  
alijs extraneis, ceteris parib. Sexto etas,  
quia potius senibus, quam iuuenibus. Se-  
ptimo debilitas, quia potius debilibus,  
quam robustis. Octauo nobilitas, quia  
potius nobilibus, quam alijs dada es, &  
ceteris parib. Hec probantur 86. dist. c. nō  
satis. Nono iustum. l. ve de iuste que fito  
fit, s. q. 1. c. non est putanda. Decimo,  
quia potius sibi, quam alteri, & potius pro-  
ximo, quam extraneo, c. qui uult, de pen-  
dist. 3. Vnde cimo intentio, quia fieri de-  
bet

bet propter Deum, & non propter vanā gloriam. An verò nobilitas † transferatur ad liberos, dic q̄ non, si est ex genere materno, hinc si nobilis nubit plebeo; amittit dignitatem, ss. de senat. l. feminę. fecus si nuberet nobili, cum mulieres à maritis nobilitentur, l. fin. C. de incol. li.

12. Corruscant enim vxores radijs matriorum, not. in c. ex parte, de soro compet. Hinc nobilitas ad liberos ex genere paterno transimititur, l. cum legitimæ, & ibi nota. ss. de stat. hom. no. in d. l. 1. de dignit. Et nobilitas ex genere quanto plus innocenter in generatione, tanto maior habetur, l. tam dementis, C. de Episco. audi. l. furiosi, C. de nupt. ibi, qui ex genere nobiliores sunt.

Tertia. Cum ad humilitatem pertinet, ne quis innitatur lux prudentiae, cap. ne innitari, de constit. Ideo prælatorum præcipua explore debet cum † consilio monachorum, non tamen tenetur ille sequi, vt nos diximus lib. 2. cap. c. au. 1. 40. quia non est dubium, quod quecum consilio geruntur, iuris firmitate muniantur, l. humanum, in si. C. de legi. Et de aduocatis dicitur, quod consiliis eorum non minus prouident humano generi, quam si patriam armis defendent, l. aduocati, C. de aduoc. diuer. iudic. Imo plus prouident sapientes bono consilio, quam milites armis: parum enim profunt foris arma, nisi sit consti tūm domi. Vnde Sap. 5. Melior est sapientia, quam vires, & vir prudens magis, quam fortis. Sic † Papam arduis debet habere consilium Cardinalium, notar. Ioan. Monac. in cap. super eo, de his, quæ sunt à prælat. communis tamen opinio est, secundum Gemin. in d. c. super eo, quod potest Papa sine Cardinalibus tractare, quia ipse est super omnia consilia, cap. significasti, de elect. & est super omne ius positivum, & hanc partem tenet Hugo 4. dist. 5. leges, vbi idem dicit de Imperatore, ut possit quaecunque a. l. eum spectantia sine consilio suorum Baronum, vt refert Francus, in d. c. super eo. Igitur dicta requisitio consilij

tam in Papa, q̄ in Prælato, potius est honestatis, & solemnitatis, q̄ necessitatis.

S U M M A R I U M.

- 1 *Prælatis laborare debent, & ministerium suum implere circa animas.*
- 2 *Episcopius non debet vagari, sed morari in cunctate.*
- 3 *Clericus beneficia iustitia habere duo anno possit, vel dignitates.*
- 4 *Et an duos honores, & militiae seculares aliquis habere possit.*
- 5 *Clericus sub peccato mori sentitur residere, licet tenue habeat beneficium.*
- 6 *Beneficium tenue habens si non residet, illo priuatur, nisi causam rationabilem habeat.*
- 7 *Canis rationabiles non residendi qua.*
- 8 *Non residens ciuitatis veniens debet manere.*
- 9 *Ciuitatis non veniens fructibus quandoque priuatur, & non beneficio.*
- 10 *Ciuitatis non veniens fructibus quandoque priuatur, & non beneficio.*
- 11 *Causa insta remocandi priuilegiatos à non residentia qua.*
- 12 *Sed an consuetudo non residendi excusat in beneficiis curatis. & n. 5.*
- 13 *Ei quid in beneficii simplicibus?*
- 14 *Clericus qui: insta causa non residet, an percipiat distributiones quotidianas. Distributionum iria sunt genera.*
- 15 *Distributiones ut quis percipiat absens, ac si esset præsens ex privilegio, quid illud operetur.*
- 16 *Distributionum nomine veniunt anniversaria defunctorum.*
- 17 *Infirmitas, & absentia an ita exentes à dominis horis, ut percipiat distributiones.*
- 18 *Canonici deforis veniens, si moram facit per tres dies, an percipiat distributiones.*
- 19 *Vitias qualis, ut sit insta causa non residendi.*
- 20 *Consuetudo ecclesie, quod qui est in una hora, habeat distributiones pro omnibus horis.*
- 21 *Vitias an omnis ecclesia ex consuetudine sufficiat, ut Canonicus distributiones percipiat.*

- 22 *Canonicis dantes distributiones absentiibus, cessante consuetudine an teneantur ad restitutionem.*
- 23 *Causa iusta se absenteandi à beneficio quae dicantur. & que iniusta.*
- 24 *Sindens tam in Theologia, quam in iure Canonicō potest ex privilegio percipere fructus.*
- 25 *Canonicus existens in servitio Episcopi, vel alius in servitio inferioris Episcopo singunr residere.*

### De clericis non residentibus.

#### Cap. X I I I .

**Q**VIA Prælati sicut Apostolus præcipit in omnibus laborare debent, & ministeriū suum implere, implete autem illud ne qui aquam possunt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserunt, atque ouium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à supremo iudice requirendus, custodiz minime incubunt, cum certissimum sit, non admittere pastoris excusationē, si lupus oves comedit, & pastor nescit. Ideo illis maximè residentia necessaria est, de qua loquitur Concil. Trident. sess. 6. cap. 1. de resor. de qua more nostro solito præter ea, quæ diximus lib. 2. cap. 97. à num. 57. usque ad num. 62. in nostris Decisionibus, per Decisiones hanc materiam explicabo. quarum

Prima. Episcopus non vagetur, non enim in villis, & sed in ciuitate morari debet; & in hoc valet consuetudo, vt 23. q. 4. c. sicut, ver. ipse vero, quæ daret licentiam vagandi, nec eam posset dare prælatus: nam vagari sonat in vitium, ideo talis consuetudo, vel licentia esset contra bonos mores, & utilitatem ecclesiastum, c. 1. de consuet. not. Inno. in c. ex tuz, de cler. non residen. vbi dicunt Docto. quod solum delictum vagacionis est sufficiens ad priuandum quempiam suo beneficio, etiam si beneficiatus ex natura beneficij non teneretur ad

residentiam personalem, ad hoc, c. non oportet, cum seq. 7. q. 1. Quare cessent à vagatione persona ecclesiastica, quæ periculosa est, præstum monialibus, c. vt periculosa, de statu monach. in 6. & religiosis, de off. ord. c. quanto, c. cum singula, de præben. in 6. Clemen. ne in agro, s. quia vero, de statu monach. sed residant, & ecclesijs suis deseruant, de elec. non resid. cap. conquerente. Hoc enim dicitur residere, quia parum esset residere, nisi residens curam ecclesia habeat, co. tit. c. relatum, cap. nonnulli, & c. 1. cod. tit. in 6. Gemin. in cap. is etiam, nu. 3. de elect. in 6.

Secunda. Clericus de iure communī non potest habere duo beneficia titulata, quorum unum sufficiens sit ad sui statutus sustentationem, pluralitas enim ini mica est canonibus, extr. de præbend. cap. quia in tantum, & de ea tractatur in iure in pluribus locis, in cap. sanctorum, dist. 79. & 21. q. 1. cap. clericus, vbi Archid. cap. dudum, vbi Inno. de elect. Idem in c. cum iam dudum, de præben. Guil. & Mod. in Clem. gratia de rescri. De Episcopatibus & superioribus clare patet, de elec. c. cum in cunctis, de trans. præl. per totum. De dignitatibus, & inse torib. prælaturis in c. de multa, de præb. in Clem. 1. de offic. vic. De regularibus, de præb. c. cum singula, in 6. in Clem. 1. de suppl. negl. præl. De secularibus sim plicibus in una eademq; persona, patet: quia non potest quis habere duos titulos uniformes, & disformes in eadem ecclesia, c. litteras, de conceit. præbend. c. 1. de consuet. in 6. Clem. fi. de præben. Et de alijs beneficijs simplicibus eostat, quia propter officium datur beneficiū, cap. 1. de consuet. cap. fin. de rescrip. in 6. inde quilibet titulus requirit residentiā personalem, de celebr. miss. cap. 1. c. quia nonnulli. Impossibile autem est quem residere in pluribus locis, textus sunt ex pref. loquentes, in d. cap. sanctorum. Quare singula beneficia sunt singulis committenda personis, c. cum singula, de præben. in 6. Cum vix sufficiat vnu

vni bene deseruire. &c. quia nonnulli.  
 4 Idem reperitur † in honoribus, & militijs seculatibus: Duos enim honores simul quis habere non potest, C.de aſſeſ. l.fin. l.quisquis, ff. de poſtul. Praeſertim vbi per actū vnius impeditur exercitium alterius, facit quod not. in l. à decutionatu, ff. de var. mun. Nec duo officia. Quod si acceptar, caret acceptato, & priuatur ſalario primi, caſus eſt ſingul. in l. quisquis, C. de comiti. li. 12. vbi Bar. Nec quis potest eſſe in duobus collegijs ſimil ſociatis, ff. de coll. illic. l.i. §. vlt. An autem † valeat conſuetudo, ut quis poſſit tenere plura beneficia, vel valeat diſpenſatio, & in quibus caſibus poſſit quis illa plura retinere, diximus lib. 2. in noſtriſ decis. c. 97. à nu. 21. uſque 33.

Tertia. Clericus tenetur ad residentiam, † quamuis tenue habeat beneficium, & non residens fine cauſa, peccat mortaliter, ut diximus lib. 2. cap. 97. num. 56. quia auerat à principio tenue, & ſibi eſt imputandum: quia permifit ſe in tali beneficio intitulari, ſed si exiguas ſuperuenierit poſt collationem, poterit aliuſ beneficium ſimplex retine re, iux. not. in cap. cam te, de eta, & qual. in c. dudum, & c. 2. de elect.

7 Immoſ habens beneficium tenue nō residens non ſolum peccat mortaliter, fed etiam eſt priuandus beneficio, c. con querente, de cler. non resid. Si citatus nō reuertitur infra terminum congruū ſibi ad hoc aſſignatum, & nee habet iuſtum impediſtum, c. ex parte, cod. tit. quia ſi excuſationem rationabilem oſtenderit, beneficio non eſſet ſpolian.

8 dus, cap. fin. cod. tit. rationabilis † verò excuſatio ſecundum glo. fin. & lo. And. ibi eſt, ſi erat infirmus, & ideo venire non potuit, 7. q. 1. cap. ptaſentium, vel quia habet ibi capitales inimicitias, ita quod illuc venire non audet, de elect. bona eſt 2. vel aceris intemperies, vel timor mottis, cap. quorundam, distin. 74. cap. ad ſupplicationem, de renunc, vel fractione pontis, vel Papalis indulgen- tia, cap. cum ad hoc. codem tit.

9 Quando tamen citatus † reuertitur, debet venire, & manere, quia qui ſtatim rocederet, non videtur rediſſe, eo. tit. c. relatum, l. diuortium, ff. de diuor. & dicitur peruenire quod permansurū eſt, ff. de verb. sign. l. aliud. & talis de ce- tero non eſſet amplius monendus, de cohab. cler. c. clericos, c. ficut, & c. Si au tem. Ioan. Andr. in d. c. ex parte, nu. 3.

10 Nec etiam ſemper, qui citatus † non re uertitur, eſt priuandus beneficio, quia quandoque fructibus ſolummodo pri uatur, ut eſt tex. in c. cum ad hoc, de cle ric. non resid. Vbi ſi ecclēſia patitur deſe ctum ministrorum, priuilegiati à Papa ſuper absentia poſſunt cogi redire per ſubiractionem fructuum, & tunc requi titur, quod Epifcopus habeat licentiam à Papa illos reuocandi. Si verò ſunt pri uilegiati à praedecessoribus, & non à Pa pa, tunc ob tamē cauſam poſſunt re uocari fine licentia Papæ. ita Zahar. in 11 d. c. cum adhuc. Et ita † habes quod iu ſta cauſa reuocandi eſt, quando ecclēſia eſt deſtituta ministris, ſic hęc etiam eſt iuſta cauſa creandi Canonicos de nouo, c. cum ecclēſia, de elect. c. proposituit, de cler. excommu. mini. Si nec iuramentū ſeruandum eſt, quando incipit eſſe dam nosuim ecclēſia, de his, quæ fi. a ma. par. cap. c. 1. c. ſicut noſtriſ, de iure iuri. multo minus priuilegium, de deci. c. ſuggeſtū, ita lo. Andr. & Zahar. in c. cum ad hoc, de cler. non resid.

Quarta. Clericus adeo tenetur face re residentiam, ſi habet beneficium cu ratum, † ut nulla conſuetudo excuſare poſſit non residentem. Igitur primum caſus, vbi conſuetudo non exculat non residentem, eſt in beneficijs curatis, ita quod curatus propria authoritate non potest in ſua cura ad longum tempus alium ſubstituere, quia in curatis per alii defenſuire eſſet periculofum animabus parochianorū, & talis conſuetudo eſſet onerosa ecclēſijs, & ideo extir pandia, cap. 1. de conſuet. Item videtur eſſe electa induſtria perfonæ, & ideo per alium explicari non potest, ut ff. de admi-

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

administ. ret. ad ciuit. pertin. l. 2. §. quod quis. Probatur per tex. secundum vñā casus positionem , in c. clericos, de offi. vicar. Item prælati , siue personæ ecclæsticæ debent esse sacerdotes, cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & con- tinue debent residere, extrâ, de cler. non resid. c. relatum. Vnde sub præcepto eis ponitur, cap. plurimos , distin. 8.2. Et de Moyse dicitur, quod in delinenter erat in tabernaculo Domini, ca. si quis vult, dist. 36. Quare indubitanter concluden dum est, in curatis dignitatibus non va lere consuetudinem , ut quis per alium possit deferunt, vt etiam concludit Archid. in cap. sacerdotibus, distin. 3. t. Ve- 13 sum in beneficijs simplicibus † valet confuetudo , ut quis possit se absentare ex iustis causis , & rationabilibus , de quibus in se. Ita Panorm. in c. extirpan de, §. qui verò, de præben. Secundus ca fus est, quando quis est absens ex iusta causa : quia tunc videtur, quod non va let consuetudo , ut quis non faciat resi dentiam, nisi deseruat per vicarium, se cundum Ioan. de Lign. & Imol. in d.c. cum omnibus . Tertius casus est, in distri butionibus quotidianis, per cap. 1. & ibi glos. in verb. probantes, & in cap. recepe rint, de cler. non residen. in 6. Quartus est in beneficijs curatis regularium etiā manualibus , & sine cura , ut dicit tex. in Clement. ne in agro, §. lánè, de statu monac. nisi dispenſaretur causa studij, vt ibi dicitur. ita Fel. in d. cap. cum om nes, num. 3.4.

Quinta. Clericus, qui iustum habet 1.4 cautam non residendi, † an possit per cipere distributiones quotidianas, respô deo, quod distributionem tria sunt ge nera, secundum Henr. in cap. cum om nes, nu. 18. de consti. quia in quibusdam ecclesijs non sunt præbendæ distincæ, sed sunt omnia communia , & singulis diebus dantur singulo canonico præsen ti, siue interit diuinis, siue non, pro ui- 15 tu tot libræ panis, & vini, &c. &c. & sic de alijs, & tales distributiones sunt potius præbendæ, quam distributiones,

bonus tex. in Extraugan. Ioan. XXII. Cum nonnullæ. alijs in talibus ecclæsijs essent Canonici sine præbenda , quod esse non debet, i.q. 3. cap. si quis obierit, de præben. cap. relatum. In alijs verò Ec clæsijs præbenda sunt distinctæ, & præ ter præbendas sunt distributiones quo tidianæ, quæ dantur etiam illis, qui non interflunt diuinis, modo sint præsentes, sicut est de pane in ecclæsia Parisiæ, & de talibus intelligitur in c. olim, de re iu. secundum glo. in cap. vnic. in verb. quo tidianæ, de cler. non resid. in 6. Alijs ve rò sunt distributiones, quæ dantur so lum illis , qui intersunt horis diuinis. Et istæ sunt veræ, & quotidiane distri butiones, quæ dari, non debent nisi in teressentibus diuinis. Hinc si quis ex pri uilegio habet, quod posset † percipere distributiones, ac si præsens, & residens esset, non posset percipere illas , per tex. in d. cap. vnic. verb. affuerint, quod ver bum requirit interestiam. Hinc ma le dixit Hostien. in c. ad deliberandum, de iudic. & glos. in cap. cum dilectus, de cler. non residen. quod si priuilegium di cat quæ posse integrè percipere fructus beneficiorum , ac si essent præsentes, & residentes, quod ex quo censemur resi dentes, debent habere distributiones : quia licet habeantur pro residentibus, non tamen pro interessentibus in diu niis, secundum Ioan. And. in d.c. ad de liberandum. & Franc. in d.c. vnic. quod priuilegium non redditur inutile , cum percipiat in ecclæsia fructus, quos alijs non perciperet. Et hæc intelige tantum de distributionibus quotidianis , quæ quotidie distribuuntur his dumtaxat, qui intersunt diuinis officijs, ut in Cle. ut hi, qui, de ætate, & qual. Nominé autem horarum veniunt dumtaxat se ptem horæ, cap. 1. de celebrat. missar. An 16 verò appellatione † distributionum co prehendantur anniuersaria defunctorum, dic, quod sic, ex paritate rationis, 17 d. cap. vnic. Sed an infirmitas, † & cor poralis necessitas , ut quia sumptus me dicinam, vel suit sanguine minutus, vel quia

quia vi detinebatur , item absentia p<sup>ro</sup> vtilitate eccl<sup>esi</sup>æ excusat à celebratio- ne diuinorum. Die , q<sup>uo</sup>d infirmitas , & corporalis necessitas sic , e. significatum , de præb. Ita quod habebit distributiones quotidianas , Innoc. & Hosti. in c. 1. de cler. argot. & Ioan. And. in d.c.vnic. Qui addit verbum notabile scilicet , de- benc intelligi de eo , qui deferuaret , si in- firmitas non impeditret , sed vtilitas ita cum excusabit , si esset cosuetudo , quod pro utilitate eccl<sup>esi</sup>æ suæ quis possit per- cipere quotidianas distributiones , ita Archid. Gemin. & Franc. in d.c.vnic , vbi dicit Archid. quod si Episcopus præcipiat alicui Canonico , ut pro euidenti necessitate vadat ad curiam Romanam , si talis eo tempore sumat legationem , quod talibus fraudari non debet distri- butionibus . Quando consuetudo talis est , quod in absentia canonici p<sup>re</sup>cipiāt distributiones : quo etiam casu secundū Archid. & Ioan. And. ibi canonicus de- 18 foris veniens per aliquos t<sup>er</sup> panicos dies , puta tres , faciens moram in domo sua licet diuinis non interfit , distributiones percipit ; nam talis consuetudo videtur esse rationabilis , qua propter la- bores itineris dat sibi illos duos dies , vt aliqualiter quiescat. Nam etiam vbi quis debet continuato t<sup>er</sup> p<sup>ro</sup> gerere actum , dantur sibi aliqui dies ad quiescendum , not. in cap. quatuor , de off. ord. in 6. & nihilominus dicitur cōtinuare actum . Vnde dixit Archid. in cap. sacrosanctæ , dist. 22. quod sine intermissione dicitur fieri aliquid , licet medius actus interue- nit , arg. ff. de verb. obligat. L. continuus , ff. de duob. re. l. duos , §. duo. & ideo si te- stator legat uxori 100. si cum filio mora- retur continuè , non est necesse , quod per singula momenta secum moretur , vt ff. de cond. & demonst. L. si quis. facit glo. in d. cap. sacrosanctæ , vnde dicitibz Archid. quod dicta glossa facit ad testes saluandos , qui dicunt q<sup>uo</sup>d talis continuè , & sine intermissione residet in eccl<sup>esi</sup>a , quia licet aliquando fuerit ablens , non per hoc vitiat testi<sup>on</sup>em , ex quo

horis cōgruis , & temporibus interfuis. Sic stillicidium dicitur habere caulfam continua , licet non semper cadat , vt ff. de seru. vrb. præd. l. foramen. & de cle. non residi. c. ex parte de præben. c. signi- ficatum . Item nota , secundum lo. An- 19 dr. quod vtilitas dehet t<sup>er</sup> esse euidentis , & manifesta , cap. 2. de verb. sign. Vnde non sufficeret occulta vtilitas eccl<sup>esi</sup>æ , & est cōtra multos , qui simulant se ire , vel mutti pro negotijs eccl<sup>esi</sup>æ , vt inter- rim distributiones percipient ; Vedi- cunt , quod causa occulta est ardua , & non reuelanda. Item intelligendum est hoc de utilitate eccl<sup>esi</sup>æ ipsius in specie , de cuius distributionibus queritur . Quod satis probatur in cap. de cetero , de præben. Item forte , quando nullum sibi foret asignatum salarium ab eccl<sup>esi</sup>a , que caula est suæ absentia , quia cū nemo teneatur suis stipendijs militare , cap. cum officij , de præscript. & nec de- beat suum officiū sibi esse damnosum , Lcum quidam , C. de administr. tuc. cap. cum non deceat , de elect. in 6. tunc per- cipiat distributiones , alias secus , si distri- butiones , quas perderet propter absen- tiam ab eccl<sup>esi</sup>a ex salario sibi dato ad prosequendam vtilitatem eccl<sup>esi</sup>æ perci- 20 piat . An verò valeat t<sup>er</sup> consuetudo eccl<sup>esi</sup>æ , quod qui est in vna hora , habeat distributiones pro omnia horis. Hen- ric. in cap. cum nonnulli , de cleric. non residen. inquit , quod non , tanquam no- rationabilis , & eccl<sup>esi</sup>s onerosa ; ten- dit enim ad diminutionem cultus diui- ni , ad hoc cap. ex parte , de conlit. cap. 1. de consuet. in cuius lauorem fuerunt di- stributiones introductæ quotidianæ , vt beneficiati facilius conuenirent ad diui- na , arg. Clemen. si dominus , in fi. de reliq. & venet. Sanctor. Item , quia de- natius diurni non debetur nisi integrè tota die operanti , d. cap. quia nonnulli . Item quia daret materiam vagandi alijs horis , & sic peccandi , ad hoc cap. ex parte , de consuet. Quare si consuetudo esset apud Canonicos , quod qui erit in inatusinis , lucretur distributiones om- niuum

nium horarum, talis consuetudo, ut irrationabilis non esset seruanda, ut per Henricum. Rursum, an omnis utilitas ecclesie † stante consuetudine sit sufficiens, ut Canonicus, vel in ecclesia beneficiatus percipiat distributiones, dic, quod sic, quando ille, qui non fuisset ab sens intersuisset horis canonici: quia tali casu seruire intelligitur, arg. ff. de statu lib. I. §. Stichus. & ita intelligitur tex. in c. vnic. eo. tit. in 6. Alias secus, quādo si negotium utilitatis ecclesie non fuisset commissum, ille non intersuisset horis diuinis, ita Ioan. Monac. in cap. cum non deceat, de elect. in 6. & ratio est: quia tali casu absentia non praestitit causam, facit text. in l. 2. ff. si quis eaut. Præterea quid si Canonici cessant te † consuetudine dederunt distributiones illis, qui absunt propter utilitatem ecclesie, an teneantur ad restitutionem. Francus in d. cap. vnic. §. qui verò distinguit, quod si distributiones propter non interessentiam accrescent alijs canonici, tunc tanquam bona eis acquisita possunt absentibus donare, glos. in verb. suspensus in Clement. 2. de vita, & honest. cler. secus autem, si applicarentur ecclesie: quia tunc nullo modo possent.

23 Sexta. † Multæ causæ possunt numerari, quibus aliquis se absenterat, & in ecclesia non residet. Nam aliqui se absentant causa ambitionis, & iti debent carere habitu, & ambitu de translat. cap. quanto. Alij causa cupiditatis, idest negociationis, cap. h. de vit. & honest. cler. Alij causa utilitatis propriæ, cap. de multa, de præben. Alij ex causa probabilitati studiorum, cap. relatum de cleric. non resid. Alij causa peregrinationis, c. non oportet, de conse. dist. 5. Alij causa Reipublicæ, cap. de cætero, cap. cum dilectus, cap. ad audientiam, de cleric. non resid. Alij ex causa speciali, ut priuilegij, cap. cum ad hæc, &c. ca. cum dilectus, eodem tit. Alij causa humilitatis, ut qui religionem intrant, cap. licet, de regul. Alij causa necessitatis, ut infirmi, cap. fin.

de cleric. non resid. possunt & aliae causæ numerari, sed omnes reducuntur ad duas, id est causam iustam, vel iniustam, iustâ. ut eod. tit. c. de cætero, iniustam ut in c. in quatuor, eod. tit.

- 24 Septima. † Non solum studens in Theologia habet priuilegium percipiendi studiis beneficiorum suorum, prout dicebat Host. in sum. de magi. §. vlt. arg. cod. tit. c. f. sed etiam in iure Canonico, vel ciuili, ita Archid. 37. dist. cap. de quibusdam, in fin. & de priuili. cap. 2. lib. 6. in fin. & ratio est: quia haec tria studia æquiparantur, facit tex. in cap. tuz. ibi, studio rum, de cle. non resid. & haec opinio magis placet Zabar. ibi. quia æquum est in huiusmodi late interpretari signa. Item 25 non solum Canonici † absentes in servitio episcopi, sed etiam alij clericis in servitio prælati inferioris ab episcopo partipiunt præter distributiones, quiquid præsentes perciperent, cap. de cætero, vbi Zabar. cod. tit. Sed an tunc requiratur licentia proprii episcopi, dic q. sic ut nos diximus infra. de obe. reli. c. 23. n. 12.

### S V M M A R I U M .

- 1 Sacerdos rite ordinatus secundum clanes ecclesie conficit.
- 2 Suspensus ad diuinis officiis non potest missam cantare.
- 3 Presbyter in peccato mortali est suspensus quo ad se tantum.
- 4 Suspensiō multiplex.
- 5 Clericus peregrinus qualiter ad celebrazione admittatur.
- 6 Sacerdos simulans celebrare, & non celebrans grauissime peccat.
- 7 Remedia falsa sunt abicienda.
- 8 Sacerdos dans hostiam non consecratam peccatori occulto, peccat in idolatria.
- 9 Peccatum occultum grauius est manifesto, quodam respectu.
- 10 Transubstantiatio non fit, si sacerdos audiens missam diceret verba Canonis, sa cordote celebrante, & tacente.
- 11 Sacerdos degradatus secundum com. celebrans conficit.

Cleri-

- 12 Clericus defunctus si resurget, non est reordinandus.
- 13 Papa sacerdotem rite ordinatum inhabilitare ut non conficiat, an possit.
- 14 Sacerdos sine vestibus sacerdotalibus celebrans mortaliter peccat.
- 15 Hostiam eandem an plures consecrare possint. num. seq.
- 16 Consecratores in consecratione episcopi conscrant. Sed quomodo, num. seq.
- 18 Materia semel transubstantiata rerum ad verba alterius non transubstantiabitur.
- 19 Conficiens scienter corpus sine sanguine, conficit, sed peccat mortaliter.
- 20 Insignia pontificalia sunt multiplicita.
- 21 Rochetum quid, & quando eo videntur episcopi.
- 22 Celebrare in pontificalibus an episcopus possit, & an Abbes, & num. 23. 25. & 26.
- 24 Prelatus quibus insignis possit usi in aliena diocesi.
- 27 Insignis denotantibus super alios possit esse extra diocesim an usi possint prelati.
- 28 Crucem ante se deferre facere qui possint.
- 29 Benedictio solemnis & crucis delatio sunt de insigniis denotantibus super alios potestariem. & 27.
- 30 Presbyter solus non potest solemniter celebrare.
- 31 Minister unus saltem sufficit in missis priuatis.
- 32 Laicus iunare sacerdotem in celebrando an possit.
- 33 Sacerdotem iunantes an possint esse scimus.
- 34 Sacerdos si solus celebrat, an, & quando possit.
- 35 Missa pro quibus sit dicenda.
- 36 Missa dicenda est de sancto, etiam si anniversariorum veniat in illa die.
- 37 Anniversaria defunctorum quare siant.
- 38 Missa peculiares qua sint.
- 39 Missis in votinis an debeat dici Gloria, & Symbolum.
- 40 Quidam denovus Beate Virginis dicere soleat bis missam in hebdomada ad eius honorem.
- 41 Missa, convenientius dicuntur qua die illo currit.
- 42 Missas dicere votivas, vel audiire non est peccatum.
- 43 Missa primata non debent voce adeo alta celebrari, ut impedimento esse possint missa maiori.
- 44 Missa pro defunctis an possit cantari die dominico.
- 45 Missa regulariter dicenda, & audienda est in ecclesia.
- 46 Episcopos potest dare licentiam celebrandas extra ecclesiam cum altaris viatico.
- 47 Missa tam publica, quam priuata cantari in diebus solemnibus an possint, & quando.
- 48 Oblationes factae in oratorio in missis, quibus applicentur.
- 49 Oratorium potest in domo edificari, & ibi trigesaliae de licentia episcopi.
- 50 Oratorium qualiter differat ab ecclesia.
- 51 Episcopus potest dare licentiam celebrandas in oratorio.
- 52 Ius parochiale in quibus confitit.
- 53 Orationes, qua communiter dicuntur secrete, quare ita dicantur.
- 54 Abbas, de iure non potest solemniter populum benedicere, sed solum ex priuilegio.
- 55 Episcopi non consecrati non benedicunt.
- 56 Abbas benedicere solemniter non potest ex consuetudine.
- 57 Benedictio solemnis fieri non potest nisi in locis sibi subiectis.
- 58 Abbes, qui ex privilegio videntur pontificalibus, non possunt usi praesentibus eorum prelati.
- 59 Privilegium viendi pontificalibus qualiter intelligatur.
- 60 Episcopus, vel Archiepiscopus non possunt exercere qua sumi contentiose iurisdictionis extra provinciam, vel diocesim.
- 61 Presbyter non solemnem, sed an priuatam benedictionem det presenti episcopo.
- 62 Papa ab aliquo in missa non benedicatur.
- 63 Benedictio diaconus an possit petere a diacono.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 64 Iube domine benedicere quare sic dicatur, & non Domine.  
 65 Monachi quare vocentur Domini.  
 66 Minor potest exercere iurisdictionem prae  
fence maiore in octo casibus.  
 67 Abba excepens in urbe Romana potest  
excommunicare.  
 68 Iurisdictione minoris suspenduntur presence  
maiore in reverentialibus.  
 69 Insignia reverentialia, & honoris que  
sint.  
 70 Benedictionem presbyter non solum potest  
dare in missa, sed alibi.  
 71 Presbyter propter membris debilitatem,  
vel deformitatem prohibetur missam  
celebrare.  
 72 Presbyter prohibitus celebrare, an possit  
exercere sacerdotalia, & qua ea sint.  
 73 Missam audiens extra parochiam non  
peccat, & satisfacit praecepto. & 74.  
& 77.  
 75 Parochiani sunt admonendi, & non cogen  
di ut missam audiant in quibusdam fe  
stis in parochia.  
 76 Episcopus lucet sui subditis non possit pra  
ciper, vt audiant missam in parochia,  
tamen fallit ut nu. 78.  
 78 Absentans se ex contemptu ab auditio  
ne missae a propria parochia peccat mor  
taliter, & potest excommunicari.  
 79 Servitores, & ministri audientes missam  
hinc inde discurrentes, quando missa sa  
tisfaciente.  
 80 Audiientes missam tripliciter in peccato  
mortali communicant.  
 81 Negligentia non discussiendi conscientiam  
quando mortalis.  
 82 Peccata mortalia quando dimittantur  
per perceptionem eucharistie.

## De celebratione missarum.

### Cap. XV.

**R**AETER ea, quæ in nostris  
decisionibus in 1. pat. cap. 30.  
& 50. & lib. 3. cap. 5. nu. 156.  
cum seq. diximus, hæc decisiones possunt addi. quarum

Prima. Nemo potest confidere sacra  
mentum, † nisi sacerdos, qui ritè fuerit  
ordinatus secundum claves ecclesiæ,  
quas Dñs concessit Apostolis, eorumq;  
successoribus Iesus Christus, ita habet  
in c. 1. §. vna, de sum. Trin. & si. Catho.  
ex quo tex. collige, quod non omnis cele  
brare potest, licet formam verborum  
obseruet, sed tantum sacerdos, casu cui,  
de consecr. dist. 1. Ad vocem enim tan  
tum sacerdotis fit transubstantiatio in  
corpus, vt de consecr. dist. 2. cap. quid sit  
sanguis, & non ad vocem laici, argum.  
extr. de consu. cap. quanto, si de etat.  
& qualit. cap. cum contingat, 1. quest. 7.  
cap. Daybertum. Holt. in d. ca. 1. §. fi. nu  
me. 30. Quod idem etiam extende ad  
absolutionem à peccatis, vt solum sacer  
dos ritè ordinatus secundum claves ec  
clesiæ possit à peccato absoluere, cap. no  
ua, de poenitent. & remiss. Hostiens. de  
sunt. cap. 2.

Secunda. Suspensus à diuinis offi  
cijs † non potest missam celebrare: &  
ratio est: quia appellatione illorum mis  
sa comprehenditur, vt not. in cap. abba  
tes, & ibi Gemin. & Franc. de priuil. in  
6. & celebrando scienter, vel ex ignoran  
tia non probabili, efficitur irregularis, c.  
pen. de cler. excom. ministr.

Tertia. Presbyter, † in quo fuerit ma  
cula peccati mortalis, est suspensus quo  
ad se tantum, cap. quæstum, de cohab.  
cleric. vel mulier. not. 32. distin. cap. præ  
ter, §. verum, & cap. nullus, vnde tene  
tur abstinerre à celebratione, ne commu  
nicet in peccato mortali, cap. sacerdotes,  
1. quest. 1. quia qui indigne manducat,  
& bibit, iudicium sibi manducat, & bi  
bit, non dijudicans Corpus Domini,  
1. Cor. 11. Non tamen est necessariò eui  
tandus, etiam à scientibus occulte suum  
peccatum, vt per Doct. in d. cap. quæstum,  
& sic non est suspensus quoad alios. Hinc nota † duplē suspensiōnē,  
scilicet, quo ad se tantum, & alteram  
quo ad se, & alios, distin. 32. cap. nullus,  
& d. §. verum, & cap. si qui sunt, dis  
tin. 81. His adde tertiam, vt quando  
quis

quis est suspensus quo ad alios , & non  
quo ad se , vt habetur in cap. 1. cap. tuæ  
decler. peregr. & in capit. 1. distinct. 98.  
vbi clericus † peregrinus non publice ,  
sed priuatione est admittendus ad execu-  
tionein sui officij , quarnuis hodie neque  
priuatim id licebit , vt habetur in Con-  
cil. Trident. less. 13. cap. 16. vbi nullus  
clericus peregrinus sine commendati-  
tis literis sui ordinarij ab vlo episcopo  
ad diuinam celebranda , & sacramenta ad  
ministranda admittenda debet .

Quarta . An multo magis & grauius  
6 peccet sacerdos ille , † qui ieiens se esse in  
mortali peccato , & non potest propter  
necessitatem quamlibet intermittere for-  
te sine murmuratione , quia dies festus  
occurret , propter sui facinoris con-  
scientiam dubitans celebrare , sacerdo-  
talibus vestibus induitus , peractisque  
exteris circumstantijs , suppressis , &  
tacuit verba , quibus Corpus Christi  
conficitur . Hoc est . & cæt . Ethic est  
sanguis , quām ille , qui pro sui crimi-  
nis conscientia reputans se indignum ,  
conficit , & irreuerenter sumit corpus  
Christi : quia licet ille peccet grauite  
celebrans in peccato mortali , distinet .  
sexta , cap. testamentum , de consecrat .  
dist. 2. c. quotidie , grauius tamen vide-  
tur offendere , qui sic fraudulenter illud  
præsumperit simulare . Cum ille in so-  
lius misericordis Dei manum incidat .  
Ille verò non solum Deo , (cui non ve-  
retur illudere ) sed populo , quem deci-  
pit , se adstringat , cum faciat illum idola  
trare . tex. in tetra. in d. de homine , ti. no  
stro . Ex quo tex. multa colliguntur . &  
7 Primum , quod falsa remedia sint rei-  
cienda : quia populus falsa simulatione  
non est fallendus , 27. dist. c. quod inter-  
rogavit ibi , quia per hypocritum . & c. 1. et  
2. de reli. & ven. sanct. & fictiones maxi-  
mæ in ecclesiasticis sacramentis sunt repel-  
lende , tanquam contrarie veritati , &  
dicitur mentiri Deo , qui fingit extrinse-  
cè , cuius contrarium gerit in mente , ut  
not. Gemin. in d. cap. quod interrogasti .  
Vnde qui more sumptuoso labia mouet ,

& dicere verba consecrationis simulat ;  
grauiissimè peccat . Secundum , quod in  
8 idolatriam peccat sacerdos , † qui pecca-  
tori occulto petenti Eucharistiam dat  
hostiam non consecratam , ita D. Tho.  
in suo 6. quodlib. q. 6. Zabar. in d. c. de  
homine . Tertium , quod grauius id est  
9 periculosius est peccatum † occultum ,  
quia non est qui corrigit , cum ignore-  
tur , c. sicut nobis , 2. de simo . & c. seq. in  
fin. quām manifestum . Licet ex alio ca-  
piente grauius sit manifestum , quo ad ex-  
emplum : quia taliter delinquentes pec-  
catum suum defendunt , de pœn. diff. 6.  
cap. 1. in fin. 11. q. 3. c. præcipue .

10 Quinta . Secundum † Host. quem se-  
quitur Zabar. in cap. quod sicut , §. super  
eo , de elect. non fit transubstantiatio ,  
quādo sacerdos induitus sacerdotaliibus  
super altare finxit dicere verba conse-  
crationis , & non dicit , si aliquis sacer-  
dos assistens ad audiendam missam ver-  
bo Canonis dixisset ; quia tunc fit tran-  
substantiatio , quando verba Canonis  
proferuntur per celebrantem principa-  
liter , & obseruata solemnitate missa sec-  
undum traditionem ecclesiar . cui stan-  
dum est , c. extra , 1. quæst. 1. not. in cap. 1.  
de schisma .

11 Sexta . Licet sint opiniones , † quod  
sacerdos degradatus celebrans missam  
non conficiat , vt dicit glo. in c. 2. de cler.  
excom. minist. tamen communis est o-  
pinio glo. in d. c. 2. cum qua transit Inn.  
& Host. & glo. in c. 2. de pœn. in 6. ut re-  
fert Zabar. in d. cap. 2. quod degradatus  
conficiat . pro qua est quod dixit Zabar.  
in c. fraternitatis , de hæret. quod si de-  
12 functus clericus resurgeret , esset cleri-  
cus , & non expediret , quod ordinaretur . Caracter enim , qui est quedam re-  
latio , seu qualitas inhærens animæ im-  
pressa per sacramentum ordinis est in-  
deebilis . An verò possit Papa † stante  
ordo sacerdotali inhabilitare sacerdo-  
tem , vt non conficiat . Zabar. in d. c. 2.  
de cler. excom. minist. dicit , quod sic :  
nam etsi potestas conficiendi surrexit à  
Christo , qui cam tradidit Apostolis , ta-

men ad ministratio, & formalitas pro-  
cessit ab ecclesia, idem tamen tenet ī  
c. 1. de schis. per cap. cum olim, de elec.  
coniug. Tu tamen dic ut supra diximus  
lib. 1. in 2. par. de sacram. confirm. nu-  
tne. 33. quod non.

Septima. Licet vestes sacerdotales, &  
altate sacram̄um non sint de substantia  
sacram̄ti, & consecrationis, sed de  
eius solemnitate; vnde Christus sine  
his consecrit, tamen grauiſſimē peccaret  
14 sacerdos, † qui sine vestibus officio mis-  
se deputatis pr̄sumeret missam cele-  
brare, & ita hoc sacerde scienter, ritum  
ecclesia non seruando. Vnde Zacharias  
Papa ob reuerentiam sacram̄ti insti-  
tuit, & sub anathemate prohibuit, ne  
quis missam celebraret absque sacerdo-  
talibus vestibus sacris, & libro. Et in  
Concilio Rhemeni statutum est, quod  
nullus presbyter absque amictu, alba,  
folla, manipulo, & casula pr̄sumat mis-  
sam celebrare, ita Turrec. in c. con-  
cedimus, & ibi Archid. & est propriet  
tex. de consecr. dist. 1.

Octaua. Hinc dixit Turrec. qui su-  
pta, quod sacerdos, si verba profert su-  
per materiam debitam cum intentione  
consecrandi absque domo, altari, calice,  
& corporali, & vestibus, consecrat  
quidem in rei veritate corpus Christi,  
peccat tamen grauiter ritu ecclesie non  
seruans. Host. tamen in c. quod sicut,  
§. super eo, nu. 14. & lo. And. nu. 20. &  
15 Zahar. nu. 3. dicunt, quod si plures † sa-  
cerdotes audiant missam in ecclesia, &  
vnum eorum profert verba Canonis cu[m]  
intentione conficiendi antequam prose-  
rantur à celebrante, cum tamen non sit  
ad altare, neque induitus sacerdotalibus  
vestibus, non conficit, cum & forma  
ecclesie contraria sit generalis, qua non  
seruata nunquam est verum sacramen-  
tum, d. c. extra. & c. 1. Innoc. tamen in  
d. c. qitod sicut, in verb. Principaliter,  
asserit contrarium, scilicet, quod si cele-  
brans principaliter non celebraret, &  
verba ad conficiendum apta non dixer-  
it, tamen ad verba aliorum conficie-

tur: Non enim videt quāre ad p̄ces a  
biور non conficiatur corpus Christi.  
Cum ibi sit persona apta, scilicet sacer-  
dos. Materia panis, & vini, & verba  
cum intentione: hanc et̄dem opinio-  
nem sequitur Archid. in cap. panis, 2. de  
consecr. dist. 2. Prior tamen dictum sal-  
tu semper meliori iudicio videtur ve-  
rius, & mihi magis placet. Vide que su-  
pra diximus, ver. quinta, nu. 10. Quod  
si quis obijciat tex. in d. §. super eo, de  
16 elect. vbi de consecratione episcopi, cō-  
sacratores simul cum principaliter con-  
secrante consecrant, ergo plures candē  
hostiam consecrare possunt? Respon.  
quod diuersa est ratio inter hūc calum,  
& precedentem, quia missa, in qua non  
sit consecratio Episcopi, per unum so-  
lum celebratur, & sic per vnum solum  
confici potest, & debet. Sed in consecra-  
tione Episcopi requiruntur tres, dist. 56.  
c. porro, de fac. non iterand. c. 6. Host.  
in d. §. num. 13. Joan. Andr. num. 22. Za-  
bar. num. 3.

17. Nona. Archiepiscopus, quando con-  
sicutur cum alijs, ut in consecratione Epi-  
scopi, quādo verba transubstantiationis  
in panem, & vinum profertur, omi-  
nes simul proferre debent, & intentione  
habere ad illud inslans, in quo Archiepiscopus verba profert, quia tunc  
cum omnes vnam habeant intentionē  
consecrandi, est una tantum consecra-  
tio, vt dixit Archid. in d. c. panis. Ne si  
vnum primo verba dixerit, & sic tran-  
substantiatio facta sit, ad dictum aliorū  
per transubstantiationem fiat iniuria sa-  
cramento, vt dicit Abbas antiquus in  
d. c. quod sicut, de elect. Ex quibus ver-  
18 bis collige, quod materia † scilicet tran-  
substantiata, iterum ad terba alterius  
non transubstantiabitur, Host. in d. c.  
nu. 14. lo. Andr. nu. 20. & ratio est, qua  
sacramenta non debent iterari, ut not.  
in cap. 1. & §. de sacr. non iterand. sceret  
enim iniuria sacramento, glo. in c. ostendit,  
de consecr. dist. 4.

19. Decimā. Licet scienter † conficiens  
corpus sine sanguine, peccet mortaliter,  
tamen

tamen conficit, de consecr. dist. 2. c. quia corpus. Sunt enim hæc diuisa, ut non ead. dist. c. comperimus, & statim prolatis verbis conuenientibus Eucharistie facta est transubstantiatio in Corpus Christi, Zabar. de celebr. miss. cap. cum Martha, q. 5.

Vndecima. Præter vestes sacerdotales solent Episcopi, & prælati celebrare in Pontificalibus. Ideo constitueruntur sunt à nobis plures decisiones; sed prius quam ad illas deueniamus, pro pleniori notitia considerandum est, quod in signia Pontificalia ter quædam sunt ad discernendam dignitatem eius, cui competunt, vel ad aliquam proprietatem, seu perfectionem in eo significandam, non tamen denotant aliquam potestatem super alios, & hæc alibi vocantur voluntaria iurisdictionis, & honoris, Quædam vero sunt denotantia super alios potestatem. De primis potest ponи exemplum in linea superindumento, 21 quo factum est episcopi, quod dicitur Rochenum, tam in publico, quam in ecclesia, non tamen in camera secreta, vel si sunt monachi, vt habetur in cap. clerici, de vit. & honest. cleri. & ibi Zabar. Item in mitra, c. vt apostolica, de priuilegiis. Item in sandalijs, id est caligis episcopaliis, de quibus loquitur text. in c. non nulli, §. compagis, & cap. seq. dist. 93. Itē in baculo pastorali, quo Papa non vtitur, cap. 1. ad f. de fact. vñct. Idem si de signaretur signum prælationis, vt in anulo, de quo in d. cap. clerici. De secundis insignijs potest ponи exemplum in palio, in quo denotatur quod locus per quem defertur, subiacet iurisdictioni paleati, & similiter in delatione crucis, & idem in benedictione solemnii, quæ est potestatis. Hæc dixit Zabar. in cap. antiqua, de priuilegiis. Quædam etiam sunt insignia contentiose iurisdictionis, vt celebrare ordines, vbi requiritur examinatio, 24. distinct. cap. quando, & cap. sequent. vel sedere pro tribunali, cap. cum episcopos, de off. ordin. lib. 6. vel christificare in fronte, Zabar. in Clement. 1. de

priuilegiis. Octauo not. ver. loppono. Itera consecrare virgines, degradare, & absoluere ab excommunicatione, quibus sic stantibus, fit ista decisio.

Duodecima. Episcopus, vel Archidiaconus possunt in locis ter extra prouinciam, vel diocesum, celebrare in pontifica libis sine iurisdictionis exercitio, modo non prohibeantur à diocesano. Si autem pontifices alia essent cum iurisdictione, aut saperent superioritatem, tunc illis vti non possunt sine diocesani licentia. 9. q. 1. per totum. In locis vero intra prouinciam, vel diocesum non exceptis, possunt suo iure vti, de off. off. cap. cum episcopos, lib. 6. cap. 1. & fin. de censib. eod. lib. sed in locis exceptis, de iure non possunt, sed bene ex priuilegio, Clem. 2. de priuilegiis. Et hoc quo ad celebrationem ab ipsis factam, non autem ab aliis eorum iussu, Zabar. in cap. si de author. & vnu pal. & in d. Clement. 2. verific. simili.

Tertiadecima. Abbatibus, & inferioribus prælatis ter de iure communi, & ex eorum propria autoritate non competit quod possint celebrare in pontificalibus, sed bene ex priuilegio apostolico, facit tex. in c. vt apostolica, de priuilegiis. Quod quidem nullus inferior Papa concedere potest, etiam si fit legatus à latere secundum Ioan. Andr. & Franc. ibi. Sed cum quibus pontificalibus, dic, quod prius est considerandum, & inspicendum priuilegium, cuius tenor semper est seruandus, d. cap. vt apostolica, facit c. porro, eo. tit. lib. 6. Quod si ex priuilegio habeant quod possint celebrare in pontificalibus, non possunt vti extra eorum ecclesiis, vel in alienis ecclesijs, etiam si ad illas fuerint inuitati, etiam si monasterium ad quod fuerint inuitati, sit exceptum. & ratio est: quia nullus inferior Papa, potest Pontificalia concedere prelatis inferioribus ab episcopis, vt supra diximus. Et ita monasterium exceptum non potest inuitari ad illa exercenda. Episcopus tamen non poterit in tali casu prohibere, sicut à simili dicitur per Hoc-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

Sten. & Io. Andr. in cap. Abbates de priuilegiis. Liceat posset prohibere, si priuilegiatus uellet. vt in locis nō exemptis. Si vero priuilegium simpliciter concederetur, tunc priuilegiatus potest illis vt non solum in suis ecclēsīs, sed etiam in locis exemptis, in quibus est iuitatus: immo etiam in locis non exemptis, quia cum priuilegium non restringat, nec nos restringere debemus; ita videtur velle Io. And. quem sequitur Frāeus in d.c. vt apostolicae in fi.

Quartadecima. Possunt prælati de iu  
25 re † vt in signis quibusdam, quæ sunt ad discernendam dignitatem eorum, vel ad significandam proprietatem, seu perfectionem eorum, non tamen denotantia aliquam potestate super alios. Quæ autem sunt ista, diximus supra nu  
20. & 21. vbi talibus in signis, & omnibus alijs non significantibus potestate  
26 in alios † vt potest prælatus in aliena diœcesi, vt in sua, pro hoc, quod no. glo. de  
vbi. pal. cap. ex tuarum, facit tex. in l. 1.  
ff. de offi. procons. Vbi Proconsul vtitur in signis etiam extra prouinciam, quod intellige non significantibus potestate in alios; & ratio est, quia ex quo insignia illa sunt ad ornamenta potius, quā ad denotandam potestatem in alios, cōpetunt prælati vbique, ex quo nulli fit priuicium, ita notabiliter dixit Zab. in antiqua, de priuilegiis.

27 Quintadecima. Insignis denotantibus, super alios potestatem, extra suam diœcsem, vel prouinciam de iure vt non possunt prælati, exemplum in palio, & pariter in delatione crncis, vt diximus, num. 21. quam facit Archiepiscopos an  
28 te † se deferri per suam prouinciam, & non extra, nisi in casu cap. I. Vt lit. péd. Immo nec intra prouinciam facere potest deferri per loca exempta, nisi ex priuilegio speciali concessa in Clem. 2. de priuilegiatus, vel quatuor Patriarchæ, præterquam in duobus casibus, scilicet in vrbe Romana, vbi est Papa. Vel vbi est legatus Sedis Apostolicæ in signis vtres.

omnes isti possunt facere deferre sibi crucem. De quatuor Patriarchis, & episcopis est tex. & glo. in d. cap. antiqua. de archiepiscopo in d. Clem. 2. qui etiam nullo requisito, & sine vilius licetia hoc facere potest per verbum liberè, positū in d. Clein. simile in c. Romana, §. sane, de censib. in 6.c. si à iudice, de appelleod. lib. Pariter potest ponи exemplum in be  
29 nedictione solemni, de qua loquitur tex. in cap. abbates, de priu. in 6. quam faciunt episcopi præmittentes: Sit nomē Domini benedictum. & cęt. vel in itineri, quando ambulantes signant tanquam super sibi subditos, vt signant diœcetani in suis diœcessibus, & de hac etiam loquitur Clem. Archiepiscopo, de priu. & quod hæc benedictio sit potestatis, patet, quia per eam delentur venialia, glo. in proce. 6. quæ non possunt remitti nō subditis, cap. quod autem, de pœnit. & remis. & ista, & similia non competit episcopis, aut archiepiscopis, vel patriarchis extra diœcsem, vel prouinciam, d. Clement. Archiepiscopo, vbi expresse probatur.

Sextadecima. Qualiter sacerdos sa  
cratis vestibus indutus debeat celebra  
re, an possit solus, vel cum alijs, respon  
deo, recolligendo plurima dicta Docto  
rum. & primum

Quamus tres legamus opiniones, an presbyter solus possit sine peccato cele  
brare, tamen nobis magis grata est opini  
o D. Thom. in 3. par. q. 8; art. 5. q. in  
30 solemani celebratione missæ † plures ei  
se debent respondentes sibi, & præsen  
tes, ita optimus tex. in cap. hoc quoque  
de consecr. dist. 1. in verb. solemnia.

31 Secundum. In priuatis missis sufficit habere unum ministrum, qui gerit curam totius populi catholici, ex cuius personæ sacerdoti pluraliter loquenti Do  
minus vobiscum, vel orate pro me, re  
spondetur. facit tex. in cap. quæfuit, de  
verb. signis. facit etiam tex. in cap. vt quis que, de vit. & honest. cler. in eo, quod di  
cit, quod presbyter debet habere sociū,  
& cap. proposuit, de fil. presby. Qui qui  
dēm

**32** dem minister sufficit quod sit clericus in minoribus, vel habens primam tonsuram, cum talis dicatur clericus, de etat. & qual. c. cum contingat. Quod etiam procedit in primo dicto. .

**Tertium.** Licet sacerdos debeat de honestate celebrare cum clero, tamen si propter paupertatem, quia non habet clericum, tunc eum ruuat in celebrando, non peccat mortaliter, immo nec veniam liter: quia sic inualuit in obseruativa, & ita est in vsu. **Quo casu** debet sacerdos dicere Dominus vobiscum: quia haec verba proferuntur ad totam ecclesiam militarem, & hoc etiam si nullus aliud adfit.

**Quartum.** Iste duo, qui sufficiunt, ut intersint solemnis missarum, iux. tex. in d. cap. Hoc quoque sufficit ut in necessitate sint tunc feminæ, argum. distinct. 4. cap. mulier, & 27. quæst. 2. cap. diaconissas, vbi est in argumentum, quod cum muliere posset solus in necessitate celebrare, sicut sapienter in multis locis fit, vbi sole moniales assistunt presbytero sacrificanti, quod si quis obijicit 23. dist. cap. sacratas. Vbi mulier non debet accedere ad altare, responderi fortasse posset quod aliud est ministrare sacerdoti ad altare, scilicet porrigo calicem, aut damnatio incensum, & huiusmodi, & hoc prohibetur mulieri, & aliud est ministrare sacerdoti dicendo missam, vel salutanti populum respondere, Turret. in d. cap. hoc quoque, nu. 3.

**Quintum.** Licet sacerdos debeat celebrare cum socio, seu clero, vel alio ministro, si tamen solus tunc celebraret, conficeret, sed peccaret, d. ca. hoc quoque, salit in recluso, qui solus sine assistente missam celebrare potest vbi clerici copia non suffragatur, alias secus, de verb. signific. cap. quæst. fuit, glo. in d. c. hoc quoque, de conse. dist. 1.

**Decimaseptima.** Missam pro quibus sacerdos dicere debeat, sit ista decisio. **35** Missa dicenda est pro salute tunc viuorum, & defunctorum, non autem ut Deus aliquos perdat, At qui hac inten-

tione dixerit, licet conficiat, tamen peccat mortaliter, & deponi debet. 26. q. 5. cap. quicunque. Ioan. And. & Zabar. in c. 2. de celeb. miss.

**Decimaoctava.** Missa est dicenda de sancto, etiam si anniuersarium tunc defunctorum incidet in illud, quo casu faciendum est de anniuersario latenter in priuato, & missa sancti solemniter in conuentu, & si non est festum, potest dici missa anniuersarij solemniter, & ferialis in priuato, ut diei qualitas requirit, & hoc in conuentualibus ecclesijs, & 37 fit tunc anniuersaria defunctorum Host. in cap. cum creatura, de celeb. miss. ne tradamus obliuioni defunctos, & ad hanc anniuersarij facienda tenentur hi, quibus hoc relicuum est, ab hoc cap. parochianos, de decim. Nec est hoc simoniachum, de præbend. cap. significasti, de vot. cap. non est. Zabar. in d. cap. cum creatura, in fi.

**Decimanona.** Circa missas peculiares dico multa, & primum, quod tunc missa peculiaria idem est quod missa specialis de aliquo sancto, ut missa de Domina nostra in die sabbati. De cruce in feria sexta. De Spiritu Sancto in feria quinta. feria quarta de Sanctissima Trinitate, feria tertia de Angelis, vel de Sancto Patre nostro Benedicto, feria secunda de mortuis, ita Host. & Zabar. in cap. confitum de celeb. miss. Vel missa peculiaria id est quod votiva, & priuata, & non publica, quæ celebratur sine vocatione populi, sine pulsatione campanarum, ut dicit Archidiac. in cap. & hoc, de conse- erat. distinct. 1.

**Secundum.** Quando dicuntur missæ votiuæ, ut Sancti Spiritus, uel crucis, quamvis dici debeat tunc propria prefatio, non tamen hymnus angelicus, & Symbolum, &c hoc ut inter festum, & commemorationem differentia ostendatur, cap. confitum, de celeb. miss. Sed tamen aliter obseruamus in missa uotiuæ Beatae Virginis Mariae: quia dicitur Gloria in excelsis, Quod non est reprehendendum in Domina nostra, argum. text. in

# Decis. Aurearum

## Par. II. Lib. III.

cap. si de obser. ieiun. in h. & habetur in tubr. gener. Miss. Rom. ibi Gloria in excelsis. Immo & aliquid peculiare debet esse in ipsa, vt dicit Host. in d. cap. confitum. Nec immerito, quia quicquid ei fit, Deo sit. Vnde B. Hieronymus. Recuerentia, quæ matri debetur, etiam illi qui eam talem fecit vt virgo, & mater est, exhibetur. Igitur eam debemus sine intermissione laudare, cum ipsa conseruit suis deuotis in omnibus necessitatibus subuenire, & pro nobis omnibus. 40 suū filiū interpellare. Hinc fit, vt quidā religiosus mihi valde familiaris, semper solitus fuerit bis in hebdomada, modo nou sit festum, vel missa specialis, celebrare ad honorem Dominae nostræ. Hæc enim consuetudo deuotionis quantum ad Dominam nostram potest deuotissimè tolerari, arg. distin&t. 76. cap. vtinam de seri. cap. 2. Sic pariter in missis votinis Angelorum, & quando missa votiva dicenda esset pro re gravi, vel publica ecclesiæ causa, dicitur gloria in excelsis, vt habetur in dicta rub. gener. Miss. Rom. ibi Gloria in excelsis.

41 Tertium. Conuenientius missa illa dicuntur quæ currunt in die, cap. 2. de celebr. miss. Vnde etiam in diebus ferialibus qui dicuntur profecti, idest procul à festo propter missas votivas non debet derogari missa de die.

42 Quartum. Dicere, vel audire, missas votivas non est malum, nisi ob specialitatem quandam, quasi ille meliores sint alijs, vt not. in d. cap. 2. 1. Respon. versic. per singulos dies, uel malum est propter tales deuotiones extraordinarias spernere proprias, & ordinarias: quia non est recurredum ad extraordinariū auxilium, quamdiu habetur ordinarium, Lin. causa ij, ff. de minor. Sic dare elemosinam non est malum, sed dare ob iactantiam, & uanam gloriam, arg. 1. q. 1. cap. non est putanda.

43 Quintum. Missæ peculiares non debent ita, & taliter celebrari, ut earum occasione populus à missatum publicis solemnibus, quæ hora tertia canonice

sunt, abstrahatur, cap. & hoc, de conse. distin. 1. ex quo tex. potest colligi, quod non sunt dicenda missæ priuatae tempore, quo cantatur missa solemnis, uoce nimis alta ne populus ab illa abstrahatur, sed tempore intermedio. An 44 tò † die dominica possit missa cantari pro defunctis, Archidiacon. dicit in dicto cap. & hoc, quod sic, modo non derogatur missæ de die, ut supra diximus uer. Tertium,

45 Vigesima. Missa regulariter celebraenda est, & audiēda in ecclesia, & nō alibi in priuatis domibus, de consec. d. 1. c. 1. cap. sicut, & cap. vnicuique. Sic & baptismus in ecclesia dandus est, vt in Clem. presenti, de baptis. in casu tamen permisso possunt missæ celebrari extra ecclesiam, sed non debent sine altari viatico, quod ideo sic dicitur, quia in via est portandum, siue portabile. de hoc in capit. fin. de priuili. in 6. Vbi conceditur episcopis, & eorum successoribus cum altari viatico celebrare ubique absque die cesanorum licentia, vt ibi per Gem.

46 Vigesimaprima. Episcopus dare licētiam celebrandi extra ecclesiam cum altari viatico, Ioan. And. in cap. in his de priuili. modo hoc faciat in sua dioceſi, sed ubique, & in tota Christianitate folum Papa concedit secundum Io. And. in d. c. in his, & in c. fi. vbi etiam Franc. nu. 3. de priuili. in 6.

47 Vigesimalsecunda. Missæ tam publicæ, quæm priuatae possunt cantari etiam in diebus solemnis in oratorio adificato sine autoritate episcopi; si postea per Papam sicut approbatum, & pruilegiatum, vt in eo libete missæ, & alia diuina officia celebrentur, quamvis presbyter parochialis conqueratur de tali publica celebratione. & ratio est: quia pruilegium indeſinitè loquitur, vt ibi missæ, & alia officia diuina celebrentur, ergo debet intelligi etiam publicè, quia in definita æquipollit vniuersali, cap. vt circa, de elect. in 6. Tum etiam, quia in pruilegio est positum aduerbiū liberè, quod denotat libertam potestatem fine

sine requisitione alterius, iux. not. per  
Io. And. in c. ordinarij, de conf. .... Nō  
tamen debet populus derelinquere suā  
parochialem ecclesiam, cap. vt dominici-  
cis, de paro. quia ista stant simul, vt po-  
pulus hic, & in parochiali audiat, unmo-  
vt aliās diximus, dum tamē populus nō  
faciat ex contemptu, si derelinqueret pa-  
rochiale, non peccaret, nec presbyter  
parochialis posset agere contra populū,  
quia ex quo est permisum in tali loco ce-  
lebrati, ergo & populo audire, vt sic fa-  
ciat licitum priuilegium, quod aliās erat  
illictum, 3. dīsc. priuilegia, & posito v-  
no correlatiuo, ponitur, & reliquum 30.  
q.4. cap. si quis .

48. Vigesimatercia. Oblationes factae in  
celebratione missarum in dictis orato-  
rijs, debent applicari ministris ibi cele-  
brantibus: quia Papa concedendo an-  
zecedens, videlicet celebrationem diui-  
norum, videtur concessisse consequens,  
scilicet perceptionem oblationum pro  
fustentatione ministrorum, cum spiri-  
tualia sine téporalibus esse non possint,  
x. q. 1. c. si quis obiecerit, vnde vno con-  
cessio fine, conceditur omne illud, per  
quod deuenitur ad finem, de off. de leg.  
c. præterea. Item Papa referuat ecclesię  
parochiali iura sua, sed istae oblationes  
sunt voluntaria, & eleemosynæ nō sunt  
de iure parochiali, nec inter illa compu-  
tantur, ut not. Doct. super rub. de paro.  
vbi etiam tenent, quod oblationes sunt  
voluntaria, præterquam in quatuor ca-  
tabus, ergo, ita Calder. consil. 6. de re-  
lig. domi.

49. Vigesimaquarta. Oratorium† potest  
in aliqua domo fabricari, & ibi erigi al-  
tare de licentia Episcopi, ad finem vt ibi  
possit celebrari etiā solemniter per quos-  
cunque legitimos presbiteros, hæc pro-  
bantur contextualiter, de consec. dīsc. 1.  
c. q. nūc, & c. clericos, & c. si quis extra,  
& c. nemo, & c. missarum, & c. concedi-  
mus; que sic intelliguntur. In quibus  
etiā iuribus probatur, quod quando  
oratorium construitur sine licentia Epi-  
scopi, tunc oratorium dicitur priuatum,

in quo celebrari non potest. Igitur au-  
thoritas dicet clani hoc operabitur, vt  
in eo celebrati possit, pro predictis est  
glo. Innoc. in cap. si. de censi. vbi faciens  
50. Innoc. differentiam † inter ecclesiam,  
& oratorium. dicit ecclesiam esse, quan-  
do certa dos statuta est pro sacerdotio, &  
clericis, qui ibi seruunt, & pro alijs ec-  
clesia necessitatibus. Oratorium autem  
esse locum vbi oratur, sed missa non di-  
citur. Concludens ibi de licentia Epis-  
copi posse missas celebrari, non tamen  
in magnis solennitatibus, per iura supe-  
rius allegata, & specialiter in c. clericos,  
& c. si quis, extra.

Vigesimaquinta. Episcopus potest  
51 dare licentia † celebrandi in oratorio,  
cum constructum fuerit, & solemniter,  
& publicè, exceptis solemnitatibus, de  
quibus tex. facit mentionem in d. cap. si  
quis extra, sine tamen præjudicio iuris  
parochialis, c. ad audienciam, & ibi not.  
de eccl. adfisc. c. in his, de priu. Quod  
52 esset, si in ecclesiæ † parochialis contem-  
ptum recipierent parochiani ad diuina,  
c. vt dominicis, de paroch. vel si ibi  
vellent benedicere nubentes, si decimas,  
& oblationes parochianorum re-  
cipieren, vel defunctorum, si iniungant  
alienis parochianis penitentiam, vel eis  
tradant Eucharistiam, 30. q. 5. cap. aliter.  
de vñr. c. quando, 13. q. 2. c. qui oblatio-  
nes, de penit. & remiss. c. omnis, de con-  
secr. dīsc. 3. cap. tribus. Immo si religiosi  
essent tradentes sacramenta, essent ex-  
communicati ipso iure, cle. religiosi, de  
priuileg. Et hoc potest Episcopus facere  
etiam sine licentia curati, modo sit cau-  
sa, ( verbi gratia ) propter difficultatem  
loci, aut itineris, d. c. si quis extra. Za-  
bar. consil. 8.

Vigesimasexta. Orationes, quæ com-  
53 muniter dicuntur le secrete, † non des-  
bet sacerdos dicere alta voce, & multo  
magis verba, quibus fit transsubstanciatio,  
quæ verba propriè dicuntur Canō  
missæ, cap. cum Marthæ, de celebr. miss.  
Illa enim debent dici secreto, propter  
sex rationes, quæ ibi à Doctribus assi-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

gnantur. Prima, quia Deus cordis, & non vocis clamorem attendit. Secunda, ne sacerdos longo clamore deficiat. Tertia, ne impediatur populus orare. Quarta, ne verba tanti mysterij quotidiano vsu vilescant. Quinta, quia hoc ad solum sacerdotem pertinet. Sexta, ne verba Canonis, sibi audita discantur a populis, & locis inconvenientibus reterentur.

Vigesima septima. Abbas non potest solemniter benedicere † populum in missa, nisi hoc habeat ex priuilegio speciali Summi Pontificis, quod quidem solus ipse, & non aliis potest concedere, ita habetur in c. abbates, de priuile. in 6. &c per Gemin. & tali casu tenor priuilegij est inscipientius, ut ultra non extendatur, quare si coegeretur, ut benedicerent in eorum ecclesijs, tunc itinerando non possint sumere talem benedictionem, & nec per ciuitatem, de qua benedictione loquitur Zabar. in d. Clem. 2. Gemi. in d. cap. Abbates, num. 5. & ratio est quare non possint de iure benedicere, praeter ea, quae diximus supra, quia solemnis benedictio dependentiam habet ab ordine: hinc non transfertur sola confirmatione, cap. 1. de supp. neglig. prælat. Vnde de episcopi † non consecrati non benedicunt, ut dicit Doma. Anton. consil. 19. num. 12. Sed an Papa possint hanc simplici sacerdoti concedere, dic quidem sic. Zabar. in d. cap. 1.

56. Vigesima octava. Abbas non † potest. consuetudine hanc potestatem solemnit ter benedicendi populii quartre. Dicendo. Sit nomen Domini benedictum. Ita tex. in d. cap. abbates. Cum excipiat solum priuilegium: nam insignia episcopalia non præteribuntur per inferiores, d. 93. cap. peruchit, 2. & cap. illud, facit de conf. cap. quanto. Ioan. Andr. Gemin. & Franc. in d. cap. Abbates. Zabar. in Clement. attendentes, § statuimus, q. 7. de stat. monac. Dom. Anton. qui supra. Et hoc etiam si consuetudo suffit ante capitulum, Abbates, cum consuetudo illa futrationabilis, Geminabi contra Host.

Vigesima nona. Benedictio solemnis fieri non potest † nisi in locis sibi subiectis, d. cap. abbates. Quod si quis obiciat Clem. 2. de priuile. Vnde Archiepiscopus per totam prouinciam etiam in locis exemptis benedictionem impendit, die quidem illud procedit in archiepiscopo, hic in abbat, sic Gemin. & Franc. At si abbas unius monasterij esset in iuratus ab alio, si monasterium, ad quod inuitatur, esset exemptum, tunc solemniter posset ibi in missa benedicere populum, arg. 1. quæst. 2. cap. Lugdunensis, & hoc procedit, quando priuilegium simpliciter concederetur.

Trigesima. Abbates, & alij prælati, 58 quibus ex priuilegio concessum est † pontificalibus in omni loco, non possunt illis vii presertim eorum prælatis, ita facit ratio glo. in verbo Dignitatem, in cap. vi apostolice, de priuile. in 6. & ibi Ached. Quæ quidem ratio non solum procedit, ut illis non tantur in concilijs prouincialibus, & synodalibus presenti prælato, sed etiam quando prælatus esset in alio loco præsens. & ratio est: quia priuilegia tanquam odiofa, & præjudicia, iurisdictioni ordinarii, debent restringi, & potestas ordinaria, tanquam favorabilis ampliari, glo. not. in Clem. 2. de offic. ordi. patet in d. cap. Vt apostolica, in 1. par. Hoc tamen intelligerem, quando abbates visitarent prælatos ordinarios, uel irent ad eum locum ubi ipsi sunt. Non autem si episcopus veniret ad ecclesiam, ubi esset prælatus celebrans in pontificalibus.

Trigesima prima. Licet priuilegium utendi pontificalibus simpliciter concedatur, non tamen debet intelligi de pontificalibus, quæ sunt contentiosæ iurisditionis, † nisi specialiter hoc dicat, & ratio est: quia semper priuilegium est in telligendum sine pretiudicio alterius, & ita est mens Papæ, cap. licet, de off. ord. cap. super eo, de offic. ord. Innoc. in cap. ex tuarum, de auth. & vsu pall. Simile, C. qui poti. in pign. hab. lassitudi, § exceptis: Vnde est adagium, quidem non de-

ber quis unum altare tegere, & aliud de tegere: Sed modo si priuilegium extenderetur ad insignia cum exercitio, & pertinentia ad iurisdictionem contentiosam, tunc fieret praeiudicium tertio; quia illa sunt signa praelationis, & ita quod in illo loco sunt diuersi praelati. Legitur ut priuilegium aliquid operetur, debet interpretari tpectrum de insignijs quae tendunt ad gloriam, & honorem ecclesiarum, quarum sunt praelati. Fran cus in d.c. ut apostolica, nu. 1.

Trigesimasecunda. Episcopus, uel Archiepiscopus pariter non possunt exercere quae sunt contentiosae iurisdictionis extra prouinciam, uel dioecesim, uel in loco exempto, nisi inuitentur per illos, ad quos loca pertinent, arg. 7.q.1.ca pir. Episcopus, & cap. sicut, uel nisi permittente Domino iurisdictionis, quod est, cum scit, & tacet. Host. & Io. And. in cap. ex tuarum, de auth. & usu pal. & ibi Bald. ubi dicit, quod scientia, & patientia habetur pro permissione, l. hentes, §. si fundum, ff. de ulnfruc. legato. Quod si obijiciatur tex. in d. cap. ex tuarum, ubi etiam ex licentia diocesani non potest Archiepiscopus nisi pallio extra prouinciam, Dic quod illud est, quia conceditur sub hac limitatione, ut utatur tantum intra prouinciam, Zabar. in d. Cle- men. 2. num. 5.

Trigesimatercia. Presbyter in fine missa debet dare benedictionem populo, non tamen solemnam, de qua supra diximus, quia illa soli episcopo de iure competit, c. ministrare, 26. qutst. 6. not. per Inn. in cap. cum ad celebrandas, de 61 cōsec. dist. 1. priuatam uero potest dare etiam praefante episcopo, glo. in c. ecce; dist. 95. & ratio est: quia eo ipso, quod est episcopus audit missam, permittit ei celebrare, & per consequens omnia permittere usque sine missa esse non possunt; cap. preterea, de offi. deleg. Quod si quis obijciat maiorem benedictionem minorē. Respondeatur, quod licet sacerdos sit minor episcopo, tamen ex voluntaria eius subiectione, sive submissione, quia in

benedictione isti se submitit, maior videtur in hoc casu, & actu benedictionis, arg. glo. in cap. sanē, 2. de offi. deleg.

62. Fallit in Papa, † quia esti Papa nihil plus ordinis habeat, quam simplex Episcopus, tamen simplex Episcopus non potest illum benedicere, cum singulari prerogativa gaudeat, & à solo Deo benedictionem expectet, 9.q.3. c. aliorum. Verum potest Episcopus Archiepiscopum benedicere, & sacerdos abbatem, cum eiusdem ordinis sint, quamvis sola administratione maiores, Archid. in c. denique, dist. 21. & Turret. & multo magis sacerdos sacerdotem, tanquam pararem. Doct. in d.c. denique.

Trigesimaquarta. Sacerdote absen-

63; te potest diaconus, vel acollitus si vult leggere lectionem, petere benedictionem ab alio diacono, arg. tex. in c. diaconi, dist. 93. Vbi conceditur in absencia presbyteri diacono quod ei alias non licet, secundum Archid. & Gemin. in d. c. denique. Sed quare in petenda be-

nedictione dicatur † diminutiū. Iube domine benedicere, & in fine perfecte. Tu autem Domine miserere nobis, duplex ratio à Doctoribus assignatur in d. cap. denique. Prima, quia à principio ab homine postulatur benedictio, cuius opera imperfecta sunt l. 2. §. sed quia diuina, C. de vet. iure enuel. & iuxta illud prophet. Imperfectum meum vide- runt oculi tui. Quod etiam monachi

65 cōmunitati † obseruant, dicentes. Dominus Petrus, & c. sed in fine petitur benedictio à Deo, cuius opera sunt perfecta, & ideo integro vocabulo vtimur. Secunda, quia solus Deus verè est dominus. Hinc est quod presbyter, siue diaconus non à se benedictionem largitur, sed à Deo deuotè postulat illam dari. Dicens. Benedictionem perpetuā tribuat vobis Dominus, & c. in fine autem dicit. Tu autem Domine, & c. quia tunc sermonem ad eum dirigit, qui verè est dominus. Et nota, quod quatriuit benedictio primo ab homine, secundo à Deo, ut scias illud, quod homo minus bene facit,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

facit, Deum supplere, vnde ad ipsum ultimum recurritur, tanquam ad ultimum refugium, ut dicit Holst. in sum. de officiis Archid. Gemin. & Turteorem. in dicto cap. denique.

66 Trigesima quinta. Minor tamen potest exercere iurisdictionem suam praesente maiore, ita faciunt regulam affirmatiuam Canonista teste Gemin. in c. licet. nu. 12. de officiis. vic. in 6. & ibi Franc. Feder. de Sen. confil. 302. nu. 4. in fin. Quia quidem regula procedit in multis casibus quantum primus. Quando maior est praesens, & permittit, (v.g.) Episcopus presbyterum celebrare, ut supra diximus nu. 61. & ita intelligitur tex. in c. ecce, dist. 95. Secundus, quando inferior episcopo celebraret ex priuilegio in Pontificalibus in ecclesia sua, quia tunc qualis illis uti non posset praecente ordinario praelato, facit ratio glo. in verbo dignitatem in c. v. apostolice, de priuilegiis in 6. Tamen illud intelligerem in alijs locis, quam in ecclesia sua. Vnde posset inferior Episcopo eo praesente populum solemniter benedicere, & ratio est: quia cum sit in sua ecclesia, videtur habere iurisdictionem super omnes ibi ingredientes, arg. eorum, quae dicuntur ibi per Gemin. in d. c. denique. Tertius, quando minor ignoraret presentiam maioris, nam quando de aduentu maioris non innotesceret minori, tunc minor potest exercere iurisdictionem praesente maiore, per tex. in l. si forte, ss. de officiis. presid. Zabar. in cap. volentes, in fine, de officiis. legat. Quartus, quando ageretur de potestate contentiose, & ordinarij haberent potestatem de iure communis, iuxta tex. in cap. peruenit, 11. q. 1. nam tunc clerici debent litigare sub Episcopis suis, licet in provincia sit datus desensor à Papa, d.c. peruenit, sic etiam est tex. in l. in hac, C. de dona. vbi insinuatio do nationis sit coram magistro census, etiam praeside presente. Quintus, quando unus esset legatus l'apłt, & alter Imperatoris, quia tunc unus potest exercere presente maiore, quia de separatis non est

illatio, c. 2. de translat. Sextus, quando potestas vtriusque scilicet maioris, & minoris dependet ab eodem, sed sunt dati circa diuersa, quia tunc militar ratio praecedens. Septimus, quo ad potestatem contentiosem, & minor recepit iurisdictionem à maiore, sed maior illam non reuocauit, cum posset, d. in hac, vers. publicare. Octauus, in urbe Romana tamen quo ad exemplos. Possunt enim inferiores pralati absque solemnitate, nisi ex privilegio hoc habeant, excommunicare sibi subditos, ut Abbas monachum, l. tina. C. de iurisd. omn. iud. c. cum in ecclesijs, de maio, & obe. Zabar. in c. quæ in ecclesiarum, de officiis. ord. glo. in c. de persona, 11. q. 1. & ratio est: quia locus exemptus, & extra diœcensem aquiparantur, vnde quemadmodum episcopus non potest punire delinquenter ex terra territorium, c. 2. de constit. in 6. ita nec si deliquerit in loco exempto, c. cū episcopus, de officiis. ordinis. in 6. Cum locus exemptus, & extra diœcensem equiparetur, glo. 2. in Clem. 1. de so. compet. Sed posset Abbas delinquentes sibi subditos excommunicare, si monasterium in quo moratur, esset extra urbem, ergo etiam in urbe in monasterio exempto. Tum etiam, quia omnia dimittenda sunt propter scandalum, quae sine peccato dimiti possunt, regula est Hieronymi, quam nos adnotauimus in nostris decis. in 1. par. lib. 2. cap. 68. nu. 9. sed modo oriens possent multa scandala, si suspendetur iurisdictionis Abbatis in urbe, ita ut non posset excommunicare pertinacem monachum, sed oportet excommunicationem fulminari à summo Pontifice: sic enim omnia deuenient in notitiam eius, & ita de facili diminui posset bona opinio, quam erga religiosos habet, ergo. Tum etiam, quia diuersum est consistorium Abbatis, & Summi Pontificis, vnde de separatis separata debet esse ratio; & ecclesiasticus ordo confunditur si sua unicuique iurisdictione, non seruetur, c. peruenit, 11. q. 1. sufficere enim debet monacho, ut ad Papam pos-

fit

fit reclamare. Quod si quis obijciat tex.  
in c. antiqua, de priuile. vbi Patriarchis  
prohibetur ante le deserte vexillum san  
ctae Crucis in vrbe Romana. & vbicun  
que Rom. Pontifex præsens extiterit,  
aut legatus vtens insignijs Apostolice  
dignitatis, d. e. volentes, sic minor de  
bet assurgere maiori, & nec eo præsen  
te sedere, c. bene quidem, distin<sup>t</sup>. 96.

68 Respon. quod dicta iura procedunt in  
insignijs reuerentialibus, quæ sunt pre  
eminentiae, & honoris, nam tunc præ  
sente maiore suspenditur iurisdictio mi  
noris, secus in contentiosis, Doct. in d.  
e. volentes, & in cap. denique, dist. 21.  
Feder. de Sen. consi. 302. num. 4. Quod  
si quis iterum obijciat Vicarium non  
posse excommunicare præsente Episco  
po, ut nos diximus in nostris deci. in 1.  
par. lib. 4. cap. 4. nu. 14. & tamen excom  
municatio pertinet ad iurisdictionem  
contentiosam. Respon. q. ideo præsen  
te episcopo suspenditur iurisdictio, mi  
noris, quia Episcopi, & Vicarij idem est  
consistorium, vel quia Vicarius illam  
potestatem habet ab Episcopo, & ideo  
videtur illam reuocasse eo præsente, fa  
cit tex. in Liudicium soluitur, s. de iudi.  
Lpotioris, C. de off. rect. prouin. in quib.  
etiam casibus minoris iurisdictio suspe  
ditur, vide Docto. in d.c. denique, & in  
c. volentes, vbi concludunt, quod suspen  
ditur quo ad reuerentialia insignia, se  
cū verò in contentiosis, nisi ubi agitur  
de quadam parilitate, quia tunc statut  
dispositioni majoris, Host. in d.c. volen  
tes 69 res. At quæ sint in insignia reuerentia  
lia, & honoris, vide Host. in c. 1. de ma  
io. & obed. ubi pónit quod sunt 16.

70 Trigesimasexta. Non solum in t mis  
sarum solemnis, sed alibi potest sacer  
dos benedicere, vnde dicitur Num. 6.  
quod Aaton post oblatum sacrificium  
extendens manum ad populum benedi  
xit ei. & infra. Ingressi autem sunt Moy  
ses, & Aton tabernaculum testimonijs,  
denique benedixerunt populo, Oldi.  
consil. 246.

71 Trigesimaseptima. Presbyter pp mō-

bri debilitatē, vel deformitatis scandalū  
prohibetur missam celebrare: Et hoc ve  
rum est non solum in missa, sed in omni  
altaris ministracione, hoc est, in omnibus  
concernentibus ministerium altaris. Vnde non potest nec tanquam dia  
conus, vel subdiaconus accedere ad alta  
re, atq. extr. de bigam. cap. 1. de conse  
dit. 2. cap. tribus. Host. in cap. significa  
uit, de corp. viti. cap. presbyterum, de cle  
ric. agrot. Non tamen prohibetur t ex  
ercere sacerdotalia, idest audire confes  
siones, benedicere aquam, baptizare,  
mortuos sepelire, & infirmum inunge  
re, & similia, ita etiam Zabar. in d. cap. si  
gnificauit. Et ita nota quod nihil facien  
dum est cum scandalo, cap. nihil, de pre  
script. Et quod punitur quis sine culpa  
sua, sed non sine causa, d.c. presbyteru.

Trigesimaoctaua. Licet de iure com  
muni quis diebus dominicis, t & festi  
vis teneatur missam audire in propria  
parochia, ita Innoc. comm. receptus in  
rubr. de paroch. optimus tex. in extr. fin.  
col. 1. in fin. & col. 2. in prin. de treug. &  
pac. ibi, teneri audire missam in eorum  
parochiali ecclesia, tamen contraria con  
fuerundine iam prescripta, & à Summo  
Pontifice, & à prælatis multis de causis  
tolerata, satisfacit quis audiendi missam  
solennem sive priuatam in parochia, si  
ue extra illam vel in oratorio, vt affir  
mant D. Anton. in 2. p. sum. tit. 9. cap. 10.  
§. 1. col. 2. Sylu. in verbo missa 2. col. 3.  
Rosel. co. verbo, col. 8. Panor. com. rece  
ptus in d.c. 2. Hinc multa inferuntur &

74 Primum, quod si quis iusta de causa  
absentaret se à propria parochia alibi au  
diendo missam, vt puta, quia proprius  
parochus est concubinarius, excommuni  
catus, denunciatus, aut suspensus ab  
ordinibus, aut vt deuotus ibi audiat,  
vel quia etiam audit concionem, vel me  
liorem, vel habet aliquod iustum impe  
dimentum, vt quia peregrinus est, aut  
transiens, Host. in d. cap. 2. vel quia sati  
ganus est, cap. si quis etiam, de confec.  
tione 2. non peccat, quia necessitas ex  
cusat. Sed noie necessitatis venit quod  
libet

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

libet iustum impedimentum, ca. hi qui, de consec. dist. 4. Not. Archid. in cap. cōfuetudinem super verba corporalis necessitas, de cler. non resid. lib. 6. ergo.

- Secundum. Insertur hoc maxime procedere in ciuitatibus, in quibus quisque confluit ad mendicantes, vel ad aliam ecclesiam sibi proximiorem, Zabar. in d. cap. 2. vbi dicit, quod si quis facit quia sic est consuetudo, talis consuetudo non reprobatur.

Tertium. Insertur quod licet text. in cap. si quis etiam, de consecra. dist. 2. dicere videtur quod in quibusdam festiui

75 tatiis ut in Pascha † Nativitate Domini, Epiphania, debet missam audire in parochia, tamen affirmamus parochianos esse admonendos, non tamen cogendos, & aliter facientes non peccare, ponderando aliter illum tex. Dicit enim missam in illis diebus festiuis audiendā in ciuitatibus, vel parochiis, ergo cum loquatur disiunctiūe, sufficit aliquam partem adimplere, & ita missam in illis pricipiis festis audire in ciuitatibus, ut apud religiosos, vel in parochia.

76 Quartum. Episcopus suis subditis cōtrariuin pricipere non potest: quia consuetudo est generalis, & ut episcopus nō potest tollere, vel restringere ius commune arg. cap. inferior. dist. 21. Sic nec generalem totius orbis consuetudinem, quae vim habet legis. Lde quibus, ss. de legib. & ita excommunicatio, quam contra eam ferret, esset nulla, arg. c. 1. de ften. & re iud. Sylu. in ver. Missa 2. col. 3, Naua. in suo Man. c. 21. nu. 1.

Quintum. Insertur quod dubio pro-  
77 cul possunt parochiani audire † missas in alia ecclesia, quam in parochia, cap. si quis etiam, de celeb. d. 1. Holt. in c. 2. de parochia nisi quis ex contentu se absenteret ab auditionem missae in propria parochia, quia tunc peccaret mortaliter, d. cap. 2. & ideo per hoc esset excommunici-  
78 candus, qui † quidem contemptus posset pr̄sumi ex assiduitate actus in foro exteriori, non autem in interiori, ut nos diximus in 1. par. lib. 4. cap. 3. nume. 18.

Quo casu posset valere excommunicatio, qua aliquando utuntur curati contra parochianos non interessentes misericordia proprijs parochijs, vt puta per multas hebdomadas, quoniam innititur presumptioni contemptus.

Sextum. Illicitum esset, quando consuetudo dimittendi parochiam in tantum ingrauesceret, quod nimis pauci ad audiendam denunciationem excommunicatorum, & consimilium adessent, per quod censuram ecclesiasticam contingat eneruati, extr. de consuet. cap. cum inter. Turrect. in c. missas, nu. 3. de consec. dist. 3.

79 Trigesima nona. Seruicētes, † & ministri hinc inde discurrentes in p̄parandis igne, vino, thure, Thuribulo, & alijs necessarijs intelliguntur missa, & eius præcepto satisfacere D. Anto. 2. par. sum. tit. 9. cap. 10. §. 1. in s. Sylu. in verb. missa, 2. q. 1. uer. Dicitur quinto. Quod quidem ex omnium mente tunc locum habere intelligo in discurrentibus, & nec plus debito immorantibus, non autem in morantibus sua culpa, & negligētia adeo ut notabilem missa partem nō audiant, non interessentes communione, vel sacerdotis benedictioni, cum possint. Vnde ad hæc maximè aduentant ministri, & Sacrifice, quos parochi, & superiores adhuc admoneant, & corripient, qui sua culpa morantur: ij enim non satisfaciunt præcepto.

Quadragesima. Audientes missam  
80 tripliciter possunt in mortali, culpa & cōmunicare. Primo quando scit se esse in mortali, & communicans, aut celebrat peccatum mortaliter 1. Cor. 11. Qui autem indignè manducat, & bibit, iudicium sui manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Secundo, quando eu- charistiam percipiens credit se esse in peccato mortaliter, sed in veritate non est, nam tuac talis peccat mortaliter, agens contra conscientiam cum talis axilicit ad gehennam, ca. litteras, §. porro, de re stit. spol. Rom. c. 14. Domine, quod non est ex fide, peccatum est. Tertio, quando nescit

inscit se esse in mortali, & hoc aecidit, quia ex negligentia sua noui se examina uit, & ita peccata non recolit, quia tunc communicando peccat mortaliter. i. Co rin. 11. prober autem seipsum homo. Sec.

81 Non tamen omnis † negligentia erit peccatum mortale, sed illa tantum, de qua diximus in nostris decis. in prima parte, lib. primo, cap. 24. nume. 18. verl. Quod si forte: quia talis negligentia non excusat a Deo, sed potius damnatur. Deut. cap. 8. Cae ne obliuiscatis Domini Dei tui, & negligas mandata eius, & Mart. cap. 25. Serue male, & piger. &c ceterum sequitur inutilem ejuscite in tenebras exteriores. Si vero adhibita debita diligentia ad peccata recolenda oblitus fuit in confessione peccatum mortale, tunc communicando non peccat,

82 immo per perceptionem communio- nis mortalia dimittuntur, & ita debet intelligi cap. cum omne, cap. species, cap. si quotiescumque, cap. quotidie, de confec. dist. 2. Ita Io. Capistr. in cap. ve- stra, de cohab. cler. vel mul. An vero si peccata mortalia illa in memoriam ve- nerint, teneatur confiteri, diximus ubi supra, cap. 24. nu. 22.

S V M M A R I U M.

- 1 Officium dicentes syncopando, peccant mortaliter, & Syncopa qua.
- 2 Officium omittentes quatuor peccata com- mittunt.
- 3 Beneficium tenue habens, obligant ad horas, licet ab initio fuerit opulentum.
- 4 Excommunicatus, & non excommunica- tui tenentur ad horas, sed inter utrum que duplex est distremen.
- 5 In officio quatuor genera personarum te- nenunt dicere. Domine exaudi oratio- nem meam.
- 6 Depositi tenentur ad horas, nisi in casu.
- 7 Completorium non comprehenduntur sub vespere festi.
- 8 Completorium recitans tempore interdillo in quatuor festi uitebus, an peccet, & si irregulatus.

- 9 Indulgentia, qua datur interessentibus offi- cio alioquinus disi; an illam lucentur, & interfici completorio.
- 10 Et an lucentur interessentes aliquibus horis in die octava respectu illarum.
- 11 Horas obligatur quis dicere, etiam exi- stens in peccato mortali.
- 12 Horas si dixerit in morte confirmatus, aut excommunicatus, an repetere teneatur quando extiterit in gratia.
- 13 Hora sua publice, sive priuatum dicantur gradatim sunt dicenda, nisi ex causa rationabilis nisi seq.
- 14 Scholaris occupatus circa studium litera- rum, an mane dicendo omnes horas, sit excusatus.
- 15 Causa iusta qua, & vt etiam possint dici extra ecclesiam.
- 16 Hora diei signatur per campanam.
- 17 Oratio, vel capitulum, quod dicitur ab u- no, alii audientes dicuntur dixisse.
- 18 Ante completum officium nemini licet e- gredi de ecclesia, nisi ex iussi causis. & que.
- 19 Impedimentum probari potest solo verbo recedentiis ante finem officii.
- 20 Hora dum cantantur, nemo debet dicere priuatum officium.
- 21 Promonendus ad sacros ordines debet saltem in tribus esse sufficiens, & exami- nari.
- 22 Voces non sunt a choro subtrahenda, quia non sunt sonore.
- 23 Beneficiatus in diaabus Ecclesiis, absens quale officium dicat.
- 24 Monachus factus pralatus secularis, re- gat ecclesiam secundum officium cle- ricalis.
- 25 Beneficiatus, qui aliter dicit officium, quam secundum ritum sui beneficii, vel diaconis, an excusetur.
- 26 Familiares Cardinalium, vel Episcopo- rum an excusentur recitando horas se- cundum ecclesiam cathedralem.
- 27 Obligati ad horas an possint per alium sa- tisfacere.
- Obligati dicere Rosarium, vel coronam, an satisfaciant dicendo alternatim, vel unum Pater, & de eadem, & inter- nallo

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 27 nullo facto dicendo alium, & alia decem Ave Maria.
- 28 Professio inutilida an excuset à recitando horis.
- 29 Professio ante 16. annum est nulla.
- 30 Declaro verbum quod factum est, publicat.
- 31 Professus tacitiè, horas omittendo peccas mortaliter.
- 32 Hora septem Canonica sunt de iure diuinæ. At determinatio, & distinctio officiū de iure positivo.
- 33 Studium maledictum, per quod dimittitur officium diuinum.
- 34 Papa in officio sine ratione non dispensat.
- 35 Episcopus an possit inducere nonam contineundinens in ecclesia quo ad officia recitanda.
- 36 Maintina an dividantur in nocturnum, & Landes matutinales.
- 37 Circa diuinum officium mos ecclesiæ primaria.
- 38 Recitare officium omittenies qua pena puniri possint.
- 39 Officium diuinum comprehēdit missam.

## De nonnullis Decisionibus circa Diuinum officium.

### Cap. XVI.

**D**OCTE A considerandis est de excessibus, qui committi solent in recitando diuinum officium, per multas decisiones, quarum

- 1. Prima. Cum officium diuinum debeat dici reuerenter, cum puritate conscientia, animi deuotione, habituū, gaudiū, & cantuum debita compositione, iux. tex. in c. dolentes, de celeb. mil. Clement. i. de reliq. & venet. sanctor. §. nos itaque, & Clemen. i. de celebr. Mis sa. & non in gutture, vel inter dentes, & aut diglutiendo, vel sincopando, iux. tex. in d. capit. dolentes; Hinc sit, quod qui sincopando id est aliqua in decisionem, velliteram omittendo, talis. n. dicitur sincopa, id est figura qua deme-

dio tollit, vt not. in cap. forus, de verbis, gnific. dicto capit. dolentes, non satisfacit officio; si est quid notabile, & peccata mortaliter: etenim distincte, & integræ horas sunt dicendæ, ut ipsem qui dicit, & ceteri audientes officium, valent uerborum percipere sententiam nam cum eas transcurrendo dicit, sensum verborum nec ipse legens percipit nec audientes intelligere permittit, ad hoc tamen distincte cap. clericos, §. Leuitæ, in fine, & isti sincopati potest dici illud Cypriani in lib. de oratione Domini. Quomodo postulas à Deo te exaudiri, cum te ipsum non audiatis.

Secunda. Qui officium omittit & cesante iusto impedimentoo, quatuor peccata committit; Iniuriam facit proximo cui pro temporalibus per eum datis sustentationem clerici spiritualia resuere obligatur, quia propter officium datur beneficium. cap. fi. de reser. in 6. c. cum secundum, de preben. Infidelis est necatorque egētium animarum, i. q. 2. cap. qui oblationes. Furtum committit, satem quo ad forum animarum, quia oblationes sunt redditus propter seruitium. Quos si non secerit, contrectat rem alienam fraudulenter inuito Domino. & sacrificium, quia fraudat ecclesiam, cui debet seruitium suis orationibus.

Tertia. Diximus in nostris decisionibus. cap. 50. lib. 2. nu. 18. quod clericus in minoribus beneficiatus, & habet tenuum beneficium, ita ut ex eo non possit sustentari, tenetur ad horas canonicas, ceteris inter recipientem, & conferentem beneficium oriatur contractus quidam, ex quo beneficiatus debeat cōpelli, nedum horas dicere, sed quacunque onera beneficio incumbentia subire; ita Flot. in capitulo cum pridem, de renunc. tum etiam quia horas canonicas sunt quædam obligationis satisfactiones cōtractæ propter beneficium, vel ordinem factum sulceptum. Vnde sicut solutione eius quod debetur, tollitur obligatio. Insit. quibus modis tollitur obligatio in princip. ita per solutionem, & lectionem horarum perfoliuntur.

tum pensum seruitutis nostre, i. obligatio per quam ratione beneficij, vel ordinis Creatori nostro obligamur, cap. 1. de celeb. miss. modo adde. Idem si ecclesia ex initio fuerit opulenta, & nunc facta est tenuis, licet in utroque casu debeat episcopus, vel per unionem alterius ecclesie, vel alio modo subuenire, 10. q. 3. cap. vnic.

Quarta. Clericus, diaconus, vel presbyter excommunicatus, vel suspensus, tecum necetas horas dicere, sicut si non esset excommunicatus, vel suspensus, ut diximus lib. 2. c. 50. n. 20. 28. dist. c. presbyterum, 4 vbi Arch. In duabus tamen causis festa differentia inter excommunicatum & non excommunicatum: quia excommunicatus debet dicere officium per se, & in modum priuati suffragij, non publice in ecclesia, & neque in ordine suo. notant Doct. in Clem. graui, de celeb. miss. glo. & Host. in ca. illud, de cler. excom. Secundo non debet dicere, Dominus vobiscum: quia hoc dicere spectat ad dignitatem ordinis, qua dignitate per excommunicationem, vel suspensionem se indignum fecit, & definit esse mediator inter Deum, & homines; sed debet dicere Domine exaudi orationem meam, sicut laicus, & tunc monialis. Henr. in c. 2. de cler. excomm. I mol. in Clem. vnic. de celeb. miss. qui licet possit cantando dicere officium, non tamen potest dicere Dominus vobiscum, nec euangelium in missa, nec ministrare altari, licet sit diaconissa, de cohab. cler. c. 1. in f. quatinus in matutinis legat horam, ita D. Anton. in cap. 1. nu. 10. Sic etiam clericus, quando dicit horas solus, inquit Henrycus, quod non debet dicere Dominus vobiscum, arg. c. hoc quoque, de consecrat. dist. 1. nam hec dictio, vobiscum, denotat pluralitatem personarum. Sed dicat, Domine exaudi. Id est de deposito tunc ab ordine, tenetur. n. horas dicere, cum ratione ordinis ad hanc seruitutem sit obligatus, a qua propter delictum suum non debet esse immunis. 16. q. 1. c. legi. de iudiciis, c. intelleximus, nam pena non ha-

bet immunitatem, s. de interd. & refeg. l. relegatorum. Quod secus est in clericis in minoribus deposito ab officio, quam cum ratione beneficij tenebatur ad horas, ex quo amplius non habet, nec precipit fructus, cessat obligatio, arg. tex. in cap. cum cessante, de appell. l. Imperatores, s. de publ. & vectig. l. 1. C. de fidei. Hentic. in d. c. 2.

Quinta. Completorium tunc licet secundum glossam non comprehendatur sub vesperis festi, gl. in cap. alma mater, s. in festiuitatibus. de sent. excommun. in 6. not. 92. dist. c. fin. cum officium incipiat a festis vigilia, Clem. i. de reliq. & vene. Sanct. & consequenter in vesperis festi finiatur, tamen quia gratia est amplianda, hinc fit, q. qui diceret tunc completorium tempore interdictionis in quatuor festiuitatibus positis in d. s. in festiuitatibus, non peccat, & non efficitur irregularis, ita Archid. in s. in festiuitatibus, & ita se habet communis obseruantia secundum Gem. in d. s. Observat enim ecclesia, ut completorium dici festi attribuatur semper illi dici, cum in die festo dupliceatur, licet dies sequens non habeat festum, unde cum attribuatur illi diei, poterit totum officium, quod dicitur propter illud festum celebrari, & per consequens completorium, quod respectu officij illi diei compertatur; Pariter quando datur indulgentia in aliquo festo Sancti, ut qui officio divino intersint, acquirant certas indulgentias, ut in festo corporis Christi, Clement. i. de reliq. & vener. Sancto. licet secundum computationem Canonicas a vespertino tempore incipiat sequens dies, arg. 75. d. c. q. a patribus, tamē his, qui interfunt completorio, datur indulgentia, glo. in d. Clem. 1. & ratio est: quia gratia est amplianda, cap. quatinus, 10 de præb. in 6. An vero qui interest tunc aliquibus horis infra dies octauæ corporis Christi, si non omnibus interest, habeat indulgentiam respectu illarum, quibus interfuit, dicit glo. in d. cap. Clem. quod non, quia litera ponderanda est, quia dū loquitur de diebus octauæ, loquitur cœpula-

# Decis. Aurearum. Par. II. Lib. III.

pullatiuē, secus, quando loquitur de festo, seu de die festi, & ideo de die festi, pro singulis horis, quibus intererit, etiā si non intererit omnibus, habebit indulgentias, in alijs autem diebus nihil partcipat de indulgentijs, nisi intererit omnibus horis, & officijs.

Sexta, obligatus ad horas dicendas tenetur illas dicere, etiam si existat in peccato mortali, & hoc contra quoddam Iuristas, dicentes contrarium, adducentes tex. in cap. i. in ver. in puritate, & in Clem. i. de celeb. miss. & ratio est: quia praecepta Dei non obligant ut perficiantur in charitate, Nō. n. peccat, nec à Deo punitur, qui debitum honorem impedit paientibus, quamvis non habeat habitum pietatis, ergo multo minus ecclesia obligat queinquam, vt illud implete in charitate, siue in gratia existens. Rursum quia nemo debet reportare commodum ex malitia sua. Vnde si existens in peccato mortali relevaretur ad dicendas horas, reportaret cōmodum. Hinc fit, q. clericus beneficiatus etiam excommunicatus, suspensus, vel depositus, tenetur dicere horas suas. glo. f. 28. dist. c. presbyterum, & ibi Arch. Doct. in c. 2. de sen. exc. c. 2. & c. illud, bonus tex. in c. sicut dignū, §. f. de hom. Item insertur, q. clericus obligatus ad dicendas horas, si dixerit illas in peccato mortali, † aut in excommunicatione existens, dum Carmen integre, studiose, et deuote dixerit, non tenetur repetere, quando ad statū gratiæ suerit reuersus: Patet, quia cum adimpluerit præceptum ecclesiæ sic dicendo, non obligatur amplius dicere, si tamen vult, q. illæ horæ sint sibi meritoria tenetur redicere, & sic tenetur necessitate conditionali, si vult, q. sibi pro sint ad vitam eternam, & ita intelligi debet tex. in d. c. i. de celeb. miss. secundum quod officium debet persolui cum puritate conscientiæ vt sit meritorium, & ita etiam intelligitur illud 1<sup>o</sup>. Quare tu enarras iustitas meas. Et hec nota contra concubinarios, lures, prēdones, & similes; verum licet illud diurnum officium

non sit meritorium, valet tamen ad illustrationem mentis, & ad multa, sicut & alia bona pœnitentialia si ageret, cap. quod quidam, ext. de pen. & remiss. Imola in d. Clem. Turrecr. in cap. cantantes, distinct. 92.

Septima. Quod officium sit dicendum horis debiuis, & competentibus, non reciprocè, † sed gradatim, secundum Host. in cap. i. de celebrat. miss. procedit non solum cum publicè dicuntur horæ in ecclesia, sed etiam si clericus dicat in priuato, per d. c. i. dum dicit ita, vt horis competentibus. Vnde glosabi confuluit clericis pauperibus ne superuenientibus occupationibus aliquā horā dimittant, vt dicant omnes horas, si illis est pro viā laborādum. Quid obseruant Papa, Cardinales, & alij Pontifices, pro parte maiori, dicendo mane officium usque ad sextam, & nonam inclusuè, quia his expletis habent multa expedire ratione officij, & iſtud consilium potest seruari, cum clericus ex causa legitima, seu necessaria timet occupationem, quo casu possit dicere vespertas mane, per illum tex. in prin. vbi Doct. & per Moder. in d. Clem. i. & ratio est: quia regulariter in omni lege, vel statuto causa rationabilis & legitima est excepta, cap. si quando, de scrip. c. ex parte, i. de offi. deleg. Sic scholaris occupatus circa studium literarum potest mane † similiter omnes horas perfoluere, vt vtrique possit Deo reddere, & debitas laudes, & honesta opera studij, ne vnū per aliud impediatur. Quod intelligi, quando valde esset occupatus circa studium, vt quia oportet legere, uel alios docere: tunc tale studium excusaret, & esset iusta causa præueniendi tempus. ad hoc, cap. super specula, de magist. c. cum ex eo, de elecl. in 6. Pariter iusta causa esset, si imminaret commune periculum, puta timor hostium, per ea, quæ leguntur, & not. in cap. bonis de elecl. vel alia iusta causa interueniret, vt celebratio ordinum, synodi, aut processionum. Alias cessante iusta causa, nō esset licitus præuenire tempus, vt no. Doct. in d. c. i. de

De celeb. miss. sicut obligatus soluere certi tempore statuto in favorem creditoris puta Dei, ut in casu nostro, non potest soluere ante tempus, scilicet de leg. i. l. si ita relictum, scilicet Pegasus, de verb. obli. stipulatio ista subscrevit, inter certam. Paniter iusta causa operatur, ut officium, quod in ecclesia per solitudinem est incoenatum, de celebre missa, cum creatura, possit dici extra eam in dominibus, vel alibi, et ex parte, et ad audientiam, de cetero non residet, cap. ii. dist. 92. Sic quamvis non liceat celebrare missam nisi in locis consecratis, tamen ex iusta causa potest missa celebrari in loco non consecrato de licentia Episcopi; et missarum de confessione dist. i. modo secundum Arch. locus illa habeat altare viaticum consecratum.

O statua 1. Licet secundum Innoc. in c. i. de celeb. miss. horae diuinæ debeant dici horis competenteribus, id est illis, qui bus creditur melius populum assursum ad audiendum, tamen verius est, quod horae competentes dicantur, quando hora officii respondeat hora diei, signatur autem hora diei per campanam, ut ibi in glo. 2. Ethoc maximè in cathedralibus, et conuentualibus ecclesijs observatur, ita Zabar. In d. c. i. not. 4. & q. 5. 17. Et note quod quando oratio, vel capitulum dicuntur in officio per unum, alij auctoribus clericorum dicuntur dixisse, hec non, in c. cum ab uno de sent. & re iudi. in 6. vbi notat ibi Geroin. nu. 2. quod vbi requiritur recitatio actus, qui debet per plures recitari, dicitur ab omnibus recitatus, vno tamquam recitante de manda to aliorum.

Nona. Nemini licet egredi de cho-  
ro, et ante completum officii, Clem. i. de celeb. missa, nam & lati ex praepro ecclesie maximè in diebus dominicis debent finem missæ expectare, de co-  
fser. distin. i. cap. missas, & cap. sequens, quia nihil videtur actum, cum superest aliiquid agendum, b. f. C. de his, quibus indig. Et Deus imperfectum opus non mouit, cap. maiores, scilicet adhuc de pa-  
pili. Alter enim non dicitur clericus do-

bitum, & pensum suæ seruitatis personis, si ante finem officij recedat, cap. i. de celeb. missa, ibi persoluat: nam ita dictio, per iunctio verbo, denotat continuationem, & perseverantiam temporis a principio usque in finem, not. per Archim. in cap. cum contumacia, de bat-  
teti. in 6. salvit tamen, quando necesse sit corporaliter aliquantulum existere ecclesie, ut quia spiritus contemplatione, vel  
meditatione, vel inedia, & vigilijs esset nimium fatigatus, nam tunc potest causa recreationis ecclesiam exire, sed cito recedat ad officium, iux. not. per Inrio. in c. dolentes, de celeb. missar. Docet in Clem. i. bo. tit. Id est si superueniet ins-  
firmitas, vel alia iusta ooccupatio, 7. q. 2. c. illud, & cap. seq. ut quia pro evidenti ecclesie utilitate, vel necessitate oportet eum discedere, 26. q. 1. cap. vos autem, 12. q. 1. c. vlt. vel sit alia quauis iusta cau-  
sa, & rationabilis, in Clem. i. ibi, absque iusta causa, semper enim iusta causa ex-  
eipitur, cap. ex parte, 2. de off. deleg. Et nomine necessitatis quolibet iustum impedimentum intelligitur, de consec-  
dist. 2. cap. hi qui, dist. 18. cap. Episcopus, alias qui sine dicta iusta causa ante fini-  
tum officium exire, carebit, si clericus est, distributionibus quotidianis, ita Steph. & Gui. in d. Cle. r. vbi Imola, al-  
legantes capitulum vincium, de clericis non  
resid. in 6. facit, de iudeo. cap. i. cum ibi  
not. Quod intellige, ut non consequatur distributiones illius horæ, licet sic pro rata diuinorum officiorum, pro qui-  
bus intersit, a simili Frantus in d. cap.  
vnie. nu. 4. unde inquit Zenian. d. Cle. i.  
quod non valet statutum, quod exiliis,  
vel interessens vni horæ, habeat inter-  
19. gras distributiones. An vero solo ver-  
bo exentiis creditur super impedimen-  
to? Credo, quod sic: quia agitur de ani-  
ma, & conscientia illius, & de leui pra-  
iudicio, quod verum est, præterea, vbi  
impedimentum consilii in solo animo  
ipsius: quia forte fatigatus est longa le-  
ctione, exit causa recreationis, ad hoc  
not. in cap. significasti, de horae, in cap.

19. Circa ad suū dēcēptū. in 6. Quid limi-  
ta, quando paruit durat exsus a qua  
si diu, & se p̄e cōrē vellet, non esset ei  
cōcedendum. Vide in nostris decīs. 13. &  
num. 2 t. lib. 2.
20. Decima. Hoc dūm f̄ cantantur, ne-  
mo, qui ad illas tenetur, legere, vēl dicē  
re debet, priuatū officium: nam non  
solum obsequium, quo obnoxius est  
dchoro subtrahit, sed alios psallentes per-  
turbat. Hinc inscruntur roulta, & pri-  
mum, quod non excusatur aliquis, si  
subtrahit obsequium, cantando, & offi-  
ciando cum alijs, quia nescit cantum: &  
nam debet addiscere ipsū, sicut etiam  
officiū, atque in culpāndus est, si igno-  
rat ea, quā ex officio scire tenetur, i. q. id  
c. non est puranda, 38. dist. per totū, c.  
ad aures, cum ibi not. de a. & qual.
21. Promouendus f̄ enim debet in tribus  
saltēt esse sufficiens, & examinari si be-  
ne legat, canet, & construat, 38. dist.  
capoq̄ ip̄sīs, not. in Clem. 1. de concess.  
præbend. Minor tamē examinatio re-  
quiritur in minoribus ordinibus. Turn  
recrēt. in cap. Episcopi, num. 6. dist. 24.  
Quare subtrahendo peccat, & furtum,  
committit, eum vtatur lingua sua ad a-  
liud, quād ad quod tenebatur, contra  
Dei & ecclēsiae voluntatem, cap. 1. de ce-  
leb. miss. ibi, publicē compleantur ad  
detinendū, quod simili, & ab omni-  
bus debet officiū dīcī, quod procedit,  
etiam, si vellet suas priuatū dicere ora-  
tiones. Vnde Hieronymus. Ingratum  
est spiritui sancto quicquid obtuleris ne  
glecto eo, ad quod teneris, idē licet eo  
tempore, quo in choro diuinū cantat  
ur officium, possis multas priuatū di-  
22. cerebrationes f̄ abstineas, & chorūm,  
quantum potes adiuves, bonum com-  
mune præferendo priuato, cap. licet, de  
regula. Nam ut dicit Innoc. in cap. do-  
lentes, de celebr. miss. clericus dum est  
in officiū diuinis, non debet alijs inten-  
dere nisi circa ea, quād alibi dicuntur, &  
leguntur. Nec capleris dicendo, quod  
voce sonorū non habes, quia ex di-  
uersitate vocum resultat melodia tota,
- & dulcis repräsentatur cōntus, sicut vi-  
des in organis, in quibus sunt fistule te-  
nuem, & validiorem sonum emitten-  
tes, & totam melodiam ornantes, & in  
templo Domini rōn. solum ērēt vīla  
aurea, sed argentea, & æro, ideo voces  
non sunt à choro subtrahendis, sed qui  
liber secundū gratiam sibi à Creatore  
datam frūctū laborū suorum cū  
puritate conscientia, animiq; deuotio-  
ne debet Deo porrigitur. Clem. 1. de ce-  
leb. miss. Hinc possunt etiam multa in-  
ferrī, quāz ne t. dūm generemus, omit-  
timus, remittentes lectionem ad ea, quā  
diximus lib. 1. c. 1. num. 1. &c. 12. Rur-  
sum hīc afflauerimus e. lib. 1. cap. 5. c.  
nu. 10. quod satis facit præcepto audien-  
di missam orationes dicēns, sive quā  
sint de præcepto, sive non. Tamen qui-  
libet deberet ab illis abstinere, & sub si-  
lentio, & contemplatione eam audire,  
præsertim orationes, Epistolam, & Euā  
gelium, considerando quod Christus  
est qui loquitur, & non homo, quando  
euangelium dicitur. Vnde si principem  
audires cum magna reverentia vacares,  
& non immisceres aliqua verba; quan-  
to magis Creatorem tuum, vel Aposto-  
lum loquentem in epistola sua, ut nunc-  
cium Christi, & sacerdotem orantes,  
& dimittentes orationes tuas; quas credo-  
re non debes inliores illis, & vēl effica-  
ciores illis, quas ecclēsiae vniuersitatis di-  
endas esse decreuit. Not. Alber. de ser.  
in tracl. hor. 3. 3. Præterea, sunt valde  
reprehensibiles, qui in ecclēsia ita altē  
orationes suas dicunt, quod alij ibidem  
assistentes, & plerumque presbyteri offi-  
cians perturbantur. An vērō dūm cele-  
bratur maior missa, vel Vespere cā-  
rantur, possit quis organis pulsantibus  
dicere orationes, diximus, c. 3. 5. nu. 12.
23. Undecima. Beneficiatus f̄ in duabus  
ecclēsīs, vbi sunt diuersa officia, si ab-  
sens est ab utraque ecclēsī, dicere debet  
officiū illius ecclēsī, in qua habet ma-  
iestatū gradum, & dignitatem, para quā  
in hīc ecclēsī est Decanus, in alia est  
implexianonicus, quantum præbēta  
sit

fit p[re]i[ma]ngior, debet dicere officium illius eccl[esi]æ, in qua est Decanus, argum. infra, de præbende, quia in tantum, lib. 6. eod. tit. cap. extirpandæ, §. qui verò. Ad hoc not. in cap. si. de postul. Sed si non habet maiorem gradum in vna, quam in alia, ut quia est canonicus in duabus eccl[esi]æ, tunc debet dicere officium dignioris eccl[esi]æ: quia maius dignum trahit ad se minus dignum, cap. quod in dubijs, de conse. Eccle. vel alta. etiam in officijs diuinis dicendis, 12. distinc. cap. de his, in Clem. dignum, de celeb. miss. si autem ambae eccl[esi]æ sunt aequalis dignitas, tunc potest dicere quodcunque officium voluerit de officijs illarum eccl[esi]arum, ita, quod eo casu locus est gratificationis, arg. ss. de relig. & sumpt. fun. Lvlt. c. duobus, de r[es]crip. in 6. Si est præsens in altera eccl[esi]arum, tunc debet sequi mores, & ritum illius eccl[esi]æ, in qua residet; etiam si in minori beneficio residet; quod intellige, quando talis dicit officium, aut horas suas in Ecclesia, vna cum alijs clericis eccl[esi]æ: tunc enim constat, quod debet se alijs conformare, 11. dist. e. in his. 1. q. 2. cap. cognovimus, de priuile. quia circa, Vnde dicit Io. And. 24 in d. Cle. dignum, quod monachus & sa-  
craus prælatus eccl[esi]æ secularis, reget eam secundum officium clericale, non monachale. Sed vbi talis diceret horas suas per modū suffragij priuati, potest si velit officium alterius eccl[esi]æ, in qua non residet, dicere, maximè si hoc faciat fine fraude, secus forte si hoc faceret fraudulenter, volens cuitate horas prolixiores eccl[esi]æ, & dicere horas alterius eccl[esi]æ, quæ sunt breuiores, vt dicit Henricus in capit. perniciosus, de celebratio ne missar.

Duodecima Beneficiatus, qui non dicit officium secundum ritum sui beneficij, vel diœcesis, sed officium Romanum, non venit excusandus, ita Stef. in Cle. 2. de celeb. mis. Flor. in cap. 1. eo. tit. & ratio est: quia debet sequi consuetudinem sue eccl[esi]æ cathedralis, not. Doct. in d. Cle. 1. & Clem. Dignu. Nam ibi speciale

est, q[ua]o clericis etiam religiosi, qui sunt familiares, & domestici † Cardinalium, & Episcoporum, se possint in divinis officijs eum ipsis conformari, ergo in conitatum est regula. Sed adiutare, quod tunc tales Religiosi dicentes officium cum Episcopis sunt excusati, quando cum illis horas dicerent: Alias secus, quia tunc cum cesset causa, mens, & ratio illius Clem. non vendicat sibi locum, ac. Ladigere, §. quamuis, de iure patr. (1683)

Tertiadecima. Qui tenentur ad horas canonicas, non satisfaciunt † illis, si per alium faciunt defteruire. d. Clem. 1. de celebr. miss. ibi, structum laborum suorum: & ratio est: quia solutio horarum consistit in labore personali, & eius industria videtur ad hoc electa, arg. cap. si. de offic. cele. unde quamvis ex iusta causa à residentia in beneficio quis posset excusari, arg. cap. relatum, de elect. faciendo per alium defteruire, ab hotis tamen dicendis non excusat, sive sit beneficiatus, sive in factis. Card. in d. Clem. 1. Idem sentit Innoc. in cap. 1. cod. tit. contra quosdam, qui dicebant, quod non sunt patres beneficiati, & in ordinibus constituti; nam ordinatum in factis, cuius persona est obligata, excusat ab horis sola infirmitas corporalis, sed beneficiati non ordinati excusantur etiam per consuetudinem, ut nota in cap. cum omnes, de constit. Item per appellationem, uel similiari ardiam causam, aut per residentiam à suo beneficio ex causa rationabili, arg. d. c. relatum. Nam dicta iura secundum Card. loquuntur de residentia, & non de horis. Satisfaciunt vere obligati ad horas alternatim Psalmos cum alio cantantes, quod & Iapa Damasius statuit, vt refert Platina in eius vita. pa. penultima. Sequitur Palud. in 4. sent. dist. 4. §. quæst. 2. col. 3. Quod extendit etiam ad eos, qui præcepto confessarij, vel alias noto, aut iuramento sunt obligati dicere officium defunctorum: uel psalterium, aut coronam, uel Rosarium Virginis matris, ita Nauar. multis rationibus hanc sententiam probat

in c. t. d. de h. d. cano. à nu. 19. vsque 36. Satisfaciunt ēt, qui obligati ad dicendum Rosariū, uel coronā, dicunt, per partes, dicendo nū Pater noster, & decē Ave Maria & postea aliquo interualllo factō dicunt alium Pater noster, & aliam decadēm, & sic de singulis, tum quia licet omnes horū canoniz vnius diei, licet fini vna oratio, tamen septem, vel octo horis interrupas iuste perficiat, ita & corona, quæ continet tex partes, quartū qualibet constat vñj Pater noster, & decē Ave Maria, poterit dici sex horis distinctis. Tum quia id p̄ebet occa sionem occupandi bene plurimas partes temporis, quæ pretrifissima res est. Tum quia vñl receptum est, quod Rosarium Virginis Matis, licet sit vna oratio, dicitur tamen per tex partes interruptas, quarum qualibet continet quinque Pater noster, & quinque de cades. Ita Nauat, qui supra, nu. 39. probat hanc opinionē multis alijs argumentis.

Quartadecima. Religiosus, qui officium non recitat uires co, quia sciebat se 28 emisisse professionem inualidam, quia ante 16. annū, non peccauit mortali tate. Et ratio est: quia cum huic modi professio sit nulla, nullamque pariat obligatio eius ad aliquam regulam, vel religionis, aut ordinis observationē, vel ad alios quoscunque effectus, iux. Conc. Trident. 1. 2. cap. 15, per tex. in c. 1. 17. q. 2. canon solum, de regulā 6. fit, ut praefatus emitens non peccet: cum tantum ad illud recitandum sine astricti, uel profeti, vel beneficii, aut in faciis constituti, ut nos diximus libro secundo, cap. 50. nume. 6. institutris decisio. Quod 29 verò professio sit nulla, pondero tex. in d. c. t. p̄ib; sit nulla. Quod quidem verbum, cūm sit praeferiti temporis, statim amollat professionem, ac si nō fuisse facta, facit tex. c. à nobis. 1. de sent. exc. vbi pat̄ hæc verba extóicatur sit, proferunt excommunicatio ipso iure, cap. quicquidam, s. questio. prima. & ibi Gemin. glo. in cap. quicunque, de hæret. in & sumptum, quia autē quoddam eluci-

datio Illustrissimorum Dominorū Cardinalium in hæc verba, numero 324: professio à moniali facta ante 16. annū completum, ab Ordinario debet nulla declarari, ubi pondera verbum illud, 30 declarari: nam tunc quod factum est publicat, & insinuat, extr. de appellat. cap. nouit, cap. curz, 11. quart. 3. cap. præterea, de testi. cogen. Gemin. in cap. nemo, 11. questio. 3. & per consequens ostendit professionem nullam, & ita omnitem dicere officium non peccare mortalitate. Sed an. persuerando iri monasterio post professionem inualidam, videatur illam ratificare? Respon: quod non: cum ratificatio dicta moræ causetur à fundamento inualido, 1. quæ sti. prima, cap. cum Paulus, cap. final: de coniug. ser. Lapis alleg. 4. Gemin. in dicto cap. non solum, nume. 1. 3. vnde sequitur regula iuris. Non firmatur trā tu temporis, quod ab initio non subsistit. Eo magis si omisisset recitationem horarum non cogitando de firmanda, vel non firmanda professione, prout ita de facto contingit, quia, tali casu in dubio potius presumendum est pro libertate, & per consequens le professione non firmanda. Vnde inquit Sylvestr. à simili, in verb. Religio, 2. quest. 9. & sequitur Couarru. de pact. 1. par. §. 3. num. 12. quod si quis voulit ingredi religionem, si non cogitauit de professio ne, sed eti in dubio, prosteri uon tene tur, sed potest radire ad seculum. Cap. 1. 2. quest. 189. af. 4. verum si religiosus prætatus post professionem indebitate etiassim ratione etatis, compleuerit in religione annum 16. quo completo steterit tanto tempore, ut possit dici ta citē t̄ professus tunc horas canonicas omittendo peccaret mortalitate: cūm ta citi, & exp̄s̄ eadem sit obligatio, sed exp̄s̄ professus tenetur, ergo & tacitū professus, optimus tex. in cap. non solum, de regulā in 6. verbo; vel nisi maior tamen 14. annis existens professus sit tacito, vel exp̄s̄: Rursum, hic cessat causa impeditus, descessus etatū,

vis, superuenit causa confirmans, nō  
vus scilicet consensus legitimus, ergo  
firmat id, quod de iure non subsistebat.  
Dinus in regu. non firmatur, de regul.  
iuris in 6. facit etiam tex. de regul. in 6.  
cap. 1. vbi Gemin. & Franc. in 5. notab.  
qui dicit, quod ut professio facta à mi-  
nore ratificetur tacite post legitimam  
statem, requiritur delatio habitus indi-  
stincti, & perseverantia anni post legitimi-  
mā statem: Quinimo Host. prout re-  
fert ibi Ioan. Andr. dicit, quod talis  
ratificatio non admittit probationem in  
contrarium, cap. is qui, de spons. cum  
sit præsumptio iuris, & de iure: Non  
enim credendum est sibi post factum,  
ne turbe ecclesiastica regulam, cap.  
quod interrogati, distinct. 27. 16. quæ-  
silio. septima, cap. per laicos. Quod di-  
ctum intelligit Ioan. Andr. nisi prius  
procedat protestatio, quod non inten-  
deret se obligare ad professionem: quia  
per illam appareret quo animo quis ges-  
tit professionem. Vnde illa voluntas se-  
mel posita, semper præsumitur durare,  
extra, de bapt. cap. maiores; quare in  
tali casu possit coram superiore suo, &  
ordinario pretendere professionem ante  
statem declarari nullā, etiam si post  
illam perfitterit per annum completū,  
prout vult Concil. Trident. sessio. 25.  
cap. 19. Quare ex his omnibus conclu-  
dendum videtur, præsumum religiosum  
non peccare mortaliter omitting diuino  
horas, nisi ex causa erronea conscientiae,  
cap. per tuas, 2. de simon. cum similib.  
Post verò illam factam, nisi procedat  
protestatio, cum sit tacite professus, pec-  
casse mortaliter, toties, quoties illas omi-  
serit, non quidem committendo tota  
peccata mortalia, quot horas omisit, sed  
vnum tantum, si omiserit septem ho-  
ras, licet grauius, quam si omiserit vna.

Quintadecima. Licet de iure diuino  
clericus teneatur ad septem horas cano-  
nicas, Propheta dicente: Septies † in  
die, cap. 1. de celebrat. miss. tamen deter-  
minatio, seu distinctio officij, ut ista,  
vel illæ horæ dicantur, est de iure po-

sitivo. Hinc fit, quod cum septies ini-  
die laudare Deum fit de iure diuino,  
tion potest Ep̄s dispensare, vel coimmu-  
tare, aut Abbas cum Monacho, quod  
existens in studio non tenetur ad ho-  
ras, ita Archid. in c. 1. 91. dist. Cardin. in  
Clem. 2. de celebrat. missar. & ratio est:  
quia obligatio horarum nedum concer-  
nit hominem, sed Deum, cui per pro-  
missionem, qua tacite nascitur, & con-  
trahitur in susceptione ordinis sacri,  
aut beneficij, obligatur: ideo per ho-  
minem remitti non potest, sicut nec  
juramentum concernens ipsum Deum,  
iux. not. in c. 2. de spons. Pan. in c. 1. de ce-  
leb. miss. & licet absens ab ecclesia non  
possit dicere officium in ecclesia, non ta-  
men debet excusari quo minus laudet  
Deum in priuato, ut not. Innocent. in  
dicto cap. primo, cum viuat de patrimo-  
nio Christi; vnde † maledictum stu-  
dium est, per quod dimittitur diuinum  
officium, & simpliciter melius est ora-  
re, quam studere, vel legere. Hinc di-  
cit Imola in Clementina prima, de magis-  
tri, quod quamuis scholaris habeat  
Vicarium in sua ecclesia, tamen tene-  
tur dicere officium. Nec obstat cap. 1.  
de celebrat. missar. vbi dicitur, quod  
à se, vel à scholaribus officium comple-  
tatur, quia loquitur de officio initiatu-  
per presbyterum, qui necessitate super-  
ueniente pulsus, non potest comple-  
re, sed compleri non potest quod non  
est inchoatum, ideo non habet locum  
in casu proposito, quia propter officium  
datur beneficium, cap. fin. de rescript.  
in 6. Pariter cum officium generaliter  
sumptum sit de iure diuino, nec Pa-  
pa † fine ratione dispensat, not. in cap.  
propositus, de concess. præbend. Zabar.  
in dicta Clem. 2. l'anormit. in dicto  
cap. primo. Sed circa mutationem offi-  
cij ex causa potest dispensare, cum sit  
de iure humano, ut in dicta Clem-  
entina 2. Quod idem videtur de Episco-  
po, ut possit ex causa rationabili dispen-  
sare, quod clericus existens in studio,  
vel alibi, dicat officium suum secundum

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

alium usum, ad hoc 12. distinct. capit. nouit, de fer. cap. final. per quæ iura dicit glossa in cap. primo, distinct. 91. quod 35 episcopus potest inducere f. nouam consuetudinem in ecclesia sua quo ad officia celebranda. Vnde Archidiaco. ibi, num. 2. dicit, quod contra illud, quod statutum est ab Apostolis, vel sanctis Patribus, non debent, nec possunt Episcopi statuere, sed in his, quæ in solemnitate tantum ecclesiarum consistunt, quæ consuetudine, non præcepto maiorum sunt introducta, mutare possunt, & statuere, ergo multo fortius ex causa dispensare in casu particulari.

Sextadecima. Licet hodie ius positum non distinguat matutinum à matutinis laudibus, sed illas duas partes vocat matutinas, cap. presbyter, distinctio 91. cap. primo, de celebrat. missar. tamen secundum veram significatio- 36 nem matutinæ dividuntur † in nocturnum, & laudes matutinales. Hinc non est inconveniens, quod expleto nocturno, quod debet incipi media nocte, iuxta Psalm. 118. Media nocte, Laudes reseruentur ad mane. Ut est consuetudo quorundam religiosorum, qui media nocte incipiunt matutinum, & dicunt usque ad laudes, postea incipiunt laudes modicum ante diluculum, vel statim post, & quantum ad matutinum est de nocturnis vigilijs, quantum ad laudes est de diurnis, facit quod not. Archidiac. in dicto cap. presbyter. Vbi innuit, quod octo sunt horæ. Separando illam auctoritatem media nocte, & ceter. à septem alijs horis, de quibus in alia auctoritate septies in die, & ceter. & sic intelligit illam auctoritatem, septies in die, de die artificiali. Pro quo 37 iacit, quod in primitiva † ecclesia de nocte surgebant ad diuinum officium celebrandum, primo circa primum somnum, scilicet, quando vulgus solletire dormitum. Secundo circa mediam noctem. Tertio, paulo ante diem sic ordinatè, ut nocturni finiti essent, & lectiones cum suis responsorijs per-

legeret, priusquam luceceret, & appartenente aurora pulsatis campanis clama- bant, Te Deum laudamus, & postea laudes matutinas persoluebant. Ad pri- mum nocturnum surgebant tantum ministri ecclesiarum, qui iam dormierant, tempestiuē cubantes, ad secundum similiter ministri, & coniugati, tam viri, quam mulieres, ad tertium omnes communiter, sed postea charitate algen- te, cum homines pigritarē surgere, tam ministri ecclesiarum, quam populus, con- sultum est ut media nocte saltem omnes surgerent, & totum noctis officium decantaretur, quod adhuc multi religiosi obseruant. Hanc interim in- stitutionem, quia multi non serubant, ideo iterum statutum est ut in tempore ultima nocturnæ saltem vniuersi sur- gerent circa diei principium, quamvis multi religiosi hodie post medium no- 38 tem multum tamen ante diluculum communiter surgant. Alij vero com- muniter ponunt septem horas: & in- telligunt illud Psalmista: Septies, de die naturali.

38 Decimaseptima. † Qui tenentur re- citare officium diuinum in ecclesia, nisi ex causa absint, vel id ducant in con- suetudinem, non solum peccant mortaliter, vt nos diximus in prima parte, lib. secundo, cap. 53. nume. 13. Sed etiam possunt puniri pena subtraactio- nis beneficiorum, iux. text. in cap. sta- tuimus, de cleric. coniug. in sexto. & ad arbitrium Episcopi per subtraactio- nem officij, ut not. 50. distinct. cap. con- tumaces, vel compelli per excommu- nicationem, capit. final. distinct. 92. & ibi Archidiaconus, sed an appellatio- ne diuinij officij comprehendendatur mis- sa. Die, quod sic, quod not. quia si quis esset suspensus à diuinis officijs, non posset missam celebrare, Ge- min. in cap. abbates, de excessi. pratal. in sexto.



De habitu Monachali.  
Cap. XVII.

Qui in cella dimittit habitum suum, vel dum iacet in lecto gestat hastam, siue patietiam, peccat mortaliter, ut nos affirmauimus in lib. III. prima parte, cap. 1. num. 7.

*Cuiusdam peritissimi viri Decisio propositi cuiusdam casus conscientiae, aduersus Authorem.*

D. Albertus in cella sua habitum dimittit, vel iacens in lecto solam hastam gerit, queritur an mortaliter peccet.

 Ir et a huc casum aliqua apud omnes sunt in confessio, aliqua vero sunt controuersia. In confessio precipue sunt quinque. Primum, quod D. Albertus non incidit in excommunicationem latam a iure in 6. Ne clericis, vel monachi secula ribus negotijs se immisceant, cap. 2. Ut periculosa. Secundum, quod si dimittat habitum cum causa, nec peccatum quidem ullum committit: si vero sine causa, semper peccat, ut minimum venialiter, ex quo liquet, quod nunquam det dimitti habitus sine causa, cum venialiter pectare etiam pro seruanda vita nullus debet. Tertium, quod si D. Albertus credit se in hoc non peccare mortaliter, omnino esset excusandus a mortali. Quartum, quod pariter excusat a mortali, si ad breue tempus dimittat, in pluribus enim modicitas rei excusat a mortali. Quintum, & ultimum, quod si ex contemptu habitum dimittit, mortaliter de linquit; & in his ego non moror.

At vero loquendo simpliciter de natura rei, & de proposta dimissione habitus, aut caputij per notabile tempus, non una est orationum sententia. D. Iac. à Capua inter recentissimos nouissimus, vir sane eruditissimus, in suo tertio libro Decisionum auricularum, cap. 1. num. 7.

sustinet partem affirmatiuam, quam probat primo autoritate Franc. in d. c. Ne cler. vel mo. nu. 5. Secundo adducendo, cap. sanctorum monialis, dist. 23, vbi decernatur, sanctimoniale virginem ab episcopo consecratam debere semper ut vestibus suis, vbi addit glossa, etiā in lecto, & in infirmitate; Potest idem confirmari ex alio textu, nimirus, 20. q. 1. c. vidua, & est c. 26. vbi habetur, quod vidua religionē professa, accepta ueste a sacerdote, vel ministro, scilicet in lectulo quiescēs, siue in quocunque loco confistens, constanter vtatur. Potest demū idipsum confirmari ex declaratorio regulę in c. 55. ibi, de mensura, nu. 6. vbi habetur; sine quibus (nimurum caputij) casu grauissimè infirmitatis cum hasta tantum, siue patientia credimus absque periculo excommunicationis posse fratres nostros flare. Modo inquit D. Iacobus, exceptio firmat regulari in non exceptuatis, cum ergo constitutiones excipient hunc casum, indicant, quod in alijs casibus non possit capitum fine mortali dimitti.

His tamen non obstantibus, existimo sententiam hanc nimis esse rigorosam, & propterea negatiuam longe esse probabiliorem; Quod ut distincte demonstrem, primo loquar de dimissione cucullæ, aut scapularis, quorum utrumque est habitus monachalis. Secundo de dimissione caputij dumtaxat, loquendo de toto habitu, mortale non esse ipsum in cella per diem integrum, aut integrâ noctem dimittere, tripliciter ostendo, primo, ratione, secundo autoritate, tertio soluendo oppositas rationes; ratione quidem, quoniam illud solum est peccatum mortale, quod repugnat alicui precepto legis, aut divinae, siue naturalis, siue scriptæ, aut humana iusta promulgatae, receptæ, non derogatae, sed dimittente habitum in cella non repugnat alicui precepto legis diuinæ, ut patet, & omnes concedunt, non repugnat præcepto legis humanae, ut posterius dicam soluens rationes D. Iacobi, ergo non est mortale; & equidem non possum fatus

mirati, eos doctores, qui nullam habentes firmam rationem, nullumque texatum, audent capitelem senentiam serere pro libito sue voluntatis, cuius rei etiam conqueritur Nat.c. 2 f. nu. 8 f. ubi inuenitur aduersus eos, qui negant misera celebrari posse à ieiuno post meridię.

Authoritate idem ostendo; Syl.ver. excommunicatio, 9. § 2. in calce in huc modum scribit. Huiusmodi (immortalis) non est omnis temeraria dimissio habitus, cum nullibi hoc præcipiat, quia licet eo debeant semper monachi uti, tamen hoc debitum est honestatis, ut etiam dicit Ioan. And. & Archidiaconus, non autem necessitatis. Hæc Syl. vnde nisi velimus principiū illius paragraphi aduersari fini: cum ait. Nunquam habitus à religioso professo dimittitur sine rationabili causa quin peccet, quia adeo est annexus ossibus monachorum, quod in quounque loco consistentes siue in lecto quietescens, constantes eo uti debent: oportet dicere, quod loquatur de veniali, ita proculdubio intelligendum est dictum eius, ver. habitus, §. 3. ubi habet: Religiosus uti debet habitu suo semper, seu in lectulo quietescens, seu in quounque loco consistens. Et quod hæc sit sententia Sylvestri ex eo conlitat, quod in confirmationem sui dicti, utroque afferte. vidua, 20. q. 1. & in ver. excommunicatio, loco citato addit caput sanctorum, d. 23. vnde de mente eius ita est asserendum, ut predicta iura afferant, quæ autem sit sententia dictorum canonum posterius apparebit.

Ceterū ut rationibus, & fundamētis à D. Iac. adductis satisfaciamus. Primum ipse ait Francum ita sensisse, nu. 5. in d. c. ut periculosa, quod quidē est plus, quam mendacium Græcum; sunt enim verba Franchi eo in loco hæc, quæ refaram, & quis dicatur habitus monachorum not. gl. i. r. d. Cle. 2. in verb. extrinsecā, & Cle. ne in agro, in priu. de statu regi. & 20. q. 3. Prius, & 19. q. 3. mandamus reliqua, quæ in eodem numero adduxit Francus ad rem hanc nil profructus.

faciunt; videat quilibet an Francus in adductis verbis assertat dimissionem habitus esse mortale. Quis paulò ante, s. in nu. 4. ita scribit. Immo etiam licet monachus semper debeat esse cum habitu, vt in cap. sanctorum, distinct. 23. & etiam in lecto, ut in c. f. 20. q. 1. attamen si in cella subdimittat habitum suū, vel dum balneum intrat in occulto, vel iacet in lecto, hac constitutione non ligatur, sed bene ligatur, quando exhibet se conspectibus hominum sine habitu monachali, &c. Ex quibus ego colligo, ipsum aliter non sensisse de dimissione scapularis in cella, quam predicta iura decernant, vnde authoritas Franchi tantum abeat ut D. Iacob. suffragetur, quod etiam omnino aduersetur.

Nam quod pertinet ad iura citata, pro ampliori explicatione iuuat reserare auream sententiam Abb. Panor. in cap. clerici, 2. de vit. & hon. cle. Non semper (inquit) constitutio etiam Concilij Generalis ligat transgredientem ad mortale, nam quemadmodum transgressio legis Civilis non semper inducit decapitationem corporalem, ita nec transgressio iuris Canonici inducit semper mortale; nam sequitur inde decapitatio spirituialis, & perpetua damnatio. Quomodo igitur cognoscemus constitutiones obligare, aut non obligare ad mortale? Duo oportet perpendere, ut ibidem docet Panor. uidendo materiam, de qua agitur, & uerba; considerando materiam, aut certum est eam esse preceptuam, aut incertum, & dubium: addamus nos cum authore summa Angelicæ, aut certum est eam non esse preceptuam; si certum est materiam esse preceptuam, constitutio ad mortale obligat, siue ad sint uerba preceptuam, siue imperativa, siue hortativa, quod ex duob. precipiū tex. confirmatur, primus est in Clem. Exiui de Paradiso, de uerb. sign. alter, 11. q. 3. Rogo, ubi cum ut gloria refert Maximus nominatim excommunicatus fuisset, quidam elerus, & populus Salonianus cum eo communicabat, quæ communio era-

mortalis, vel quia erat communio in crimen, vel quia erat excommunicatus cum omnibus suis sautoribus; Gregorius Pontifex prohibet hanc communionem, prohibitio ista, quia constat materia esse preceptuam, censenda est obligare ad mortale, quamvis tatur his verbis, Rogo, hortor, & moneo.

Quando autem cognoscemus materiam esse preceptuam? quando multum ponderatur a constitutae, ita ait Pan. vel possumus dicere id certum esse, quando principi Doctores penitus oes de ea non dubitant; At quando dubitant, & incerti sunt, confugiendum est ad verba, que aut sunt praeceptiva, ut si dicatur principius, madamus, &c. aut hortativa, ut roganus, hortamus, aut imperativa, ut non portent manicas bottonatas, &c. si praeceptiva sint, obligant ad mortale, si hortativa, ad veniale, si imperativa, sunt ambigua, si enim sint de re ponderosa, ad mortale obligant, ut patet in d. Clem. Exiui de Paradiso, de verborum signis. Si vero sint de quadam honestate, & decetia, obligant ad veniale dumtaxat, il quod obseruandum est inquit Pan. in regulis religiosorum; Si demum certum est materiam non esse preceptuam, quantumcumque ad sint verba imperativa, aut praeceptiva, etiam non obligant ad mortale; ut inquit author summae Angelique ita Doctores dicunt, quicum Mar. 7. scribitur Christus precepisse ne cui diceret surdi & muti liberati miraculum, noluisse eos obligare ad mortale.

Hac, quia digrediendo diximus, causi proposito applicantes, si nos respiciamus materiam ipsam, proculdubio infere non est praeceptiva; non enim graue est, & ponderosum, monachum in sua cella per diem aut noctem, habitum defere, & principium hoc certum, quoniam sanctissimus P. Benedictus cum in cap. 22. constituit ut vestiti dormiant monachi rationem assert, non quod graue, & ponderosum sit habitum noctu dimittere, sed ut parati sint semper, ut facta signo absque mora surgentes festinent

inuicem se praevenire ad opus Dei, neque Patres in antiquis constitutionibus de scapulari plura decernunt, quam de gunella in hieme; ita enim ad verbum habent. Declaramus hoc modo vestitos dormire fratres. In hieme cum gunella, & scapulari lato desuper; modo nullus saha mentis dicer, quod ante annum M. D. LXX. in quo reformata fuit ea constitutio, solumq; scapulare & tunica omni tempore deserenda exprimitur, monachus in hieme relinques gunellam, mortaliter peccaret. Quod si in declaratorio c. 55. Patres plurimi facere videntur dimissionem caput, clarum est, id esse propter periculum excommunicationis, unde eo cessante, ista materia non est ponderosa, & praeceptiva, atque sine dubio dimittere scapulare in cella per integrum diem, aut dormire sine caputio, loge abest ab omni periculo excommunicationis, qua in re non immoror, quia est communis sententia, & admissa ab ipso D. Iacobo ibidem.

Vnde si naturam, & conditionem huius constitutionis agnoscete velimus, resipiciendum est ad verba. Et quod qui deini pertinet ad verba regulari, nihil dico, primum, quoniam textus ita habet (veleti-dormiant monachi) qua non sunt verba praeceptiva. Deinde quoniā scimus nihil in regula obligare ad mortale exceptis essentialibus trium votorum. Mem dico de constitutionibus, scilicet nullibi vtuntur verbis praeceptiis; Quid antem dicendum sit ad locum in contrarium adductum, in fine disputationis apparebit.

Quod pertinet ad ca. sanctimonialis, &c. vidua. dupliciter respondeo, primo, quod in eis mulierum Deo sacratarum fit mentio dumtaxat, non autem monachorum, aut religiosorum: à diuersis autem non fit illatio; quia tamen communiter Doctores agentes de geserendo habitu, innituntur illis lecis, dico secundo, quod ibi non ad sint verba praeceptiva, vnde debent intelligi de honestate, non de necessitate: ita enim ad verbum habetur,

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

tur, dist. 23. sanctimonialis virgo cū ad consecrationem suo episcopo offertur in talibus vestibus applicetur, qualibus sēper vslura est professioni, & sanctimonie aptis. & 20. q. 1. dicitur. Tunc (nimurum vidua) accepta à sacerdote, vel ministro apta religionis professioni ueste, seu in lectulo quiescens, siue in quoconque loco consilens, constanter ea vtatur &c. Et loca ista loqui de honestate censet Naua. in suo Manuali c. 27. nu. 131. vbi ait: vti debet religiosus suo habitu in omni loco, c. vidua, 20. q. 1. c. sanctimonialis, 23. dist. faltem, de honestate. ita censet sanctus Antoninus ab ipso Naua. ibid. citatus 3. par. tit. 24. c. 53. cuius verba sunt: Debet semper ex honestate religiosus deferre habitum, ita censet Sylvestris citans Io. And. & Arch. ver. excommunicatio. 9. nu. 52. in calce, cuius verba superius relata sunt.

Ita loca eadem exponit ipsem D. Iacobus lib. 4. cap. 21. nu. 6. vbi ita scribit. Rursum nota, quod religiosi in omni loco etiam in lecto cauſa la infirmitatis debent vti habitu, cap. sanctimonialis, distin. 23. c. vidua, 20. q. 1. Quod intellige, verbum illud debet, esse honestatis, & non necessitatis, vt recte notat Sylvestris. in ver. excommunicatio. 9. num. 52. ver. sic. 2. in fine, Nauar. c. 27. nu. 131. verbo Declaratio, 1. & sic fibi ipsi contradicit, dum his textibus innixus dicit dimissio nem habitus esse mortalem, & mox declarat hos textus loqui de honestate, & per consequens non obligare ad mortale. Quas demum adducit ex declaratio nre regulæ nil concludere iam iam apparebit.

Modo enim agendum est de dimissione capitij duntaxat, de qua dico, q̄ dato, quod dimissio scapularis, aut cuculæ per diem esset mortalæ, attamen qui deferret hastam sine capitio nō esset iudicandus reus mortalis, & ratio est: quia nullus id inuenitur expressum in iure, constitutionibus patrum, aut in regula.

Sed obijcit D. Iacobus lococitatō, nu

me. 71. Primum, quod per scapulare intelligere debemus non solum quod spatulas tegit, & peccus, sed etiam debet continere caputum, & sic habet communis vſus loquendi, & valde indecēs esset vti hasta sine caputio, in quibus ego infirmis admodum argumentationibus non censeo immorandum; non enim omnis indecentia inducit mortale, nec qui incedit sine parte integrante habitus, dici potest sine parte icēdere.

Argumentum sumptum ex declaratione regulæ ipse putat esse Achilleum, & ego ex ultimo doloso Vlissi esse persimile, dupliciter autem ei respondeo, primo reflextendo ipsum aduersus D. Iacobum, in hunc modum. Exceptio firmat regulam in non exceptuatis, sed ab excommunicationis periculo excipitur dimissio capitij tantum in casu grauis infirmitatis, ergo dimittens hastam in casu infirmitatis, aut extra cum casum dimittens capitum, est excommunicatus, quod & veritati, & eidem D. Iacobō conspicue repugnat.

Sed quoniam vt est in proverbio, as ferre inconveniens, non est soluere: dicamus secundo, quod exceptio facta à legislatore, vel ab eo, qui potestatem ha ber supra legem, firmat regulam in non exceptuatis; at exceptions facta à Doctoribus, vel aliter quoquis modo legem declarantibus, non firmat regulam in non exceptuatis, potest enim prouenire rigorosa exceptio ex scrupulositate nimia seu declaratiū, seu eorum, in quo rum gratiam fit declaratio, id quod Patribus fortassis nostris contigit eo in loco; ad serenandas enim conscientias aliquorum, qui in ægreditinibus grauioribus torqueri potius eligeant, quam capitum dimittere, existimo rigorosè eos fuisse interpretatis legem illam. Ut periculosa, quod cæteris præiudicium as ferre non debet. Quare concludamus, quod de natura rei per diem, aut nocte scapularē, & à fortiori capitum in celā dimittens D. Albertus etiam sine causa, non est reus mortalis; quam tamen

con-

conclusionem correctioni senioris iudicij volo esse subiectam. Illud demum addiderim, Dom. Albertum venialiter, & equidem grauiter delinquere, & proinde sicut quamvis febris quartana, podagra, & huiusmodi, non sint aegritudines mortales, nullus tamen eas libenter patitur, ita à fortiori, ab hac dimissione debet monachus abstinere; & constanter, ac deuotè sanctum religionis suę habitum retinere.

## S V M M A R I U M .

- 1 Monachum dimittentem habitum per integrum diem, non peccare mortaliter, pluribus rationibus demonstratur. Licet contra eum tamquam verius affirmetur, vi num. 9. & 26.
- 2 Causa rationabilis excusat à peccato, & qualis. num. 14.
- 3 Contempsu aggranat peccatum religiosi, & num. 15.
- 4 Peccatum quale sit mortale ad discernendum.
- 5 Verba impropriantur, secundum subiectam materiam.
- 6 Monachus non obligatur ad peccatum mortale, nisi quo ad tria substantia- ha.
- 7 Habitum esse de accidentalibus qualiter intelligatur, num. 22. & quod habitus monachi sit triplex, num. 21.
- 8 Excommunicatione non debet infligiri nisi pro peccato mortali.
- 9 Intellectus ad caput. sanctorum, dist. 23.
- 10 Habitum delaio est de substantia monachorum.
- 11 Verbum commune appossum in materia grani efficiunt preceptum.
- 12 Intellectus ad c. vs periculosa, ne cler. vel monach. in 6.
- 13 Monachus ad quadam iuretur propter volum. & ad quadam ex consequentiis.
- 15 Habitum non deferre, quando non peccatum, vel peccatum, vel sit ex concilio. Peregrinatio longissima an sit infractione boni deservendi habitum.

- 16 Habitum non deferre est contra praecep- pium legis positivum, & contra voluntatem.
- 17 Habitum non deferre mains est peccatum religiosi, quam clericis, num. 24.
- 18 Habitum monachi qualis. Dicta de clero quanto possumus concorda- ri sunt concordanda.
- 19 Ignorantia facti proprii maxime recen- sis non excusat.
- 23 Habitum ut dimittat monachus an Ab- bas dispensare possit.
- 25 Minimum quod inspiciat in obscuris, qualiter intelligatur.
- 27 Deserent habitam absque caputio per no- tem, an peccet mortaliter, & numero 33.
- 28 Minimum non semper excusat à mor- taliter.
- 29 Debet, verbum, in materia grani, consti- tuit peccatum mortali.
- 30 Caputio debet esse cum habitu anni- xuum.
- 31 Prelati regulares in professione dant cu- cullam, & scapularem cum caputio.
- 32 Religiosus debet discerni à laico ex ha- bitu.

Responso D. Iacobi à Capua, aduersus Decisionem cuiusdam peritissimi viri, affirmantis non esse reum peccati mortalium qui habitum dimittit per integrum diem absque causa rationabili, vel in lecto iacet per noctem sine causa.

**R** EDEMPTORIS nostri, eius- que glorioissimæ genitricis nominibus, ac suffragijs im- ploratis, nostrumq; contui- tum in creatorem omnium referens, Cadeo. pref. pret. Africæ, l. 1. super in- scriptis tuis decisionibus taliter proce- dam. Primo assignabo & alias rationes, quæ præter tuas pro te facere possunt. Secundo persistendo in eadem senten- tia,

# Décis. Aurearum Par. II. Lib. III.

tia, quam in nostris decisionibus lib.3. nume.71. & 71. & alijs rationibus comprobabo. Tertio contrarijs rationibus respondebo.

## *Dubia discutienda sunt ista.*

Primum. Vtrum monachus niger dimittendo per integrum diem habitum in Monasterio, peccet mortaliter.

Secundum, an eodem sit genere peccati irreitus, qui in lecto iacens per totā noctēm hastā absque capitulo gestat.

Circa primum, quod non peccet mortaliter, pluribus rationibus per te fuit probatum, & prima opinio communis Doctor. est seruanda, adeo quod ab expensarum condemnatione excusat ut etiam, quando habet communem opinionem pro se, ff. de leg. 2. l. quæ solidum, §. q. viii, vbi Bar. Vnde graue est ab illa recedere. Panorm. in c. fin. nu. 4. de secū. nupt. Sed communis est opinio, vt per te dicitur, quod apud omnes est in confessio, quod dimittens habitum sine causa in Monasterio, non peccat mortaliter, ergo.

Secundo causa rationalibilis excusat à peccato, text. in c. si quando, de rescrisp. D. Tho. 1.2. q. 96. art. 6. sed iste ex causa potuit dimittere habitum, cap. clericis officiis, & ibi glos. in verb. causa, de vita, & honest. cler. ergo nullum peccatum commisit. Tertio, ter contemptus aggrauat peccatum religiosi. Vnde contemptus ex non peccato facit mortale, cap. quis autem, dist. 10. sed iste aliter potuit, quām ex contemptu dimittere habitum, puta ex leuitate, aut fatuitate, vel negligentiā: ergo nō peccat mortaliter.

Quarto peccatum illud est mortale, ter nos etiam diximus lib. 1. c. 14. nume. 3. quando repugnat precepto legis diuinæ, sive naturalis, vel humanæ, iustè promulgata, recepta, & non derogata, sed dimissio habitus in cella nulli harum legum precepto repugnat, ergo. Quinto, auctoritate Sylu. in verbo excommunicatio, 9. §. 2. qui in calce in hunc modum scribit, Huiusmodi. i. mortalis nō est omnis temeraria dimissio habitus, cum nullibi hoc præcipiatur, quia licet

eo semper debeant monachi vti; tamen hoc debitum est honestatis: ex quibus uerbis uidetur colligi ex mente Sylue. quod tantum illa temeraria dimissio sit peccatum mor. quando fit extra Monasterium, iux. tex. in cap. ut periculosa, necler. uel mon. in 6. non autem illa, que fit in Monasterio. Sexto, uerba impropiantur secundum subiectam materiam. Vnde si constat materiam esse de precepto; licet aponantur uerba consultoria illa fuit præceptiuia, cap. rogo, ubi glo. 11. q. 3. Clem. 1. uerb. hortamus, de test. sic uerba præceptiuia in materia leui efficiuntur consolatoria; not. Abb. in cap. nam concupiscentiam, de constitut. ubi Decius, l. cum pater, §. mando. uerb. consilij, de leg. 2. cap. dilectissimi, in gloss. fin. 12. q. 1. sed modò non dormire cum habitu, est non grauis materia: cum habitus non faciat Monachum, sicut nec Doctorem, ut per Doct. notatur in c. porreclum, de regul. quia si grauis esset materia, profecto dormire ablique gunella in hieme esset peccatum mortale, quod nullus sanè metis hoc dicit. Se proximo, per tex. in c. sanctimonialis, distinct. 23. & in cap. uidua, 20. quæst. 1. ubi Sylue. in uerb. excommunicatio. 9. §. 2. uers. 2. in fi. & Nauar. c. 27. nu. 13. 1. uerb. declaratio 1. & nos lib. 4. c. 1. nu. 6. omnes dicunt, quod uerbum debet, significat honestatem, non autem necessitatem, ita ut habitu semper uti, sit honestas. Octauo, quia quod nullus Doctor dicit, nec nos dicere debemus, sicuti ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, le de precio, ff. de in rem uerbo, sed nullus Doctor. immo neque Francus per me lib. 3. cap. 2. nu. 75. allegatus, hoc assert peccatum esse mortale, dimittere habitum sine causa, sed tantum ligari excommunicatione in causa. & cap. ergo. Nona præter tuas rationes, quibus abunde, & peritè probasti non esse peccatum mortale, fulcitur etiam talis sententia. Monachus secundum ter tex. iuncta glos. in cap. Deus qui, ibi hoc uerum intellige, de uita, & honestate.

nec clericis non obligatur ad peccatum: mori: nisi quo ad tria substantialia, de quibus per te in cap. cum ad monasteriu-  
7 rum, de stat. regul. sed habitus & non connumerantur inter illa tria; sed est de accidentalibus. Hinc vulgo dicitur. Ha-  
bitus non facit Monachum: cap. porre-  
cum, de regul. ergo. Decimo per text.  
in cap. bullus, c. episcopi, & sine orthatu,  
& cito. 21. q. 4. quibus in iuribus proba-  
tum quod tunc peccatum est mortale et  
clericalis personis indubitate non co-  
gruentibus suo ordinis non est; quando  
in itinero ambularet, & extradosmos  
sine illis apparerent, ita tali causa, cum  
non appareant, nec credantur persone  
ecclasiastico, de facilis possunt aliquam iniu-  
riam pati, sicut laetus, & sine ortatu;  
sed talis ratio cessat in dimissisibus ha-  
bitum in monasterio, ergo cessante in-  
tione legis, cessare debet & lex, cum ver-  
ba legis sit amplianda, & restrikinga  
secundum mentem disponentis, c. secu-  
to requisit, de appellat. vbi l'anormis.  
Facit quod legitur, & non in cap. intelligentia,  
et 1. cap. seq. de verb. signi. Lcum  
pater, & dulcissimus, vbi Bar. ff. de leg. 2.  
cum sim. Unde in excommunicatio-  
nem debet intelligi, & nec a lege infi-  
8 tur, nisi pro peccato & morte. cap. nemo, &  
cap. nullus, 11. q. 3. sed in arte nullib[us] re-  
peritur, immo apud omnes est in consi-  
fesso, quod dimittens habitum in Mo-  
nasterio, non est excommunicatus, sed  
tantum extra, dicap. ut periculosa, iuri in  
scholis, ergo non peccat mortaliter. Duo  
decimo, & ultimo, per regulas iuris id  
penis odia in spicimis, in obscuris, & re-  
guli: iuri. in 6. vbi posito quod hoc sit du-  
bius, an dimissio habitus sine causa in  
Monasterio sit peccatum mori. tamen in  
obscuris minimum est secundum; &  
per consequens, quod sit peccatum re-  
niale, cum odia restringi, & fauores coa-  
ueniat ampliari. Sed his, & similib[us]: non  
obstantibus, contraria sententiam ce-  
seco esse vertorem, & in fato anime magis  
tutam, scilicet quod talis dimissio ha-  
9 bitus sit peccatum morte. & primo per

tex. in cap. Sanctionialis, dist. 13. eius  
verba haec sunt: Sanctimonialis virgo  
cum ad consecrationem suo episcopof  
fetur, in talibus vestibus applicetur &  
qualibus semper usura est professioni &  
& sanctimoniorum septis. Qui quidem texi  
iuncto cap. vidua, solet a Doctoribus  
semper allegari, quod Monachus debet  
vni habitu. Sed modò pondero illud ad  
verbium, semper, quod quidem, licet  
non si sic amaro sumendum, vt per mo-  
dum tempus habitus dimitti non pos-  
sit: cum etiam illud dicatur continuo sic  
rit, quod aliquid in tecum vel habeat, vt  
no. in c. p. talenti, de p. b. i. 6. Hinc Syl.  
in verb. excommunicatio. & in verb.  
Habitus, & Caiet: exponendo cap. ut  
petulat, dicunt, modicum tempus  
dici per horam tam. Doctores ex hoc:  
aduersio semper, assumunt hoc argui  
quod. adeò Monachus semper ut de-  
bet habitu, quod etiam electus in epi-  
scopum non debeat habitum mutare;  
quod idem texi. in cap. clericis officiis, de  
vita, & honest. cler. dicit; & ratio est;  
nisi delatio habitus est de soblicitate  
10. Monachatus, & glos. singularis, in c. 3.  
16. h. i. 1. vbi satuit ihoc. vt qualis  
vis monachi ad sacerdotiales ecclesias di-  
gantur, à minore hi: tumen proposito nō  
discendat, scilicet quo ad ea, quibus spe-  
cialiter Deo sunt obligati, scilicet quo  
ad ea, quae sunt substantia monacha-  
tus, vt de habitu sermando, de contingen-  
tia, & de non haberendo propria, sed non  
seruare tria vota, est peccatum mortale.  
cap. cum ad monasterium, ergo dimittit  
se habitum. Secundo, pondero dictum  
texti: uncta glosa cap. 3. vera factum.  
Quod quidem verbum, licet non sit pre-  
ceptuum, nec praeceptu[m] & nupollens;  
11. est tamen per verbigrum communem, vt di-  
cere dicitur. C. de ieiun. tract. 4. quod si  
verbi autem. Vnde appositum in mate-  
ria graui, impioratur, & efficiat prae-  
ceptum; cum hec est efficac[us] cōsutoriu[m],  
si cap. rogo, sed modò materia est gra-  
vius, vt supra affirmauimus, etgo. Fer-  
tio, atra, & gressio legis nuptalem est  
pani

pam transgressori impingit, id ex animandum est, ex materia subiecta, & ex verbis. Feinus & Decius in capit. nam concupiscentiam, de constit. latè nos diximus lib. 2. cap. 10. nume. 11. & cap. 17. nume. 1. vbi diximus ex Soto, quod omnis lex, quæ absolutè fertur, hoc est, quæ contrarium non explicat, obligat ad culpar venialem, vel mortalem, secundū precium openis, sed modò, licet capit. sanctimonialis, absolutè dicat, quod pro fessus, semper ut debet usibus professionis; tamen quia materia est gratia, ut continentia, & proprium non habere; ut etiam dicit Sum. Asten. libro 5. de regul. art. 5. obligari debet ad culpam mortalem, non autem uenialē. Quarto, per text. in d. cap. ut periculō. 12. fa. Tunc uerb. temere, ubi distictus inhibetur, ne processus tenerē extra monasterium habitum dimittat, sed ad hanc uitam temere, importat peccatum mortale, cap. episcopi, 21. q. libl. 4. cap. 1. de sent. excommunicati in 6. ibi dicit gl. quod, ut aliquid fiat temere, non requiritur dolus, sed sufficit, quod ex levitate, uel negligentia quid fiat, & per consequens uidetur, quod dimissio habitus sine legitima causa, sit peccatum mortale. Et si dices, quod temeraria dimissio tunc peccatum mortale inducit, quando illa fit extra monasteria: respondeo, quod tunc præter peccatum mortale, quo ad monachos, adest excoicatio. Cū ergo tex. ille, ut periculosa, presupponat, quod duo sint necessaria, ut religiosus incidat in excommunicationem; quod absque causa dimittat habitum, & extra monasterium, tacitè uult ex presumpta mente legislatoris, quæ colligitur ex materia gravi, quæ effidelatio habitus, qd si deest secundum, peccat mortaliter. Quinto, dum Ioan. And. & Francus in d. cap. ut periculosa, afferunt, quod monachus semper debet esse eum habitu: tamen si in cella habitum dimittit, uel sine illo iacet in lecto, qd constitutione illa non ligatur, sed bene, quando se exhibet conspectui hominum sine habitu.

monachali in habitu laicali, uel secularis clerici sine iusta causa, nam per hoc afferunt talern non peccasse mortaliter, sed hoc intendunt relinquere pro indubitate, cum id manifestè colligatur ex glo. in d. c. 3. & etiam ex verbis Ioan. And. quod habitus est annexus officiis monachorum, tum ex autoritate Archidiaconi. Sexto, Archidiaconus in d. cap. de monachis, 16. q. 2. dicit, quod quedam sunt † ad quæ monachus tenetur proprie uotum, & ad quiedam tenetur ex consequentia, & explicans dicta uerba, dicit, quod ex consequentia tenetur monachus ad ea, que precipit regula Sanctissimi Patris nostri Benedicti, ut sunt uigilie, ieiunia, orationes, & familia, sed ex uoto tenetur non habere proprium, confutare continentiam corporalē, & obediens Abbatii propter uotum, & retinere habitum, sed facere contra uotum & ea, ad quæ tenetur ex moto, est peccatum mortale, c. 1. 27. q. 1. ubi habetur secundum Apost. quod damnationem habebunt, qui fidem castitatis, quam Dominū uoverūt, irritam facere ausi sunt cum uotum semper seruandum. 12. q. 1. c. scimus, sicut de sacramento dicitur, c. quanto, extra, de iureuit. ergo habitum non deferre, est peccatum mortale. Septimo, ratione scandali, arg. tex. in d. c. Deus qui, & c. ut periculosa, ibi in scololis. In quo quidem genere peccati grauius secundum communem sententiam Doct. peccat religiosus, quam laicus, Thomas 2. 2. q. 186. art. 10. sed dubio procul graue scandulum imminenter, si nocte iacens in lecto absque habitu, mortuus reperiatur, ergo. Quibus sicstantibus, non obstant in contrarium adducta, & primo, quod apud omnes est in colesso, quod dimittens habitum sine causa, peccat uenialiter, non autem mortaliter. Nam hoc est, quod nos negamus, & per me iuribus, & auctoritate contrarium fuit probatum. Secundo non obstat, quod causa rationabilis excusat à peccato. Sed iste potuit ex causa dimittere habitum, ergo. nam

dam respondet; quod non omnis causa rationabilis est ex causa peccato; sed tunc deum, quando id fieret de libertate superioris, ita texi: capit. consilium, verbi; pores, & debes, sibi obseruae. ieiuniu; nam ipso debet distinguere inter causam, & non causam. Nam si ille haberi non posset; & causa esset rationabilis; tunc posset religiosus propria auctoritate trahit legem, ei antecessor; 11. q; Id. c. consilium, §. con. asir. Nos diffusae diximus li. 11. c. 14. n. 1. Igitur causa non perit superiorum, ergo. Nec tenet oīslat, quod cum religiosus possit alter, q; ex contemptu dimittere habitum, puta ex levitate, vel negligencia, ergo tali casu non peccauit mortalisiter. Cum solum contemptus constituit peccatum mortale, non respundo, quod tuum solum contemptus constituit peccatum mortale, quando illud, quod transgrediatur non esset peccatum. Hinc dicitur, ut quis autem, di. 10. quod lex eōslibi efficiunt praecepti pp. contemptū. Vel qn. id, quod trahit in sepeccatum veniale, gl. inv. v. auatorariu; s; plus accipit, dubius. 10. Quod secutus est in casu mortali, sibi sit transgressio de eo, quod est mortale. Quarto, non obstat Sylvestr. autoritas in verbis excommunicatio. 9. §. 12. quia Sylvestr. quando dicit huiusmodi non est omnis temeraria dimissio habitus, loquitur de temeraria dimissione, quia non est mortalis. 11. Sic enim ipse dicit, qui iera non interfecit se punitam excommunicatio. nisi his pauper pedatum mortali, cuiusmodi docet, que autem sit ista, ipse in princ. illius si explicat, ponens plures casus. quorum prius est, quan-

15. do dimissio habitus sit sine peccato ex causa rationabili, puta ex timore; vel causa medice, ibi, primo verò. Non temeraria causa existimatio causam peregrinationis etiā longissimam, si in sua causa timoris non attinet, quāvis forte pp. dictant longā peregrinationē licet vestes ferre breviiores si clericus esset. Se cundus, qn. temerarie. Labique causa tō

nabili ad modicum tempus, id est ad horam. Sic enim ipse in duobus locis huius §. explicat modicum tempus. Item in verb. habitus, & Caiet. in verb. excommunicatio, cap. 6. Tertius, quando sit oīslat, vinculo excommunicatio, vt quando religiosus sine habitu, vel habitu non suo, vagatur inuocando. Quartus, quando cum peccato mortali, abque tamen ligamine excommunicationis. Ut si religiosus extra monasterium nocte secreto ex causa non rationabili, putat ex lascivia, & illicita sensualitate dominicati, quietius; vel aliquis: huiusmodi; etiam cum peccato mortali, & quod tali casu sit peccatum mortale dormire ex lascivia, intelligendo in proprio significato, est peccatum mortale, ita ex illicita sensualitate. Rursum pondero divisionem, ut, vel aliquis homini, etiam clero, peccato mortali, quod de sua natura implicat, & facit, vt eadem sit iustis dispositio in pluribus casibus, cap. 1. & ibi 1. a. non extra de committit. Et per consequentem, vt tam ex lascivia, quam ex illicita sensualitate, vel alio peccato mortali, sit mortale dimittere habitum. Igitur hec eiusdictis colligo, quod de temeraria dimissione loquitur Sylvestr. quae si ad modicum tempus, nam si esset ad multum, ut per diem, vel noctem, utique esset mortalis; sed ad illud, peccatum tunc esset mortale; quando dimissio habitus esset bonita praeceptum legis diuinis, aut humana, sed hoc nulli libet reperire, ergo v. Nam responderet, quod est contra praeceptum legis potius, prout tripliciter ponderamus, ut in d. tripli: sanctimonialis: item contra ea, quae quis tenetur adimplese ex iusto. Vnde illa tripli adimplendre est peccarum mortale, cap. mag. 8. ex 4. t. 11. v. b. 11. Secundum, ne illud oblatum, quod verbalis imponit, secundum subie-

subiectam in materia; unde cum in materia  
 sit levitas ut verbum, debet, importet  
 honestatem; & non necessitatem. Nam  
 respondetur, quod in materia est grauis;  
 ideoque verbis dicens remanere in pro-  
 prio significatur. Quod si forte obiec-  
 tes, tunc habitus delationem esse gra-  
 uem materiam, tu ne mordiscas, quan-  
 do fieret ex te monasterium; sic enim  
 plene omnia iura de hac materia tra-  
 etant, cap. nullus, cum tribus sequent.  
 21. quod est ergo, quando sit in mo-  
 nasterio; erit leuis; quia respondeo; quod  
 17 habitus est dimissio, vel fit a clericis; vel  
 a regularibus. In primo casu precedunt  
 iura superioris allegata. Verum in secun-  
 do casu, siue fiat extra, siue intra mona-  
 stericum modo fiat tenerere, ad longius  
 tempus; semper erit grauis materia, que  
 autem sit ratio diuersitatis; infra palam  
 sit, verbi dictio. Verum si non defob-  
 re habitum est ex causa rationabilis; &  
 superioris copia habet non possit; tunc  
 denotat verbum debet, honestatem; &  
 ita me declaro, quando hoc dixi lib. 4.  
 capit. 21. num. 6. & sic respondetur ad  
 septimam oppositionem. Valde tamen  
 mirati sumus, dum vis cocludere, quod  
 gunella sit habitus monachalis, cum sit  
 tantum cinctilla, 22. quod est in cap. man-  
 damus, vel scapulare. Ita gloss. in Cle-  
 men. ne in agro, in verbo habitui, de-  
 statu monachorum ybi declarat; quid di-  
 18 carur habitus: & dicit, quod floccus,  
 cuculla, & scapulare, quod scapulare ha-  
 betur loco cucullae; ut resert. In mol. in da.  
 Clemen. Vnde, dom. vultu sanctissimus.  
 Pater noster Benedictus, ut vultu dor-  
 miant Monachi; & Patres nostri de-  
 clarantes regulam, dicunt cum gunella;  
 & scapulare, non propter sororum mes-  
 suit, ut absque gunella dormientes, pec-  
 cent; sed bene absque scapulari. Quod  
 obligitur ex alio cap. 15. Nam dum in  
 illo casu, tantum grauissima infirmita-  
 tis, per quam ut posse dormire abique for-  
 pulari, sed etiam hasta tantum, collig-  
 tur; ut in omnibus casibus habitus se  
 descendens, & ita volvi, dum libro 3.

capit. 7. numero 7. r. dixi exceptio firmat  
 regulam in nocte exceptuatis: cum ergo  
 constitutiones excipiant hunc casum,  
 indicant, quod in alijs casibus habitus  
 non possit dimitti. Non autem, prout  
 tu assertis, quod extra casum necessitatis  
 dimittens habitu sit excommunicatus.  
 Ad octauum. Dum assertis, quod nullus;  
 nec etiam Francus per misallega-  
 tis dicit; quod dimittens habitu abs-  
 que causa, peccat mortaliter, sed solum  
 quod non sit excommunicatus, & per  
 consequens immis me falso allegasse di-  
 fuisse authorem: nam possum multipliciter  
 responderemus; & primo dico; quod  
 non sit falsa pigna alegatio. Namque quan-  
 19 do dicta Doctorum & possunt concorda-  
 ri, sunt concordanda, argum. tox. in  
 cap. cum tu, extr. de test. & tempor eui-  
 tanda est fallitas, si possunt iura iuribus  
 concordari, facit tox. in cap. cum non ex  
 pediat de elect. in 6. vide, quando alle-  
 gavit Francum, alleganti in eo, quod nocte  
 est excommunicatus, non autem, quod  
 pocauct mortaliter. Tum etiam quid  
 20 non presumitur ignorantia & in facto  
 proprio. I. fin. s. pro loco, maximè, quan-  
 do est rectens. Vnde cum lib. 4. cap. 2 r.  
 num. 24. allegaretur Francum, in eo  
 tantum, quod tenere habitus dimis-  
 tens in monasterio, non ligatur excom-  
 municatio, & cap. 5. lib. 3. num. 73. no-  
 nis me ad cap. 21. num. 14. fit ut vehe-  
 mens præsumptio sit, quod tantum alle-  
 gauerat Francum, secundum quod no-  
 nigerit excommunicatione; sed posito  
 quod alleganter ad utrumque dicuntur  
 Resp. ad tuam argumentationem, quod  
 inquit Francus hoc assertus implicite, cum  
 haberet hoc pro indebat. Cum hoc  
 manifeste colligatur ex gloss. in d.c. 3. & 7.  
 ex iuribus, & autoritate Arch. Nono,  
 non obstat, quod cum habitus sit de ac-  
 cidentalibus, ergo non deferre non est  
 peccatum mortale; quia respondet, quod  
 21 triplex est habitus. Primus conuersio-  
 nis; qui habet votum simplex; annexum,  
 exinde regule super eo. Secundus  
 est probationis, qui nullum habet vo-  
 tum

tum annexum simplex, d.c. super eo, §. verum, c. ex transmissa, extra, de renun. Tertius est professionis, 27. q. i. c. vidua, 27. dist. c. quod interrogatis, igitur, quando dicitur, quod habitus est de accidentibus, & quod non facit monachum, intelligitur dumtaxat, sed professio, id est habitus professionis, qui habet votum continentia annorum, facit monachum, & per consequens est de substantia monachatus. Hinc sit, quod Abbas, qui potest dispensare in accidentalibus regule, c. si. 20. q. 3. Clem. ne in agro, ibi, iuxta, in non potest dispensare, ut monachus habitum dimittat, vel occulte, ut diximus lib. 4. c. 21. n. 12. & 13. Quare ex his concluditur, quod illius dimissio sit peccatum mortale. Quod si obijceres, posse Abbatem dispensare ex causa rationabili, prout nos supra in verbo, secundo non obstat, diximus. Respôdeo, quod cum duplex sit dispensatio, prout nos supra diffusè diximus li. 2. c. 31. n. 9. Abbas non potest proprie dispensare, & aliquem examere ab hac obligatio  
 ne, vt in totū † habitum dimittat, quia hoc solius est l'apt. Potest tamen in lat  
ga significatione dispensare, i. interpretati, ut legis intentio non sit, cōprehendere hunc, vel aliū casum rationabile, & potest disp̄sare, ut domi iusta de causa dimittat habitum, cum semper in precepto legis postiue excipiatur causa rationabilis, c. si quādo, de refr. Decimo. Non obstante iura illa, c. nullus, c. episco pi, cum similibus, cum probatur tantum esse mortale habitu nō vti extradomos. Nam respondet Archi. in d. cap. vidua, quod illa iura loquuntur de clericis sacerularibus, non autem regularibus qui  
 24 semper habitu vti debent, † qui multo magis obligatur, q̄ sacerulares. Etenim si quis professus temerē habitu extra monasterium dimittit, est ipso iure excommunicatus. At clericus sacerularis est excommunicandus, glo. in cap. si quis, di-  
 finit. 23. glo. in cap. 1. de tempor. ordin. in 6. vnde ex diuersis non sit illatio, l. Pa-  
 pinianus, ff. de minor. Undecimo, nec  
 odstat; quid excommunicatio ferri nō debet, nisi pro mortalib; sed ille in monasterio dimittens, non est excommunicatus. ergo, quia dico, quod argumentū, non concludit, sic enim omnes, qui pecant mortaliter, essent excommunicati, quod tamē nullo paclō est dicendum ut tam gratis pena, immo penarum gravissima infligatur pro peccato mortali: sed tanū intelligi debet pro mortali, & eo casu, quo quis incorrigibilis est. Postremo, posito, quod dubium esset, an sit peccatum mortale, tñ in obscuris, quod minimum est inspicimus, cum odia, & penas reflingi, & fauores cōueniat ampiari, quia dico, quod regula ille procedunt in pénis pecuniarib; & corporalib; verbi gratia, dubiū est, an pénitē obligatus sit ad restitutionem, vel an debeat pati penam, & tunc confessarius benignorem partem debet eligere pro pénitente, d.c. in pénis, & c. odia. Sed in concernentibus periculū anima, an quis peccauerit mortaliter, an sit excommunicatus, aut irregularis, tunc tutor pars est eligenda, licet videatur durior, scilicet quod peccauerit mortaliter, & sit excommunicatus, vel irregularis, c. iuuensis, de spons. c. ad audiētiam, d. ho-  
 micid. glo. in c. vnic. de scrut. in ord. fac.  
 nos lib. 1. c. 22. nu. 9. & lib. 4. c. 1. nu. 40. Quibus sic non obstantibus, concludamus, quid religiosus dimittens habitū  
 26 ad longum tempus, ex causa rationabili, habita licentia à superiori, vel et sine illa, si est omnino cuiusdēs, vel superioris copia haberi non potest, non peccat. At si absque causa habitum dimittit, sed ad modicum tempus, puta ad horā, peccat venialiter, verum si ad longum tempus in monasterio, tunc peccat mortaliter.  
 Circa Secundum. Alii deferent ha-  
 27 stam absque onus per noctem fit iudicandus reus peccati mortalisi. Respon-  
 do, quod licet prima facie videatur dicendum, talen non peccare mortaliter,  
 tñ quia id nullibi reperiur expressum,  
 tum etiam quia modicum excusat à pec-  
 cato mortali, capit. unum, §. criminis,  
 Ec dist.

## Decis. Auricularum Par. II. Lib. III.

dist. 25. e. & si quæstiones, extr. de simo-  
 vnde cum caputium sit quid. minimum  
 respectu totius scapulatis, ergo. Tamen  
 contrarium asseueramus, prout affirmá-  
 uimus in nostris decisi. lib. 3. c. 1. nu. 75.  
 & primo, quia cum cuculla, vel scapu-  
 lare sit propriæ habitus monachi, vt su-  
 pra probauimus, & scapulare constat ex  
 hasta, & capitulo, vt ibi nu. 71. multis  
 rationibus probauimus, quibus quia nō  
 dedisti responsum, Ideo firmæ in suo ro-  
 bore pertinarent, & licet asseras illis tan-  
 quam infirmis argumentationibus non  
 esse immorandum, tamen cum meum.  
 sit Christi mansuetudinem imitari, ipse  
 enim dixit: Discite à me, &c. ideo liben-  
 ter hæc, & alia sustinebo. Igitur cum  
 scapulare constet ex hasta, & capitulo,  
 sit, ut integer deferri debeat; quia mo-  
 28 dicum licet excusat à peccato mortali,  
 non tamen quando illud modicum es-  
 set de substâlia, & forma alicuius actus,  
 quia omissione formæ in qualibet minima  
 parte viciactum, vt not. Dom. Ant. in  
 c. Pisanis, de restit. spol. Rufum, quan-  
 do illud minimum, requiritur ad inte-  
 grandum totum; tunc illud habetur in  
 consideratione, Lquamdiu, ubi Bald. C.  
 de distrac. pigno. & nos diximus lib. 2.  
 c. 93. nu. 30. & 31. sed modo caputium  
 est necessarium ad integrandum scapu-  
 lare, ergo. Tum etiam, quia valde inde-  
 cens est monachum ut capulati sine ca-  
 putio, & licet non omnis indecentia sit  
 peccatum mortale, ut per te dicitur: ta-  
 29 men in materia gravi, prout est delatio  
 habitus, profecto illa constituit pecca-  
 tum mortale. facit tex. in cap. clerici, di-  
 stinct. 23. c. epil. copi, c. fin. 21. q. 4. Tum  
 etiam ex autoritate Pauli de Leaz. qui  
 in d. Clem. ne in agro, dicit, quod capu-  
 tia debent esse cum habitu annexa. Sed  
 30 habitus secundum omnes, est cuculla,  
 vel scapulare, ergo solam hastam dese-  
 tens, eum sit absque habitu peccat mor-  
 taliter. Tum quia pœnam legis non effu-  
 git, qui amplexus verba, mentem offendit,  
 l. non dubium, C. dc legit. ff. cod. tit.  
 Leontra. & l. straus, cap. certum, de reg.

iur. in 6. sed qui hastam tantum defert,  
 mentein legis oscindit, quæ fuit, vt dese-  
 rat totum habitum, ergo. Tum quia ha-  
 bitus religiosi oportet ut sit suæ religio-  
 nis, d. Clem. ne in agro. Nau. lib. 3. de  
 reg. cons. vlt. sed hasta tantum non est  
 habitus religionis Benedictinæ, cum de  
 beat habere caputium, ergo. Præterea  
 habitus religiosi non est solum ex veste,  
 sed ex modo portandi veltem. Sicut a-  
 qua quotidiana ab æssiua distinguitur,  
 non ex aquæ substantia, sed ex vsu, &  
 modo ducenti, ff. de aqua quoq. & æssi-  
 ua. l. duo. Sic & modus portandi dimi-  
 titur, vt quia debet portari integer, &  
 non portatur, habitus dicitur esse dimis-  
 sus, quoniam mutata est, & dimissa for-  
 ma habitus delationi debita, ut ff. ad  
 exch. l. Julianus, §. sed & si quis, de verb.  
 fig. l. mulieris, §. res abesse, vbi expresse  
 dicitur, abesse simularem conditionem  
 suam per assumptionem habitus non  
 sui. Tum etiam, quia sic est de more  
 nostrorum † prælatorum, qui in emul-  
 sione professionis dant pro habitu cu-  
 cullam, & scapulare, quod habet capu-  
 tium annexum. Vnde cum hæc conſtitu-  
 tio sit rationabilis, & præscripta, cap.  
 quanto, extr. de confuet. habet vim le-  
 gis, l. de quibus, ff. de legi. Quod autem  
 sit rationabilis, patet: quia secundum  
 Pau. hæc regula datur ad discernendum  
 consuetudinem rationabilem, vt illa sit,  
 quando similis, vel æquè similis ratio  
 reperitur approbata à iure, ita dicit Ge-  
 min. in c. 1. num. 30. de confut. in 6. Sed  
 32 de iure religiosus † debet discerni à laico  
 per habitum, sicut ex habitu nouitiis  
 à professo cognoscitur, extr. de reg.  
 c. vlt. Iudeus à Christiano, extr. de Iude.  
 c. in nonnullis. Clericus à laico, extra de  
 vita, & honest. cler. c. clericis officia: sic  
 & religiosus per habitum debet discerni,  
 cap. 2. extr. de testa c. lanctionalis,  
 c. vidua, ergo. Est etiam præscripta tan-  
 ta temporis longinquitate, ut non sit ho-  
 minum memoria in contrarium. Vnde  
 contraria consuetudo tanquam irratio-  
 nabilis, & non cœseruans religionis sta-  
 tum,

tum, & religiosi honorem, & ornatum; non est obliteranda, & per consequens non debet habere vim contra legem, & laudabilem consuetudinem. Hoc patet ex d. cap. quātm, vbi nulla consuetudo, nisi iusta, & rationabilis sit, potest iuri positiuo praēiudicare. Idem etiam videtur ex dist. 11. c. consequens, & ratio est: quia non quid fiat, sed quid fieri debeat, considerandum est, 12. q. 2. c. gloria episcopi, de elect. cap. cum causam, & factūm usurpatum præscriptionem non inducit; 93. dist. cap. illud, 16. q. 3. cap. dicit, & in talibus nullus numerus defendit annorum, 33. q. 5. c. quod Deo. Quare ex his omnibus concludamus iacentem in tem. in t. lecto absque causa tantum cū hasta, peccare mortaliter, nisi ut diximus, lib. 3. c. 5. nu. 75. talis bona fide crederet non esse peccatum mortale. Vel credere et habere causam rationabilem, quæ re vera est iusta. sed ipse nisi iusta iudicaret, non iaceret cum hasta: nam talis causa excusat à mortal, licet non à veniali, vt dixit Caïc. 2.2. q. 147. art. 3. & nos lib. 1. c. 14. num. 16. & ex his patet responsio ad obiecta; & quid de iudeo sentimus in prædictis, quæ correctioni melius sentientium sponte subiiciamus. Laus, & gloria sit semper indiuidua Trinitati. Amen.

### S V M M A R I U M .

- 1 Proprietarius vitium quām sit grane ex mulier ostenditur.
- 2 Proprietarius est voti transgressor, & id laura, atque Apostata.
- 3 Proprietarius est mendax Spiritu sancto.
- 4 Proprietarius est sepieliendus in sterquilino cum pecunia.
- 5 Pecunia proprietarii tota sepielienda est, si cert agatur de praēiudicio charitatis.
- 6 Prelatus mulierum deber vigilare ad expellendum vitium proprietatis.
- 7 Proprietarii tollit fundamennum religionis, & viam perfectionis.
- 8 Religiosus dicens mens liber, an peccet mortaliter.

- 9 Refervatio partis bonorum facta ab intrā te monasterium ut ad suum libuum disponat, an, & quando valeat. nu. seq.
- 10 Substantia religionis sunt iusta vota, num. 24.
- 11 Regularis graniter punitur, si in morte fuerit innenitus proprietarius.
- 12 Sepulchra ecclesiastica carere deber quicunq; que decedunt in peccato mortali.
- 13 Sepulchra non est priuandus decedens ex facinoroso, alio, si in punctione moriori conservatur.
- 14 Religiosus scribens memoriale de distribuendis aliquibus in morte, an si proprietarius.
- 15 Religioso, cui fuit relicta certa quantitas, si illam expendit ad suum libuum, est proprietarius.
- 16 Licentia data per Abbatem d' spore di ad usum, potest renocari per successorem sub nu. eod. part in parem non habet imm perium sub nu. eod.
- 17 Abbas potest renocare facultum suum.
- 18 Abbas si intravit fernare claustrum, illud nihilominus potest renocare.
- 19 Monachus non potest stare extra claustrum monasterii ad suam unam de voluntate Abbatis.
- 20 Monachus, & canonicus regularis equivalentur, quia ipse etiam potest renocari.
- 21 Abbas potest concedere monacho, ut sit extra claustrum ex causa.
- 22 Abbas remonens monachum à loco, quē ex causa deportauit, potest monachus implorare officium indicis.
- 23 Papa potest concedere monacho, ut perpetuo sit extra claustrum.
- 24 Prelatus an possit dispensare cum subdito super proprio habendo, nu. 34.
- Religious accidentalia sub num. 24.
- 25 Religious ut vel habeat, nisi quod Abbas permisit, qualiter intelligantur.
- 26 Monachus quando dicatur habere proprium.
- 27 Prelatus an, & quando possit dispensare circa usum rei cum religioso.
- 28 Dispensatio debet fieri ex causa rationabili, quæ duplex est.

- 29 Administratio ut conceduntur religioso, tunc licet habere pecuniam.
- 30 Prelatus, qui dispensat circa usum rei absque causa, peccat.
- 31 Prelatus, qui per suum silentium suffert, quod monachus sit proprietarius, peccat mortaliter.
- 32 Monachus administrans potest habere pecuniam.
- Adm.istratores Monasterii qui.
- 33 Administratores circa spiritualia non possunt habere peculium.
- 35 Regularibus pro vestimentis potest aliquid assignari, idem de Monialibus.
- 36 Legans fundum Monacho, ut habeat usum fructum, non potest illum consequi.
- 37 Religioso si fuerit aliquid donatum, ita, vi non si monasterii, utrum rata sit talis habenda donatio.
- 38 Monachi non habentes administrationes multa facere nequeunt.
- 39 Monachus non habens administrationem, quando possit elemosinam largiri.
- 40 Monachus existens in scholis multa facere potest.
- 41 Monasterium quando obligetur pro pecunia a religioso munivo accepta.
- 42 Monachus non debet recipere munera.
- 43 Usus fructus per ingressum ususfructuarie in monasterium non finitur.
- 44 Usus fructus per mortens naturalem ingreditur.
- 45 Usus fructus cimicaii reliktus durat 100. annis.
- 46 Proprietas consistit in pecunia numeribus literis, & in propria voluntate.
- 47 Elelio ad priorium potest dare pensio.
- 48 Religiosus ut possit bona reuovere usque ad uitam, non valer, licet ita sic consuetudo.
- 49 Consuetudo non valeat contra Canones praecearios, vel prohibitos.
- 50 Consuetudinem contra substantialia regula, vel Canones praecearios scrupans peccat mortaliter.
- 51 Consuetudo huiusmodi nullo modo per se priorem est toleranda.
- 52 Professi necessariae cessione non possunt habere aliqua ad usum.
- 53 Superior quis sit, qui licentiam potest concedere ad usum.
- 54 Conuersus an possint habere proprium, numero. 58.
- 55 Conuersorum multa sunt species.
- 56 Conuersi qui sunt professi.
- 57 Conuersi quidam sunt certum quid promittentes, non tamen sunt professi.
- 59 Religioso an sine aliqui, qui possint matrimonium contrahere & habere propriam.
- 60 Fratres tertii Ordinis S. Francisci quare dicantur conuentus.
- 61 Mulier si adulteratur, pena in aliquibus locis imponitur viro.
- 62 Conuersus an intelligatur abrenunciare bonis, dicens: Offero me omniaq. mea hinc ecclasia.
- 63 Conuersus promittens simpliciter obedientiam, non dicuntur regularis.
- 64 De conuerto pulchra quascio.
- 65 Obedientiam promtuus non videatur alius duo substantialia regule promittere.
- 66 Conuersus substantialia regule, promittens non potest testari.
- 67 Ordo vienensis secundum regulam S. Francisci est triplex.
- 68 Eratibus S. Francisci multa iura sunt referata.
- 69 Moniales S. Clara habent proprium in communione.
- 70 Monachus non potest disponere de paninis, quos portat.
- 71 Monachus spoliata cappa, non potest agere interdito, unde us.
- 72 Monialis S. Clares an licet cum licentia possit concedere sorori cellam cum ornamentis suis vestibus depuratam in morte.
- 73 Monachus si relinquitur, intelligitur relinquit monasterio.
- 74 Hareditate uno momento non durat apud monachum.
- 75 Monachus non dicuntur, dum est non incepit.
- 76 Legatum factum sub condicione, quando monachus efficietur, quando debeatum.
- 77 Abbas an possit remouere regularem a priorum a Papa sibi collato, qui non erat perpetuus.
- 78 Beneficii natura non alteratur, si Papa beneficium contulit ex negligencia Abbatis. Prior-

- 79 Prioratus à Papa concessus regulari in vita, non potest ab eo remoueri per superiorem fine causa.
- 80 Abbas potest ad libitum remouere priores, sicut prioratum habuerit ab ipso ad vitam.
- 81 Abbas non potest se expresse obligare, quod regularis prioratum semper habeat.
- 82 Et quid si memoria non sit in contrarium quod prior sit remotus, an Abbas possit remouere.
- 83 Regularis an possit resistere Abbati pro sola voluntate reuocans illum à prioratu.
- 84 Abbas in duobus casibus non potest monachum reuocare.
- 85 Monachi non possunt testari, nec ad pias causas.
- 86 Conseruando ut regulares possint testari, non vales.
- 87 Monachus, seu Canonicus regularis in Episcopum promotus, nec testari potest.
- 88 Monachus factus Episcopus quod acquirit, acquirit Episcopatus.
- 89 Monachus factus Cardinalis non potest testari.
- 90 Monachus habens patrem regem, an ei succedat.
- 91 Monachus, qui sciente Abbatem pecuniam tenent, an sint proprietarii.

De statu monachorum, & primo de abdicanda proprietate.

Cap. XVIII.

**A**TTIVM proprietatis quam sit graue, manifestum sit ex multis. Tum, quia proprietatis sursum est, unde domus proprietatis plena, iudicio scripturæ est spelunca latronum, tum etiam, quia est sacrilegus: quia sursum suum scepere in sacro loco committit, cum res sacras furetur. nam si secundum Hieron. pars sacrilegij est res pauperum non dare pauperibus, eadem ratione res pauperum

furari sacrilegium est. Tum etiā, † quia est voti transgressor, quia voluntariam paupertatem, quam vovit, à se expellit. Item est apostata, cum non habitum, sed voluntariam paupertatem à se abdicet, quæ magis est de substantia, quam habitus religionis. Rursum est idolatra, cum suā spem, & fidem, atque charitatem non in Deum, sed in pecuniam ponat, cum avaritia telle Apostolo sit idolorum seruitus. Item mendax est † Spiritui sancto. Vnde A&ç. 5. dicit Petrus Ananix. Cur tentauit te Sathanas mentiri Spiritui sancto. Eius etiam grauitas patet ex grauitate penæ. Hinc legitur B. Gregorium precepisse vnum proprietarium † sepelire in sterquilino, dicentibus fratribus omnibus. Pecunia tua tecum sit in perditionem, vt habetur in libro Dialog.lib.4. Et Hieron. ad Eustochium de virginitate resert de monacho, qui lina texendo luctatus centum, illa reliquit in morte, & habitu consilio quidam dicebant illa danda pauperibus alij Ecclesiæ, & alij parentibus. Tandem decreuerunt patres illa sepeliri cum verbis. Pecunia tua, &c. & magnus per Aegyptum cunctos terror inuasit. Hinc colligitur, † quod licet pecunia monachij non debeat cum eo subterrari, quia agitur de praividicio charitatis, & pie-tatis, quæ posset inde fieri. Ut quid enim hac perditio. Tamen rigor literæ, & exempla, quæ prædictimus innuunt de tota quantitate. Ex quibus sequitur, quod magna debet † esse cura apud prelatos, & maximè Papam ad expellendum hoc vitium à religiosis. Tum quia destruit fundamentum † religionis, quod est paupertas, quod fundamentum posuit filius Dei, quando doctrinam suam à paupertate inchoavit, dicens: Beati pauperes spiritu. Tum, quia matrem religionis iugulat, & suffocat, quæ similiter est paupertas. Tum etiam, quia tollit viam perfectionis religionis, quæ est paupertas. Matth.19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: Tum, & ultimo, quia auter pauperibus:

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

cem, quæ est totum bonum religiosorum. Vnde super illo, Pax super Israhel, dicit quedam glossa. Quietissime homines viuerent, si hec duo pronomina tolerarentur. Meum, & Tuum. glossa in c.d. lectissimis, 12.q.1.

**8** Hinc queritur: An † religiosus dices in eus liber, mea cappa, peccet mortaliter, Magister Hubertus (prout resert Turrecrem. & post eum Præpositus in c. non dicatis) ita respondet huic questio ni, quod si dicit ex lapsu lingue, non peccat, si autem ex proposito, & modo asserto, quod est proprie dicere, tunc peccat mortaliter. Sed modo deueniamus ad decisiones. quarum prima.

**9** Quidam † sub hac conditione intrauit monasterium, vel protestatione, vt sibi partem bonorum retineat, & ad voluntatem suam de ea disponat. Tunc si dicta reseruatio intelligitur quo ad proprietatem, tale pactum est nullum, est enim contra substantiam religionis, aut monachatus, per regulam, quæ datur in c. si. de condit. appos. iuncto tex. in c. non dicatis, 12.q.1. & c. cum ad monasterium, de stat. monach. Claram est enim, quod illa tria vota † sunt de substantia religionis, d.e. cum ad monasterium. no. In noc. in c. fraternitatis, extr. de frig. & malef. vnde monachi nihil habere debent, vt dicunt Canonistæ in d.c. si. & Bar. in Auth. Ingressi, C. de sacro san. eccl. Sive ro dicta reseruatio intelligitur quo ad usum, tunc Abbas cum consensu Capituli potest hoc facere, vt aliquid ad usum retineat, sed totum est monasterij; potest tamen illud Abbas postmodum reuocare, nec ille debet resistere, sed sequi voluntatem Abbatis, secundum Hug. & habetur 32.q.2.c. solent, dum tamen interueniat rationalibilis causa, & usus sit incertus, si licet ad voluntatem Abbatis reuocabilis, non autem certus, & perpetuus, siue irrevocabilis, ita Card. in d.c. non dicatis.

**11** Secunda. Proprietas si apud quenquam regulari inuenta fuerit in morte, graveriter punitur, vt tradit tex. in d. c. cum

ad monasterium, & etiam gl. in d. c. quanto, de offi. ord. vnde confessarius absoluere non potest, & si moriatur, in sacro sepeliri non debet ullus religiosus, etiam canonicus regulatis, qui magis laxè vivit, vt dicit tex. in c. quod Dei, de stat.

**12** mon. & hoc extendet ad quemcumque qui decedit in peccato mortali, quia errare debet ecclesiastica sepultura, vt no. glo. in c. 2. de sta. mo. Si tamen propriarius à proposito desistit, & si testamentum fecit, illud reuocavit, aut certe effacit retrocarè proponit, tunc absolu dus est, argu. c. non dicatis 12.q.1. & c. 2. de testam. Quod quidem extende, etiam si tale propositum ostenderit in ultimo viæ. Nam quicunque, qui decedit † ex facinoroso actu, si tamen in pucto mortis ostendit contritionem, non debet priuari sepultura; facit cap. à nobis, el 2. de sen. excom. vbi nota pro illis, qui se mortaliter vulnerant: nam si eos pœnitent in puncto mortis, non sunt priuandi sepulta, facit c. ponderet, dist. 50.

**14** Tertia. Cauere de † et quilibet religiosus de scribenda scheda, vel memoriā significante suam voluntatē, vel intentionem ultimam de ullis rebus suis usibus deputatis, sic, vel sic distribuendis; quia hoc omnino est prohibitum, si hoc faceret ea mente, vt sit testamentū, vel donatio causa mortis, secus si expressa protestatus sit se nolle testari, vel villa tenus disponere, sed solum rogat suum prælatum, vel conuentum, vt pro sua libera voluntate illud, aut illud pietatis opus illi, aut illi faciat: cum hoc non sit disponere, sed ad pie disponendum aliū pie rogare, aut exhortari, quod cuilibet religioso licet, ita lo. Trullius in c. 2. li. 2. de ordine Canon. regul. sic etiam habetur in collect. ad c. 6. de sta. monac. nu. 3.

**15** Quarta. Cuidam † monacho fuerunt à sua matre vita sua durate reliqua quinq. scuta, monachus uult illa expedita in usus honestos, puta in libros, in sacrarium, & Capitulum, quærit à generali illius ordinis, vel ab Abbe, ut suo cū conuentu det sibi facultatem illa expedi-

expendendi, & quod dicta licentia non posset reuocari, nec per ipsum, neque per successorem. Dico, quod ex his, quae supra diximus, iste talis monachus si licentiam habuit expendendi ad suum libitum, & expendat ad suum libitum, est proprietarius. & Abbas successor non tenetur ad obseruantiam illius: quia non potuerunt Abbas, & conuentus statuere in priuicium successoris, arg. 17. q.4.cap.in uentionibus, & 12. quest.2. cap. Abbatibus. Facit, quia par in parem non habet imperium, cap. innouit, de elect. I. ille à quo, §. tempestuum, ff. ad Trebel. Nam cum Abbas non potest sibi præfigere legem, à qua non possit recedere, fortius nec successori. Et ita non solum successor, sed etiā Abbas potest reuocare suum factum, quanhuis aliquid fecerit cum suo conuento: nam monachi non possunt sibi resistere, cum habeant obedire, & eorum uelle debeat à uoluntate Abbatis, ut in c. si religiosus, de elect. in 6. & in c. 2. de testam. in 6. Quinimmo Ioan. And. in reg. non est obligatorium, sentit, q. si Abbas† nrauerter feruere statutum, nihilominus tenet reuocatio, licet incidat in periuium, ita not. Panor. in d.c. cum ad monasterium, de statu mon. nu. 9. si concederetur, ut expendat ad honestos usus, tunc modo sint illæ circumstantiae, de quibus in 1. par. in nostris decisi. lib. 3. c. 5. nu. 48. non est proprietarius. Semper tamen Abbas potest illam licentiam reuocare, nisi sit concessa à Papa, ut dixi mus ibi, num. 49.

23 Quinta. Monachus † non potest stare extra claustrum monasterij perpetuò ad suam uitam de uoluntate sui Abbatis. ita Abb. & Do. Fel. in cap. ex referpto, de iureiur. Non enim potest prælatus ad hoc se obligare, & si se obligat, talis promissio non ulla, de statu monac. cap. cum ad monasterium, in fin. Innoc. in c. insinuante, qui cler. uel uo. & potest illam reuocare, quando uult, sicut nec pactum inter Dominum, & seruū ualeat, C. de transact. L. interpositas: nam

monachus seruus dicitur, jo. dist. c. mul. tot. not. 1 2. q. 1. cap. non dicatis. Quod idem procedit in canonico regulati. c. ex parte, de postul. Henr. Boic. in d. cap. insinuante, nu. 6. Si tamen subasset causa vrgens, vel rationabilis, posset † Abbas concedere monacho, vt stet extra monasterium in certo loco, vt probatur ex glo. in cap. pastoralis, 7. q. 1. qua loquitur sine præiunctione temporis, & exprefse not. Innoc. in d. cap. insinuante, quo tamen casu Abbas potest eum reuocare sed cum causa, aliis non, ita Cardin. in Clem. 1. §. præmissa, de suppl. negl. præla. Innoc. tamen & Host. & Ioan. And. in d. c. insinuante, dicunt, quod si Abbas, vel † superior vellent ex malitia removere eum à loco, quem ei deputauit, posset monachus supplicare superiori, & superior eū audire deberet, & prouidere, arg. 11. q. 1. cap. illa, ad instar serui, qui supplicat contra Dominum, C. de prec. Imper. offer. l. 1. Instit. de his, qui sunt sui, vel alii. iur. §. sed hoc tempore. At si non constat de malitia, tunc monachus non debet facere difficultatem contra reuocationem, sed obedire: sufficit enim prælato allegare causam rationabilem, de qua debet summarie cognoscere, si negatur, de statu mo. c. cum ad monasterium, vers. tales. Et in hoc sufficit iuramentum, de accus. c. qualiter, de simon. cap. per tuas, ita à simili Dom. Cardin. in d. Clem. vnic. §. præmissa. q. 1. & 2. Boich. in d. cap. insinuante. Papa † vero procul dubio potest concedere, vt quis perpetuò sit extra claustrum. Innoc. in d. c. insinuante, facit quod not. in d. cap. proposuit, de præbend. cum per talem concessionem sit emancipatus ab imperio superioris, facit quod not. Innoc. de elect. c. cum inter R.

23 Sexta. Prælatus an possit dispensare cum subdito suo monacho super proprio suo habendo. Respond. quod non, cap. cum ad monasterium, extr. de sta. monach. vbi dicit: Non æstimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare: quia

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

abdicatione proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo annexa est regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit indulgere, sine dispensare, ergo multo minus praetatus alius. Vnde pro intelligentia scilicet status religiosus, per quæ monachus, sive religiosus essentialiter differt a seculari. Et ista dicuntur esse tria vota, scilicet castitatis, paupertatis, & continentiarum, quibus differt religiosus a seculari, cap. duo sunt, 11. quest. 1. Quædam vero dicuntur accidentalia: per quæ accidentaliter differt a seculari, ut in comeditione carnium, silentio, &c. et in primis nullo modo potest, nisi Papa, qui potest sacre de monacho non monachum, sed in accidentibus sic. ita Turretem, in d. cap. non dicatis, numero 1. Quod si quis obiecerit, regulam B. Benedicti, qui dicit: Monachus tamen nihil habeat, nisi quod Abbas dederit, aut permiserit, responderetur: quod Beatus Benedictus non loquitur de proprietate, sed de vsu. Vnde aliud est habere rem ad vsum, & aliud ad proprietatem. Nec etiam obstat d. cap. 25. cum ad monasterium, ubi potest habere peculium de licentia Abbatis: quia peculium ibi non dicit aliquid proprium, sed aliquid ad vsum deputatum, sive concessum.

26. Septima. Monachus tunc dicitur habere proprium, quando habet sine permissione Abbatis: nam ex permissione Abbatis habere potest: si paratus est resignare quando iussit Abbas, ut in reg. B. Benedicti 32. Consuluit tamen Hostiensis: quod Abbas non det licentiam super hoc monacho non habenti administrationem, nisi ex magna, & evidenti causa. ita Hostiensis in d. cap. cum ad monasterium.

Octaua. Praetatus, non potest dispendere cum religioso circa vsum alicuius rei certum, ita ut ille vsum non possit afferri, quia semper debet esse voluntas religiosi subiecta praetato; ut refugiat quando voluerit. Sed sic circa vsum

incertum, ita ut sit in potestate alterius, vt afferri cum ei placuerit. Vnde Beatus Benedictus ut fuit supra allegatum, dicit in regula: Monachus nihil habeat nisi quod Abbas dederit, vel permiserit. Verum hæc dispensatio non debet fieri, nisi ex causa rationabili, quæ duplex esse potest. <sup>†</sup> Necessitas, & utilitas. Prima, scilicet necessitas, potest esse duplex, priuata, & communis. Priuata, ut cum conceditur monacho, qui de communi non potest habere necessaria. Item Moniali, ut aliquid habeat causa necessitatis suæ, cum proposito tamen resignandi semper, cum fuerit requisita. Communis, ut cum cōceditur alicui officiali religioso aliquid expendendum in vsum, & necessitates aliorum; Nam quando <sup>†</sup> conceditur, seu committitur religio ad administratio, tunc licet ei habere pecuniam, sed tantum nomine communis ad opus monasterij. Item utilitas duplex est. Priuata, & communis. Priuata, ut cum conceditur alicui religioso liber aliquis ad addiscendum, vel ad informandum animum suum ad ea, quæ pertinent ad salutem, licet non habeat gratiam docendi alios. Communis, ut cum conceditur alicui liber, qui potest ex suo studio alijs proficere. Ita Magister Humbertus, ut resert Cardin. in d. c. non dicatis. n. 3. &c. 4.

30. Nona. Praetatus, qui dispendat <sup>†</sup> cum aliquo, circa vsum rei alicuius absque causa rationabili, peccat peccato abusus potestatis sua, quæ data est ei non ad destructionem, sed ad adificationem; & ipse aburitur ea in destructionem. Item recipies, licet excusetur à uito proprietatis, non tamen à peccato avaritie, cum teneat aliquid sine rationabili causa ut puta librum, vel aliquid huiusmodi, de quo posset alijs proficere, tanquam in sudario pecuniam, quæ dari debuit ad lucrum Matth. 25. Quam enim necessitatem allegare poterit religiosus, qui nec lectio, nec studio est idoneus, nec officium Doctoris habet, libros poscidere. O quanta mala sequuntur ex ista

ecitate ut refert Card. qui supra nū.5.  
& Pr̄positus nu.15.

<sup>31</sup> Decima. Pr̄latus, qui † per taciturnitatem suam suffinet, quōd monachus aliquid acquirat, uel scriptura, uel artificio, uel quia id à parentibus datur, peccat mortaliter, & Religiosus sic acquisita non debet retinere, sed exponere arbitrio pr̄lati, alias autem peccat mortali, ita Arch. in d.c. non dicatis, nu.6. Card. & Pr̄posit. in d.c.

Vndecima. Monachus potest habere peculium ex permisso Abbatis † pro iniuncta administratione, cap. 2. §. qui uero, de Ita. mon. ut quia Abbas commisit sibi administrationem, ex qua regenda peculium habere licet: Alias enim non posset Abbas dispensare super hoc, d.c. cum ad monasterium, id est quatenus generaliter dispensaret, quōd monachus posset habere proprium etiam sine scitu Abbatis. Et potest ponи exemplum de administratione, ut quia eleemosynarius, uestiarius, aut cellararius, uel in alio officio, ex quo haberet recipere, & in usus monasterij expendere; si ue sit pecunia, siue aliud, ne cler. uel monac. c. i. Et tunc potius ipsa administratione proprium haber, quam ipse monachus, arg. de pr̄ben. cap. 3. uel non habet peculium, sed administrationem pe culij. Secus † si esset administratio, cuius ratione haberet tantum circa spiritualia intendere ut audire confessiones, uel prior claustral, uel tantum uacans obseruantie regule, quia tunc non licet ex hac causa habere peculium, ita Host. in c. 2. nu. 3. de sta. mon.

Duodecima. Duximus supra nu. 27. <sup>34</sup> p̄t̄latus non † posse dispensare super proprietate cum monacho, intellige sci licet ut ea utatur ad libitum. Non uidentur autem possedici proprietas, quando de qualitate nihil celat Abbat, nec si ne ipsius scientia aliquid recipit, uel expendit, paratus totum reddere, & dismettere ad iussum Abbatis. Quia tamen res periculosa est, & iniuria, & causa mali exempli, consultit Hostiens. in d.

cap. cum ad monasterium, in uerb. Abbas, quod niſi ex magna, & eidēti causa talem licentiam non det monacho non habent administrationem. Resert tamen Zabar. in d. §. Abbas, ex Guili. <sup>35</sup> quōd curia Romana scit, & tolerat, quōd regularibus taxetur aliquid pro uelimentis, uel dentur ad id certe possessiones, unde etiam regulares capellani Papae de seruitijs ita recipiunt portionem, sicut alij, tamen testari de his non possent tanquam proprijs, alias se pelirent cum proprio, d. cap. cum ad monasterium, §. prohibemus. De monialibus etiam obseruantur in aliquibus monasterijs, quōd à monasterio habent solum uictum, indumenta uero à parentibus, uel de suo lucro, de hoc in reg. Nō est obligatorium, in questione lib. 6. unde in his casibus non dicuntur monachi, uel moniales habere proprium, cū hoc habeant de licentia Abbatis, uide Calder. de regul. consil. 1. & 2. Pariter mulieres, quæ mutato habitu in domo propria honeste uiuere uolunt, proprijs habere possunt, c. de uiduis, 27. q. r.

Tertadecima. Qui legat fundum monacho, † ita ut habeat usumfructum, non poterit monachus hoc consequi: cum sit incipax bonorum, & in omnibus acquirit monasterio, de probat, et in præsentia, & d. cap. cum ad monasterium, §. prohibemus, & infra cod. cap. in fi. unde dispositio testatoris non potest immutare dispositionem iuris, de test. c. requisisti. Acquiritur ergo usumfructus monasterio, uel dimitti posset monacho cum licentia Abbatis, quod est æquum, ut alij inducantur ad legandum monacho, dummodo per hoc non prouocentur alij monachi, uel ipsi monacho non detur causa delinquendi, Zab. in d. §. prohibemus, q. 4. nu. 8. Sed quid <sup>37</sup> si † religioso fuerit aliquid ita donatum, ut non relinquantur monasterio, uel ut Abbas non faciat ei molestiam, uide quæ duximus in 1. pat. in nostris Decis. lib. 3. cap. 5. num. 41.

Quattuordecima. Monachi non habent tes-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

tes administrationem, cum non pos-  
38 sunt † nec emere, nec vendere, nec ne-  
gotijs secularibus se immiscere, toto ti-  
ne cler. vel mon. nec eleemosinam largi-  
ri, glo. in Clem. 2. ver. sed & tales, de vita  
& honest. cler. Immo nec possunt sine  
consensu Abbatis etiam bonum mona-  
sterij prosequi, nec peregrinari. 16. q. 1.  
39 c. monachi, si tamen viderent † aliquem  
fame morientem, tunc possunt sacre  
eleemosynam, etiam si careant admini-  
stratione: quia quilibet ex precepto tunc  
tenetur, 80. dist. c. non satis, & c. pasce:  
quia tunc omnia sunt communia, 47. di-  
stin. sicut hi, ff. ad L. Rhodiam, l. 2. §. cum  
in eadem. Immo si Abbas hoc expressè  
prohiberet, adhuc potest: quia magis  
Deo, quam hominibus obediens est,  
11. q. 3. c. Julianus, 18. dist. c. quæ contra,  
40 10. q. 3. c. qui resistit. At si † monachus  
haberet administrationem, vt quia est  
in studio in loco distanti, tunc omnia  
potest quæ ritè, & profectui scholastico  
sunt necessaria. Poterit ergo ex quo da-  
tur ei licentia morandi in scholis, & e-  
mere, & vendere, agere, & conuenire  
de iniuria sibi illata, & de damno dato,  
& etiam conueniri, & respondere in lo-  
co, vbi studio vacat, & eleemosynas ex-  
largiri, item literas accipere, ita sentit  
glo. in d. c. non dicatis, & in d. Clem. 2.  
vers. sed & tales, immo, vt ibi dicit Zab.  
etiam si monachus non sit in studio, sed  
esset in loco distanti, posset facere ele-  
mosynam. vide Turrecrem. in d. c. non  
dicatis, nu. 12.

Quintadecima. Religiosus, qui mu-  
41 tuo accepit pecuniam ad vsus † necessa-  
rios, dum de licentia Abbatis est extra  
monasterium, obligatur ad solendum,  
si ibi est expensis monasterij usque ad  
eam quantitatatem ei assignatam singulis  
annis, & non plus. Et hoc ad instar pa-  
tris, qui habet filium in scholis, ff. ad  
Maced. l. sed si Julianus. §. quod dicitur.  
facit glo. in Clem. 2. ver. sed & tales de  
vita, & honest. cler. Sed si ultra solitam  
pecuniā sibi missam religiosus insuper  
mutuat, vel si est ibi non expensis mo-

nasterij, tunc non obligatur monaste-  
rium, nisi creditor ille probet pecuniam  
illam versam in utilitatem monasterij.  
Idem si religiosus in scholis existens ul-  
tra assignatam pecuniam expedit in in-  
firmitate aliqua, quia tunc monasterium  
tenetur, faciunt quæ probantur per In-  
noc. in c. de deposito, & c. quod quibus-  
dam, de fideiuss. vide Arch. in d. c. non  
dicatis, nu. 12. 12. q. 1.

42 Sextadecima. Monachus † non de-  
bet recipere munera, d. c. cum ad mona-  
sterium. §. prohibemus. ibi si quicquam  
suerit destinatum, non presumat habe-  
re. Quod procedit etiam in minimis.  
Idem in literis 12. q. 1. non dicatis. Et  
hoc, nisi de licentia Abbatis, quia tunc  
accipere non est presumptio. Et hac li-  
centia generaliter dari potest ex causa,  
vt si monachus esset in studio, de accus.  
c. ex parte. Quod dixi de munib[us],  
procedit secundum Vinc. nisi à Papa dé-  
tetur. Quod enim princeps dat filios fami-  
lias, non subiacet potestate patris, C. de  
bonis quæ liber. l. cum multa. de elect. c.  
cum inter. de præb. c. nisi.

Decimaseptima. Monachus licet nō  
possit habere proprium, tamen illud ve-  
rum est, quantum ad eius commodum  
proprium, & particulare, sed quantum  
ad commodum monasterij sic. Hinc v-  
43 susfructus, † qui est apud susfructua-  
riū per ingressum susfructuarij in mo-  
nasterium, non finitur, & non extin-  
guitur, quia ius vtendi cohærens per-  
sonæ, remanet apud monachum, & vili-  
tas apud monasterium, argu. ff. de iure  
dot. l. si susfructus, ff. ad Trebelli. si pa-  
troni. i. respon. l. susfructu, ff. sol. matt.  
. c. nuper, de donat. int. vir. & vxor. Qui  
44 quidem susfructus † per mortem in-  
redientis postea finitur, secundum In-  
noc. & Holt. in c. in præsentia, de pro-  
bat. Specu. in tit. de stat. monach. §. viii.  
vers. 47. arg. ff. de p[ro]curu. & commo. rei  
vend. l. necessario, §. fin. de leg. 2. l. cum  
pater, §. hereditem. Et nec obstat tex.  
in l. si susfructus ciuitati, ff. quib. mod.  
45 susfructu. amittatur. vbi susfructus re-  
lictus

Hiccius ciuitati centum annis durat. Cū ecclesia, & Ciuitas æquarentur, C.de sacrosan.eccl. l.vlt. quia respondet : quod lex præallegata loquitur de vñfru eti relicto ciuitati, & sic personæ perpetuæ ab initio relicto, huc verò in casu nostro loquimur de vñfru personæ singularis, & mortalis ad monasteriū, & sic ad personam perpetuam translato. Ideo secundum naturam, & conditionem illius personæ regulari debet, ut in iuribus allegatis, ita Henric. Boic. in cap.cum constet, num. 6. & 7. de pignoribus.

46 Decima octaua. Cum proprietas tñ nō tantum consistat in pecunia, & muneribus, atque literis, sed etiam in propria voluntate . cum monachus illi renunciauerit . Hinc queritur, an monachus habeat voluntatem. Responderet quod habet, sed non liberam, id est de seruo, qui dicitur nō habere voluntatem, non quia non habeat, sed quia non habet liberam, vt 19.q.3. c. patrem. Similiter & monachus habet voluntatem, sed non liberam : quia imposuit hominem vice Dei super caput suum, vt 19.q.3. c. statuimus, vnde non potest velle cum effectu contra voluntatem superioris, vt 20.q.4. cap.monacho, quod intellige quæ sunt contra Dcum, ita Turrecr. & Præpos. in d.c. non dicatis.

Decimanona. Licet religiosus non possit habere proprium, d.c. non dicatis, & c. cum ad monasterium , tamen ele-  
47 dō ad prioratum potest tñ dari pensio non ut propria, sed illam habebit ut dispensator in administratione, & poterit Abbas ad libitum sibi auferre : nisi haberet confirmationē Pape : tunc enim in illa esset obedientiarius solius Pape: nec per Abbatem posset illa priuari . ita notatur in c. nisi essent, de præben. vbi primo notat Panorm. num. 12. quod religioso licet constituitur aliqua pensio, seu prouisio, nō ut faciat carnem suam, sed ut habeat dispensationem Abbatē seilicet permittente, & non contradicente : nam ut seruus habet peculium ex per-

missione Domini tacita, vel expressa, licet non possit habere proprium , 14. C. de manu. & Iquam Tuheronis, si de pec. sic si superior concedit aliquid monacho, non dicitur habere propter hoc proprium. Ad idem, vide Innoc. in cap. insinuante, qui cler. vel vou. Io. Andri. in reg. Non est obligatorium, de reg. iu. in 6. in Merc.

48 Vigesima. Consuetudo, tñ quod bona , quæ reliquuntur religioso intuitu sunt personæ à consanguineo, vel extra-neo , sive sint mobilia , uel immobilia , vel anni censu , possit ad vitam suam retinere absque licentia superioris, do-nec vixerit, non valet, cum tanquam irrationabilis sit rei scienda, 8. dist. cap. ma-la , & c. seq. de consue. c. fin. de præb. c. extirpanda. obuiar enim Canonicis in-stitutionibus, t. 1. dist. c. 2. & 3. de consue-tu. c. quanto. Nam Canones à quibuscumque professis tria substantialia regulæ obseruari præcipiunt, inter quæ est pa-pertatis, 12. q. 1. non dicatis, c. nolo. Vnde prælati prohibetur dispensatio , d.c. cum ad monasterium . Ei ideo contra

49 Canones tñ præceptuos, vel prohibitiuos non valet consuetudo, 4. dist. c. 5. hinc etiam . Eo amplius, quia consuetudo est sine licentia superioris, & sic est contra aliud de substantialibus regulæ , id est contra obedientiam , cū ipse velle, vel nolle non habeat, sed ille, cuius arbitrio se subiecit loco Dei , d.c. nō dicatis, de eccl. cap. si religiosus, lib. 6. Igitur ser-jo uans talenm consuetudinem peccat mor-taliter : quia obseruantia voti est præcep-ti, cap. tñ agne, extr. de vot. Vouete, & reddite. Primum est cōsiliij. Secundum præcepti. Qui autem venit contra præ-ceptum, peccat mortaliter, 14. q. 1. cap. quod præcipitur, & cap. sequenti. Vnde quamvis quis teneatur seruare consue-tudinem, tamen fallit secundum Archidiac. in c. illa, distin. 12. in tribus casibus. nisi votum , vel præceptum prælati, vel patrum, te secus obseruare compellat. 50 Quare talis tñ consuetudo per superio-rem non est toleenda : quia debet sub-di-  
ditos.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

ditos prohibere ab illicisis , quod si non facit, illorum culpa se inuoluit , 13.q.4. cap.ita plane , 1.i.q.3. cap.principue . Nec est pastoris excusatio , si lupus oues comedit, & ipse ignorat, de reg.iur.e.qua-uis , & haec negligentia in prelato est mortal is, 8.i.distin.cap.dicitz.1.quest.1. cap. interioris . Et haec maximē procedunt contra mendicantes, de relig. domi. lib.6. c.1. Clem.exiui, §.cupientes , de verb.sign. ita Calder.conf.1.de regu. vbi loquitur , & proponit questionem in fratribus Eremitanis sancti Aug. & extendit ad omnes tria substantialia profitentes.

**52** Vigesimaprima. Licet professi possint de licentia prælati habere libros, vestes, & pecuniam ad usum suum , & pro sua necessitate, tamen ultra necessitatem es- sent incapaces talium rerum : quia ratio , quare ista conceduntur , est propter necessitatem, illa ergo cessante, vel ultra illam intelligitur denegata , 1.q.7. cap. quod pro remedio . Item in super-Huo præsumeretur fraus, c.officij, de testam. &c.fin. bene facit Clem. Exiui, §. porro, & seq.de verb.sign. ex quibus patet, quod licentia Abbatis extenditur , vt concessa pecunia expendatur in vestas, & non fictas necessitates : per hoc enim non leditur abdicatione proprietatis. ita Calder.conf.2.de reg.

**53** Vigesimasecunda. Superior † professi , qui potest dare licentiam , ut habeat usum librorum , & aliarum rerum , est proximus prelatus, de paet. c.fin. lib.6. Nisi aliud esset cautum in constitutio-nibus suotum ordinū : quia tunc essent seruandas constitutiones. Vel nisi seculisti professionem in manibus Generalis totius ordinis, vel alterius eius nomine, secundum Gemi. & Franc. in cap. quo-rundam, de elec.t.in 6.num.2. quia tunc solus Generalis posset talem licentiam concédere : quia eius arbitrium , & voluntas dependet ab arbitrio eius, cuius imperio se subiecit , 12.quest.1. non dicitis, cap.si religiosus, de elec.t.lib.6.Calder. consil.3.

Vigesimatertia. Conuersi an possint habere proprium. Præmitto , primum, 54 quod conuersus † sumitur multipliciter , quandoque qui de peccato ad Deum conuertitur, cap.fiu.de p̄en.dist.7. Item qui de statu laici conuertitur ad clericatum, qui dicuntur cletici , id est de sorte Domini , cap. cui portio , cap. duo sunt genera , 12.quest.1. Item qui conuertitur ad Ecclesiam sacerdotalem . Iten qui conuertitur ad religionem . Secundo 55 quod † conuersorum aliqui sunt conuersi professi, alij non professi, ut innuit c.vt lex , 27.q.1.de priuile.cum & plan-tare, §.de confraternitatibus, de elec.t. ex eo quod, lib.6. Item professorum alij sunt, qui profitentur tria substantialia re gulae , & hi non differtunt à monachis : nam etiam de esse monachatus non est ordo , seu quod tales sint ordinati , seu in clericos tonsurati , 16.q.1.ca.alia. Sed 56 appellantur hi conuersi † in monasterio , vbi sunt fratres, vel monachi, ad dif- ferentiam illorum , qui sunt cletici , seu eorum , qui ad ordines promouentur . Et appellantur hi, tria substantialia pro-finentes, conuersi , vel quia de facto non ordinantur , vel ordinari non possunt , puta , quia sunt bigami , vel alias irregu-lares, aut alias impediti ab ordinum sus-ceptione , tamen gaudent regulariter priuilegijs , & oneribus , & honoribus regulæ monachorum , de sent. excom. c.non dubium , & cap.parochianos , & cap.ex tenore, dixi regulariter, quia interdum secundum statuta ordinum no-tenetur ad officium, sed ad tot Pater no-ster , & tot ieiuniū . Item quia non gaudent honoribus : quia non possunt esse prelati , nec eligere cum professis clericis. cap.ex eo , de elec.tio.lib.6. An vero 57 sunt professi † certum quid promitten-tes, quia licet promittant aliquam regu-lam , vel capitulum regulæ , tamen pro-priè non sunt professi , vel monachi , licet largè possint religiosi appellari , & tales à laicis appellari debent, & possunt dici Deo deuoti, diœto c.duo sunt. Ut si promitterent obedientiam , cum etiam Cano-

Canonici seculares hoc promittant, extra de maior. & obed. c. 2. & 3. & c. his quæ. Potest enim esse obedientiam sine castitate, & proprij carentia. Vnde Specu. de sta. mon. verl. 27. dat exēplum in istis militibus Beatae Mariæ, qui appellantur milites gaudentes. Sic etiam de fratrib. tertij ordinis Sancti Francisci, de quibus in Cle. cum ex eo, de sent. excom. & Cle. 1. de religio. domi. His sic p̄missis, constituto has decisions, & prima sit.

§ 8 Conuersi, † qui ad religionem conuertuntur, sed ad religionem non approbatam per sedem Apostolicam, possunt proprium retinere, facere testamentum & contrahere matrimonium, de uoto, c. 1. lib. 6.

§ 9 Secunda. Transenentes ad religionē per sedem Apostolicā approbatam, possunt matrimonium contrahere, & retinere proprium, si professio illius regulæ hęc non interdit, vt patet in fratribus tertij ordinis S. Frācisci, de quibus in d. Clem. cum ex eo, de sent. excommunic. qui quidem fratres vocātur per dictam Clem. continēties, licet non promittat continentiam, sed contrahant matrimonium, & utantur iam cōtracto, nam dī-

60 cuntur† continentētes quo ad quid, quia certis diebus debent abstinere à thoro. Cauere tamen debent, secundum Lau. in d. Clem. ne cum abstinent, parent locum alijs viris, debent enim custodiire vxorem, cum uir sit caput uxoris, vnde uir dicitur à uitte, mulier autem à molilitie, ideo imputatur viro, † si mulier delinquit. Hinc dicit quodd in Catholonia, & in multis alijs partibus uir eu-curbitatus per uxorem, licet iniuitus, & ignorans, soluit fisco 40. solidos. Parisijs uero ducitur sedēs super asinum, & præcone clamante, qui sic faciet, sic accipiet. Canon infligit talibus irregularitatēm, 33. q. 2. c. placuit. Vel dicuntur fratres tertij ordines continentētes non propriè, sed impropriè, sicut coniugati recte matrimonio utentes.

62 Tertia. Conuersus† ad Ecclesiam secularem sic dicit. Ego do, uel reddo, uel

offerō me, & omnia bona mea hic Ecclēsia, non intelligitur hoc ipso vouere continentiam, uel abrenunciare proprijs, uel dare, aut offerte etiam futura, unde si plus non exprimit, intelligitq; per illa uerba quod dat se Ecclēsia pro conuerso, & omnia simpliciter, que tue temporis habet, nec intelligit eum uolueret ob hoc, uel proprijs renunciare, unde & propria habere poterit, & matrimonium postea contrahere, & contrato uti, secundum Hug. ut refert Archidiac. num. 2. in e. ut lex, 37. q. 1. nisi consuetudo ecclēsiae esset in contrarium, ff. de aur. & arg. leg. l. si ita. & no. in l. f. C. que res pign.

63 Quarta. Conuersus promittens† sim pliciter obedientiam, non dicitur regularis, cum etiā Canonici seculares hāc promittant, c. 2. & 3. extra de maior. & obed. nisi obedientia monachalem promitterent, puta quia omni suę uoluntati renunciarent, & omnia committerent uoluntati Abbatis, quia tunc talis obedientia pro cōfessione sufficeret, 12. q. 1. c. non dicatis, & c. nolo. Notat Innoc. & Host. in cap. consuluit. qui cler. uel uou. Archid. in d. c. ut lex, nu. 3.

64 Quinta. Laicus † promisit Guardiano fratrum minorum recipienti nomine Conuentus ueram obedientiam, & omnia facere, que erunt ei imposita dicto nomine, & de iure debita, qui Guardianus recepit eum in conuersum, & familiarem dicti Conuentus, lapsu temporis ipse contraxit matrimonium, & in fine temporis condidit testamentum, que sicutur an potuerit hęc facere, & dico, ¶ sic. Tum, quia non apparet expresse le quoliisse obligare ad tria substantialia regulae ad que le obligant. Minores, ergo non intelligunt profissus. unde sequitur, quod possit contrahere matrimonium, & testari. gl. 4. in d. c. ut lex. Tum etiam, quia nec in dubio hoc præsumi debet, quia hoc constituit in facto, ideo non presumitur, cap. cum Ioannes, de fide instrum. cap. quoniam contra, de 65 probat. Tum etiam, quia † promittens

40 veram obedientiam , non sequitur , quod voluerit alia duo promittere , cum sint diuersa . Et promittere obedientiam , non infert professionem , ut expresse tecum Inho . cap . consuluit , qui cler . vel vo uentes . Tunc etiam , quis ut iste obligetur ad professionem , requirebatur , q . Guardianus , qui habet potestatem incorpoream religioni , vel alias eo nomine recipissem ad illam , iux . not . in cap . por rectum , de regul . & per Franc . in cap . 1 . de vot . in 6 . Sed hoc non appetat ex forma receptionis , ergo ita consuluit Calder . conf . 6 .

66 Sexta . Conuersus , † qui profitetur tria substantialia regule , paupertatem , castitatem , & obedientiam , tacite , vel expresse , testari non potest , 19 . quæst . 3 . cap . quia ingredientibus , 12 . q . 1 . cap . no lo , & cap . non dicatis , de testa . cap . 2 . & nec matrimonium contrahere , de vot o , cap . 1 . lib . 6 . Et de his loquitur tex . 27 . q . 1 . cap . vr lex continentia , vnde ibi dicitur : Monachi , atque conuersi professi , ut illud professi , sit adiectiu m conuersi , ut not . Arch . in d . c . vt lcx . in prin . & Turrec . ibi .

Vigesimaquarta . Ordo degens secun dum regulam † beati Francisci triplex est . Primus est ordo fratrum Minorum , quorum regulæ repugnat habere proprium etiam in communi , ut patet in Clem . Exiui , ultra medium , col . 4 . uers . quia igitur , de verb . signif . & ponitur in regula eorum , & in constitutione Innocentij III . directa Generali , & Provincialibus ministris , ac custodibus , certisque Fratribus Ordinis Minorum , quæ fuit data Lugduni xvij . Calend . Decembri , sui Pontificatus anno ij . Vbi in ipsa regula continetur expresse , quod Fratres nihil sibi approprient nec domum , nec aliquam rem , nec in communi nec in speciali debent proprietatem habere ; quam constitutionem obseruant dicti Fratres , licet sint aliqua iura eis reseruata , per Clemen . du . lumen , de sepult . puta ius funerandi , audiendi confessiones , ecclesias possidendi , & reci-

piendi oblationes , ut dicit Francis in cap . quia ex eo num . 3 . de pæct . in 6 . Secundus est ordo Sancte Clare , alias Sancti Damiani , qui est monialium , & differt ab ordine primo in hoc , quod habent moniales proprium in communi , ita notat glo . in Clem . cum ex eo , de sen ten . ex com . & est glos . 3 . & in Clem . 1 . de relig . dom . in glo . super verb . obedientiam . Tertius est ordo Fratrum continentium , alias de penitentia , qui vivunt in coniugio , & habent proprium etiam in singulare , & testari possunt de rebus suis . Immo præcipit in regula eorum in rubrica de testa . condendis , quod infra tres menses post ingressum , debeant facere testamentum , ne contingat eos decedere intellatos , & hic tertius ordo potius est quidam modus uitandi , quam propriè dicitur Regula , ut notat glo . in d . Clem . cum ex eo , est tamen approbatus per Nicolaum III . ut dicit dicta glos . De quo tamen tertio ordine satis diximus supra .

Vigesimaquinta . Adeò monachus , siue † monialis nihil habet , 12 . quæst . 1 . capit . non dicatis , 16 . quæst . 1 . capit . 1 . ut etiam pauperos , quos portat monachus , non dicitur habere quo ad hoc , ut possit disponere de eis . Cum enim monachus æquenter seruis , 54 . dissin ctio . cap . multos . notat Innocent . in capit . cum olim propter , de priuile . seruus autem non habet dominium vestis , quia desert , sed est domini , ut lid vestimentum , ss . de pecul . sequitur , quod etiam monialis , seu monachus non habet dominium vestis , seu cucullæ , ita nota glos . in d . capit . non dicatis . Et ex hoc inferunt omnes Docto r . quod † monachus , seu monialis spoliata cappa non potest agere interdicto vnde ui , quia non possidet , sed hæc actio debet intentari per sindicatum monasterij , hoc probatur ex no . in cap . cum dilecta , de ref . in glo . si . Ad prædicta facit c . 2 . in prin . & ver . qui uero peculium , & c . cum ad monasterium , in principio , & in fine , de statu monach .

72 Vigesimasexta. Monialis S. Claræ cum licentia superioris legitima , licet potest alteri moniali concedere cellam suis v. fib. deputatam cum omnibus ornamentiis, cassis, & suppellectilibus , & alijs ad dictam cellam pertinentibus alteri moniali, & ratio est: quia licet monachus sit incapax proprietatis, dictis iuribus supra allegatis , tamen monacho possunt concedi res ad usum, ut not. Doctor. in cap. 1. de stat. monac. & ibi ponit Joan. Art. super glo. alias proprium, & non solum res habere potest, sed etiam pecuniam, dum tamen ipsam non expedit, nec alicui det sine Abbatis licentia, sed ipsam teneat paratus eam resignare, quando Abbas voluerit , ut not. Joan. And. in d. cap. uersie. deprehensus, & in uerb. proprietate. Immo quod plus est, etiam fratres minores, qui non possunt habere proprium, nec in communione, possunt habere usum rerum tam in libris, quam in utensilibus, ut patet ex priuilegio Nicolai III. uerf. Ad hæc cum fratres , & in uerb. quia uero dominium. Idem patet in priuilegio Innocen. IIII. eis directo, & concessio. Sed modo bona, quæ habet monialis, habet ad usum ergo illum usum cum debita licentia potuit, transferre in aliam . Nemo enim plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat, ss. de reguli. iur. l. nemo. 1. q. 7. c. Diabertum, extr. de donat. inter uir. & uxor. cap. nuper. Tumetiam, quia dicta donatio fuit facta cum debita licentia , unde non uidetur facta à moniali, sed à supetiore, quia omnia nostra facimus, quibus autoritatem impartimur , extra de p̄eb. cap. hi qui, & cum quoque. & cap. si apostolicz, lib. 6. ita consuluit Zahar. conf. 17.

73 Vigesimaseptima. Monacho si relinquitur, intelligitur relinquiri monasterium, vel conuentum, not. in cap. cum ad monasterium, de sta. mon. Nam sicut patri per filium acquiritur, sic per seruum Dominum , & per monachum monasterio. Hoc probatur 12. q. 1. c. non dicatis, in f. 18. q. 1. c. statutum, de stat. mon. in c. cū.

ad monasterium, & in Extr. Nicolai. Exiit qui seminat, §. ad hoc cū fratres ipsi.

Vigesimaoctaua. Intantum acquiritur monasterio † hæreditas per monachum, quod uno momento non durat apud monachum, ss. de acquiren. hæredit. l. placet. Immo plus , monacho nolente acceptare legatum , uel hæreditatem adire , monasterium poterit acceptare, & adire, ut not. Arch. 18. q. 1. c. statutum. per tex. in l. ult. §. si autem , C. de bonis quæ lib. Ad hoc de conuer. coniug. cap. ueniens, in glo. ult. Respicimus enim cui acquiritur, & non cui relinquitur, ad hoc, ss. de iur. patr. l. si uero, §. concluditur. Sufficit enim quod monasterium habeat quomodo cunque, uel qualiter cunque habeat, de bonis quæ lib. l. etiam, §. si debita, ad idem ss. quod cum eo, l. si filium, §. si filio. Ibi, effectu enim heres est. Hinc Bar. dixit , quod monachus in institutus heres cōditione ista adiecta, qd si non uult adire hæreditatem, aliis sit heres, si monachus non uult adire, quod monasterium sine monacho adire poterit, ut excludat subflitum, si eut pater, qui filio in instituto recusante adire, potest, l. r. §. si autem , C. de bonis quæ lib. Ita Bar. in l. 1. ss. de uulg. & pup. in 3. col. uers. quarto, si institutus, & in l. cum proponas, C. de hered. insit. Quā opinionem tenent quasi omnes scribentes in cap. in præsentia, de probat. Bal. in l. 1. in 10. col. C. qui adnotat. Panorm. in d. cap. in præsentia, in ult. colum. uers. circa hoc.

75 Vigesimanona. Monachus quis non efficitur, dum est in tempore probationis, sed nomen monachi acquirit in ipsa professione , ad hoc tex. 20. quart. 3. cap. præsens, cap. si seruus, distinct. 4. glos. in cap. 1. uerb. dedicanda, de relig. domib. quæ dicit, quod sicut ecclesia tunc dicitur, quando est consecrata. Et Episcopus tunc assumit tale nomen, quando est consecratus, sic monachus tunc Deo dedicatus, cum facit professionem. 27. quartio. 1. capit. uirginibus, & capit. si quis facto. Quod nota, quia facit,

76 facit, quod si testator legat alicuius quam  
do monachus efficietur, legatum sibi  
non debetur antequam professionem se  
cerit, faciunt quae habentur in regula  
beneficium, de regu. iur. lib. 6. & in cap.  
religioso, §. 1. de sent. excom. lib. 6. vbi  
ex illo verbo cum effectu, patet, quod ap  
pellatione effectualis, & veri religiosi  
non comprehenditur nouitius, qui non  
est tacite, vel expressè professus. Et gene  
raliter, quando nouitius veniat appella  
tione religiosorum, vide per Dom. in ca  
pit. 2. circa si.

77 Trigesima. Papa contulit † regulari  
aliquem prioratum, qui de fe non erat  
perpetuus, sed Abbas ponebat ibi prior  
rem, & remouebat ad nutum, iuxta ea,  
quaे habentur in capit. cum ad monaste  
rium, de stat. monachor. Nunquid Ab  
bas potest istum remouere ad nutum,  
sicut potuerit, si ipselit contulisset.  
Quæcūq; est satis quotidiana, & ideo ad  
verte ad duos casus, iuxta Panor. in cap.  
ad nostram, nu. 7. de confirm. vtil. quo  
rum primus.

78 Beneficij natura† non alteratur, quā  
do Papa contulisset prioratum ex negli  
gentia Abbatis, vnde sicut primo poter  
at remoueri ad nutum, ita & nunc, in  
terueniente collatione Papæ: quia ex quo  
contulit iure deuoluto, non videtur uo  
luisse alterare naturam beneficij, de quo  
vide tex. cum gl. not. in Clem. quia regu  
lares, de suppl. neglig. pr. et lat. vbi hoc te  
nent communiter Doct.

Secundus. Papa, qui cessante omni  
79 negligentia † superioris contulit expre  
sè prioratum, vt quo ad vixerit, debeat  
retinere, & possidere, tunc sine causa  
iste non potest remoueri per suum su  
periorem. De hoc vide tex. in capit. cum  
inter R. de elect. & sic intellige notata  
per Doct. Sed si simpliciter contulit,  
tunc potest remoueri sicut prius per su  
periorem: quia cum Papa concurrat  
in collatione beneficiorum cum omnibus  
ordinarijs, cap. 2. de præbend. lib. 6.  
non videtur simpliciter conferendo vo  
luisse alterare naturam beneficij, & re

gularē remouibilem; facere perpe  
tuum, arg. tex. in cap. ad nostram, &c.  
seq. de confir. vtil. vel inutil. Et in dubio  
hoc debemus tenete tanquam con  
gruens bono obedientię.

Trigesima prima. Superior proprius  
80 Abbas † contulit regulari prioratum,  
seu aliam administrationem, quoisque  
vixerit possidendam, hoc non obstante  
potest hunc regularem ad libitum remo  
uere. & ratio est: quia si gerebat in ani  
mo, quod eum remouere non posset, il  
licita fuit concessio, & contra ius, c. cum  
ad monasterium, §. nec alicui, de statu  
monach. Item quemadmodum Domi  
nus non potest obligari seruo, l'interpo  
fitas, de transact. ita nec Abbas suo mo  
nacho, facit tex. in cap. manifestum, 34.  
q. 5. Tum etiam, quia Abbas non potuit  
sibi legem imponere, à qua non liceat fi  
bi recedere, ff. de leg. 3. I. si quis, in princ.  
de pæst. l. nemo, de offic. presid. l. legatus.  
81 Nec etiam Abbas potest se obligare tex  
presè, quod regularis semper illud ha  
beat, vel semper in certo loco remaneat,  
vt not. Host. in cap. insinuante, qui cler.  
vel vou. in verb. substantia. & Arch. in  
cap. vlt. in glos. 2. in ff. de off. ordin. quia  
nulla potest cadere obligatio inter ser  
uum, & Dominum. d.l. interpositas, fa  
cit quod not. de reg. iu. non est obligato  
rium, lib. 6. in Mercur. de præben. lib. 6.  
cap. cum singula. Immo etiam si Abbas  
expresè se obligauerit iurando, nihil o  
minus valebit remotio, ita Abb. in d.c.  
ad nostram, de confir. vtil.

Trigesima secunda. Abbas potest re  
mouere suum regularem à prioratu,  
82 quamvis memoria † non sit in contrari  
um, quod talis prior fuerit per super  
iorum remous, & ratio est: quia ex  
quo superior nunquam remouit, non  
ex hoc est inducta confuetudo, quia ex  
actibus mera voluntatis non inducitur  
confuetudo, vt nota. in capit. Ioannes,  
de clericie. coniug. Nec etiam potest di  
ci inducta confuetudo, si superior vo  
lens illum remouere, non potuit pro  
pter potentiam illius, cum sit cōtra bo  
num

num obedientiæ, argum. cap. cum non  
liceat, de præscript. & in cap. cum inter-  
nos, de confut.

**Trigesimætertia.** Abbat pro sola sua  
voluntate † regularem etiam sine iusta  
causa, sed ex odio, vel alia iniulta causa  
reuocanti, an possit regularis resistere.  
Ioan. Andr. in cap. præsent, de offic. or-  
din. in 1. glos. refert Ultramontanos te-  
nere, quod talis prior possit quarelam  
deponere coram superiori ipsius Ab-  
batis supplicando ad instar serui. & sic  
per superioriem restringet talis voluntas  
sub ratione, 11. quæst. 3. capit. illa.  
Sed Italicos communiter hoc non reci-  
pere, sed tenent quod possit reuocare.  
Et ista opinio est melior, secundum  
Imolam, in capit. cum singula, de præ-  
bend. in 6. Verum Imola in Clement.  
quia regularem, de supplen. neglig en-  
pzelat. concludit, quod reuocatio fieri  
potest ex iusta causa. glos. in capit. por-  
recta, de confirm. vti. glos. in verb. reuo-  
cari, in Clement. ne in agro, s. ad hæc, de  
stat. monachor. sed si fieret ex causa in-  
iusta, tunc posset implorari officium  
iudicium superioris. At in dubio si al-  
legatur iusta causa, statur verbo præla-  
tu, si sit persona honesta, & non sit præ-  
sumptio odij.

**34 Trigesimaquarta.** Abbas † in duobus  
casibus non potest monachum re-  
uocare. Primus, quando penderet de-  
nunciatio, vel inquisitio contra Abba-  
tem, quia tunc præsumeretur reuocatio  
facta causa odij, vt est tex. in cap. penul.  
de accus. Secundus, quando monachus  
conquereretur non pro interesse suæ per-  
sonæ, sed pro interesse loci, à quo amo-  
ueretur, vt quia ex tali amotione lēdere-  
tur talis locus, vt no. in c. ex parte, de ac-  
cus. Franc. in capit. cum singula, de præ-  
bend. in 6.

**35 Trigesimaquinta.** Monachi, † ex quo  
proprium non habent, vt d. capit. non  
dicatis, & capit. cum ad monasterium,  
non possunt nec testari ad pias casas,  
vt tener Bartol. in 1. C. de fact. sanct.  
eccles. versic. Tertio quarto, cum nec

possint facere eleemosinam in vita, er-  
go multo minus possunt disponere in  
morte. Immo nec conuetudo talis  
86 valeret, vt dicit Bald. in authent. in-  
gress. C. de fact. sanct. eccl. Licet con-  
uetudo possit concedere clericis (œcu-  
laribus in casibus, in quibus aliás non  
possent, vt dixit Franc. in rubr. de te-  
stam. in 6. numero 34. posset etiam con-  
uetudo concedere ipsis prælatis regu-  
laribus potestatem donandi in vita de  
aliquibus bonis mobilibus ecclesiæ, ut  
est tex. sing. in cap. ceterum, de donat. &  
ibi per Imolam.

**87 Trigesimæcta.** Monachus, sc̄t canonicus regularis, uel de ordine men-  
dicantium si promonetur in Episcopū,  
vel Archiepiscopum, iux. Clement. 1.  
de elect. & capit. quorundam, de elect.  
lib. 6. non potest facere testamentum,  
ita glos. penult. in cap. 1. de testament.  
quia non liberatur propter hoc ab alijs  
substantialibus regulæ, vt voluit glo. in  
d. cap. quorundam, in fine. & in verb.  
Mendicantium, de elect. lib. 6. Vnde nō  
potest propter hoc habere proprium, im  
88 mot. quicquid postea acquirit, acquirit  
Episcopatui, vel Archiepiscopatui, ut  
est tex. not. in cap. vñico, 18. q. 1. & in c.  
cum olim, el 2. de priuile. & sequitur glo.  
in cap. quia tua, 1. 2. quæst. 1. in princ. ita  
Io. Andr. & Imola in e. 1. de test. dicens,  
quod talis non potest testari etiam de ac-  
quisitis intuitu personæ, cum regularis  
qui quid acquirat, acquirat ecclesiæ, c.  
requisisti, de testa. Quod idem etiam

89 procedit in regulari † facto Cardinali,  
quia non potest facere testamentum, ita  
Bald. in authen. licentiam, in prin. C. de  
episc. & eler. cum non liberetur à sub-  
stantialibus regulæ, vt est uotum pauper-  
tatis, uel continentiaz, unde non potest  
habere proprium, sed acquirit ecclesiæ,  
ut d. cap. 1. 18. q. 1. inde enim est, quod  
non possunt Cardinales mutare habitum  
suæ professionis, & sie relinquere  
habitum monachalem, uel Mendicantum,  
& ita obseruantur, ita Francus in  
rubr. de testam. in 6. nu. 76.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 90 Trigesimaseptima. Monachus † habet patrem Regem, an ei succedat. Dico, quod sic in patrimonialibus, si quod habet, non autem in regno, & ratio est: quia est extra proprium patrimonium regnum, Regnum enim non defertur sanguini, sed vite, ut habetur 8. q. 1. cap. Moyses. Quod idem habet locum in ducatu, & huiusmodi, scilicet quod in eis succedet si sunt de proprio patrimonio, alias non, ita dicit Card. in c. i. nu. 3. 18. q. 1.
- Trigesimaoctava. Monachi non di 91 cuntur † proprietarij, si sciente Abbatे pecuniam tenent, parati tradere, quoties requisiti erunt ab Abbatе, ut not. in cap. cum ad monasterium, de statu monach. Nec ex hoc dicitur Abbas dispensare super proprio, quod non potest, d. caput ad monasterium: nam tunc es- set tantum dispensatio, quando vellet Abbas monacho permittere quod habe ret proprietatem nomine proprio. ita Card. in Clem. ne in agro, §. premissa, de statu monach.

## S V M M A R I U M .

- 1 Monachus ad quamcumque dignitatem supremam promoueri potest.
- 2 Monachus Episcopatus renuncians, an remaneat Canonicus ecclesie.
- 3 Monachus potest promoueri ad dignitates inferiores pontificalibus.
- 4 Monachus ad dignitates faculares, nec collegiatas, nec curatas non promoueri potest de iure.
- 5 Monachus ad dignitates curatas promoueri potest.
- 6 Curia duplex dicitur.
- 7 Monachus potest prefacie ecclesia curata in collegium.
- 8 Monachus translatus ad suam parochiam absoluens est ab Abbatе.
- 9 Monachus factus parochus, tenetur ad diuinum officium parochiale.
- 10 Monachus factus parochus, vel Episcopus, potest esse solus.
- 11 Monachus post a clauistro solus in trib. cas.
- 12 Monachus non potest habere beneficia simplicia.
- 13 Item alia beneficia non curata etiam primita.
- 14 Monachus quando, & in quibus casib[us] possit prefaci hospitalis.
- 15 Monachus potest esse vicarius Episcopi.
- 16 Monachus quando potest prefacie ecclesie, semper requiriunt licentia sui pralati.
- 17 Monachus quare ad dignitates transire non possit in iuuo Abbate, & clericus in iuuo Episcopo; sic.
- 18 Altare an possit adificari in ecclesiaregulari.
- 19 Cura monachorum geriunt per clericos secularares.
- 20 Monachus assumptus ad Episcopatum, vel Cardinalatum qualiter se conformabit in diuinis officiis. nu. 21.
- 22 Monachi commorantes cum Dominis Cardinalibus an satisfaciant conformatando se in diuinis officiis cum dilecta Dominis.
- 23 Monachus factus parochus non est absoluens ab aliquo speciali officio, ad quod ex votu tenetur.
- 24 Monachus promotus ad curiam, an sit factus ab obseruatoriis regularibus.
- 25 Religiosus promotus ad Episcopatum, an absoluatur ab obedientia.
- 26 Monachus promotus ad curiam, tenetur accedere ad synodus.
- 27 Monachus assumptus ad curiam animarum, assumptus intelligiur ad officium predicandi. & 28.
- 29 Predicatoris officium est in multis primitiagium.
- 30 Docere, & pradicare, licitum religiosis. an sit.
- 31 Monachus potest licentiari. & doctorari.
- 32 Monachus potest assumi in magistrum, sumiatur a superiori.
- 33 Monachus si se ingerit ad magisterium, est repellendus.
- 34 Monachus factus Episcopus potest carnes comedere & nu. seq.
- 35 Monachus factus Episcopus potest sibi sacra committire.

Mona-

Monachus, siue regularis an pos-  
sit promoueri ad ecclesiam sæ-  
cularem . Cap. XIX.



I r c A hoe capitulum nota  
plures casus scitu dignos quo-  
rum primus .

Monachus potest ad quā-  
cunque dignitatem superemam promo-  
ueri, siue dignitas illa sit episcopalis, ut  
paret, 18.q.1. c.statutis, de voto, cap.per  
tuas, de elect. cap. nullus, lib.6. & Clem.  
men.1.cod. tit. siue sit Papalis, ut notat  
glo.18.q.2. c.quam sit, in glo.fin.cum li-  
centia tamen sui Abbatis, glo.in d.cap.  
quam sit, quam si nollet concedere, pos-  
set compelli propter bonum publicum  
ad consentiendum, facit c.nullus, de iu-  
te patro. Abb. in cap. quod Dei, de statu  
mon. nu.1.2. Sed quid si monachus sit  
Episcopus, & postea renunciat, vel de-  
ponatur, an remaneat Canonicus eccl-  
esiæ Cathedralis. Dic, quid non, ut not.  
16.q.vlt.cap.in noua. Docto. in cap. cum  
ad monasterium, de statu monach. & in  
Clem. In plerisque, de elect. & Clem. 1.  
de stat. reg. & habetur per Franc. in cap.  
nullus, in fine, de elect. in 6.

3 Secundus. Ad dignitates inferiores  
pontificalibus, si sunt regulares, potest  
monachus promoueri, cap. quod Dei,  
de stat. reg. ext. de regul. cap.2. de præb.  
cap. cum singul.lib.6. glossa, 16.q.1. c.in  
summa. Quæ conclusio procedit etiam  
in dignitatibus non principalibus eccl-  
esiæ regularium, & ita potest intelligi  
tex. in cap. si quis, dist. 57. secundum  
intellectum glossæ ibi, in fine, dum ta-  
men non sint diuersæ professiones, vel  
habitus; ut Clem. 1. de elect. cum homi-  
nes disparis professionis nō debeant so-  
ciari, c. cum causam, de elect. 16.q.7.c.in  
noua. Si tamen monachus de suo mo-  
nastry non inueniretur habilis, tunc  
potest eligi de alio monasterio, etiam  
qui non esset eiusdem habitus quo ad  
colorem. Card. in c. quam sit, 18.q.2.

Tertius. Ad dignitates sacerdotalibus, que

4 non tot sunt collegiatæ, nec curate, ut  
sunt Decanatus, Præposituræ, & aliae  
dignitates in ecclesijs cathedralibus, vel  
collegiatis non principales, de iure pro-  
moueri non potest. Hoc in c. quod Dei,  
de statu monach. Zab. in Clem. 1.27.q.  
de ele. vnde non potest esse Canonicus.

5 Quartus. Ad dignitates principales,  
& curatas in ecclesiæ collegiatis promo-  
ueri potest, ita tenet Ber. in c.2. de statu  
regul. & co. tit. c. quod Dei. Verum scie-  
dum, quod duplex tot est cura, quædam  
proprietati, & vulgariter per omnes nuncu-  
pata cura, vt cura, quam habet ecclesiæ  
parochialis in suos parochianos. Quæ-  
dam est cura non sic propriæ dicta, vt cu-  
ra, quam habet prælatus ecclesiæ in illos  
de collegio, c. cum ad ecclesiæ arum, de of.  
ord. De prima omnes concordan, quod  
monachus ad talem possit eligi, per cap.  
quod Dei, de statu monach. cum ibi no-  
tatis, atque præfici ab Episcopo cum con-  
fensi Abbatis, 38.dist. c.1. & 2. 16.q.1.  
c. sic viue, & cap. sequen. Quod si Epi-  
scopus velit, & Abbas nolit, obediens-  
dum est Abbat, 16.q.1.c. cum pro utili-  
tate. d. c.1. & 2. At de secunda disputa-  
tur inter Doctores: verum factis hinc-  
inde rationibus communiter tenetur,

7 quod tot indistinctè monachus possit pre-  
fici ecclesiæ curate non habentiam aliam  
curam, nisi in collegium, ut tenet Ioan.  
Cald. in d. cap. quod Dei, si quis tamen  
velleret videre diuersas hincinde opinio-  
nes, videat Do. Card. in d. Clem. 1. q. 27.  
Præpo. in c. 3. dist. 58.

8 Quintus. Monachus postquam tran-  
slatus est ad suam parochiam, si talis ec-  
clesia pleno iure pertinet ad monachos,  
remanet subiectus Abbat, & seruabit  
omnia, sicut prius, præter tria, scilicet  
jejunium, silentium, & vigilias, quæ co-  
modè seruari non possunt in ecclesiæ sæ-  
culari, arg. 45. dist. c. sit rector. & 16.q.1.  
cap. nemo potest. Si vero ecclesiæ non  
pertinet ad monachos, sed Episcopos,  
tunc absolutus est ab Abbat, & Episco-  
pus est sibi Abbas, & ita nota, quod pro-  
pter necessitatem, & utilitatem salutis

# Décis. Aurearum Par. II. Lib. III.

animarum, præsertim actio contemplationi, & communis utilitas priuata, de reg. c. cl. cicer, quamvis enim ibi dicatur de Episcopatu, tamen eadem ratio est in alijs, arg. de præben. c. maioribus, cum illa plus respiciant salutem animarum, quam episcopalem dignitatem, tenetur autem ad tria substantialia simpliciter, nam & continentiam seruare tenetur, ab obedientia Abbatis absoluuntur, sed imperio Episcopi subiicitur, qui de cetero erit Abbas suus. Temporalia dispensabit ratione commissari administracionis. Tenetur tamen in omnem casum habitum deferre, nec potest temerarie dimittere, alias esset excommunicatus.

9 Item tenetur ad diuinum officium † pro rochiale, & quantum bono modo conformabit se cum presbyteris in actibus licitis, arg. 41. dist. c. quicquid. Nam absolutus est ab omnibus obseruantibz regule, quas commode seruare non potest, sed non à substantialibus, 18. q. 1. c. vni.

10 Rursum † licet monachæ claustrales nū quam debent esse soli, tamen promotus in perpetuum ad curam, cum nihil habeat commune cum monasterio, ut dicit glo. de statu mon. in Clemen. I. §. præfata, potest esse solus, i. sine socio religioso extra monasterium; sic si fieri Episcopus ecclesiæ secularis, de renunc. c. nit. ad fr. Zabar. in d. §. præfata, quarta oppos. Licet si commode fieri potest, debeat esse cum socio, ita Do. Ant. de But. concludit in c. quod Dei timorem,

11 de statu monach. Et ita † habes casum quando monachus potest à clauistro soliti. Item alius casus est, quando transit ad arctiorem religionem, c. licet de regula: Item, quādo propter crimen detruit in arctius monasteriu, de simo. c. quoniam. 20. q. 1. c. sicut, vide Feder. de Sen. cons. 5. nu. 2.

12 Sextus. Quo ad beneficia † simplicia sine cura, vt sunt præbenda in ecclesia collegiata, vel cathedrali, promoueri non potest, cap. super eo, de reg. & ratio est: quia sicut ecclesiæ regularis non debet reformari ex clericis secularibus, c.

inter quatuor, de relig. dom. sic nec fecularis, ex regulatibus, d. cap. super eo, ita Host. in c. quod Dei, de statu monach. Tum etiam, quia non debent esse in eodem collegio homines diuersæ professio- nis, 16. q. 7. cap. in noua, nisi propter curam animarum, d. c. quod Uc.

Septimus. Idem tene in alijs beneficiis c. ijs non † curatis, etiam principalibus, vi no. in d. c. super eo, nota gl. in Clem: quia regulares, in verb. secularibus, de suppl. negl. prælat. Et nec in talibus potest Epilcopus dispensare, etiam si monachus sit promotus ad ecclesiæ curam, vt simul simplex beneficium cum curatorio retineat, vt plenè disputat Ioan. Andr. in regula, quæ à iure, de regula iur. lib. 6.

14 Octauus de Hospitali † Monachus potest promoueri ad regimen hospitale, in his casibus; quorū primus, quando hospitale, cui religiosus præficitur, spectat ad religionem, quæ super hospitalitate principali fundatur, ut Cruciferorum, sancti Antonii Viennen. & similium, & ratio est: quia ex quo illa religio est fundata super hospitalitate, & hoc est principale studium, per quod operibus pietatis ad seruendum Deo se dedicavit, nihil religiosis ipsis obstat, quomodo minus plura hospitalia erigant, & in illis hospitalitatem seruent, & religiosos suos deputent ad hospitalitatem ibi seruandam, & ipsa hospitalia seruanda, & regenda. Secundus, quando hospitale est annexum ecclesiæ curate, ita, quod rector vnius, sit rector alterius, iux. not. in c. quod Dei, de statu reg. iuncto c. super eo, de præben. in 6. & probatur in Clem. per literas, de præben. nam tunc religiosus potest præfici hospitali propter curam animæ, dictis iuribus suis pra allegatis. Tertius, quando hospitale non est annexum alteri ecclesiæ curate, sed est hospitale annexum religioni ipsius, ut quia est de mensa monasterij, vel in proprietate concessum monasterio, ita, quod ibi ponitur certus, & intitulatus rector, tunc etiam potest ponere ibi

Ibi religiosus illius monasterij, sicut etiam possunt mitti religiosi ad alia loca, & opera monasterij custodienda, & promouenda, quia si mittuntur proutilitate monasterij ad litigandum, multo fortius ad eurandum pauperes, vnde constat, quod si monasterium habet iuxta se, vel infra septa monasterij hospitale pro pauperibus hospitandis, ut moris est, tunc potest deputare monachos ad euranum illos, ex quo enim non datur in titulum, illo casu non est prohibitum. Quarto, quando hospitale non est principale, & per se, sed est collegiatum religiosorum, & ipsi sibi eligunt rectorem, sicut est in hospitale, Sancti Galli, & Sancte Marie de Senis, tunc etiam tali hospitali potest prefici religiosus: quia talis potest habere curam animarum, & iurisdictionem in collegium, de elect. c. dudum. 2. Quintus, religiosus non potest prefici hospitali non curato, quod requirit rectorem pro se, nam licet sit certa religionis, ad quam spectat id conserri, non tamen poterit id conserri religioso, & ita potest intelligi in Cle. quia contingit, in vers. vt autem, in gl. secularibus, de relig. dom. vbi videtur Zabar. & Feder. de Senis cons. 13. 4.

15. Nonus. Monachus potest esse Episcopi vicarius, ita loan. And. in cap. fi. de cler. egrot. allegat. 2. q. 7. cap. cum pastoralis, & quod ibi no. 16. q. 1. cap. nos autem. Idem tenet Guil. in Clem. & si principalis, de restrip. vbi commu. Doct. Debet tamen habere unum socium de contentu secum, quia in his non debet stare solus, cap. 2. de stat. mon. Clem. ne in agro, §. ad huc, eo. tit. religiosum tamen ordinis mendicantium non potest Episcopus vicarium constitutere, Clem. 1. §. prioratus, de regula.

16. In omnibus casibus, in quibus de iure, † vel dispensatiue religiosus potest prefici Ecclesias seculari, intellige quod debet habere licentiam sui prelati, cap. 2. §. 8. dist. de elect. lib. 6. cap. si religiosus. Ita Zab. in cap. quod Dci, q. 5. in fi. de stat. mon.

17. Decimus. Monachus † ideo iniusto Abbe non potest transire ad ecclesiasticam dignitatem, clericus vero etiam inuito Episcopo potest transire ad monasterium, 19. q. 2. c. due: quia clericus non est ita astriclus, vel subiectus Episcopo, quantum monachus Abbat: clericus enim licet obedientiam Episcopo promittat, libertatem voluntatis sibi retinet, & inuito Episcopo vovere potest, sed monachus etiam voluntati propriae abrenunciat, vt 12. quest. 1. cap. non dicatis. Vnde Abbe inuito vovere non forest, 20. quest. 4. cap. monacho. Item clericus multum proficit, si efficitur monachus, sed monachus parvum, cum pertenit ad dignitatem ecclesiasticam. sed parvum, & mediocre bonum debet propter obedientiam prætermitti, 11. q. 3. cap. quid ergo. Item Episcopatus locus est dignitatis, qui solet appeti, vnde monachus notaretur ambitus, si ad illa fine licentia Abbatis transiret, sed monasterium est locus abiectionis, & asperitatis, & penitentiae, & ideo clericus ad monasterium, sed non monachus ad episcopatum, & dignitatem ecclesiasticam transire potest. Haec Turret. in c. qua m sit, nu. 3. 18. q. 2.

18. Undecimus. In Ecclesia regulari potest † edificari altare de consensu Abbatis, & Episcopi, eti potest prefici rector secularis. argum. 10. q. 1. c. 1. 2. & 3. & 4. & quasi per totum. de consecr. distinct. 1. cap. nemo, & cap. nullus presbyter, de excess. pralat. cap. sicut vniuers. Dum tamen talis rector, siue presbyter non habeat vocem in Capitulo, nec aliorum, qui sunt in monasterio habeat communionem, sed solum deseruire habeat suo altari, & celebrationi diuinorum, & hoc permittit c. ea, que, §. precipimus, de stat. mon. & probatur 18. q. 2. cap. dum. Vnde videmus etiam quod † per clericos seculares cura monachorum geritur de præb. c. auaritiae; arg. 16. q. 2. per totum, & est expressum ita debere fieri de cap. monac. c. 1. ita loan. Calde. de regu. cons. 28.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- Duodecimus. Monachus assumptus**  
 20 ad † Cardinalatum, vel Episcopatum, vel Praefectus Ecclesiae parochiali obligatur ad dicendas horas canonicas secundum morem Ecclesie ad quam assumentur, non autem religionis suæ, arg. 12. dist. cap. illa, & dist. 41. cap. quisquis. Quod quidem intelligendum est, nisi aliter dispensatum esset per summum Pontificem, ut fuit dispensatum, cum Cardin. prout ipse referit in sum. distin-  
 tio. 91. num. 22. Ad decimum septimum. & nu. 23.
- 21 Tertiusdecimus. Monachi † commo-**  
 rantes cum Dominis Cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ, aut cum Episco-  
 pis, possunt eis aptare, & conformare di-  
 cēs dominis in diuinis officijs sine vltre  
 Horæ obligatione ad horas canonicas di-  
 cendas, secundum morem suæ religio-  
 nis, ista conclusio exp̄r̄sæ habetur in  
 Clem. dignum, de celebr. miss. cap. illa,  
 dist. 12. vbi quæ debet se coaptare cum  
 quibus conuerſatur, adeo quod etiam  
 sibi propter hoc liceant multa, quæ non  
 licent, d. Clem. dignum. de stat. mon-  
 ach. recolentes. Si tamen vellent dice-  
 re, secundum morem suę religionis, pos-  
 sent. d. Clem. dignum, verb. possint.  
 quasi videtur quod non teneantur. Et  
 non obstat 16. quæſt. 1. de monachis.  
 & Hoi. in sum. de sta. monach. vers. sed  
 nunquid talis, quia illa intelliguntur in  
 eo, qui est in totum translatus & nihil  
 habet commune cum monasterio, 16.  
 quæſt. 1. cap. ne pro cuiuslibet, sed Clai-  
 men. dignum, loquitur in alio caſu, in  
 monacho, qui commoratur cum Epi-  
 scopo, qui non est plenè translatus, niſi  
 oriatur scandalum, ut no. 12. dist. c. illa.  
 Zabat. in d. Cle. in 4. no. & vers. oppono  
 in eo quod dixi.
- Quartusdecimus. Licet Monachus**  
 22 plenè translatus † ad ecclesiam parochia-  
 lem non teneatur ad officium secundū  
 morem suę religionis, ſed si haber spe-  
 ciale officium illa ecclesia, illud debet di-  
 cere, per glo. id Clem. Dignum, de cele-  
 brat miss. ſi vero non habet, tunc debet
- dicere officium illud, quod dicunt alij**  
 clerici instituti in ſimilibus beneficijs,  
 per hanc eandem glossam, non tamen  
 23 est abſolutus † ab aliquo ſpeciali officio,  
 ad quod ex voto tenetur: puta ſi quis vo-  
 uit dicere ſingulis diebus officium Bea-  
 te Virginis, ita Zahar. in Clem. dignū.  
 q. 6. de celebr. miss. Si tamen monachus  
 non eſſet translatus ad eccleſiam ſecu-  
 larem, nec cum Pontifice moraretur,  
 tenetur ad officium ſecundum morem  
 ſuę religionis, niſi certa cōſuetudo, aut  
 ordinatio in contrarium appareret; quia  
 tunc excufaretur, 11. dist. c. quis neſciat,  
 ff. de legi. l. de quibus, Turrecr. in ſum-  
 ma, nu. 17. dist. 91.
- Quintusdecimus. Religiosi promo-**  
 24 ti † in Episcopos, ſue in prałatos ſecu-  
 lares, obligantur, & feruare tenentur  
 omnia, quæ ſunt in obſeruantij regu-  
 laribus, que non impediunt Pontifica-  
 le officium, ſed valent magis ad perfe-  
 cionis cuſtodiam, ſicut eſt continen-  
 tia, paupertas, & alia huiusmodi. Item  
 ad portandum habitum ſuę religionis,  
 iux. illud, quod ſcribitur extr. de vita &  
 honest. cler. cap. clerici. Pontifices in pu-  
 blico, & in Eccleſia ſemper indumentis  
 lineis omnes vtantur, niſi monachii ſue  
 riſt, quos oportet ſerre habitum mona-  
 chalem. Si quæ vero ſunt in obſeruan-  
 tij regularibus, quæ officio pontificali,  
 aut curæ pastorali repugnēt, ſicut eſt ſo-  
 litudo, filientium, & aliquæ abſentieꝝ  
 vel vigilieꝝ graues, ex quibus impotens  
 corپore redderetur ad exequendum po-  
 ntificale officium, ſue pastorale, quod  
 iniunctum eſt illi ad communem po-  
 puli utilitatem, ad huinsmodi obſeruan-  
 da non tenetur. Ita D. Thom. 2. 2. que-  
 ſtio. 185. art. 8. Card. in c. de monachis,  
 16. quæſt. 1.
- Sextusdecimus. Religiosus promo-**  
 25 tuſ † ad episcopatum, licet abſolutatur  
 ab obediencia prælatorum ſui ordinis,  
 non tamen ab obediencia luorum ſupe-  
 riorum, ſicut Papæ, & Metropol. Parte  
 nec à paupertate abſoluitur, quia no-  
 potest habere proprium; Non enim he-  
 reditatem

reditatem paternam vendicat quasi pro priam, sed quasi Ecclesiæ debitam, vnde nullo modo potest facere testamētum: quia sola dispensatio ei committitur rē rum ecclesiasticarum, quæ morte finitur, ex qua incipit testamentum valere, vt Apost. ad Hebr. cap. 9. Hoc tamen fallit, nisi ex dispensatione Papæ: quia tunc Apostolica authoritate intelligitur esse ampliata potestas suæ dispensationis, ut eius dispensatio possit valere post mortem.

26 Decimusseptimus. Monachi promoti ad Ecclesiam parochialem cum astringantur regulis, & statutis ipsarum parochialium ecclesiistarum, & ita potest intelligi, c. conuenientibus, 1.q.7. c. de ore, de priuile. tenentur accedere ad Synodus; cum rectores Ecclesiistarum parochialium teneantur ire, c. super his, de maior. & obed. alias monachi non tenentur, glo. in cap. quod super his, de maior. & obed.

27 Decimusoctauus. Monachus statim vt assumptus est ad curam animarum, assumptus intelligitur ad officium prædicandi, cap. quod Dei, de statu monachor. c. cum ex iniuncto, de hæret. quia officium prædicationis non competit ratione ordinis per se, & simpliciter, sed ratione adiuncti, & commissionis, 16. q. 1. c. adjicimus, §. hoc idem. de sepult. Clem. dudum, §. huiusmodi. Vnde no-

28 quod quilibet monachus, vbi est institutus Rector aliquius Ecclesiæ, debet prædicare in sua parochia, vnde cauere debet ne præficiatur non idoneus. de xstate & qual. c. pen.

29 Decimusnonus. Prædictoris officiū est in multis priuilegiatum. Primū, quia de qualibet religione potest quis assumi ad hoc officium d. c. quod Dei, & c. quā sit, de iud. Secundum, quia ordo prædictoriū præcipuus est in Ecclesia Dei. Tertium, quia nullus laicus ad hoc officiū admittitur. Quartum, vt nec clerus, nisi missus. Quintum, vt non clam, sed publicè. Sextum, vt prædictor fiat Vicarius Episcopi. Septimum, vt tales

præficiantur in Ecclesijs cathedralibus, & regularibus, quos possunt Episcopi in hoc coadiutores habere, hi duo calū colliguntur in c. int̄ catēta, de offi. ordin. Octauum, ut occasione huius officij adipisciendi mittantur aliqui ad studiū Theologij cum priuilegio, de quo infra de magistr. cap. super specula. Nonum, vt prædicatores licet mendicent, de hoc extra de uoto, cap. ex multa, §. de clericis, & vt eleemosynas accipient etiam ab excommunicatis, de sent. excō. c. cum voluntate. Decimum, ut postulatio de prædicatione facta citius admittatur, extra, de elect. cap. in causis, in fi. Est etiam ordo prædicationis in multis priuilegiatus, de quibus per Host. in c. n. 30 mis, de excē. prælat. An vero religiosis sit licet docere, & prædicare, & alia huiusmodi facere? respon. quod non, ratione ordinariæ iurisdictionis: sic enim licet prælati, & presbyteris curam animalium habentibus. Sed ratione commissionis, vt quando haec committuntur quæ sunt iurisdictionis ordinariæ ab ordinarijs, tunc licet. Et ita hodie religiosis conceditur. Et secundum has duas vias loquuntur iura, quæ habentur 16. q. 1. per totum.

31 Vigesimus. Monachus licet prohibeat audire leges ciuiles, c. super specula, ne cler. vel mon. arque docere, tamen potest in legibus licentiarī, & examinari, atque doctorari, ut multis argumentis hanc opinionem affirmat Cald. conf. 2. extr. de magistr. qui concludit eū, qui studuit in legibus ante monachatu, quod possit post monachatum, & dignitate abbatialem licentiarī, & doctorari, & per consequens leges assignatas legere, & recitare, quia aliquo permisso permittitur omne id, per quod peruenit ad illud, cap. præterea, de officiis de leg. cum simil.

32 Vigesimusprimus. Religiosus, † immo etiam monachus, quamvis habere debet officium plangentis, & non docētis, 16. q. 1. c. monachus, & c. seq. & ea. quæst. c. nemo. tamen si à superiori suo

# Decis. Aureartum Par. II. Lib. III.

mittitur, & ab illo; ad quem pertinet  
sientiatur, potest assumi in magistrum,  
16.q.1.c.moderamine, & cap. sunt non  
nulli, &c.si clericatus, & c.monachos,  
& c.nos autem, & de offic. ord.c.inter  
extera, dum tamen abstineat à scientijs  
prohibitis, ut not.in.c.non magnopere,  
ne cle.vel mon.Cum enim prohibeatur  
specialiter religiosis, de quibusdān sciē-  
tijs, vt ibidem, de alijs concessum vi-  
deatur, c.nonne, de p̄fsumpt. & maxi-  
mē de Theologia, ad quam indistinctē  
admittendi sunt tam ſeculares, quam  
regulares, quia generaliter indistinctē  
hoc dicitur in d.cap.inter extera. Hoc  
etiam requirit ſalus animarū, & publi-  
ca vtilitas, cap.super ſpecula, ne cler.vel  
mon. qua p̄ſerenda eft priuata, c.niſi  
cum pridem, §. nec pures, de renunc.Vn  
de in hoc potiſſime obediſ debet Abba-  
ti monachus, cum non ſolum vtilitas  
proprij monaſterij, ſed generalis ecclē-  
ſiæ hoc expoſcat, arg.16.q.1.c.monachi,  
c.ex parte, de poſtul. facit etiam 16.q.1.  
c.sic viuc, & c.si clericatus, vbi dicitur  
monacho, vt multo tempore diſcat, vt  
poſtea doceat. Item melius eft p̄pone  
re monachum ſcientem, & honeſtum,  
quam clericum ſecularem ſcientem, &  
inhoneſtum, 16.q.1.cap. doctos, & cap.  
33 seq. Si autem monachus † ſe ingeſteret,  
tunc eſſet repellendus, ita ſoluit Host.  
& poſt eum Zabat. in.c. quia non nulli,  
extr. ne cler. vel mon.

34. Vigesimussecundus. Monachus † fa-  
ctus Episcopus potest comedere carnes,  
contra tex. in cap. carniem, de conſecr.  
diſt. §. Tum quia abſtinentia carnium  
non eft dc ſubſtantialibus religionis, ad  
qua ſola videtur religioſus factus Epi-  
ſcopus obligatus, ut ſupradiximus. Tū,  
quia Episcopus per abſtinentiam redi-  
deretur impotens corpore ad officium  
pontificale exequendum, tum, quia con-  
ditioni multitudinis hominum, cum  
quibus uiuit, non bene conueniret hu-  
iūiſmodi abſtinentia singularitas in eo,  
ynde Auguſt. dicit. Ad quamcunque ci-  
uitatecōvenientis, cuius morem ſerua, 12.

35 dist. cap. illa. Et ita limita dictum Can. carnel, † quatuor modis: Primo, ut  
non procedat in casu infirmitatis. Se-  
condo, quando à Princepe, vel Episco-  
po eſſet iniuitatus. Terzo, in religioſo  
facto Episcopo. glo. in cap. 3. 16. quæſit. 1.  
Quarto, in religioſo diſpensato à ſuo  
ſuperiore.

36 Vigelimumſtertius. Monachus † licet  
ſibi non poſſit facere commatrem, c.nō  
licet Abbatibus, de conſec. diſt. 4. tamen  
factus Episcopus poſſet ſibi compatres,  
vel commatres facete, fuſcipiendo, vel  
tenendo pueros in collatione alicuius fa-  
cramenti. Sicut patet de Beato Grego-  
rio, qui prius monachus, poſte factus  
Diaconus Cardinalis, Mauricij Imper-  
atoris compater factus eft, vt retero  
Card. Turret. in.c. 1. 18.q.4. num. 2. glo.  
in c.vni. 18.q.1.

## S V M M A R I U M.

- 3 Monachus nullus debet carnes comedere in reſectorio.
- 2 Carnes edere non licet monacho, nec in fo-  
lēnitatiibus in reſectorio.
- 3 Carnibus veſci nec licet monacho extra  
reſectoriorum.
- 4 Carnes comedere extra reſectorium nec  
licet in diebus ſolemnibus.  
Carnes comedere quamvis licet in ſexta fe-  
ria in Nauigatio Domini, non tam  
monachis, ſub nn. 4.
- 5 Carnes comedere non licet monachis fine  
licentia superioris.
- 6 Carnum appellazione veniunt etiam bi-  
pedum.
- 7 Argumentum à contrario ſenſu quando-  
non procedat.
- 8 Carnum eſus non eft licitus in inſi-  
rmatio abſque licentia.
- 9 Abbas qualuer diſpensabit ſuper eſu car-  
num.
- 10 Carnes edentes quando non peccent.
- 11 Itinerantes faugari carnes comedendo  
quando non peccent.
- 12 Abbas diſpensando ſuper eſu carnium  
qualuer ſe gerat.

Abbas

- 13 Abbates laudabiliter hodie facinme conformando se in mensa, & in dormitorio cum aliis.
- 14 Abbas non debes esse nimis auarus, nec nimis austernus circum monachos.

Quod Monachi non debeant comedere carnes. Cap. XX.

- R** I M A. deciso. In refectorio nullus monachorum debet om nino comedere carnes. ita tex tus in cap. cum ad monasterium, §. in refectorio, de statu monach. ubi pondera ibi. Nullus: quia nec Abbas, nec alius. Item illud aduerbitum om nino. ex quo insertur, quod hoc non licet nec causa infirmitatis, nec aliqua causa, neque sanis, neque infirmis, ita Host. ibi, nu. 10. Io. Andr. nu. 7. Abbas antiquis nu. 4. Zab. in §. in refectorio, nu. 1. de statu monach.
- 2 Secunda. Monacho † non licet etiam in solemnitatibus edere carnes in refectorio: etiam si hoc habeat consuetudo. Pro illa tamen consuetudine facit Ecclesiastes 6. In die bona fruere bonis, ita Zabar. ibi, nu. 1. secundo no.

- 3 Tertia. Non licet † monacho nec extra refectorium vesci carnis, etiam si sit consuetudo. Hinc dicit Host. adhuc fieri in quibusdam monasterijs, non tamen in refectorio, vbi monachi exent reliquias in refectorio duobus, vel tribus, & vadunt ad locum, vbi carnes edunt, & aliquando media pars exit, & media remanet, & in quibusdam monasterijs hoc faciunt ter in hebdomada, quæ quidem consuetudo reprobatur, per tex. in d.c. cum ad monasterium, vers. sed nec, extra ita Host. & Ioan. And. & Zabar. vbi supra.

- 4 Quarta. Non solum † in diebus alijs, sed nec in solemnitatibus, & diebus solemnibus debent monachi comedere carnes. Ita probatur in d.c. cum ad monasterium, vers. solemnitatibus. Vnde nec in Nativitate Domini, nec in Pa-

schate, & alijs festiuitatibus præcipitis, iux. tex. in cap. si. de férijs. Vnde licet in Nativitate Domini licet comedere carnes 6. fera, non tamen monachis, c. fin. de obseru. ieun. pro hoc not. in glo. in Clem. r. verb. in quibusdam, in gl. de celeb. mis. Vnde Hiero. in Eustochium. dicit: Prouidendum est ut diem sollemnem non tam ciborum abundantia, quæ Spiritus exultatione celebremus: quia valde absurdum est nimia saturitate uel le martyrem honorare, quem scimus Deo ieunijs placuisse. Vnde si non licet carnibus vesci alijs diebus, ergo multo fortius nec in diebus solemnibus, ut per Host. & Io. Andr. & Zabar.

5 Quinta. Etiam † extra refectorium, non possunt monachi carnes edere sipe licentia superioris, d.c. cum ad monasterium, verl. extra refectorium. ergo nec in scholis. Vnde consuluit Abbas antiquus, & Panor. ibi, cuidam monacho, qd dum vadit ad scholas, quod etiam ad derem, dum facit iter, ut ad cautelam obtineant à suo Abbatte specialem licen- tiam circa elsum carnium.

6 Sexta. Non † solum appellatione carnum veniunt carnes quadrupedes, sed etiam bipedes, licet quidam monachi per cap. Regula 39. vbi sic ait: Catuum verò quadrupedium omnino ab omnibus abstineatur comedere præter debiles, & ægrotos. arguunt à contrario quod bipedibus uti possunt, ut gallinis, phasianis, & alijs uolatilibus. pro hoc argum. de his, quæ fiunt à prælat. cap. apostolica, de regul. ta. cum virum, C. de Episcop. & cler. l. conuenticulam. Sed argumentum non procedit: quia licet † argumentum à contrario sensu sit fortissimum regulariter, ut legitur, & no. in cap. cum virum, §. fin. de regul. tamen hic fallit, quia talis intellectui contradicit ratio naturalis. Vnde & in cap. 36. in regula, de infir. fratribus sic legitur. Sed & carniū efus in infirmis omnino. & sic haec dictio, omnino, determinat illam, Infirmitis. Igitur prohibito de quadrupedibus fortius importat die

# Decis. Aureatum

## Par. II. Lib. III.

- de bipedibus, in quibus est fortior ratio. Sed dixit de quadrupedibus, propter communioram frequentiam tam Host. & Zab.
- 8 Septima. In infirmito efsus carniū nec licitus est abſque licentia Abbatis, quæ quidem licetia debet dari ex causa, puta si necessitas postulauerit, puta, quia deliciatus est, & debilis, non tantum debilitate febrili, sed stomachi, vel cōplexionis, qui non potest esse contentus communib⁹ cibis, arg.c. non cogantur, distin. 41. ita vterq; Abb. in d.c. cū ad monasterium dicit. vel si eſſet nimis fragilis, vel senex: vel infans, vt habetur in regu. c. 37. de sen. vel in infantibus, vbi siclegitur: Consideretur semper in eis imbecillitas, nullatenus ei diſtrictio regulę tenetur in aliementis, subaudi maximē quo ad abstinentiam carnium, ita Host. in d.c. cum ad monasterium, nu. 16. qui quidem Abbas potest dispensare, cū tantū ſibi tollatur facultas in ſubſtantialibus regulę, ergo in accidentalibus potest, pro hoc bonus tex. cum gl. 20. q. 4. c. fin.
- 9 Et hoc intellige ex † cauſa probabili, aliaſ non dispensatio, ſed diſſipatio videatur, ita no. in glo. in c. requisitis, §. niſi rigor, 1. q. 1. vnde ſing. Inno. in d.c. cum ad monasterium dicit, q. vbi cunque miferiori prælato citra l'apam conceditur potestis diſpandi, intelligitur ex cauſa hoc facere, quia hoc importat verbū diſpensatio, aliaſ cauſa non existente nō valet diſpensatio ſecundum eum, vel eſt retraſtanda, quod bene notabis.
- 10 Octana. In monasterijs, † in quibus conſuetudo habet, quod edatūr carnes ſcientibus ſuperioribus & patientibus, non peccant edentes, quando talis conſuetudo toleratur: quia ex quo iſti non fuerūt authores, nec apparet ex qua cauſa hoc fuerit introductum, potest præſumi, quod ex aliqua legitima cauſa, argu. in c. 1. de præſcrip. in 6. Tunc etiam, quia conſuetudo potest immutare iuriſ diſpoſitionem, cap. fi. de conſuet. & hoc, cum eſus carnium non ſit de ſubſtantialibus regulę, ita conſuluit Dom. Card. vt re-

- fert in d.c. cum ad monasterium, & ita habes caſum, quando monachi abſque peccato comedunt carnes. Addē etiam & aliū, quando conſestio fieret ex indulgentia Abbatis, d.c. cum ad monasterium, vbi dicitur. Quamquam ex indulgentia poſſit Abbas nunc hos, nunc illos, prout neceſſitas postulauerit, aduocare. Tertius, quando eſſent itinerantes fatigati ex longo itinere, & precipue cum non inuenient aliiquid aliud ad comedendum, facit tex. in cap. fin. de obſeru. iejun. c. licet, de penit. Quartus, si inuitentur a Principe, vel prælato, ita fructuosus Episcopus in cap. carnem, de conſect. dīſt. 5. Quintus, si monachus fit factus Episcopus, vel presbyter parochialis, vt dixit Card. in d.c. carnem, num. 7. & nos diximus in cap. præced. num. 29. Sextus, si monachus commoretur cum Episcopo: quia debet ſe in cibis, & vefibus conformatre cum illo, cap. 1. & fi. dīſt. 4. cap. illa, dīſt. 1. 2. Nona. Abbas † quādo diſpensat quo ad eſum carnium, debet equalitatem ſeruare circa monachios, vt inquit tex. in d.c. cum ad monasterium. vers. nunc hos, nunc illos, & hoc fit, ne ſi ſemper eodem vocaret, oriretur forſan exinde diſcordia inter fratres, & inuidia, argu. C. de bon. qua lib. 1. cum oportet, respon. 1. ante finem. Posſet enim ex nimio fauore vni oſteſo alijs ſcrupuloſo corde moueri, arg. 16. q. 7. cap. decimas. Et iniquū eſt ex vna ſocietate aliū conſequi plus & aliū minus, ff. pro ſocio, l. verum, §. ſi cum tres, & argu. de confli. cap. cum omnes, & §. 1. verific. quod ſi quis. Immo nec ita prouideretur neceſſitatī, & media via placet, c. quārenti, de offic. de leg. & æquitas, c. fin. de tranſact.
- 13 Decima. Licet † in potestate fit Abbatis defiſcientibus peregrinis, & hospitiis, vocare ad ſua mensa quos vult de ſratrib. vt habetur in reg. 56. Tamen ho die laudabiliter faciunt Abbates, conformatre ſe in cibis cum alijs ſuis ſubditis in Refectorio, & dormire in dormitorio: quia ſic melius valent oculo inteligere

ligere quomodo se habeant omnia tam in ecclesia, quam in mensa, tam de die, quam de nocte. & propter bonum exemplum, argumen. eius, quod not. in Clem. ad nostrum, de censib. in verb. si voluerint, & in capit. magnæ, de voto: quia quod agitur à prælatis, cito à subditis trahitur in exemplum, ut ibi, & c. p. cipuc. i. quæst. 3, aliæ tot mortibus digni sunt, quot perniciose exempla, &c. ita glo. in Extr. vas electionis. vers. Abbatibus, de censib.

14 Vnde. Abbas non debet esse pauperrimus, nec nimis austerus circa monachos, sicut nec monachus nimis delicatus, vel nimis importunus. argum. ff. de pignor. act. Lsi seruos pignoratos, in fi. Vnde si monachus debilis est, qui vt non potest communibus cibis, aliæ argotarer, 41. distinct. capit. non cogantur, debet Abbas illi prouidere de cibo competenti absque scandalo aliorum, argum. de paenit. cap. licet, ad naturæ subtilitationem, & non ad crassipulam, ut non possit digeri, vt nota in regula, cap. 39.

### S V M M A R I V M .

- 1 Religiosi in quibus locis teneantur seruire silentium.
- 2 Constationes prælatorum non omnes habent vim præcepti.
- 3 Religiosi quam causam debent habere in loquendo.
- 4 Taciturnitas predicationis in prælato est peccatum, & in religiosis.
- 5 Prelatis malis quibus nominibus vocetur.
- 6 Taciturnitas predicatorio quandoque non est peccatum.
- 7 Pradicari que debent coram indignis.
- 8 Taciturnitas in horis diuinis personis in religiosis est multum reprehensibilis.
- 9 Taciturnitas in peccatorum confessione reprobaratur.
- 10 Taciturnitas mala est in veritatis defensione.

- 11 Predicatione verbi Dei quis efficiunt multis modis indignus.
- 12 Occultare veritatem quandoque fit cum peccato, & aliquando sine peccato.

Silentium quando religiosi tenentur obseruare.

### Cap. XXI.

**H**oc capitulum breviter explabo per has Decisiones, quarum prima fit ista.

Religious in oratorio & in Refectorio, in quo Fratres simul comedunt, & dormitorio, in quo dormiunt, semper silentium seruare debent, & pariter in clauistro, iuxta text. in cap. cum ad monasterium, §. in oratorio, de stat. monach. & habetur in reg. 42. cap. vt post Completorium nemo loquatur. Ex quo tex. nota laudabiles conuentus ecclesiæ approbandas, alias autem in melius commutandas, vt legitur, & not. ext. de constit. cap. cum omnes, ad fi. Non tamen transgredientes huiusmodi constitutiones, vt post Completorium nemo loquatur, peccat mortaliter. Non enim huiusmodi constitutiones habent vim præcepti, sicut nec prælatus statuens aliquid intendit semper ad peccatum mortale velle obligare transgressorum per præceptum. Est autem prælatus, quasi quadam regula animata, vnde stultum esset putare, quod monachus frangens silentium post Completorium, peccaret mortaliter nisi forte faceret contra præceptum prælati, vel in contemptum regulæ. ita dicit Cardin. in cap. carnem, numero 3. de consecr. dist. 5.

Secunda. Quando loquendi licentia religiosis datur, que raro danda est, vt habetur in reg. c. 7. tunc caueant plus loqui quam oportet, vel inutiliter, uel superflue, de quibus non debet haberi sermo, vel cum non decet: quia peccant veniam, ut dicit glo. in cap. unum, & ibi Tertie. nub. 14. dist. 2. f. dist. 43. cap. 8. etor.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

Autor: Nam ut dicit Hieron. in cap. 4. ad Ephes. & habet in e. quoties, 22. q. 5. Quoties loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut conuenit audientibus, toties sermo malus de ore nostro procedit ad destructionem eorum qui audiunt. Consideremus itaque quid loquamur, quia pro omni verbo oioso teditur suimus rationem in die Iudicij. Hac Hieronymus, ergo quid erit de verbo mendaci, iniurioso, elato, detractorio, & laeticio. Sed qualiter quis in supradictis casibus poterit peccare, videat nostras Decis. in 1. par. lib. 2. a.e. 138. usque ad 145. ibi enim ponuntur variae decisiones attinentes ad hanc materiam.

4 Tertia. Licet Monachi † seruare debant silentium, tamen econtra illorum taciturnitas est quandoque peccatum. & primo. Taciturnitas predicationis in praetato, siue doctrinæ, siue in eo, qui habet curam animarum in tempore debito, quo prædicare tenetur, est peccatum mortale, probatur per tex. in cap. si rector, dist. 43. vbi tex. vocat prælatum, qui subditos suos nescit, uel non audet docere, canem: Dicitur etiam † malus prælatus leo rugiens, & lupus, 83. distinct. cap. nihil. Canis impudicus, propter defectum regiminis, 2. q. 7. cap. qui nec. Dicitur etiam coruus, propter peccatorum nigredinem, 2. quæst. 7. capit. non omnis. Dicitur etiam sal infatuum ad nihilum proficiens, 2. quæst. 7. cap. non omnes. Dicitur etiam porcus, dist. 43. cap. in mandatis. Dicitur etiam gallus gallinacius. idest capo, qui ad instar gallinæ non cantat, sic nec malus prælatus. Et sicut capo se impinguat, sic malus prælatus cum querat epulas, & diuitias ponetur in ignem inferni, Esa. c. 22. & 35. dist. c. 1. Arch. in d. c. sit rector. numer. 2. & in §. vlt. dist. 86.

6 Quarta. Licet prælati silentium † in tempore debito, quo prædicare tenetur, sit peccatum mortale, ut pluribus rationibus probatur in d. cap. sit rector. & in c. dispensatio. tamen tacere coram indi-

gnis fidei sacramenta, non est peccatum. Immo tacenda sunt, distinct. 43. cap. in mandatis: quia licet possint prædicari quæ spectant ad mores, uel correctionem, tamen sunt eis occultanda secretiora fidei, iuxta illud Matth. 7. Nolite prejucdere † margaritas, idest divina elo quia ante porcos, idest carnalibus Christianos, qui ut porci in cœno volutatur, nunquam cœlum aspiciunt, sic Christiani sunt, qui in carnalibus immunditijs delectantur, nec aspiciunt cœlum, fallit tamen, quando fideles essent admixti cum immundis, vel infidelibus, quia tunc non essent deneganda divina eloquia. Sic Dominus cum prædicaret Iudeis, non est putandum ipsum dedisse margaritas porcis. Non enim dedit eis, qui capere non poterant, sed eis, qui capere poterant, ita Turrecrem. in d. c. in mandatis, nu. 2.

8 Quieta. Taciturnitas † in diuinis horis persoluendis in religiosis est multe reprehensibilis, cum sint persoluendæ, iux. tex. in cap. dolentes, decelebrat. mis. studiosæ, & deuotæ: Primum pertinet quo ad officium oris, quia debet officium pronunciari uoce articulata, ut recitans cum alio se inuicem intelligat. Clem. 1. de celeb. miss. in Extr. 1. de uita, & honestate cler. Secundum spectat ad officium cordis, 23. dist. cap. psalmista. Igitur peccant, & nullo modo satisfaciunt, qui ore clauso seriem precum sola cogitatione oculis ministrantibus percurrunt, ut nos diximus in Dom. 4. post Pascha de silentio, serm. unic.

Sexta. In peccatorum etiam confessione † multum taciturnitas reprobatur, de penit. distinct. 1. §. item taciturnitas facit tex. in cap. omnis, de penitent. & remiss. uers. omnia. Impium enim est à Deo dimidiare sperare ueniam, e. sunt plures, de penit. distinct. 3. nisi aliquod peccatum religiosus taceret ex legitima causa, uide que diximus in 1. par. lib. 1. cap. 16. num. 11.

10 Septima. Mala est taciturnitas in ueritatis defensione, e. quisquis, cap. noli-

te, 11.q.3. Hinc Religiosi, & prelati dicuntur proditores, si veritatem non defendant, nec prædicant eam, vel si prædicant, non libertè. Turrecr. ibi in d. c. nolite. Cum usque ad effusione fæcum anguis veritatem fiduci Christianæ debeant palam asserere, & non occultare. Præposit. in d. c. quisquis.

11 Hinc nota, quod multis modis quis efficitur indignus verbî prædicatione. Primo propter occultationem verbi Dei etiam propter metum mortis: nam licet naturale sit quemlibet timere, & horre re mortem, vnde Iesus eam timuit, sicut legitur: Cepit Iesus pauorem, & tenebre, tam non debemus ita eam timere, ut propter timore mortis desistamus à verbâ Dei prædicatione, d. cap. nolite. Secundo quis est indignus prædicationis, propter improbitatem proserpentis, 16.q.1. c. adiçimus. Iuxta illud. Quare tu enarras iustitias meas. Vnde gloriosus verba illa. Ne auferas verbum de ore meo, & ex. dicit. In ipso obmutescit facundia, si egra sit conscientia. Cauent ergo ne verbis arguant facta, & ne deformant iniquitatis opera magisterium disciplinæ. Item quandoque laudabile est tace re verbum Dei propter malitiam audientium, 11.q.3. cap. quando, & nos supra. Quandoque propter timorem persecutio nis tacere, malum est, sicut patuit in Petro, qui timore persecutionis Christum negavit, 6.q.1.c. imitate. Rursum

12 vbi † occultatio veritatis alicui obest, & nulli prodest, qui occultat, mortaliter peccat, ut in religioso, vel alio occultante veritatem in testimoniō. Sed vbi occultatio veritatis alicui prodest, & nulli obest, tunc non est peccatum, illam occultare sub aliqua dissimulacione, mentiri vero nequaquam, & ita intelligitur tex. in c. ne quis, 22.q.2.

### S U M M A R I U M .

- 1 Abbates quales deputare debeant officiales.
- 2 Administratores non debent sibi applicar.

- 3 re quod commune est, vel dubitatur.
- 3 Administratores, & officiales si fuerint, & grauissime peccant.
- 4 Familiaris degens in obsequio alienius, se illi suraserit, grauissime est puniendus.
- 5 Administratores debenti esse descrevi, & non prodigi.
- 6 Cellarariis secundum regulam quibus moribus debeat esse ornatus.
- 7 Administratio libera concessa alicui, non intelligitur data potestas dilapidandi.
- 8 Abbas cum sit procurator, & non Dominus, nihil habet.
- 9 Abbas quam eleemosinam possit erogare in pauperes.
- 10 Eleemosinam religiosus administratorem habens potest facere, sed quam.
- 11 Regularis an possit eleemosinam clargiri, num. seq.
- Religiosus an obediatur Abbatii expresse prohibenti eleemosinam in necessitate.
- 13 Administratores possunt revocari per Abbatem, cum oportuerit.
- 14 Prior eleitus, vel si est perpetuus absque causa revocari non potest, sed manus his sic.
- 15 Papa potest prioratum manualem concedere religioso possidendum perpetuo.
- 16 Abbas prioratum à Papa concessum in perpetuum non potest revocare sine causa.
- 17 Administrator amotus ab Abbatie non habet ius contradicendi.
- 18 Prior, qui est post Abbatem, quibus qualitatibus debeat esse ornatus.
- 19 Exemplum multo perfectius verbo.
- 20 Prior debeat habere zelum secundum scientiam.
- 21 Zelus secundum regulam duplex est.
- 22 Scientia humanitatis in zelo, qua debet esse in priore, in quo consistat.
- 23 Abbas quibus morib. debeat esse imbutus.
- 24 Abbas in omnibus etiam in dubio est ob diendum.
- 25 Mensa Abbatis licet debeat esse cum his suis, & peregrinis, frequenter iamē Abbas debet esse cum fratribus.
- 26 Abbas debet esse vigil de omnibus.
- 27 Abbas, qui regule invenitus est pranaricator, deponendus est, pranaricator Abbas.

- bus quando dicatur, sub num. 27.  
 28 *Abbas propter negligenciam potest renunciari.*  
 29 *Abbas renuncians Abbatia, remaneat monachus illius monasterii, ubi professio nem emisit.*  
 30 *Abbas an dispenseat quod monachus habeat proprium, vel non servet continentiam.*

De quibusdam decisionibus circa officia & administrationes religiosorum. Cap. XXII.

**R**IMA Decisio. Ad † officia tales dnt deputari fideles, vt non furentur, vel subtrahant, seu sibi delitias faciant, vnde alijs egeant, capit. cum ad monasterium, versic. tales, de stat. monach. cap. ratio, de probend. vbi ratio nulla permittit, vt quod pro communis utilitate datum esse cognoscitur, proprijs cuiusquam vibus applicetur. ad idem cap. sicut hi, versic. proprium, dist. 47. 16. quæst. 1. c. si. de tem. c. relatum, 2.

Secunda. Non solum administratores † non debent sibi applicare id, quod pro cōmuni utilitate datum esse cognoscitur, unde quod legatur ecclesia, aut monasterio, neque Episcopus, neq; Abbas sibi debent appropriare, quia nemo debet dicere proprium, quod cōmune est, d.c. sicut hi. Sed etiam si dubitetur: quia communis utilitas preferenda est priuat. ext. de postu. c. bonz, el 1. & in dubio pro ecclesia iudicandum est, vt no. de pecu. cler. c. 1. igitur non est appro priandum, & proprijs vibus applicandum id, quod est Ecclesia, vel monasterij. Absurda enim, & inconveniens est societas, quæ se splendide uelit, vescit, & reficit. & socios algere, & esurire permittit, vt conqueritur Hict. 93. dist. c. diaco ni, à medio c. usque, ad finem.

Tertia. Deputati † ad officia si surentur, grauissimè peccant, cum furtum sacrilegio admixtū perpetrauerint: sum-

mē enim offendit persona illa ecclesiastica, quæ plus ceteris deber sacra tueri. uel bona sibi commissa, si illa uiolat, aut offendat in eis. Hinc seueriori poena puniendus est à iudice ecclesiastico clericus, qui degit in obsequio alicuius, † si furtum committat, & de iure ciuili script. Iohann. Faber in §. alia, Instit. de publ. iud. quod talis familiaris est pro primo furto suspendendus: nam quis domesticos fures ualeat effugere, nisi eos seuerior poena, quam alios à tanto facinore retrahat, ut inquit Bern. Diaz. in sua praxi criminis in verb. fures.

Quarta. Tales debent eligi † ad officia qui sint discreti, & non prodigi, sed prouidi, alias fidelitas non sufficeret, d.c. cum ad monasterium, uers. Tales, & tales, qui sciant domum sui bene prouidere, 47. dist. c. sicut hi, s. necesse, nam ut dicit ibi Ambros. Qui in re minima, de qua sibi familiarior cura debet inesse, si delis non est, quomodo in ecclesia Dei (ubi tot sunt & alieni) sollicitam diligentiam adhibebit. Vnde, & † in regula, c. 31. dicitur, quod Cellarius debet esse sapiens, matus moribus, sobrius, non multum edax, non clatus, non turbulentus, non iniuriosus, non tardus, non prodigus, sed timens Deum, qui omni congregationi sit, sicut pater.

Quinta. Concessa † libera administratione alicui, non intelligitur ei data potestas dilapidandi, uel donandi, licet secundum Innocent. maior sit potestas prelatorum, quam aliorum administratorum, sicut appareat in cap. cæterum, de donat. ita Abb. in cap. ueniens, num. 21. de praescript.

Sexta. Quāuis Abbas † nihil habeat, cum sit procurator, & non Dominus, 12. quæst. 1. cap. si priuatum, per consequens uidetur, quod nihil dare possit, 1. quæst. 7. cap. Diabertum, 54. distinet. cap. Abbatii, 12. quæst. 2. cap. quisquis, de iure patr. cap. quod autem, in fi. & de stat. mon. c. cum ad monasterium, in fi. tamē potest erogare † in pauperes, quam erogationē facere potest quilibet prelatus

con-

con siderata consuetudine, & facultate ecclesiæ, quia non debet erogare ad ni-  
miam quantitatem, arg. tex. in c. ceterū,  
de don. c. non satis, d. 86. Exemplum; Si  
eis est consuetudo in terra, ubi Abbatia  
est, quod Abbas det 20. uel 50. solidos  
pro puella maritanda, nam tunc hoc po-  
test facere siue in uita, de testa. c. ad hoc,  
siue in morte, ex tit. c. relatum, 1. ubi est  
consanguineis, immo in hac erogatio-  
ne non est necessaria consuetudo: quia  
eleemosinam debet facere prælatus de  
rebus ecclesiæ, 16. q. 1. cap. quoniam, ita  
Abb. & glo. in c. ceterum, de donat.

10 Septima. Prælatus† non solum potest  
eleemosinam facere, sed etiam quilibet  
religiosus habens dispensationem à pre-  
lato commissam, secundum quod est si-  
bi commissum, iux. D. Th. 2. 2. q. 12. Sed  
potest etiam prælatus facere donatio-  
nem, c. ceterum, de donat. Non quidem  
de rebus immobilibus, aut mobilibus  
pretiosis, nec de pecunia, quam aliquis  
Episcopus religiosus acquisuerat, quia  
illa cœlit Episcopatu, sed de redditibus  
ecclesiæ, uel aliquam rem mobilem cum  
causa rationabili, moderatè, etiam ces-  
fante consuetudine. ita Cardin. in cap.  
ceterum, de donat. Sed cessante causa  
rationabili requiritur consuetudo, ut  
possit donare rem mobilem ecclesiæ, ita  
Abb. in d. c. ceterum, nu. 4.

11 Octau. Monachus, qui nihil haberet  
proprium, & nec alia præter necessaria,  
licitè percipere potest, cap. alia, 16. q. 1.  
non potest facere eleemosinam, nisi ha-  
bet administrationem. glo. in Clem. 2.  
vers. sed & tales, in uerb. conuertendit,  
de uita & honest. clericu. tunc enim se-  
cundum Lau. non facit nisi quod iuris  
est: cum quicquid haberet ecclesia, sit  
pauperum, 16. quæst. 1. cap. quoniam.  
ad hoc de donat. cap. ceterum, de testa.  
cap. relatum, §. licet. Quæ quidem ele-  
emosina debet fieri iuxta quod sibi com-  
misit Abbas, ut diximus in decis. præ-  
cedenti, alijs sit moderata, arg. d. cap. cę-  
terum. Si tamen non habet admini-  
strationem, secus, nisi cu Abbatis licentia,

12

ut not. glo. 12. q. 1. cap. non dicatis, uel in  
actu extrempæ necessitatis, cum ex prece-  
pto tenetur, arg. 80. d. c. non satis, & c.  
pasce, etiam Abbatæ hoc expresse prohi-  
bente, ut dicit Do. Card. in d. Clem. 2.  
q. 5. cum magis Deo, quam hominibus  
sit obediendum, 1. q. 5. c. Iulianus, 18.  
dift. c. contra, 10. q. 5. c. qui refutat.

Nona. Instituti in administrationi-  
bus si reuocantur per Abbatem cum o-  
portuerit, cum in dispositione Abbatis  
cuncta consistant, cap. cum ad monaste-  
rium, uers. tales, de sta. monac. Hinc Ab-  
bas potest ad suum libitum remouere  
priorem manualem, vt sunt commenda-  
tores, institutores, & preceptores, de  
quibus in cap. cum deputari, de iudi. in  
d. §. tales, uers. nec alicui, Bar. in auth. in  
gressi, C. de sacrosanct. ecclæ. Innocen-  
tia cap. in suante, qui cler. uel uou. fa-  
citat hoc glo. in Clem. & si principa-  
lis, super uerb. electionem, de rescript.

14 uerum† si prior per electionem assume-  
retur, uel esset perpetuus, non posset ad  
nutum reuocari sine causa, & institu-  
tionibus regule seruatis, cap. 2. §. priores,  
de stat. mona. licet prior manualem pos-  
sit sine causa reuocari, ut per notata  
per Ioan. And. in c. cum singula, de præ-  
ben. in 6. Papa uero† potest prioratum

15 manualem, seu claustralē concedere  
religioso possidendum ab eo toto tem-  
pore uitæ suæ, quod secus est in Abba-  
te, d. cap. cum ad monasterium. ita tex.  
apertissimum in c. cum inter R. ibi, dum  
uiueret possidendos. de elect. ubi Abb.  
in 3. notab. colligit hoc, sentit Innocen-  
tia cap. si. qui cle. uel uou. Quem textum  
diligenter notabis pro limitatione c. por-  
recta, & cap. ad nostram, de confirm.  
utili. ubi habetur, quod non potest religio-  
so concedi prioratus ad uitam: quia  
illa iura procedunt, nisi Papa illud faciat

16 ex certa scientia. Quo† casu Abbas no  
posset illum remouere sine causa, quia  
quo ad illum prioratum est obedientia-  
rius Pape, & non Abbatis, sed remane-  
bit in alijs subiectus Abbati, ita Abb. in  
d. c. cum inter R. nu. 10.

# Decis. Aureatum Par. II. Lib. III.

- 17 Decima. Administrator † amotus ab Abbatе, non habet ius contradicendi, ita tex. in d.c. cū ad monasteriū, §. tales, vers. sine contradictione, de statu monachor. vnde non potest appellare, de appellat. cap. reprehensibilis, & cap. cum speciali, de simon. cap. per tuas, in fine, caueat autem Abbas, ne zelo, uel inuidia vrat animam suam, quia de omnibus suis iudicijs redditurus est Deo rationem, vt legitur in regula 65. capit. in finem. ita Hostien. Ioan. And. & Cardin. in dicto §. tales. An autem amotus possit implorare officium iudicis, diximus supra, quod sic, in duobus casibus, vt per Franc. in capit. cum singula, de præben. in 6.
- 18 Undecima. † Prior, qui est post Abbatem, & vocatur in regula Sancti Benedicti propositus, in cap. 65. vbi dicitur, quod Propositi existimantes se esse secundos post Abbatem, assumentes sibi tirannidem, scandalum nutriunt, & ceter. debet esse potens in opere, & sermone, vt exemplo virtutis, verboque doctrina fratres suos, & instruere possit in bono, & à malo etiam reuocare, cap. cum ad monasterium, §. prior, de statu monach. sic de offic. ordin. cap. inter cetera, & habetur Luca cap. vltimo, vbi nota, quod in dicto §. prior, † præmittitur de exemplo: quia perfectius. Vnde Seneca in Epistola 6. longum iter per præcepta, sed breve iter per exempla, & Hieron. super Mar. in fine. Terra multis plena miraculis, vbi fidelium credulitas plus actibus, quam lectionibus egreditur. Idem ad Oceanum. Caput artis est docere quod facias. Et ad Fabiolam. Multo plus intelligitur quod oculis viderit, quam quod aure percipitur. Ioan. And. in d. §. prior, in c. cum ad monasterium. nu. 16.
- 20 Duodecima. Prior † debet habere zelum secundum scientiam, vt delinquentes corripiat, & flagellat, & obedientes foueat, & confortet, dicto §. prior. Vbi nota, quod duplex est zelus. † Malus, ducens ad infernum, & bonus, du-
- cens ad Deum, ut habetur in regu. cap. 72. sunt enim aliqui religiosi adeo zelatores religionis, quod in nimiam austritatem incident, Hi tales non habent zelum secundum scientiam, vt debent habere, ita dicto §. prior. Nam zelus secundum scientiam est, vt delinquentes corripiat cum humanitate, cogitans seipsum, & puniat iuxta regulam, & apostolica instituta, eodem tit. cap. ea, quæ, & obedientes foueat: nam debet obedientia prodeesse obedientibus, & contemptus obesse rebellibus, de postul. cap. primo. Rursum haec scientia † humanitatis cum zelo in eo etiam consistit, vt licet ieunium à priore sit strangendum propter hospites, tamen fallit, si forte dies præcipui essent ieunij, qui non possunt violari, vt in regu. c. 12. de hosp. recip.
- 22 Tertiadecima. Abbas † sicut legitur in reg. cap. 64. de ordin. Abb. in ipsis imperiis suis debet esse prouidus, & consideratus, siue secundum Deum, siue secundum seculum sive opera, quæ iniungit, vt ipsa scilicet temperet ex exemplo Iacob dicentis Genes. 23. si greges meos plus in ambulando fecero laborate, morientur cuncti vna die, & fratribus infirmis, & delicatis tam operam iniungat, vt nec ociosi sint, ne violentia laboris opprimantur, vt in regul. De opere manu. quotidiano, in fin.
- 24 Ei † tamen in omnibus obediendum est iuxta posse, vt habetur in dicto cap. cum ad monasterium, §. Abbas: quia tota potestas monasterij pertinet ad Abbatem, 18. quart. 2. cap. nullam. Vnde, & in dubio parendum est, 23. quart. 1. cap. quid culpatur.
- 25 Quartadecima. † Liecit mensa Abbatis debeat esse cum hospitiis, & peregrinis, ut in dicto cap. cum ad monasterium, tamen debet esse frequenter cum fratribus in conuentu, dicto §. Abbas; vnde dicit gloss. in verb. Abbates, in exerc. vnic. de censi. Honestè sacerdentibus Abbatibus contentari comedere cum alijs in refectorio, & dormire in dormitorio;

vt melius valerent oculo intelligere, quomodo se habeant omnia tam in eccllesia quam in mensa, tam de die, quam de nocte.

26. Quintadecima. † Abbas debet vigilem curam, & diligentem sollicitudinem gerere de omnibus, ut de officio sibi eompasso dignam Deo possit reddere rationem: dicto §. Abbas, cum de omnibus iudicijs suis redditurus sit rationem, ut in reg. cap. 64. de offic. Archi. cap. 1. & de offic. ordin. cap. irrefragabili. Quare oportet pastorem vigilare, capit. vt singula, de offic. Archipresbyt. & maximè circa reverentiam divini cultus, & utilitates sui monasterij, ut patet 18. quaest. 2. cap. nulli. Vnde non debet vagari pro libito voluntatis. Archidiac. in cap. 2. ne cler. vel monac. num. 4. qui etiam dicit, num. 1. quod debet esse follicitus vt monachus suo claustro sit contentus, ut 16. quaest. 1. cap. qui vere, & cap. placuit 2. cum à canone ei hoc pricipiat, ut intra claustra moretur, vt ead. quaest. cap. iuxta: nam mortuus dicitur esse mundo, ut in præalleg. cap. placuit. Vnde debet in solitudine contemplationis manere quantum est in se, eadem quaest. cap. si cupis, in princip. Dixi quantum est in se, quia Abbatii præcipienti sacris literis intendere monachū, ille obedire tenetur. Ut tamen Monachus possit in sacris literis intendere, duo præcipue requiruntur. Primum est, vt obedientia cogatur: quia ex se semper debet velle in claustro manere, vt supra diximus. Secundo exigitur, vt intentio bōrum non sit ad vanam gloriam, sed ad sapientiam aspirare. Hodie vero in monasterio, quorum superpetunt facultates, Abbas teneredebeat in agistro, qui monachos instruat, ut in Clement. de statu monachor. ne in agro, §. penul. & bene ita obseruant noſti prælati.

27. Sextadecima. Abbas, † qui inuentus fuerit Regule prævaricator, aut negligens, deponendus est per Diocesanum, nisi sit exemptus, dicto §. Abbas, & ibi

Ioan. Andr. num. 20. Prævaricator vero est, qui regulam prædicat, & eam non obseruat, vel qui exterius videtur religiosus in habitu, & interiori, sicut testantur opera, est lupus rapax, arguiss. de his, quæ not. infam. l. athletas, §. pen. de prævar. l. 1. & 2. Matt. c. 7. Attende te à falsis prophetis. Vcl prævaricator dicitur, qui fallas culpas imponit subditis. Ioan. Andr. vbi supra, num. 19. Item si est negligens, aut remissus, est remouendus, d. §. Abbas. vnde nota, quod propter negligentiam Abbas potest remoueri, de sta. mon. c. fin. §. quod si Abbas & c. si quis Abbas, 18. q. 2. 8. l. dist. cap. dictum, distin. 100. c. quoniam, cum simil. Quod verum est, si sit magna negligencia, & supina, 1. q. 1. cap. quicquid. l. magna, ss. de verb. sign. Vnde Hugo de claustro animæ ponit 12. abusiones claustris, de quibus eo. tit. in glos. in Clem. ne in agro. Inter quas prima est prælatus negligens. Qui quidem depositus monachus remanet, & ager poenitentiam, si cut alius Frater secundum Abbatis iudicium, & regulam, vt legitur in regula, cap. 23. 24. & 25.

29. Decimaseptima. Abbas † renuncians Abbatiz, renonet monachus illius monasterij, vbi professionem emisit, & ita obseruator. Tum quia melior debet esse conditio eius, qui culpa caret, quam eius, qui culpa non caret, 16. quaest. prima, cap. legi, sed depositus, qui præsupponit culpabilis, l. filii, §. lenator, si ad municip. cap. at si clerici, de iudic. cap. super his, cap. qualiter, el 2. de accusat. remanet monachus, vt dixi in præced. decisione, ergo multo magis renuncias, cum possit fieri renunciatio sine culpa. Tum etiam, quia si non remaneret monachus, daretur materia vagandi, contra id, de præben. in 6. cap. cum singula. Tum quia cum proprium non habeat, in opprobrium ecclesia mendicaret, 93. dist. cap. diaconi.

30. Decimaoctava. † An possit Papa dispensare, quod monachus habeat proprium, vel quod non seruer continen-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

tiam, vide que diximus in nostris decis.  
lib. 3. c. 5. de regul. Franc. in rubr. circa si-  
nem, de testam. lib. 6.

## S V M M A R I V M .

- 1 Preceptum confessionis in laicis est semel in anno.
- Sed quid in monachis. nro 6.
- 2 Clerici debent sumere seunium à domini ca Quinquagesima.
- 3 Papa habet potestatem disponendi super sacramenta, licet non tollendi.
- 4 Communio secundum distinctionem temporum diversimode fuit statuta.
- 5 Communio à monachis debet fieri singulis mensibus, licet aliqui ex causa fini impediti.
- 6 Dies Paschatis quando incipit circa communionem.
- 7 Communio facienda singulis mensibus extenderit ad omnes monachos, & moniales, nro 8.
- 9 Monachi tempore generalis interdicti debent abstinere à communione.
- 10 Item ex causa, si sunt inhabiles.
- 11 Item si non sunt in monasterio.
- 12 Communio non omittetur, si in prima dominica mensis occurrit festum solene.
- 13 Religiosorum pena conferentium eucharistiam laicis, vel clericis.
- 14 Clerici seculares ministrantes eucharistiam, vel extremam unctionem scient peccant mortaliter.
- 15 Clerici praefetti ecclesie parochiali, possunt sacramenta ministrare.
- 16 Religiosus tantum, qui est religionis probata, incidit in excommunicationem, ministrans sacramenta.
- 17 Idem religiosus novius.
- 18 Excommunicatus est manus iniiciens in nouitium religiosum, etiam si sit pater.
- 19 Religiosus nouitus gaudet privilegio Canonis, & scholaribus, an incidat.
- 20 Laici ministrantes sacramenta non incident in penam.
- 21 Convenerit religiosi nec in illam incidentur.
- 22 Moniales etiam à pena excommunicationis ob eandem causam sunt exclusae.
- 23 Religiosi ministrantes sacramenta alii religiosi, an incidant.
- 24 Religiosus ministrans sacramenta parochiano nec incidit.
- 25 Religiosi ministrantes sacramenta mercenariis, & scholaribus, an incidant.
- 26 Religiosi ministrantes sacramenta sine vita, siue in morte, incidentur in censoriam.
- 27 Religiosi an possint sacramenta conferre in monasterio. Et quid si ex privilegio conferant, nro 28.
- 29 Religiosi ex privilegio conferunt sacramenta hospitiis, peregrinis, & infirmis in monasterio.
- 30 Ministrans alius sacramentum Eucharistia, vel confessionis in peccato mortali ster peccat.
- 31 Sacerdos in multis casibus debet uti flora, inter quos est, quando ministrat Eucharistiam.
- 32 Sacerdos an in supradictis casibus, de quibus, nro 31, veniat excommunicandus.
- 33 Faciens contra Canonem non semper peccat mortaliter.
- 34 Sacramenta ministrans an debeat illa de negare peccatoribus.
- 35 Religiosi quoties obligentur celebrare, vel eis melius sit quotidie celebrare, quanto abstinere.
- 36 Religiosis non licet ungere infirmos, nisi habeant curam animatum.

Qualiter Monachi tencantur ad Communionem, & Confessionem; & an possint ministrare sacramenta. Cap. XXIII.

**P**RIMA, licet sit preceptum solum semel in anno confiteri, de penit. c. omnis, vbi dicatur, quod saltet semel in anno debet quilibet confiteri, & communicare: tamen secus est in monachis, qui debent confiteri, & comunicare semel in mense; Clement. ne in agro, §. sancte, de stat. monach. vbi glos. in

in verb. mensibus, dicit, quod arctantur monachi singulis mēsibus, ad quod fideles arctantur singulis annis, & hoc quia propter religionis perfectionem debent aliquid addere ad pensum sanctæ institutionis, 4. distinc. cap. deni-  
2 que, vbi † à Dominica quinquagesimæ clerici debent sumere initium ieiunij.  
3 Et ex hoc nota, quod licet † Papa non possit tollere sacramenta, habet tamen potestatem disponendi super sacramen-  
tis. Nam quondam dispositum erat,  
quod saltem ter in anno communicare-  
rent, de consecr. dist. 2. cap. & si non fre-  
quentius, postea sicut dispositum, quod  
saltem semel, d.c. omnis. & aliter quo ad  
monachos, ut in d. §. sanè.

4 Secunda. Secundum † distinctionem  
temporum, & statum diuersum Eccle-  
siae, diuersa rationabiliter statuta à san-  
ctis patribus emanarunt circa commu-  
nionem. Nam in primitiva ecclesia,  
quando magis vigebat deuotio fidei  
Christianæ, statutum est, ut omni die  
fideles communicarent, cap. peracta, de  
consecrat. distinc. 2. Dum uero circuit  
populus credentium, minus fideles e-  
rant seruentes, unde Isa. 9. Multiplica-  
sti gentem, & non magnificasti lati-  
tiam: quocirca minus parati erant ad  
communionem, unde statutum sicut,  
ut communicarent diebus dominicis,  
extra de Paroch. capit. 2. Deinde cum  
nec hoc seruatetur, induxit Fabianus  
Papa, ut si non frequentius, saltem ter  
in anno communicarent, in Pascha, in  
Nativitate Domini, & in Pentecoste.  
capit. & si non frequentius, de conse-  
crat. distinc. 2. Soother etiam Papa  
instituit, ut etiam in Cœna Domini  
omnes communicarent. eadem distin.  
cap. in cœna. Postmodum uero propter  
iniquitatibus abundantiam refrigercente  
charitate multorum statuit Innocen. in  
d. capit. omnis, ut saltem semel in anno  
scilicet in Pascha fideles communiquerent,  
ita D. Thomas & Alexander, & Alber-  
tus concordant, ut refert Turrecre. in  
d. c. et si non frequentius. Et Clem. V.

statuit, ut Monachi saltem semel in  
mense, d. §. sanè.

5 Tertia. Licet ex iusta † causa aliqui  
Monachi sint excusati à communican-  
do, non tamen aliquibus impeditis omnes  
excusantur. d. §. sanè. ver. omnes, &  
singuli. Concordant iura in cap. nimis.  
1. & 2. in fin. de excess. prelat. Quæ uer-  
ba ideo addita sunt ad cautelam, ne fri-  
uola occasione aliqui dicerent, sub uni-  
uerſali vocabulo singulares personas nō  
comprehendi, tanquam aliud sit vnuer-  
itas, & aliud singuli. Vel dicerent se nō  
teneri, si essent iusta causa excusati qui-  
dam eorum, ut sic aliquibus impeditis  
omnes excusarentur, ita Dom. Card. in  
d. §. sanè, nu. 1.

6 Quarta. Sicut † ex præcepto Eccle-  
siae tenetur homo singulis annis in die  
Paschatis communicare, d. cap. omnis,  
quod quidem præceptum adimpletur à  
Dominica in Palmis, usque ad Dominicam  
in Albis, ut patet per Extrauagantem  
Eugenij 1111. quam eitat Ca-  
ietan. in verb. Communio. sic Monacu-  
sus tenetur ex præcepto saltem semel  
in mense, ut nos diximus in nostris de-  
cis. in 1. parte lib. 2. de sacr. comm. nu-  
me. 36. cap. 38.

7 Quinta. Licet glo. 2. in verb. singuli  
in d. §. sanè, dicar sub dubio dictam con-  
stitutionem esse dilatandam quo ad alios  
monachos, quod satis est honestū.  
Tamen Paul. in d. §. dicit sine dubio ex-  
tendi non solum ad monachos nigros,  
sed etiam ad alios: cum hac interpre-  
tatio sit honesta, & expediens, & hæc  
opinio est magis communis: quia licet illa constitutio disponat de mona-  
chis nigris, tamen & in alijs locum ha-  
bet quo ad hunc §. ita tenet Cardin.  
in quæstio. 3.

8 Sexta. Non solum monachi, † sed  
& Moniales tenentur ex præcepto con-  
fiteri, & communicare semel in mense,  
computando mensem eo modo, quo  
dicitur in glo. in cap. quam sit, de elect.  
lib. 6. & ratio est: quia masculinum com-  
prehendit femininum, 17. quæstio. 4.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

cap. si quis suadente, de elect. cap. generali, lib. 6.

9 Septima. Licet monachi debeant comunicare saltem semel in mense, tamē fallit in † aliquibus casibus. Quorum primus tempore interdicti, nam saltem tempore generalis interdicti monachi abstinere debent à Communione, de sponsal. capit. non est, de pœnitent. cap. quod in te, de sentent. excommun. cap. responsio, & lib. 6. e alma mater, §. quia verò, & §. in scilicet iustificatis. Quid intellige, ut supra diximus in 2. par. capit. 1. 10 num. 3. & 34. Secundus † ex causa, facit tex. in cap. omnis, de pœnitent. & remiss. Vnde cum subest causa, debent abstinere, alias iudicium sibi manducarent, de consecrat. distinct. 2. cap. timorem. Et hoc donec reddant se habiles abstinendo à peccato, propter quod erant inhabiles, & ad hoc compelli possunt, de consecrat. dist. 2. cap. & si non frequentius, & ca. si quis. Tertius si con- 11 tingat monachum non esse in monasterio, licet teneatur singulis mensibus cōfiteri, ut supra diximus, non tamen tenetur communicare, d. §. sanè, in verbo, Monasterijs : & ratio differentiaz inter Confessionem, & Communionem est, quia plus necessaria est confessio, qua est pars pœnitentiaz propter proutatem ad peccandum, quam communio, sine qua quis saluus esse potest, pro hoc quod not. de transact. cap. veniens, secundum Gen. sed haec ratio ultima non vrget. Nam etiam sine pœnitentia quis potest saluari, si haberet propositionem confitendi, & praeventus morte non confiteretur, modo moriatur contritus, de pœnit. distin. prima, §. primo, vers. Petrus. Igitur vera est ratio præcedens, quod plus est necessaria confessio, qua est pars pœnitentiaz. ibi Zabar. Quartus si ex rationabili causa proroga tetur ultra mensem de licentia superiores per aliquos dies, facit tex. in cap. omnis, de pœn. & remiss.

12 Octaua. Si prima † Dominica mensis occurrit festum solemnne, puta Re-

surrectionis, Pentecostes, vel Patroni monasterij, non per hoc omittetur communionio, quia quanto maior est solemnitas, tanto studiosius disciplina regularis est obseruanda, de statu monachorum, cap. cum ad monasterium, §. in refectorio. Facit tex. in cap. fin. de obsecu. ieiuni. glo. in dicto §. sane verbo. in prima. Et haec quo ad communionem faciendam ab ipsis. Verum quoties Religiosi Sacerdotes teneantur celebrare, & an melius sit quotidie celebrare, vel ob reuerentiam abstinere, diximus in nostris decision. prima parte, lib. 2. c. 39. num. 6. & 12.

13 Nona. Religiosi, † qui clericis, aut laicis Sacramentumunctionis extremae, vel Eucharistie ministrare, matrimoniave solemnizare sine parochialis presbyteri licentia speciali presumperint, excommunicationis sententiam incurront ipso facto per Sedem Apoloticam dumtaxat absolviunt, Clem. 1. de ptiuileg. Et ideo haec tria specialiter religiosis prohibentur, quia per hoc præjudicaretur presbytero parochiali. ita Matth. in d. Clem.

14 Decima. † Clerici seculares si ex certa scientia prædicta sacramenta ministrauerint, licet peccent mortaliter, ut nos diximus in nostris decision. in prima parte, cap. 13. non tamen incurront excommunicationem: cum tamen dicta Clement. loquatur de religiosis. & per consequens clericos seculares excludat. ita glos. 1. in dicta Clem. quam sequuntur ibi Doct.

15 Undecima. Religiosi † ministrantes dicta sacramenta, non comprehenduntur, si illa ministranterint suis parochianis. Si sunt præfetti ecclesijs parochialibus. Sed si ministrauerint suis non parochianis, tunc in excommunicationem incurront. ita glossa, de decimis, Clement. 1.

16 Duodecima. † Non quicunque religiosus ministrans sacramenta prædicta, incidit in excommunicationem, sed tantum is, qui est religionis approbat, qui

qui est religionis non approbat, non  
est religiosus, de relig. domi. ca. vlt. & c.  
vni. de voto. lib. 6. not. in cap. vt pericu-  
lofa, ne cler. vel monach. lib. 6. iii glos.  
2. qua optimè facit. & cum hæc sit pœ-  
na, necesse est vt verificetur qualitas ve-  
ti religiosi, quia odia restringi, & fau-  
res conuenit ampliari, regu. odia, de re-  
gu. iur. in 6.

17 Tertiadecima. Religiosus † nouitius  
si ministrat sacramenta, incidit in ex-  
communicationem, arg. tex. in cap. religio-  
so, de senten. excommunic. lib. 6. vbi  
injiciens manus in nouitium etiam nō  
professum, incidit in sententiam excom-  
municationis, c. religioso, §. 1. de sent.  
excomm. lib. 6. Quod procedit, etiam si  
18 talis injiciens sit eius pater: † quia licet  
eius pater possit filium suum impuberē  
revoicare à religione, & coram superio-  
re repetrere, vt in cap. 1. de regul. non  
posset tamē eum violenter à religione  
retrahere ab eius habitu, maximē si talis  
sit clericus, argum. cap. eum qui, de  
præbend. in 6. & l. si quis in tantam, C.  
vnde vi. Vnde non obstat, cap. cura vo-  
luntate, de senten. excommunic. vbi pa-  
ter verberans filium clericum, non in-  
cidit in excommunicationem, quia ibi  
pater verberat filium causa correctio-  
nis, sed hic non potest cadere corre-  
ctio. ita Ioan. And. in d. cap. religioso,  
numero 1. Cum nouitius dicatur per-  
sona ecclesiastica, cap. duo, 12. quæst. 1.  
19 & gaudet † priuilegio ecclesiastiq. per-  
sonæ non solum quo ad priuilegium  
Canonis, si quis suadente, d. §. quam-  
uis, sed etiam priuilegio fori, vnde est  
coram ecclesiastico conueniendus, se-  
cundum Archid. in d. cap. religioso, in  
f. vbi dicit, quod negari non potest,  
quoniam talis non sit religiosus quo ad iu-  
risdictionem, & tuitiōnem ecclesiast. nā  
talis non est conueniendus coram iudi-  
ce seculari, sed coram ecclesiastico tan-  
tum, argum. tex. in l. quæst. religioso, s. de  
rei vendicat. 12. quæst. 1. cap. ecclesiasti-  
cum seruos, 16. quæst. 1. cap. similiter.  
Sic etiam debet sentire onus, Clement.

recolectes, de sta. mon. regu. qui sentit; i.  
lib. 6. & per consequens ministrando sa-  
cramēta incidit in excommunicationem.

20 Quartadecima. Laic⁹ haec sacramen-  
ta, de quibus nu. 13. ministrantes, non  
incident in pœnam in d. Clem. quia ta-  
les non dicuntur ministrare, sed abuti,  
de consuet. & quanto, sed sunt aliter pu-  
niendi. Nec etiam se extendit † talis  
constitutio ad conuersos religiosos mi-  
nistrantes supradicta sacramēta, ex quo  
non habent ordinem: quia prius perso-  
na, quām iuris ratio querenda est, Lqui  
dam, s. de iure codicil. Nec etiam habet  
21 locum † in monialibus. & non obstat  
tex. in c. si quis suadente, 17. q. 4. quia illud  
ideo est, quia a clausis percutiendi cleri  
cum est communis, & ita competit sœ-  
minie, sicut masculo, nam est medi facti,  
sed ministrare sacramenta sapit ius, &  
nō competit nisi habentibus ordines ec-  
clesiasticos, vnde cum feminæ non sint  
capaces ordinis, c. noua, de pœnit. & re-  
miss. non videtur iurislator eas include  
re. cap. indemnitatis. §. fin. de ele-  
ctio. lib. 6.

Quintadecima. Cum religiosi tantū  
in excommunicationem incidunt, qui  
ministrant sacramenta clericis, aut lai-  
cis, fit † vt ministrantes religiosi ciu-  
dem monasterij, nullo modo incident, de  
sta. monac. Clem. ne in agro. §. sane.  
Sed si ministrant religiosi alterius mo-  
nasterij, quamvis male faciant; non ta-  
men locus est pœna excommunicationis,  
cum de ipsis religiosis in d. Cle-  
men. 1. non caueatur, argum. de elect.  
cap. statutum, lib. 6. reg. in pœnis, eod.  
lib. Licet Lopus dicat, quod verbum elo-  
ricus, locum habet in clericis seculari-  
bus, & regularibus, quod est tutius. Za-  
bar. ibi q. 7.

24 Sextadecima. Nec † comprehendit  
tut religiosus, ministrans predicta sacra-  
menta ipsi parocho: quia cum potuit pa-  
rochus dare alteri licentiam, ergo &  
sibi. Nec ille, qui est assumpitus ab  
ipso parocho in suum adiutorium ad  
ministrandam Eucharistiam in die Pa-

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- schæ, modo sit licentia Abbatis, arg. 16. quæst. 1. cap. placuit, de postul. cap. 2. de elect. in 6. cap. si religiolus.
- 25 Decimaseptima.** Religiosi † ministrantes sacramenta predicta scholari- bus, & mercenatijs, & personis simili- bus, qui habitant extra parochiam abs- que licentia parochi in cuius parochia habitant, incident, ita glo. in d. Clem. 1. nam statim cum quis vadit ad habitan- dum in certa parochia, intelligitur ibi fieri parochianus, nisi accesserit causa recreationis, vel ob aliam causam tem- poralem statim reuersurus ad propriam parochiam, quia tunc secus, de se pult. cap. 15, qui, lib. 6.
- 26 Decimoctaua.** † Religiosi mini- strantes eucharistiam sive in vita, sive in morte, in talem excommunicatio- nem incident, d. Clem. 1. ponderando ibi Eucharistie, & non dicit viatici. Et non obstat tex. distin. 50. pœnitens, in sive, vbi dicitur, quod omnibus detur viaticum: quia intelligitur ab omnibus qui illud possint.
- 27 Decimanona.** † Quamuis ecclesi- astica sacramenta non licet religiosis co- ferre, cap. interdicimus, 16. quæst. 1. & hodie definitum est in Clem. 1. de pri- uil. tamen intelligit Cardi. ibi. extra mo- nasteria. Non enim licet dare pœnit- tencias, & conferre extremam vñctio- nem. Hodie vero possunt religiosi per rotum annum, qui nostris priuilegijs gaudent, singulis Christianis ministra- re Sacramentum Eucharistie, ita con- stat ex priuilegijs Eugenij III. & Sixti IIII. qui tantum exceptit diem Resurrectionis Domini. Item ex Inno- centio V III. qui concessit quod etiam non deputari ad audiendas confessio- nes monachi sacerdotes possint de li- centia suorum superiorum Euchari- stiam laicis ministrare. Item Pius Pa- pa I. concessit oracolo uine vocis quod patres, & fratres possint conferre ecclie- siastica sacramenta hospitibus, peregrini- nis, & famulis infirmatibus in monaste- rijs nostris, et in die Paschæ, vid. nu. 26.
- 30 Vigesima.** Ministrans alijs sacra- mentum Eucharistie, si est in peccato mor- tali, mortaliter peccat. Quod idem di- cendum de eo, qui in peccato mortali confessiones audiret: quia omnis, qui est reus peccati mortalis, & sacramen- tum recipit, vel ministrat, mortaliter peccat, c. illud dist. 95. Non tamen sem- per de necessitate est necessaria confes- sio, nisi in Eucharistia sumenda, sed sus- ficit contritio. Sylu. in verb. confessio, 1. q. 2. vers. primus. Sotus in 4. sent. dist. 1. q. 5. art. 6. col. 6.
- Vigesimaprima.** Sacerdos non fo- rum † in celebratione deber semper vti orario, id est stola ad modum crucis, per tex. in c. ecclesiastica, distin. 23. sed etiam, quando ministrat alijs dictum sa- cramentum, vt quia illud accipit ad co- municandum infirmos, vel etiam ali- quos sanos in diebus festiuis, vel cum populo exhibetur, vel alijs, tunc enim propter reverentiam sacramenti sacer- dos debet habere stolam. Idem dicen- dum, quando sacerdos in diebus festi- uis assilit Episcopo celebranti, & po- stea communicat, de consecr. distin. 1. cap. si Episcopus. An vero supradicte 32 contravenientes veniant excommunican- candi? credimus quod non, quoniam multi grauiissimi viri, & in ecclieis ma- gnæ autoritatis non obseruant, nec mortaliter dicuntur peccare: cum con- traria consuetudo eos defendat, vt ha- betur per Archid. in d. cap. ecclieasti- ca. Non enim videtur generaliter verū, 33 quod qui † contra canonem facit, pec- cer mortaliter, nisi Canō ille de fide, aut bonis moribus, vel de uniersali statu vniuersalis ecclie loquatur, & non ob- stat tex. in d. c. ecclieastica, in fi. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitè subiaceat, quia tex. ille loquitur, quando admonitus contemneret face- re hoc: quia tunc pp contemptum pec- carer mortaliter, & ita posset excommu- nicari, c. nemo, c. nullus, 1. i. q. 3. vel secu- do excommunicandus non ueniret, quan- do contraria consuetudine desendere- tur.

# Qualiter monachi ten.&c. Cap. XXII. 236

- tur. Vel ibi excommunicatio sumitur pro suspensione ad tempus pro arbitrio iudicis: nam cum ibi in d. c. non determinetur tempus, talis iuspendio erit arbitraria, arg. tex. in c. de causis, de off. de leg. Archi. & Card. ibi, in dicto capitu.
- 34 An vero sacramenta † sint deneganda peccatoribus. Dic quod sic, peccatori bus manifestis, ita glos. in cap. illud, distinct. 95. Nam propter occulta peccata non possunt alicui sacramenta denegari, nisi per admonitionem secretam, vel publice, vel in genere factam, de consecrat. dist. 2. c. non prohibeat. Archid. & Turrect. in d. c. illud. &c. nos diximus in 1. par. lib. 2. de fact. Communio ne, c. 38. nu. 29. & 30.
- 35 Vigesimal secunda. † Religiosis sacerdotibus extra monasteria non solum prohibitum est conferre sacramentum Eucharistie, sed etiam extremam umctionem, d. Clem. 1. de ptiu. & cap. interdicimus, 16. quæst. 1. bene tamen licet eis cum licentia Abbatis ex pietate, & opere mitericordie visitare infirmos, prout Saluator exigit Matth. 25. Infirmitus sui, & uisitatis me. Possent tamen ungere infirmos, si curam animarum habent, vt dicit Turrect. in d. c. interdicimus, modo singulis annis illud oleum ab Episcopo sanctificatum petant perse, vel alium ab Episcopo. Arch. in c. illud, dist. 95.
- S V M M A R I U M .
- 1 Religiosi quid non habeant liberum arbitrium qualiter intelligatur.
  - 2 Religiosi an teneantur obseruare omnia coniuncta euangelica.
  - 3 Religiosus obediendo in prosperis, an, & quando mereatur.
  - 4 Clericus inuito Episcopo non sit Episcopus sed bene monachus.
  - 5 Religiosus ob obedientiam aliquando debet bonum intermittere.
  - 6 Bonum sine quo non potest haberi salus, per obedientiam non est intermisendum.
  - 7 Pro obedientia bonum est paucetiam quod in inslum est.
  - 8 Praecepta papalia etiam graviora sunt ad implenda.
  - 9 Nisi quod præcipereatur, generarei scandolum, vel peccatum.
  - 10 Papa non est obediendum, si subvertitur fides.
  - 11 Papa solei præcipere multipliciter.
  - 12 Clericus debet obediere Episcopo præcipienti, ut eat Romanum, sicut se excusat.
  - 13 Clericus etiam ex uoto non potest peregrinari sine licentia episcopi.
  - 14 Clericus studens videatur residere in eccllesia.
  - 15 Clericus studens dicitur seruire in eccllesia.
  - 16 Collatio beneficij facta illucrato, est ipso inter nulla, non tamen facta homicida.
  - 17 In canonum direcione tendit ad regimen animalium.
  - 18 Professus cui magis obediatur patri carnali, vel spirituali.
  - 19 Religiosus anteuenientur subvenire patri in extrema necessitate existenti, numero sequent.
  - 20 Professio in religione quid nullum absoluat ab obligatione diuini præcepti, qua liter intelligatur.
  - 22 Præceptum de honore parentum cum sit affirmatum, obligat pro loco, & tempore.
  - 23 Fili quando magis teneantur obediere patris spiritualis, quam carnal.
  - 24 Omnes, qui reliquerit patrem, aut matrem, multipliciter exponuntur.
  - 25 Obedientium cui Prior, vel Abbatii aliud præcipiunt.
  - 26 Obedientium in omnibus magis est, Papa quam alius prelatus.
  - 27 Obedientium an sit Papa, si vellet includere professum in monasterium magis arduum.
  - 28 Obedientium quid si magis potestatima iori fallit in multis casibus.
  - 29 Obediens magis teneantur monachi Abbas, quam Episcopo.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 30 Religiosi non in omnibus tenentur obedi-  
re suis superioribus.  
 31 Obedientia triplex potesi assignari.  
 32 Obedientia modus qualis sit.  
 33 Obedientia fructus est multiplex.  
 34 Obedientium an sit alicui, cum peccet pra-  
cipiendo.

## De obedientia Religiosorum.

### Cap. XXIIII.



**I**NTRA hoc capitulum plures possunt decidi questio[n]es : quar[us] prima. † Religiosi professi non habent proprium arbitrium , cum illud commiserint domino alterius, ca. si religiosus , de elect. in 6. cap. non dicatis. 12. q. 1. Quod intellige de his , sine quibus uita hominis sustentari potest , sed in his , in quibus uita hominis sustentari non potest , naturaliter habent arbitrium uoluntatis , sicut est , quod uelint refici cibo , potu , vel ueste indui , quia in his habent uelle , dum tamen talis uoluntas seruetur iuxta formam regulat , ita not. Zen. in extrau. Io. XXII. qui incipit. Quorundam in verbo uoluerint , prout refert Gem. in cap. quorundam , nul. 2. de elect. in 6.

**S**ecunda . Religiosi † non tenentur ad omnia consilia euangelica obseruanda , sed tantum ad ea , quæ in regula , quam professi sunt præceptorie , uel irributorie , uel etiam uerbis æquipollentibus exprimuntur , uel ad uota tria , in quibus uoluntati se astinxerunt , uel quando consilia ex contemptu transgredentur , glo. not. in cap. quis autem dicit fin. 10. Abb. in cap. 1. num. 7. de uit. & honest. cler. Sed ad ea , quæ sunt supererogationis , qualia sunt consilia euangelica , non tenetur aliquis nisi ex obligatione propria , licet ad illa adimplenda eo magis teneantur religiosi , plus quam ceteri , quo se magis mancipauerunt seruitio Dei , quasi holocaustū de scipis Deo offerentes , ita inquit Nicol. III. in

declaratione regulæ Fratrum minorum . Tertia. Religiosus obediendo etiam in prosperis potest mereri , & nō obstat tex. in c. scien. lum. 8. q. 1. vbi dicit Greg. sciendum summopere est , q. obedientia aliquando si de suo aliquid habeat , nulla est ; Nam cum huius mundi successus præcipitur , cum locus superior imperatur , is , qui ad præcipiēda hęc obedit , obedientiā sibi uirtutem eliacuat , si ad hęc etiā ex proprio desiderio anhelat : quia resp̄detur , quod ibi non prohibetur nē si ambitio , & proprius motus ex se , id est ex suo uitio , non ex obedientia protegens , ita glo. 1. in d. c. uers. si de suo , ubi exponit , id est ex ambitione . Igitur si prosp̄ra præcipiūtur , & religiosus ea adimpler proprio motu , & spontanea uoluntate , eo tamen respectu , quia præcipiuntur , talis obedientia est meritoria , D. Tho. 2. 2. q. 10. 4. art. 2. e. 3.

**Q**uarta. Episcopo inuito † quare clericus eius non potest uocari ad episcopatum , 63. dist. cap. literas , sed inuito cōpotest fieri monachus , 19. q. 2. cap. duę , est ratio : quia iste presumitur facere ex ambitione , & facit ad suum commendum , ille nequaquam , glo. in d. c. scien. dum. uers. proprie.

**Q**uinta. Religiosus propter obedientiam † nonnunquam debet bonum , quod agit intermittere , nunquam uero malum per obedientiam facere , c. quid ergo , 1 t. q. 3. Hinc nunquam malum , id est peccatum est propter illam committendum , 15. q. 1. c. illa.

**N**ec etiam bonum , † sine quo non potest haberi salus , per obedientiam debet intermitti , ut credere in Deum , diligere Deum , & proximum , sed sic bonum mediocre , & tale , sine quo potest haberi salus , ut uigiliz , ieiunium , peregrinatio , & huiusmodi , ita Athid. in d. cap. quid ergo . D. Thom. 2. 2. quæst. 10. 4. art. 3. cap. 3. Et ita hoc pacto intelligitur dictum Gregor. in d. cap. Quid ergo . Concordantia sunt iura , 16. q. 1. c. monachi , fide re nulit. l. 3. §. in bello , 21. dist. c. denique . Vbi id , quod in se bonū est ,

est, prohibetur propter malum cohaerens, 96. distin<sup>c</sup>t. cap. 2. distin<sup>c</sup>t. 22. cap. 1. Hinc pominuit prohibitum homini, ut abstinentia acqueret maius bonum, scilicet obedientia, dicto cap. quid ergo.

<sup>7</sup> Sic † pro obedientia bonum est pati etiam quod iniustum est, 100. distin<sup>c</sup>t. cap. contra moorem. Vnde habetur ex illo text. quod licet Sumus Pontifex iniuste aliquem corrigeret, quod absit, ille tamen debet patienter tolerare: quia, et si onerosum sit, & iniustum quod a prelato, & praesertim Apostolico iniungitur, tamen tolerandum est, argum. distin<sup>c</sup>t. 19. cap. in memoriam, & dist. 31. cap. ante, quia licet ille iniuste facit praecipiendo, iste tamen iuste facit obediendo, 23. q. 1. cap. quid culpatur, in fine. Vnde dicit text. in d. cap. in memoriam, quod adimplere tenemur praeceptum, licet sit vix tolerabile.

<sup>8</sup> Hinc praecepta † Papalia adimplenda sunt, et si grauiora, & importabilia ab eo iniungantur, quando de eius praecisa voluntate constat, & si facere non possumus, humiliiter nos excusare debemus, extra, de rescript. cap. si quando, & hoc intellige, siue pertineat ad officium, siue non, nisi in his casibus: quorum Primus, si litterae Papae essent falsae, vel subreptitiae, quia tunc non sunt litterae Papae. Secundus, nisi contineant peccatum, quia tunc cum praeceptum sit contra Deum, ibi cessat omnis inobedientia, 14. quest. 2. cap. qui refutat, & cap. si Dominus, & cap. quae contra mores, dist. 8. Tertius, quando litterae continent scandalum universalis ecclesie, cap. inquisitioni, de senten. excom. vbi vult Innocen. quod si Papa precepit † alicui aliiquid, quod generaret scandalum, vel peccatum, non est sibi patendum etiam in spiritualibus, sed supercedendum, donec rescribatur Papa, & sequatur secunda iusso, quod procedit etiam si allegate metus excommunicationis, vel depositionis: quia potius debet penam sustinere, quam malo consentire, facit text. in capit. sacris, de his

que vi: quia facit contra conscientiam, & sic adiscat ad gehennam, c. per tuas, 2. de simon. Petr. de Anchar. in Clem. 1. de rescript. Hinc consuluit Dom. Card. prout ipse resert in dicto cap. si quando, vers. quero, circa hec, quod cum Urbani VI. scriberet Episcopo Florentino, ut certos processus per ipsum Urbanum factos contra Carolum Regem Hierusalem, & Siciliam, publicaret, & hoc precepit sub grauissimis penit. quas referat in non parentem. Consuluit Do. Cardinal. quod poterat differri praeceptum, & scribi ipsi Urbano, & expecta-ri secunda iusso per dictum cap. aureum, & perpetuo memorandum, in d. cap. si quando, & per Authen. ut nulli iudic. s. & haec verò iubemus, & hoc ad euitandum magnum scandalum, & multa inconuenientia, quæ poterant accidere populo Florentino, si hoc fieret indistincte parendo. Quartus si obediendo subuerteretur fides, cap. sunt quidam, 25. quest. 1. vbi Turtecrem. ibi ponit quatuor conclusiones. Quatum prima, 10 quod † Papa non potest condere leges, siue canones, dicto cap. sunt, vel statute aliquid, quod sit contra diuinam scripturam, siue doctrinam euangelicam, cap. omne quod, 25. quest. 1. August. 4. de Trinit. cap. 6. Secunda. Nec contra determinata per quatuor Concilia de fide catholica, & de condemnatione hereticorum. Tertia. Nec contra determinata de fide per sanctos Doctores, quae sunt accepta, & approbata per quatuor Concilia. Quarta. Nec immutare aliquid de his, quae per praedecessores suos de fide diffinita sunt, & determinata. Igitur praecepta papalia sunt adimplenda, etiam si intolerabilia sunt, siue pertineant ad officium, siue non: securus est in alijs prelatis, qui illi non tenentur nisi in illis, quae pertinent ad officium suum, ita Cardin. in cap. in memoriam. nume. 2. distin<sup>c</sup>t. 19.

<sup>11</sup> Verum † qualiter præcipere soleat Papa. Dico quod multipliciter, & primo sub intermissione maledictionis, c. L. de

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

de sepult. in 6. cap. relatum, de iure patron. Sicut nobis; de simon. de immun. eccl. cap. eccl. ijs. Secundo in virtute sanctæ obedientiæ, d.c. 1. de sepult. in 6. Tertio sub anathemate, de sagi. cap. 1. Quarto sub excommunicatione, extr. loca. cap. 1. Quinto sub pena excommunicationis, de regul. cap. non solum. Sexto sub excommunicationis interpolatione 63. distin. Salonianæ. Septimo sub diuini contemplatione iudicij, 8. quest. 2. nuper. Octauo sub ostentatione diuini iudicij, de appell. cap. cum speciali. Nono sub anathematis vinculo, de testa. in 6. cap. 1. ad fin. Hæc Gemin. in c. 1. nu. 6. de sepult. in 6.

12. Sexta. Si Episcopus præcipiat † alieui, uteat Romam, & ille se excusat ideo, quia alii inueniuntur meliores, talis excusatio nō valet. Ad idem quod legitur & no. 23. q. 1. cap. vlt. vbi de hoc vide, & quod legitur & no. 16. quest. 1. cap. nos autem, vbi Archid. & ratio est: quia in legationibus nullus ordo est servandus, vt ff. de leg. l. sciendum, §. pen.

13 vnde si clericus † vorerit iter peregrinationis, non potest ire inuitu Episcopo, de consecrat. distinct. 5. cap. non oportet, glof. in dicto c. quid ergo, 11. q. 3.

Sed an eo casu quando de licentia Episcopi vadit Romam, debeat haberi ut præsens, & percipere fructus, quos percepiteret præsens, dic quòd sic, exceptis solum quotidianis distributionibus: quia illæ solum debentur interessentibus, vt nos supra diximus, capit. 15. nume. 9.

Sed quid si studeret clericus iuri Canonico de præcepto, & licentia Episcopi, vtrū debeat habere illas? resp. q. sic, secundū aliquos Doct. quia qui studet, & aula studij abest, abesse non dñ. l. que situm, ff. de leg. 3. Vnde inserti ibi Bar. q. 14 clericus, qui vadit † ad studium, videatur residere in ecclesia sua, & ideo ut residenz debet habere fructus beneficiorum, allegat not. in cap. relatum, de cetero. non resid. Et dicit Bald. in l. qui sub pretextu, vers. quero ergo an clericus, C. de sacro sanct. eccl. quòd quadam

sunt que conseruntur clericis immediatè propter seruitum ecclesiarum, & ille qui non seruit non debet ea habere, ut 15 ibi, tamen qui est in studio dicitur seruire ecclesiarum, quia studet, ut postea melius seruat, argum. l. diuortio, §. non solum, ff. solut. matr. & ratio est: quia clericis absens pro utilitate ecclesiarum reputatur præsens, cap. ex parte, cap. ad abundantiam, de cler. non resid. Sed ecclesia maximè indiget uiris literatis, cap. cum ex eo, de elect. in 6. Vnde in tantum abhorret illiteratos, vt collatio facta illiterato sit ipso iure nulla, sed si fieri ret homicida, non esset statim nulla, secundum Inno. in c. cum noltris, de consel. præben. Et est contra illos, qui dubitant propter scientiam inflari, & ob id omittit studium, quare dixit Dominus Oseas 4. Tu scientiam repulisti, & ego te repellam ne sacerdotio fungaris, & habetur in cap. omnes psallentes, distin. 38. facit tex. in cap. 1. distinct. 36. c. cum in cunctis, de elect. Vnde ex his videtur, quod debeat habere distributiones. Tamen dico, quod absens siue causa studij in Theologia, siue in iure Canonico, co † secundum communem sententiam, quod quidem maximè tendit de directo ad regimen animalium, & ita in universali vitilitatem ecclesiarum, per tex. in cap. 1. de consang. & affin. vnde ibi dicit Host. quod prælati magis indigent iure Canonico, quam Theologia, quod debet habere ultra præbendas, portionem suam, & reputari tamquam præsens in omnibus bonis, & fructibus, que dicuntur de mensa, & capitulo, preter distributiones quotidianas, que tantum dantur interessentibus, glof. in cap. vnic. de cler. non resid. in 6.

18 Septima. Religiosus professus tenetur magis † obedire patri suo carnali, quam patri suo spirituali, id est prælato in his, in quibus filij parentibus, carnibus obligantur de iure naturæ, & de iure diuino, quæ continentur in illo præcepto. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Vnde respectu horum, magis

gis tenentur professi in religione obedi-  
re pro loco, & tempore patri carnali,  
quam suo prælato: Hinc videtur, quod  
cum ad subueniendum parentibus ho-  
mo astringi videatur per hoc præceptum  
diuinum, Honora patrem tuum. In  
quo quidem honore intelligitur subue-  
tio, quod possit religiosus etiam profes-  
sus videns patrem suum in necessitate  
constitutum, licet etiam absque licen-  
tia sui prælati claustrum exire, & subue-  
nire patri, facit tex. in cap. primo distin.  
30. vbi dicitur, quod si filii parentes  
maxime fideles deseruerint occasione  
Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes,  
& non potius debitum honorem paren-  
tibus reddiderint, ut hoc ipsum in paren-  
tibus venerentur, quod fideles sunt,  
anathema sint. Tamen in contrarium  
19 est † veritas, secundum D. Tho. quo-  
lib. 3. art. 16. vbi dicit, quod aliter iudi-  
candum est de illo qui religionem non  
dum intravit, & aliter de illo, qui in re-  
ligione etiam professus. Ille enim qui  
religionem nondum intravit, si videat  
patrem suum in magna necessitate, cui  
per alium modum subueniri non pos-  
set, non debet religionem intrare, sed  
tenetur ministrare parentibus, maximè  
si absque peccati periculo possit in ste-  
20 lo inanere. Sed † postquam quis est in  
religione professus, tunc talis non tene-  
tur, nec debet absque licentia sui præla-  
ti exire claustrum ad subueniendum pa-  
rentum necessitatibus, licet debeat sem-  
per salutis ordinis sui obedientia satage-  
re per se, vel per alium, vt suis parenti-  
bus subueniatur, si in necessitate fuerint  
constituti. Et non obstat, quod profes-  
21 sio † in religione nullum absoluit à di-  
uini præcepti obligatione. Ad hoc enim  
religiosi profitentur observationem cō-  
filiorum, ut perfectius obseruent diuina  
præcepta. Nam respon. secundum  
Magistrum Nicolaum de Lyra super  
Math. cap. 15, quod licet per professio-  
nem non absolutur religiosus à præcep-  
to diuino, tamen absolutur ab aliquo  
modo adimplendi præceptum: quia præ-

22 ceptum de honore parentum est affir-  
mativum, & ideo non obligat ad sem-  
per, sed pro loco, & tempore, & alijs  
debitis circumstantijs, quæ aliquando  
variantur secundum conditionem ip-  
sius implentis præceptum: quia aliquis  
modus subueniendi patri efficitur in-  
conueniens, & illicitus ipsi filio per as-  
sumptionem alicuius status liciti, im-  
mo perfecti, sicut subuenire patri per vo-  
rum obedientię contra voluntatem su-  
perioris, efficitur illicitum ipsi religio-  
ni: tenetur tamen ei subuenire modis  
conuenientibus professioni sua. In mul-  
23 tis autem in † quibus non obligantur  
filii parentibus carnalibus, nec de iure  
diuino, nec natura, tunc respectu illo-  
rum filij magis tenentur obedire patri  
spirituali, idest suo Prælato, quam pa-  
tri carnali. Quod si quis contra pradi-  
cta obiecerit illud Matth. 19. Omnis  
24 qui reliquerit patrem, aut matrem pro  
pter nomen meum, centuplum acci-  
pet, & vitam æternam possidebit. Re-  
spödetur multipliciter: & primo, quod  
illud intelligitur, ubi, & quando pa-  
rentes non indigent à filiis honorari, &  
maxime, quando filios inducent ad il-  
lud, quod est contrarium saluti ipsos-  
rum. Vnde tunc sunt relinquenti quo  
ad infidelitatem, & hæresim, quæ in  
omnibus est detestanda, non autem  
quo ad exhibitionem sua subuentio-  
nis. Vel secundo intelligitur respectu  
corum, in quibus filij non obligantur  
parentibus, nec de iure diuino, nec na-  
ture, ita Asten. lib. 6. tit. 47. art. 3. quaſi  
12. in fine.

25 Octaua. † Si prior aliud præcipit, &  
aliud Abbas, tunc religiosus magis de-  
bet obedire Abbatu, quam inferiori,  
quia potestas maior minoribus præpon-  
nitur ad obedientium, cap. quæ contra,  
dist. 8. Hinc dicitur ibi, in fine, quod fi-  
cut in potestatis societatis humanæ  
maior potestas minori ad obedientium  
proponitur, sic Deus in omnibus. Hinc  
fit, quod Abbas potest mutare, & rela-  
xare præceptum inferioris. Sic etiam  
fit,

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

26 sit, quod in omnibus magis obedientium est Papæ, quam Episcopis, vel Archiepiscopis, vel etiam monachus Abbatii absque villa determinatione, 9. q. 3. cap. per principalem. Sed an sit obedientia  
 27 dum Summo† Pontifici, si veller includere monachum iam professum in monasterium magis arctum. Oldr. consil. suo 96. ponit hoc dubium. Nunquid Papa possit monacham includere contra suam voluntatem. & dicit quod cum ab initio detur annus probationis, ut experientur asperitates ordinis, infra quem si ei non placet, potest exire, cap. ad apostolicam de regu. non videtur quod contra voluntatem suam ad asperorem vitam possit astringi, vel saltem quin concedatur alius annus, & pro hoc quia nemo tenetur crescere, distinc. 74. cap. gesta, & ibi Archid. Et hoc clarè uidetur tex. dicere ip c. i. dist. 31. cum multis alijs iuribus allegatis per Old.

Nona. Licet ut diximus in decisione præcedenti, potestas maior minoribus 28 præponatur, tamen fallit † in multis casibus: quorum Primus. Potius teneat obediens Episcopo, quam metropolitano, ut 9. q. 3. per totum. Secundus in monacho, qui potius obedit Abbatii, quam Episcopo, vt 58. dist. c. 1. & 2. Vnde in cap. noluit, 33. q. 5. notatur, quod potius est monachus sub Abbatie, quam vxor sub viro. Tertius, potius statut excommunicationi prælati, quam absolutioni Episcopi, cap. cum ab ecclesiis, de offic. ordin. licet absolutio sit valida, quamvis iniusta, ut dicit gloss. in d. cap. cum ab ecclesiis, & Turrecrem. in cap. nullus, num. 4. 9. quæst. 3. Igitur de cito præcedens habet locum, ubi minor habet iurisdictionem à maiore, secundum quod loquitur text. in Liudicium, ff. de iudic. Vel quando appellatur ad maiorem, quia tunc potius maiori, quam minori obediendum est, ita gl. in c. qui resistit, 11. q. 3.

29. Decima. Monachi † specialius Abbatibus, & religiosi suo prælato obediere debent, in his quæ spectant ad re-

gulam, quam Episcopo: sicut clericus tenetur plus suo Episcopo obediare, quam Archiepiscopo, 18. q. 2. c. quam sit, §. nullus, & cap. Abbates, 9. quæst. 3. cap. conquestus.

Vndeclima. Religiosi non in omnibus tenentur obedienciam † præstare. suis superioribus, sed tantum cum obedienciam profiteantur quantum ad regularem conuersationem, ideo secundum illam suis prælatis subduntur, & obediens tenentur, iux. S. Thom. 2. 2. q. 104. art. 5. & illa obediens dicitur sufficiens ad salutem. Si autem in alijs etiam obediens uoluerint, hoc pertinebit ad cumulum perfectionis, dum tamen illa non sint contra Deum, c. non semper, & cap. seq. 11. q. 3. aut contra professionem regulæ: quia talis obediens 31 esset illicita. Et ita triplex † obediens posset distingui, una scilicet sufficiens ad salutem, qua scilicet obedit in his, ad quæ obligatur. Alia perfecta, qua obedit in omnibus licitis, alia indiscreta, qua etiam in illicitis obedit, sic inferiores suis superioribus non debent in omnibus obediens, v.g. si eis aliquid præcipiant, in quo eis non subdantur. Vnde in eis, quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur obediens homini, sed solum Deo, sed tantum homini tenetur obediens in his, quæ exterius per corpus sunt agenda secundum rationem superioritatis, sicut miles duci exercitus in his, quæ pertinent ad bellum, Religiosus in his, quæ pertinet ad regularem conuersationem: nam si mihi superior præcipiat, ut faciam me monachum, ut dem ei terram meam, licet hoc sit bonum, non tamen teneat ei obediens, quia non spectat ad eius imperium, & suam iurisdictionem. Card. in c. si Dominus, 11. q. 3.

32. Duodecima. † Obediendi ordo est, ut in primis Deo obediamus, 8. distin. cap. quæ contrà 1. quæst. 3. cap. Imperatores, & ratio est: quia sicut potestas maior minoribus præponitur ad obedendum, sic Deus omnibus hominibus, d. cap.

cap. quæ contra. Deinde post Deum Romanæ ecclesiæ diligentius, 12. distinet. cap. præceptis, 91. distinet. cap. obediens, quia ipsa est caput, & mater omnium ecclesiarum. 12. distinet. cap. non licet. Item Episcopis, 7. quæst. 1. capit. quia frater, vbi dicitur, quod Episcopo à clericis, & sacerdotibus sua diœcesis est obediendum, & reuerentia debet ei exhibeti. Rursum sacerdotibus potestatibus, sed sic demum, ut Deus non offendatur, d. capit. quæ contra. 15. quæst. 6. capit. nos, & capit. sequen. Item Abbatibus religiosis, 18. quæst. 2. capit. Abbes. Item quilibet suo superiori, 93. distinet. cap. à Subdiacono, dummodo non sint haeretici, quia licet sint alii mali, quamdiu eos tolerat ecclesia, est eis obediendum, capit. consequens, 2. quæst. 7.

33 Tertiadecima. † Obedientie fructus est, quia per ipsam meremur gratiam Dei, 93. distinet. cap. nulla. & capit. sequent. Item per ipsam meremur salutem, 93. distinetio. capit. si inimicus, 2. quæstio. 3. capit. quid ergo. Si ne ipsa incurimus aeternam damnationem, & reprobationem, 93. distin. capit. nulla, & capit. sequen. Quibus tamen circumstantijs debet esse ornata. vide Turtecum. in capit. sciendum, numero 10. 8. quæst. 1. vbi ponit decem circumstantias.

34 Quartadecima. Obediendum non est alicui, cum peccat in præcipiendo, si præcipere, & id, quod præcipitur sit peccatum, capit. non semper, & capit. si dominus, 11. quæstio. 3. Item quando id, quod præcipitur est peccatum siue mortale, siue veniale, sed præcipere non est peccatum. Ut cum ab ecclesia præcipetur, vt cognoscat vxorem, quæ est ei consanguinea, capit. inquisitioni, de sentent. excommunic. Sed sic, quando præcipere est peccatum, sed non id, quod præcipitur. vt cum forte prælatus præcipit aliquid, quod est iustitia ex ira, vel odio, scilicet vt subditi moueantur contra hostes, vel similia;

23. quæst. 1. cap. quid culpatur. & cap. manifestum 32. quæst. 5. vbi mulier non peccat obediendo viro, qui reuocauit quod prius concesserat.

### S V M M A R I V M .

- 1 *Apostasia materia vbi agitur.*
- 2 *Apostasia est vocabulum equivoicum, & est multiplex.*
- 3 *Coniunctio ut sit cum Deo secundum diversos modos, sic pluribus modis distinguatur.*
- 4 *Apostasia ordinis, vel religionis incurrit multis modis.*
- 5 *Apostasia qualiter possit definiri.*
- 6 *Apostata à fide punitur vi haereticus.*
- 7 *Apostata inobedientia qualiter puniatur.*
- 8 *Non obediens consiliis an, & quando puniatur.*
- 9 *Apostata religionis aliter puniatur, si est clericus, & aliter si est regularis.*
- 10 *Monachus vagabundus cum habet non est apostata.*
- 11 *Religiosus per dimissionem habens est apostata, & excommunicans.*
- 12 *Religiosus de strictiori transiens ad laxiorem religionem noua est Apostata.*
- 13 *Religio strictior an ex strictiori clausura inducetur.*
- 14 *Religio una qualiter sit altera strictior.*
- 15 *Vita aeterior consideratur ex vita presenti.*
- 16 *Professus in monasterio collapsus non potest transire ad strictiorum, si alia monasteria non sint collapsa.*
- 17 *Ordo redditus strictior non solus ex institutione prima, sed etiam ex constitutionibus postea editis.*
- 18 *Religiosus, quod temere dimittens habet siat ineligibilis, qualiter intelligatur.*  
*Irregularitas non incurritur ex dimissione habitus.*
- 19 *Promotionem ad ordines tria impeditum.*
- 20 *Abbas an sit tolerandus in Abbatia, si in eo sit insufficiens eruditio, an removendus.*
- 21 *Discere volenti duo sunt necessaria.*  
*Scien-*

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 21 Scientia defectus, quod toleretur in Abbatie qualiter intelligatur.
- 23 Regimen ad animarum ubi quis assumitur, assumitur ad officium pradicandi.
- 24 Monachus in apostasia ordinans ad sacros sine dispensatione Papa non ministrat.
- 25 Apostata non potest ad ordines maiores ascendere.
- 26 Apostata ordinatus sine dispensatione Papa non habet ordinis executionem.
- Casus, in quibus Papa dispensat erga ordines.
- 27 Apostasia irregularitatis fit per dimissio nem tonsure seu vestis clericalis.
- 28 Apostasia non est omnis retrocessio.
- 29 Habitum religionis deserens non semper est apostata.
- 30 Apostasia ordinis, seu religionis multis modis contrahitur.
- 31 Clerici consutui in minoribus non sunt astriculi vivere clericaliter.
- 32 Clericus prima tonsura solo verbo non potest clero renunciare.
- 33 Clericus prima tonsura quando carebit privilegio clericali.
- 34 Apostasia incurrien per dimissionem habens in tribus casibus.
- 35 Religiosi apostata peiores efficiuntur alii peccatoribus.
- 36 Monachus, quod dicatur melior clericis, qualiter intelligatur.
- 37 Clericus beneficium accipiens animo renunciandi, an teneatur ad restitutio nem fructuum.
- 38 Fidem ad suscipiendam an quis praeceps possit cogi.
- 39 Infideles, qui fidem suscepserunt, compellere ad illam seruandam ad quos speclles.
- 40 Infidelis, quod minus peccet, quam infidelis a fide recedens, qualiter intelligatur.
- 41 Apostatis professis an reddantur bona.
- 42 Habitum ad reassumendum qui praeceps cogantur.
- 43 Subditus per praecepta, & monita sunt corrigendi.

## De Apostasia. Cap. X XV.

**D**E Materia faciunt omnes De cre. ext. de Apost. preter secundam. Item d. 50.c. vlt. c. alieni, 2. q. 7. 3. q. 4. c. 1. 2. & 3. 6. q. 1. cap. insames, in prin. 2. 1. q. 3. in tribus pri mis, cap. 16. q. vlt. c. non obseruetis. De vita, & honest. cleric. cap. Deus qui. & cap. pen. ne cler. vel mon. lib. 6. Sed cum sit triplex Apostasia, secundum glos. in rubr. eo. tit. nos tamen explicabimus de Apostasia ordinis, sive religionis, de qua preter multa, quæ diximus in nostris decis. in 1. par. lib. 3. cap. 1. traditur so. distinct. cap. fi. 47. dist. c. quantumlibet, 16. q. 1. c. legi. 3. q. 4. c. beatus, c. fi. de vita, & honest. cleric. videbimus quid est, vnde dicatur Apostasia. Quibus modis fiat, quomodo puniat, & de quibusdam dubitationibus. Apostasia igitur est vocabulum æquiuocum, & multiplex, & dicitur à retro, & stolon, quod est missus, vel missio, & dicit retrocessionem quandam à Deo, que quidem retrocesso est, & retrogradus status, iuxta. tex. in cap. non obseruetis, 26. quæ st. 7. est multiplex. Nam sicut secundum diuersos modos, quis Deo coniungitur, ita & pluribus modis disiungitur. Coniungitur enim Deo quis primo per fidem, & sic per sacramentum baptiſmi, sine quo nullus potest saluari, c. nulla, de confess. dist. 4. c. debitum, de baptis. Secundo, propter debitam, & subiectam voluntatem ad obediēdum præceptis Dei. Tertio, propter aliqua opera specialia pertinentia, & emissâ ad frugaliorem vitam, ut per clericatum, uel sacros ordines, uel religionem. Disiungitur autem, hoc est apostata quis à Deo, primo per discessum à Deo per fidem, & hæc dicitur Apostasia perfida, que pertinet ad infidelitatem, 2. q. 7. c. non pot, sic fuit apostata Julianus Augustus. Secundo, quis apostata à Deo per mentem repugnantem diuinis mandatis, & hæc dicitur Apostasia inobedientia, cap. si quis,

quis, c. illud, de maio, &c obed. 2. q. 7. c. nō potest, 3. q. 4. c. i. Tertio, tecendendo ab or dine, t̄t̄u religione, quam professus est conuersando vt laicus, vel habitu religiōso postposito tanquam clericus sacerdotalis, & h̄c dicitur Apostasia ordinis, vel religionis. Item fit h̄c, redeundo ad seculum, vt traditur in c. f. de vit. & ho nest. cler. & c. in audientia, & c. perpen dimus, de sent. excom. 20. q. 3. c. 2. & 3. de Apost. c. quidam, c. pen. & fin. Igitur cum sit multiplex, non definitur in suo genere. Tamen ita definiti potest. Apo stasia est temerarius t̄ receſſus à statu fidei, vel obedientiæ, vel religionis, quam quis professus est temere, cum legitima fit. Apostata verò diuersimodè punitur.

6 Nam Apostata t̄ fide punitur vt hereticus, idem in Apostata inobedientiæ, qui non vult obediēre superiori, vel cano nibus, credendo Principem non habere potestatem legis condendæ, 19. dist. cap. nulli fas. nota glo. in c. generali, de elect. in 6. At qui non negans potestatem, non obedit ex contemptu legis preceptiū recepte per subditos, & tunc si contravenienti est pena specialiter ap posita, illa puniri debet, c. de causis, de of fi. ord. lo. And. in d. c. generali. Quod si pena non esset appolita, tunc in anime iudicio non peccat, si ex iusta causa con trauenit, quam legislator si considera feret non praecepisset, 76. distinck. cap. vii. nā. Quod si absque causa contrauenit, tunc si hoc facit scienter, potest excommunicari, si seleni contravenierit, & ita potest intelligi glossa in procem. decret. Quod si pluries, esset deponendus, & ita potest intelligi, 4. dist. 9. f. & glo. f. in c. grauis, de cenf. Immo, si est incorrigibilis, posset tradicuri sacerdotali, c. cum non ab homine, de iudic. Quod si quis non obediēre legi preceptiū nullo modo per subditos recepte, non puniretur, ut no. gl. 2. in f. c. 2. de treu. & pace, & d.

3. c. leges, legi uero consilij, t̄ non obe diens, non est puniendus: quia nullo modo peccat, ut no. gl. in c. solite, verific propter Deum, de maio, & obed. nisi es-

set cōſiliij, & reverentia, quod inferior pro bono suo deberet obseruare, quia tunc peccaret uenialiter. Exemplum ut not. glo. in cap. ad aures, de temp. ord. & in Clem. i. de testa. Archid. dist. 6. c. te ſtamentum. Ex his ergo habes, qua pena fit puniendus veniens contra leges, uel canones, & sic qua pena Apostata inobedientiæ. Apostata t̄ vero religionis, si clericus est sacerdotalis, non est ipso facto excommunicatus, sed excommunicandus, & si expedierit, grauiori pena afficiendus, c. pen. de Apost. Religionis vero est excommunicatus ipso facto c. 2. ne cler. uel mon. lib. 6. Nisi ex causa relinqueret habitum, & tonsuram, puta quia esset transitus per loca periculosa, iux. not. in c. Deus qui, de uita, & honest. cleric. facit ratio d. c. 2. ne cle. uel mon. Sed modo deueniamus ad decisio nes. quarum Prima.

10 Monachus t̄ vagabundus, non tamē dimittens habitum, strictè sumendo, non dicitur Apostata. Nam Apostata re ligionis id dicitur, qui reliqui habitum religionis, unde dicuntur Apostatae ab euentis retro, ut dicit tex. 26. q. f. c. non obseruetis. Vnde propriè non dicitur Apostata, nisi is, qui ad seculum redijt, ut probatur expresse jo. d. 5. qui in aliquo, c. 1. tit. nostro, & Doct. communi ter in d. cap. 1. sed vagabundus non reli qui habitum, non redit ad seculum, sed tantum vagatur, ergo glossa, & Arch. in d. c. 2. Cald. De Apost. consl. unico.

11 Secunda. Religiosus t̄ per dimissionē habitus dicitur Apostata, & est ipso facto excommunicatus, cap. 2. ne cler. uel mo. lib. 6. Quod intellige, quando auferret habitum laicorum, uel clericorum sacerdotalium, exhibendo se conspectui hominum sine iusta causa, ut in glos. in uerb. temere, in d. cap. 2. Hinc inferritur, quod monachus dimittens habitum, efficitur Apostata, etiam si efficiatur clericus sacerdotalis, ita nota. in capit. f. ti tui. nostro.

12 Tertia. Religiosus, qui de strictiori re ligione transit ad laxiorem, nō est Apo stata,

## Decis. Aurearum. Par. II. Lib. III.

- facta, quamvis transeat absque causa, quia in nullo venit contra ea, qua sunt de substantia ordinis, cum semper sit in alicuius obedientia, ita non. Innoc. extr. de extate & qualitate, cap. intelleximus, in fi. Archid. in cap. placuit, distinct. 50. nume. 6. satis enim est ad effugientiam Apostasiam, ut ad sacramentum non redeat, & quod in religione seruari debant tria substantialia regula, & cibus in cap. cum ad monasterium, de sta. mon. Idem not. gl. in c. ex parte, de tempore. ord. & in d. c. intelleximus.
- 13 An autem strictior religio iudicetur ex strictiori clausura, dic quod non: quod nota, quia facit ad dubium, per quae signa cognoscatur strictura religiosorum: quia clausura sola non hoc arguit, quod nota pro fratribus Cartusiensibus, quia ex sola clausura continua non dicerentur habere strictiorem Regulam. Qualiter vero una religio sit 14 altera strictior, vide Lapum alleg. 57. Hac Gemin. una cum addit. in cap. 1. num. 10. & ibi Franc. de sta. regul. in 6. Vide etiam Zabar. consil. 28. Vbi dicit, quod secundum Canones arctitudo causatur ex vita, & obseruantibus, quo ad viuendi modum, cap. licet, de regul. ibi vitam duccret arctiorem. ad idem cod. tit. cap. quia in insulis dura est congregatio, id est congregationis conditio. Item dicit, quod ad hoc iudicandum debet considerari tempus praesens, cap. sanè. ibi, nunc de regul. qui etiam ponderat an locus, ad quem transiuit, maioris perfectionis existat, scilicet de praesenti. & ibi Innocen. qui dicit quod licet monasterium vbi fecit professionem, fuerit institutum in strictiori regula, & monasterium, ad quod transiuit in laxiori, tamen hoc non est attendendum, sed quod monasterii modo sit arctius, quod nota diligenter. Sed adverte (verbi gratia) quod si aliquis sit processus in 16 ordine Cartusiensi in loco collapsi, tamen si plura alia monasteria eiusdem ordinis ibi sunt non collapsa, non licet ad austriorem religionem transire,
- facit tex. de verbis signific. cap. abbates, in fine. Sed si totus ordo sit collapsus, tunc sic, ita Zabar. in d. cap. licet, quæstio. 3. qui etiam dicit, quod debet requiri superioris iudicium: ipse enim considerabit an religio sit collapsa, vel non. 17 Ité aliquis ordo redditur arctior non solum ex prima institutione, sed etiam ex constitutionibus postea editis, Ioan. Andr. in dicto cap. licet. Quod si quis obijciat, quod non debet considerari arctitudo per constitutiones, sed tantum per regulam, quia illæ possunt tolli, sed regula non. respond. secundum Ioan. And. quod satis est quod tolli non possint, Insuffici. si. de condic. indeb. Clem. men. 1. de suppl. negli. prælat.
- 18 Quarta. Licet tamen religiosus temerè dimittens habitum ob leuitatem, ipso facto sit excommunicatus, dicto cap. 2. & efficiatur in eligibilis, 16. q. 1. cap. legi, vbi Archid. ibi, num. 1. dicit, quod si aliqua intrat monasterium, & exit, & postea reuertitur, etiam si postea sit honestam, non potest eligi in Abbatissam, argum. 16. quest. vlt. cap. si quis omnem, arg. 2. qualit. 5. cap. ille autem, & hoc ideo, quia dimittens habitum efficitur ineligibilis. Tamen ex hoc non incurrit irregularitatem, vnde si postea habitu male dimissum reassumat, & absolutatur ab excommunicatione, poterit eligi, cum de tali irregularitate non probetur in iure, ita etiam tenuit Oldrad. consil. 20. ad hoc cap. is. cui, de sentent. excommu. lib. 6. quia per absolutionem dicitur sanatus, 6. quest. 1. cap. illi. Quod intellige, nisi ante absolutionem celebrasset in diuinis, quia tunc propter hoc faret irregularis, cap. 1. dc sent. excom. mun. lib. 6. Franc. in cap. 2. in fine, ne cleric. vel monach. lib. 6.
- 19 Quinta. Tria tamen impediunt promotionem, dicitur qualitas. 1. dimissio habitus absque causa, iux. tex. in d. cap. legi, 50. dist. cap. quod semel. & cap. minor. Irregularitas personæ, & insufficiens eruditio, 55. distin. cap. nullus, distin. 36. cap. illiteratos, not. in d. cap. legi.

20. gi. An verò Abbas sit tolerandus † in  
Abbatia, vel remouendus, si in eo sit  
insufficiens eruditio? Respon. quod est  
tolerandus, argum. 74. dist. cap. Episco-  
porum. & 38. dist. cap. sedulo. Et hoc, si  
alias sit discretus, & peritus in regula,  
quia si nescit prædicare literaliter, præ-  
dicet vulgariter, nam in monacho non  
requiritur tanta instructio literæ, sed  
mores, sanctitas, & industria, dicto ca-  
pit. legi. vnde si in aliquo magnum pati-  
tur defectum, addiscat in suo monaste-  
rio, si poterit, ut extr. de renunc. c. post  
translationem, 38. dist. cap. nullus Epis-  
copus, si autem non poterit, detur ei  
coadiutor, 7. q. i. cap. quia. Duo autem  
sunt necessaria ei, qui vult bene addisce

21. re & duo debet à † se discutere, timo-  
rem, & torporem. Debet enim audire  
eum reuerentia, & diligentia: propter  
primum dicitur in Eccles. 32. Audi ta-  
cens, & pro reuerentia tibi accedet gra-  
tia bona scilicet scientia, quā petis. pro-  
pter hoc dicitur Eccles. 3. ca. autis bona  
audiat cum omni concupiscentia sapien-  
tiā. Et ideo dicebat Iohann. Chrysostom. Si  
suerimus libenter discētes, erimus mul-  
ta dicentes, & tales alloquitur Sapientiam  
in libro, qui Ecclesiasticus appellatur,  
cap. 24. dicens. Qui audit me, non  
confundetur. Quod autem diximus, sci-

22. licet in Abbatie † tolerari defectum scie-  
tis, intellige si ad Abbatiam non cura-  
tam, sive non habentem populum mo-  
nachus eligatur. Sed si ad curam popu-  
li assumitur, tunc si in eo esset in insuffici-  
tia scientia intolerabilis, esset remouen-  
dus, c. v. l. de a. tate, & qual. & ita tenet  
Goff. in cap. licet, de simon. & ratio est:

quia prædicare debet, c. quod Dei, vers.  
& per antiquos, de sta. monach. Vnde  
23 Host. ibi notat, quod ex quo † quis assu-  
mitur ad regimen animarum, per con-  
sequens assumitur & ad officium prædi-  
candi. Vnde quilibet restor prædicare  
potest, & debet in sua parochia, & ideo  
multum eauendum est, ne instituantur  
idiota. extr. de a. tate, & qual. c. cum sit, se-  
cundum Hostiem.

24. Sexta. Monachus † in apostasia ordi-  
natus ad sacros sine dispensatione Papæ,  
non ministrat in illis, cap. fin. extr. cod.  
Licit Papa in non sacro non retineat  
sibi dispensationem, non tamen recipit  
eius executionem, vnde dicebat Host.  
quod in illis dispensat Episcopus, ita in  
c. nuper, de sent. excom. c. nonne, de præ-  
sum. sed cum Apostatae religionis sint ho-  
die excommunicati, ne cler. vel monac.  
c. 2. lib. 6. videtur diltingendum, ut in-  
fra, de senten. excom. cap. cum illorum,  
cum ordo reperiatur sibi in excommu-  
nicatione existenti.

25. Septima. Sicut † Apostata non potest  
in ordine suscepto ministrare, ita nō po-  
test ad maiores ascendere, secundum  
Iohann. And. in d. c. fin. licet: aliqui dicant  
hoc verum esse antequam sit dispensa-  
tum per Papam super ordinem iam suscep-  
to, sed postquam dispensatum est, tunc  
potest ad superiores ascendere sine ulla  
dispensatione. Tamen Dom. Anton. in  
d. c. fin. concludit, quod cum dispen-  
satio sit stricti iuris, ideo non est exten-  
denda ad casum non expressum, ut cap.  
non potest, de preben. in 6. & ideo di-  
cit tutius esse, quod petens dispensatio-  
nem exprimeret, quod non solum possit  
in susceptis ordinibus ministrare, sed  
etiam ad maiores ascendere.

26. Octaua. Apostata, cui collatus est or-  
do, non habet ordinis executionem si  
ne dispensatione Papæ. Et sic † habes  
vnum casum, in quo non potest dispen-  
sare, nisi summus Pontifex, cum sibi re-  
tineat dispensationem, glo. in cap. fin.  
tit. nostro. sic de fil. presbyt. cap. pen. &  
fin. Secundus est in rebaptizato, qui  
reiterando baptismum, etiam apostolice  
videtur à sacramento prius percepto,  
quia iste nō potest dispensari nisi à sum-  
mo Pontifice, de consecr. dist. 4. cap. qui  
his, & cap. nos, quos. Tertius, quan-  
do quis ab hereticis, qui dicuntur apo-  
statare à fide, ordinem suscepit in sub-  
versionem fidei, 1. quest. 7. cap. copue-  
nientibus, in si. Quartus, si simoniace à  
simoniaco quis fuerit ordinatus, 1. q. i. -

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

cap. 6 quis à simoniacis. Quinatus, si quis ab excommunicato, vel suspenso ab homine scienter fecerit se ordinari, 9. quæst. 1. cap. ab excommunicatis, c. 2. de ordin. ab Episcopo. glos. & Holtien. in d.c. fin.

Nona. Apostasia irregularitatis est, 27 cum quis † dimittit tonsuram, seu vestem clericalem, seu religionis, cui professus est, & reuertitur ad sacerdotium, 20. quæst. 3. cap. 1. 2. & 3. Vnde dicitur Apostata, quasi retro, stans, 26. quæst. fin. c. non obseruetis. & hic talis grauita punitur: quia ut dicitur Matth. 2. Nemo ponens manum ad aratrum penitentiae in statu religionis, ipsam deserendo est aptus regno Dei, quia agit contra eum, quia qui deserit quod voluntarie voulit, peccat gravissime, nam ut dicit August. super Psalmos. Vouere est voluntatis, reddere vero necessitatis.

Decima. Non omnis retrocessio dici 28 sit Apostasia sed illa, quæ retrocedit à religione ad sacerdotium, vel quando catholicus transit ad aliam sectam, C. de Iud. cap. Iudæi. & ne sane. bapt. reiter. l. 2. Nam de talibus dicitur. Qui ponit manus suam ad aratum, & respicit retro, non est aptus regno Dei. Luc. ca. 9. extr. de voto , cap. magnæ . Item quod melius fuisset uiam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroite, extra, de Apost. cap. quidam. Sed quando sectæ sunt extra ecclesiam, & unus ex una secta transit ad aliam, v.g. si Iudeus transiret ad sectam Iudeorum, tunc non esset puniendus, cum ambo sectæ tolerentur, C. de paga. l. Christianus, extra de Iude. cap. eti⁹ Iudeus, & cum utroque sit in statu damnationis, non est curandum in qua earum sit, quia non resert quid ex æquipollentibus fiat, arg. C. de Episc. & cler.. Deo nobis, & cum ubique sit extra ecclesiam, nihil ad nos de eo, iux. Apost. dicentem 1. Corin. 5. Quid ad nos de his, qui foris sunt, 2. q. 1. c. multi. Ita his & multis alijs rationibus adductus sic consuluit Okl. ext. de Iudeis, cons. 5. 1.

Vndecima. Cum apostata à religione dicatur ille, qui recessit à monasterio cum intentione non redeundi, & non existendi sub obedientia prælati, vt colligitur ex his, quæ supra diximus, 29 sit quod si quis † deserat habitum religionis, licet sit excommunicatus, cap. 2. ne cler. uel mon. lib. 6. non tamen erit apostata, si deserit habitum, cum animo cito resumendi illum, etiam si dimissio habitus fieret ad liberius forniciandum. Sic nec qui exiret à monasterio animo vagandi, non animo deserendi suam religionem, erit apostata, sed bene fugitiuus, & vagus. Nec qui retrocederet ab obedientia prælati, diceretur apostata, sed bene inobediens, ita Catec. 2. 2. q. 12. artic. 1. & nos in nostris decis. lib. 3. par. 1. c. 5. num. 79. ubi etiam diximus, quod discrimen est inter Apostamat, fugitiuum & electum.

30 Duodecima. Apostasia † ordinis, seu religionis multis modis contrahitur: Primo cum quis à statu religionis assumptæ recedit, eo modo, quo diximus in decis. præced. ut cum apostata religionis, vel monachus, aut clericus, dicit. scilicet cap. fin. deserendo, & abiiciendo tonsuram, & coronam, & assumendo secularia vellet, 20. quæstio. 2. cap. si in qualibet extra cod. c. 1. Secundo, cum se ad negotia secularia conuertit, ca. ex literis, de vita & honest. cleric. Tertio. vxorem ducentio, scilicet si in sacris sic qui contrahit, extra, de cleric. coniuga. c. ex parte. Quarto religionis habitum abiiciendo, extra. cod. per totum. Sed ex quo multa diximus de monacho apostata habitum deserente, vel se negotijs secularibus ingerente, ideo deueniemus ad clericum, qui abiicit tonsuram, & coronam.

31 Tertiadecima. Clerici † constituti in minoribus non sunt ad stricti uiuere clericaliter, vnde si redeunt ad sacerdotium, non dicuntur apostatare, sed potius clericatum relinquere, si per omnia incedunt uia laici, ita Goff. in sum. codem tit. 5. circa. & Ray. in sum. cod. vers. quid si aliquis,

aliquis. Doct. in cap. tua. extr. eodem.  
 Vnde licet clericus primæ tonsuræ solo  
 32 uerbo non possit renunciare, capit. si-  
 gnificasti, ext. eodem, cap. si diligent, &  
 de fato comp. Imo si protelatur, quod  
 non uult esse clericus, non eximitur à  
 clero, si alterum habet, ut tonsuram, &  
 non habitum, nam tunc cogendus est  
 ad resumendum reliquum, & punien-  
 dus est, quia dimisit, Clem. quoniam,  
 uerbi. si verò, de vita & honest. cleric.  
 potest tamen renunciare exercendo a-  
 dūm omnino contrarium clero, &  
 33 tunc t̄ carebit priuilegio clericali, & nō  
 erit apostata, ut si militaret, & exerce-  
 ret saeuia, uel quid simile. capit. i. de bi-  
 gam. lib. 6. 84. dist. cap. quisquis. Zabar.  
 in cap. tua, in f. & Mar. Soc. in capit. i.  
 eodem tit. Carebit etiam priuilegio cle-  
 ricali, si præcederet tria monitio, cap.  
 ad audientiam, cap. contingit, de sen-  
 ten. excom.

34 Quartadecima. Apostasia t̄ incurrit  
 tur per dimissionem habitus in tribus  
 casibus. Et primus, si est religiosus pro-  
 fessus. Secundus, si est clericus in sacris  
 constitutus, ita Innoc. & Host. in c. i.  
 eodem tit. per cap. eos, 20. quæstio. 3. &  
 20. quæst. 3. c. i. & 2. facit pro dicto In-  
 noc. dicto cap. i. eodem titu. dum ibi di-  
 citur de taxatis in ordine. Sed non sunt  
 taxati, nisi constituti in sacris, pro hoc  
 de elect. cap. cum ex eo, lib. 6. Tertius, si  
 est clericus in minoribus, sed beneficia-  
 tus: quia ratione beneficij tenetur ser-  
 re habitum, & tonsuram, 50. distinc.  
 cap. fin. & quod ibi not. Differt tamen  
 religiosus à clero constituto in sacris,  
 quia si primus non desert habitum, est  
 excommunicatus, d. cap. 2. ne cler. vel  
 mon. lib. 6. sed clericus nequaquam, ita  
 Doct. in d. c. tua.

35 Quintadecima. Religiosi t̄ apostata  
 peiores efficiuntur alijs peccatoribus,  
 quantumlibet, distinc. 47. vbi dicit  
 D. Aug. quod difficile, idest raro exper-  
 tus sum, idest inueni meliores, idest fer-  
 uentiores, siue perfectiores in vita spiri-  
 tuali, quam qui in monasterijs proce-  
 derint.

runt, ita non sum expertus peiores, quā  
 qui in monasterio ceciderunt. ex quo  
 tex. notantur duo: & Primum, quod  
 36 monachus t̄ dicitur melior, idest perfe-  
 ctior quo ad vitam bonam regularem,  
 ex quo illam obseruat, quia est maioris  
 meriti, cum sit strictior vita, quam cle-  
 ricalis. Sed quo ad bonitatem extrinsec-  
 cam non dicitur melior clericu, & ita in-  
 telligitur tex. in capit. legi, 16. quæst. 1.  
 qui videtur contrarius, secundum Ar-  
 chidiac. in d. cap. quantumlibet. Secun-  
 dum colligitur non esse præsumendum  
 pro aliquo, vel contra. argum. distin. 40.  
 Quod tamen verum est, quando nota  
 est persona, vbi vero est ignota, potius  
 præsumitur pro ea, si vixerit in loco re-  
 ligioso, quam si in alio, argumen. 24. di-  
 stinct. cap. quando, & 56. distinct. capit.  
 presbyterorum. & extra de fil. presbyt.  
 cap. i. Item Apostata est transgressor le-  
 gis suæ, eiusque violator, 3. quæstio. 4.  
 cap. Beatus. Item obseruans diuinatio-  
 nes, & fortilegia, sciat se à fide Christi  
 apostolam, idest retro abeuntem, 26.  
 q. vlt. c. non obseruetis.

37 Sextadecima. t̄ Clericus in minori-  
 bus habens beneficium, & illud acci-  
 piens eo animo, ut eius fructus percip-  
 eret, & postea renunciet clericatu, an si renunciet, teneatur restituere fru-  
 ctus interim perceptos. Et quid si bene-  
 ficium esset curatum, vel dubio esset a-  
 nimo illud beneficium relinquenti,  
 quando illud acceptauit, uide quæ di-  
 ximus, in i. par. lib. 2. capit. 97. nume-  
 ro 54. & 55.

38 Decimaseptima. Licet t̄ quis ab ini-  
 tio non sit cogendus precise ad fidem  
 suscipiendam, cap. de Iudais, distin. 45.  
 23. quæst. 5. cap. ad fidem. Immo nec  
 filii parentibus inuitis possunt ad fidem  
 compelli, glo. in capit. Iudatorum 28.  
 quæst. 1. Tamen baptizati, ritus alte-  
 riūs sectæ, uel fidei dimittere compelluntur,  
 vnde Iudeus baptizatus cogi-  
 tur dimittere ritus Judaicorum forte in  
 eis discernendis, uel in sabbato co-  
 lendo, & non dimittens est apostata,

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

cum terram duabus uis ingrediatur, & indui veste non debeat lino, lanaque contexta, dicit tex. in cap. quidam titu. nolstro, 16. quæst. 7. cap. in noua, & nemo debet claudicare in duas partes, 49. distinct. cap. vlt. Et nemo potest duobus Dominis servire, 26. distinct. capit. acutius, de clericor. coniug. capit. diuersis fallacijs. Et nemo filius Dei, & diaboli esse potest, de penitent. distinctio. 1. capit. refuscitatus. §. item ut Christus ait, nec duobus Dominis servire, vt ibi.

39. Decima octaua. Prelati, ad quos † spe stat ex officio inquirere, punire, & corrigitere, de offic. ordin. cap. 1. possunt compescere infideles, qui fidem suscep- runt, illam seruare, cap. contra Christianos, de heretic. lib. 6. distinct. 45. cap. de Iudeis. Cum minus malum exi- sit uiam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroire, d. capit. quidam, in fine. Talis enim non est aptus regno Dei, cap. magnæ, extr. de uoto. Quinimmo non solum Apostata ipse fidem non obseruans cogitur ob seruare; sed etiam si renueret ut filius suus baptizaretur, posset puniri, ut nos diximus, in prima parte lib. 2. capit. 8. numero 4.

40. Decimanona. Licet ceteris † paribus iuxta text. in capit. quidam, in fi. de Apost. in minori peccato sit infidelis, qui non uult fidem Christi agnoscere, quam Christianus, qui post agnitam retrocessit, iuxta illud Horatij. Turpius ej citur, quam non admittitur hospes. Tamen certo respectu minus malum est uiam Domini agnoscere, & retroire, quam nunquam agnoscere: quia si retrocedens iterum redierit ad fidem, bona per eum facta reuiuiscunt, de penitent. distinct. 3. capit. pium. Sed gesta per infidelem non reuiuiscunt, cum nunquam fuerint bona, ex quo deficiebat fundatum baptismi, 1. quæst. 1. cap. cum Paulus, de presbyt. non bapt. cap. 1. 2. & 3. Tamen alio respectu est minus malum: quia magis delinquunt

facti Christiani recedentes à fide, quam qui nunquam fuerint. Et ita intelligitur text. in d. capit. quidam. Cardin. ibi in fine.

Vigesima. Apostatis, qui professi 41 sunt † non redduntur bona, quæ ad ordinem portauerunt, 27. quæst. vlt. cap. quicunque uult. §. si. in authent. de monachis. §. si vero relinquentes, col. 1. At si exiit cum licentia, vel inuitus ex causa intrat aliud monasterium, & tunc viuisfructus rerum, quas contulit primo monasterio, debet secundo monasterio, ad quod transiit assignari, quam diu uixerit, ne sit ei onerulus, sic intellege illud 17. quæstio. 1. capit. qui rapuerit. Si autem sit regularis, & exiit ante professionem, recuperat bono, extra de regula. Hac Host. & resert Astens. lib. sexto, de regula. titulo 47. articulo 9. quæst. 5.

42. Vigesimaprima. Professi, † vel qui in sacris sunt, omnino præcisè cogendi sunt ad resumendum habitum, capit. à nobis ext. eodem 27. distinct. cap. quod interrogasti, 20. quæst. 1. capit. quem pro genitores, & quæst. 2. capit. si in qualibet. & quæst. 3. cap. proclavis. Qualiter autem cogendi sint, dicit text. quod minis, uel blanditijs, non solum spiritualibus, sed & temporalibus. Blanditijs autem, & non asperitatibus est ad fidem aliquis inuitandus 45. distinct. cap. qui sincera. Immo & quandoque premis, 14. quæst. 4. cap. debet homo. Pariter sunt subditū per præcepta, & monita nunc aspera, & nunc lenia corrigendi, ut ext. de censib. cap. Romana. §. sane. Quod si minis, uel blanditijs non sufficiant, ut quis resumat habitum, tunc deuenientum est ad actuales coetætiones, 45. distinct. cap. cum beatus, & capit. disciplina, id est ad carceres. Quod si strangeret carcerem, & peiora committeret, tunc esset procedendum secundum formam text. in cap. cum non ab homine, de iudic.

## SUMMARY.

- 1 *Habitus disparitas in religione reprobar.*
- 2 *Monachi non debent in eadem domo alii vii fulgidis vestibus, & aliu so- didis.*
- 3 *Habitu inconuenienti viens religiosus sub ius vestes, non est excommunicatus.*
- 4 *Habitu honesto, & decenu debent vii reli- giosi, vel clerici, & in quibus consistat honestas.*
- 5 *Habitus debet congruere qualitati perso- nae, & sexui.*
- 6 *Vestes alia conuenienti religiosis, alia cleri- cis, & alia laicis.*
- 7 *Religious quando possit uti vestibus pre- tiosis.*
- 8 *Monachi extra claustrum nunquam de- bent esse soli, nisi deputati ad curam a- nimarum, vel fierent episcopi, num- sequen.*
- 9 *Religious recedens in consilio suo superio- re, an sit Apostata.*
- 10 *Apostata ad etermodem puniri potest.*
- 11 *Religious an possit esse fidei commissarius aut eligere sepulchram.*
- 12 *Religious claustraliter, an possit esse vica- riis Episcopi.*  
An Episcopi coadjutor, vel delegans or- dinarii, n*u. seq.*
- 13 *An arbitrator vel arbiter, sub num- ro 14.*
- 14 *Religious an, & quando possit esse procu- rator, vel executor, n*u. 19.**
- 15 *Superior dicitur, qui est immediatus, ut Abbas, vel prior.*
- 16 *Religious non potest procuratorem sub- stitutere.*
- 17 *Abbas potest esse procurator, sic & religio- sus in aliquibus casibus.*
- 18 *Religious in duobus casibus potest cogi- ui sit executor.*
- 19 *Religious an possit a claustro auocari.*
- 20 *Mendicantes transiens ad non mendicantes, & recipientes, sunt excommu- nicati.*
- 21 *Professionem emittens infra annum in or-*
- dine mendicantium, & infra annum exiens transiens ad aliam, non est ex- communicatus.
- 22 *Mulier de ordine mendicantium trans- sens ad non mendicantes, si excommu- nicata.*
- 23 *Mendicants ad ordinem non mendican- tum transiens an incidat in penas in suo ordine mendicantium statu- tis.*
- 24 *Prelatus regularis potest repudiare lega- tum factum Ecclesia sine superioris con- sensu.*
- 25 *Ingressi monasterium bona, & omnia in- tra in illud transiunt, fallit in multis casibus.*
- 26 *Professus clam contrahens matrimonium an sit suspectus de heresi.*
- 27 *Monialibus licet prelati non est licitum predicare.*
- 28 *Sermiales non debent in numero monia- lium computari.*
- 29 *Confessor an possit in foro conscientiae absolnere penitentes extra territo- rum.*
- 30 *Monasteria debent tenere magistrum ido- nem.*
- 31 *Religious peccant inducendo testatores ad fibi debita, vel male ablata relinquendu- dum.*
- 32 *Monachi communicando cum Abbatore excommunicato, an sint excommuni- cati.*
- 33 *Monachus non debet uti camisis lineis, & molibus vestimentis.*
- 34 *Gula viuo quinque modis quis potest pec- caro.*
- 35 *Canonici regulares camisis uti pos- sunt.*
- 36 *Monachi in multis equiparantur cum Canonici regularibus.*
- 37 *Monachis in quibus locis debeant seruare silentium.*
- 38 *Vix camisis, & silentium non seruare, quod peccatum.*

De quibusdam Decisionibus in  
materia Religiosorum.

## Cap. XX VI.

**R**IMA. Licet disparitas habitus † in religione sit reprobata, ut supra diximus, intellege verum, quando socialiter, & contentualiter aliqui, vt vnum corpus iungantur, secus si vt singuli ad officium aliquod explicandum, dum tamen alterius professio cum non reddit inhabilem, vnde potest clericus, & laicus iungi in officio executoris, arbitrii, vel consiliarij, facit c. contingit, de arb. Imola in Clem. 1. de elect.

2 Secunda. Monachi non debent † in eadem domo alij vti fulgidis vestibus, alij sordidis, quorum utrumque est reprobatum, 41. dist. §. i. & cap. 1. quia talis habitus disparitas solet scandalum generare, de vita & honest. cler. c. Deus qui. not. in Clem. 1. de elect. sed habitus eorum debet esse nec nimis fulgidus, nec nimis sordidus, secundum Lapum in Cle. ne in agro, de sta. monac. qui etiam dicit, quod in habitu religionis sunt quatuor vitanda, primo vilitas, secundo preciositas, tertio paucitas, & quartto superfluitas. nam in vilitate designatur vanagloria, & simulatio, in preciositate superbia, & delectatio, in paucitate intolerantia, seu desperatio, in superfluitate amor facili.

3 Tertia. Religiosus, vel clericus † si vtitur ueste virgata, aut partita, vel alijs prohibita, non in publico, sed secreto, puta sub alijs vestibus, ita quod exteriori non appareret, per hoc non incurrit pœnam: quia paria sunt esse, & apparere. & hoc tenet Imola. in Clemen. quoniam, de vita & honest. clericorum, in secundo not. vbi idem dicit, si tali ueste vtatur domesticè in domo, puta in studio, vel simili loco, quia per constit. cap. ij, ne cler. vel mon. lib. 6. solum prohibetur quod publicè, ergo secus si non publicè, argum. capit. non-

ne, de præsumpt. & idem dicit ibi Zenzeli. de illo, qui portaret talem uestem prohibitam non continuè, sed ex alia causa propter festum socij sui, qui nouiter Doctoratur, vel fit rector in studio, vel miles, velduxit uxorem, vel familia: Nam portans tales uestes prohibitas ad momentum temporis, uel per temporis interuallum, non incidit in pœnam illius constitutionis, vt plenè per Dom. Petr. de Ancharen. qui probat per iura, & rationes. An vero clerci habeant certum, & determinatum habitum, dic, quod non: cum non sit expressum in iure de colore, & forma per quem, vel eorum alterum habitum oportet discerni, ut not. in Clement. 1. de elect. tamen propter honestatem certæ formæ, & colores sunt eis prohibiti, de vi. & ho. cler. c. clerci. Cle. qm̄, eo. ti. An vero licitum sit religiosis vti vestibus vilibus, resp. q. religiosi uti vestibus vilioribus qnque esse potest vitiosum. Vt si hoc fiat ob inanem gloriam. Vnde Aug. li. de ser. Dñi in monte super illud Mat. c. 6. Cum autem ieunias, dicit, quod etiam in sordibus lutoſis potest esse in tantum, & eo periculosis, quæ sub nomine servitutis Dei decipit. Vnde Hiero. ad Neopotianum dicit. Ornatus, & frides par modo fugiendi sunt, nam vnum delicias, & alterum gloriam redoleat. Pariter pertinet et ad vitium, si habitus vilis procederet ex auaritia, vel negligenter, sed vestibus vilibus vti prout significant statum penitentiae, & tristitiam de peccatis, vel contemptum diuinitarum, est laudabile. D. Th. 2. 2. q. 187. art. 6.

4 Quarta. Religiosi, sive clericis debent vti † habitu honesto, & decenti, nam licet ex ornatu uestis non sit quis iustitiam habiturus, 30. distin. cap. si quis virorum, & uestis humilis non reprobetur, dissolutos tamen, & fractos vestibus non recipimus, 41. distin. cap. par. simoniam. vnde Hiero. Nec affectatæ frides, nec exquisite delitiae laudem patiunt, 41. distin. §. 1. cap. 2. de custo. euch. cum ibi nota. & per decentiam habitus in-

intintseci morum honestas ostenditur, Clemens. 2. de vi. & honest. cler. & nota, quod honestas attenditur in præceptis, distinct. 4. cap. erit autem lex, in votis de voto, cap. magna, & in habitibus, vt de specta. in eccl. non fa. cap. 1. Debet enim habitus † congruere qualitatibus, & conditioni, persona, & sexui, generaliter tamen omnes vestes congruunt, nisi illæ, quæ sunt specialiter interdictæ, vt sunt vestes nimis fulgidæ, vel nimis sordidæ, 41. dist. cap. 1. & 2. Et specialiter illæ sunt interdictæ, per quas humana effigies immunitur, de consecr. distinct. vlt. cap. fucare, cap. cum decorum de vita, & honest. cler. In dubio tamen semper declinandum est ad humiliores, cù humilitas præualeat, cap. principium, de penit. distin. 2. In specie tamen aliæ

6 vestes † sunt congruentes clericis: aliæ religiosis, & aliæ laicis nam laicis quæ vestes conueniant, iudicis arbitrio remittitur. Clericis vero conueniunt illæ, quæ habentur in cap. p. de vit. & honest. cler. 22. quæst. 4. quasi per totum, Clem. 1. de elect. Sed monachis conueniunt illæ, de quibus in cap. cum ad monasterium, de sta. monach. & Clem. Ne in agro. Alijs verò religiosis conueniunt illæ, de quibus in eorum Regulis, & constitutionibus cauetur, nec potest dari super hoc certa regula, cum sit quid facti, salua tamen semper honestate, argum. distin. 4. c. erit. & distinct. 30. c. si quis virorum. Potest tamen absque

7 peccato religiosus † sacerdos induitus pretiosis vestibus in diuinio officio illis vti ad reverentiam diuinii cultus, & ad conseruandum statum dignitatis, & ratio est: quia runc est persona publica: modo illis vestibus uti non fiat propter inanem gloriam. unde Seneca ad quamdam reginam dicebat. Indue te delicate, non propter te, sed ne tua dignitas vellet, ita D. Th. quolib. 9.

8 Quinta. Monachi licet † nūquām extra claustrum debeant esse soli, sed semper debeant habere socium, Cle. ne in agro, de stat. mon. c. si. de capp. Mon. ta-

men debet intelligi de monachis claustralibus, & obedientiarijs, qui ad solū nutū Abbatis possunt reuocari ad claustrum, & ideo non debent stare soli, non autem in monacho, † qui esset per petuo institutus ad curam populi, nam talis nihil habet commune cum monasterio. 16. q. 1. c. ne pro cuiuslibet, & ita glo. in Clement. ne in agro, dicit seruati de facto. Quare Abbas non debet dare socium tali monacho, sed bene vt dixi illi, qui per ipsum præsentatur, & per episcopum instituitur ad curam animarum propter maiorem utilitatem, quia non potest tunc unus solus stare sine socio. Rursum si monachus fieret episcopus, nam tum posset stare sine socio, c. nisi de renunc. ita Io. de Ihsu. in d. Cle. ne in agro.

10 Sexta. Religiosus recedens inconsulto superiori suo, & non subiaciens se alii cuius obedientiæ, ut quia non intrat aliud monasterium, dicitur apostata quæcumque retineat habitum, & tonsuram, quia recedit à regula superioris, & uenit contra unum ex tribus substantialibus, videlicet contra bonum obedientiæ, contra c. cum ad monasterium, de stat. reg. Quia autem poena puniatur

11 talis apostata. Dic, quod potest diuersimodè puniri, ut habetur in c. tuz. & in c. pen. de apoſt. in quibus habetur, quod clericus secularis non est ipso iure excommunicatus, sed excommunicandus: sed religiosus sic. per tex. in c. 2. ne cler. vel mo. li. 6. qui debet intelligi in dispersione habitus longui continua, & temeraria, & non si dimittit ex causa rationabili, puta quia transit per loca periculosa, uel ex alia iusta cauila. Vnde dicit, quod si monachus dimittat habitu in cella, vel iacet sine illo, non putat taliter ligari illa constitutione, quia pauci inuenientur non ligati, sed quando exhibet se conspectui hominum sine habitu, & sine causa, & tunc ligatur. An uero iacens in lecto sine habitu, peccet mortaliter, diximus quod sic, in c. 18. de habitu monachali.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

Septima. Religiosus sine licentia sui superioris non potest esse fideicommisarius, nec eligere sepulturam: nec potest esse iudex, assessor, procurator, adiutor, nec arbitrus, nec collentire electioni, haec probantur de electo. c. si religiosus, 16. q. 1. monachi, 2. c. qui vero, & c. de presentia, 2. q. 7. c. nullus, & ut omnia concludam, nihil agere potest, 12. q. 1. c. non dicatis. ad idem de postul. c. ex parte. Item canon dicit Monachum esse seruum; sed seruus non potest esse arbitrus, vel compromissarius, 3. q. 7. §. tia, vers. serinus, ergo, &c. At cum licentia Abbatis & monachus claustralium potest esse Vicarius Episcopi, 16. q. 1. c. de praesentium, cum religiosi ad hoc sint apti, sicut & secularares clerici, item potest obtinere beneficium curatum, de sta. mon. c. quod Dei, & hoc propter publicam utilitatem. Et ita tollitur obiectio contemplationis, qua perturbat, ex hoc, quia presertim publica utilitas, de reg. c. licet, de renun. c. n. i. cum pridem. 14. Item potest esse Episcopi coadiutor, gl. in Clem. & si principalis, de rescript. Zabar. in c. fin. q. 10. de cler. agrot. Item potest esse delegatus ordinarij. Zabar. in d. Clem. & si principalis, q. 18. Item Abbatis licentia interueniente potest exercere ea, que concernunt pietatem, unde potest esse arbitrator; quia est opus pietatis, 1. i. quell. 3. cap. iustum, 86. distinc. c. peruenit. Item arbitrus in propria ecclesia pro utilitate monasterij, ita Host. in sum. de arbit. §. sed si quis possit. Item potest ejusmodi postulare in iudicio, de postul. c. 2. modo adhuc licentia Abbatis, & utilitas monasterij. Quibus etiam interuenientibus, potest habere legitimam personam ad tractandam causam in iudicio, c. 2. de postu.

Octava. Religiosus non potest esse procurator & sine licentia superioris petit, & obtenta, ita probatur in Clem. religiosus, de procur. in verb. sine, quod quidem uerbum denotat obtentionem de instit. l. sed & si, §. conditio, & ratio est: quia licet quis petierit, si non obti-

nuit, dicitur sine licentia facere, nomine vero superioris intelligitur de immediato. i. Abbat. c. si religiosus, de electo, in 6. vel etiam Prior, modo sit immediatus superior, 16. q. 1. c. monachi, & c. qui vere, de postu. c. 2. Ad hoc 86. dist. c. peruenit. Amplia hoc dictum, & Primo, quod sicut non potest per se, ita neque per alium, sicut enim non potest religiosus esse procurator per se, ita nec a lium & substituere, ad hoc 23. q. 8. c. his a quibus. Secundo, ut nec possit alium constitutere, d. Clem. religiosus, & ratio est: ne frangatur obedientia, quae frangeretur, si monachus posset esse procurator, vel procuratorem alium constitutere, vel substituere sine Abbatis licentia. Tertio, amplia etiam in muliere religiosa, de confirm. vtil. c. cum dilecta, nisi a Papa constitutatur, ut ibi: cum virtute officium mulieribus interdicatur, ss. de reg. iur. l. 2. de arbit. c. dilecti. Quarto amplia, ut nec possit absque licentia esse procurator pro coniunctis personis, ita glo. dicit in c. 2. de postul. vbi dicit, quod illud, quod dicitur posse esse procuratorem pro coniunctis personis, habet locum in priuatibus, non autem in professis, quorum cognatio est in celis, non autem in terris, cum mortui sint mundo, C. de Episcop. & cler. l. Deo nobis, c. plaut, 16. quell. 1. Non tamen per hoc tollitur, quin quando tractatur de successione, celestant cognati, & monasteriorum proprie ex eorum persona succedit, in auth. de san. Episcopis, §. nullam, coll. 9. Host. & Zabar. in c. 2. de postul. Quinto, ut nec pro miserabilibus personis hoc possit d. c. 2. Limita modo, & 18. primo in Abbat. nam licet sub nomine religiosi continetur Abbatis, de sim. c. si. tamen potest Abbas absque licentia esse procurator, de censi. cap. s. opite, & quod not. de testa. lib. 6. c. 2. & ratio est: quia non est sub potestate alterius quo ad potestatem administrandi, de rescript. c. edoceri, de trans. c. contingit. Hinc interfertur, & sic Secundo limitatur in religioso, qui non est Prioratus, nam dummodo

habeat administrationē, quia per se potest agere, glo. 1. de procur. in Clem. reli-giosus, de iudi. c. cum deputati, ita etiam potest procuratores constituere, & pro hoc, quia conuenienter est ut per aliū agat, de fīndic. ca. vno. Tertio limita, vt pro coniunctis, & miserabilibus perso-nis possit interueniente tamen Abbatis licentia, vt not. Specul. eodem tit. 5. 1. versic. item quid est monachus. Quarto limita, quod si est constitutus procura-tor cum potestate substituendi, potest alium substituere. Zabar. ind. Clem. religiosus, quēst. 1. 2. Quinto limita, ut cū licentia superioris possit monachus con-stitui procurator pro religioso alterius professionis, d. Clemen. religiosus, ibi sui, vel alterius monasterij, immo etiam iacti. ut not. Innocen. de re iudic. capit. cum L & A. Sexto, quando monachus accusat Abbas, ita glof. in d. Clem. religiosus.

19. Nona. Religiosus & claustralibus non po-test suscipere officium executoris testa-menti sine licentia superioris immedia-ti Clem. 1. de testam. ubi Zabar. in 5. no. acc. hoc casu requiritur conuentus li-entia, de elect. cap. si religiosus, in 6. Nec etiam sufficit, quod licentia peta-tur, & superior non contradicat, sed quod obtineatur, ita glof. in d. Clem. 1. verbobtentia. Qua obtenta, potest esse executor etiam in relictis ad non pras-causas, d. Clem. 1. & cap. 2. eodem tiru. in 6. Zabar. in d. Clem. quēst. 2. Quini-20 mo † in duabus casibus potest cogi. Pri-mus, si licentiam obtinuit, quia tunc si non uult suum officium exequi, potest cogi, argum. de tenunc. cap. quidam. Secundus, quando prælatus id præcipit, quia tunc parere tenetur, 12. quēst. 1. cap. non dicatis, si uero superior dederit licentiam, & postea reuocauerit, licet male faciat, tamen religiosus non potest contradicere. Zabar. quēst. 5. in uno tan-tum casu religiosi non possunt esse execu-tores, ut si sunt fratres mendicantes. Zabar. ibi in 5. oppos.

21. Decima. Religiosus non potest a clau-

stro auocari nisi primo auocetur ad be-neficium curatum, ut in hoc habeat pri-uilegium curae animarum, de stat. mo-nac. quod Dei, de reg. cap. super eo, & quod no. de relig. dom. cap. 2. in Clem. An autem Religiosus possit prefici ho-spitalibus secularibus, gl. in d. c. 2. dicit, quod uidit de factō obtineri, quod le-prosarijs possint prefici religiosi per no-ta per Innocen. in cap. cum dicat, de ec-cle. adif. vbi dicit, quod collegium lepro-forum est religiorum, & licitum atque à iure approbatum. Tu tamē dicas, quod religiosus non potest prefici hospitali, & non obstat Innocent. dictum, quia leprosi non sunt verē religiosi, cum ha-beant proprium, & contrahunt matri-monium, & contracto utuntur, de con. leprof. cap. 1. & d. cap. cum dicat. Item nec dicuntur religiosi, ex eo, quod com-munitate uiuant, quia non omnes com-munitate uiuentes sunt religiosi, ut pa-tet in cap. quoniam ut air, de uit. & ho-nest. cler. & in hac op. resident Paul. & Imol. in d. Clemen. 2. An autem sufficiat ut Religiosus possit prefici, & quod rector hospitalis habeat curam paupe-rum, uel familie extra tamē potestatē claustrum, dic, quod non, ita Arch. in c. quidam, 18 q. 2. facit quod not de off. at chi. c. cum satis differant. Federicus de Senis conf. 2 i 3.

22. Undecima. Mendicantes transeūtes ad ordinem non mendicantium, & eos recipientes, sunt excommunicati, extra de regul. ut diximus lib. 4. capit. 20. nu-mero 3. unde autem dicantur mendicantes, dicit Laudinus à mene, quod est defectus. Hinc, quod est luna di-gitur menia propter defectus, quos si-pe patitur, si illi patiuntur defectum qui non possunt habere proprium in singulari, nec in communi, & de tali-bus primo fecerat Augustinus suum or-dinem, sed postea reuocauit ut notatur 12 q. 1. cap. certe. Itia autem mendican tes sunt quatuor, ut Prædicatores, Mi-nores, Hæremita, & Carmelita, de re-lig. dom. c. uni. in 6.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 23 **Duodecima.** Quidam fecit professio-  
nem in ordine mendicantium, infra an-  
num probationis, & infra illum exiuit,  
& postea transiuit ad aliam religionem,  
nō incidit in excommunicationem, ita  
glo. in Clemen. 1. de regul. nam excom-  
municatio locum habet in his, qui sunt  
professi ordinem mendicantium, & sic  
in illis qui sunt legitimè professi, & per  
consequens sunt astricti religioni men-  
dicantium in specie, sed predicti non  
sunt astricti in specie ordinis mendican-  
tium, sed in genere religionis, vt pro-  
batur extra, & regul. c. 1. & cap. non fol-  
lum, c. constitutionem, in 6. ergo.
- 24 **Tertiadecima.** † Mulier de ordine  
mendicantium transiens ad non mendi-  
cantes, est excommunicata, & incidunt  
in penas contentas in Clement. 1. de re  
gul. arg. tex. in cap. vnic. §. sanè, de statu  
regul. & not. in decre. generali, de elec.  
& ratiq. est: quia de ordine mendicant-  
ium sunt & scimina, ut patet in foro-  
ribus Minorum, & Prædicatorum, que  
sunt mendicantes, licet habeant priuile-  
gium, quòd possint habere possessio-  
nes, & quòd non teneantur ad colle-  
ctas, &c. ita Imol. in dicta Clem. 1.  
de regul.
- 25 **Quartadecima.** † Mendicans ad or-  
dinem non mendicantium transiens,  
etsi redeat ad suum ordinem, incidit in  
penas in suo ordine mendicantium cō-  
tentas, 19. q. 3. cap. mandamus, de æta.  
& qual. c. intelleximus, quod videtur ve-  
rum secundum Lapum, si utrobique  
professionem fecit in utroque ordine,  
aliter secur. Imo. qui supra.
- 26 **Quintadecima.** † Prælatus regularis  
potest repudiare legatum factum ecclesi-  
æ sine superioris consensu, sic tutor  
potest repudiare hæreditatem sine iudi-  
cis deereto, vt in l. magis, §. fundum, ff.  
de rebus eorum, qui sibi tutela, licet nō  
possit alienare sine eius decreto, C. de  
præd. mino. non alien. l. 1. 2. & 3. simile  
est, quòd dicimus de beneficio acquisi-  
to, & acquirendo: Nam primum sine  
authoritate superioris renunciati nō po-
- test, sed secundum sic, vt ipso facto, c. ex  
ore, de his, quæ fuit à mai. pat. Cap. not.  
de elect. in 6. cap. si electio, & melius, in  
cap. si tibi absenti, de præben. ibi, sine  
authoritate tutoris. Fed. de Sen. cons. 9.
- 27 **Sextadecima.** † Ingressi monasteriū  
bona, & omnia iura in monasterium  
transeunt, cap. in præsentia, & ibi Do-  
ctor. de probat, in Authen. ingressi, de sa-  
crofanct. eccl. & nos diximus in nostris  
decis. lib. 3. cap. 5. num. 3. 2. fallit tamen  
hæc regula, Primo, quando ipse haberet  
descendentes, quibus debetur legitima,  
cum tunc eius bona transeat in mona-  
sterium salua legitima, 19. quæst. si. cap.  
fin. secundum loan. Andr. & Innoc. in  
d. c. præsentia, & hoc habetur in Auth.  
si qua mulier, C. de sacrofan. eccl. quam  
quidem legitimari petere non possunt  
ante mortem naturalem ipsius ingre-  
dientis, sed postea, vt voluit Bart. in d.  
Auth. si qua mulier, pro quo facit quòd  
not. cxr. de testam. cap. Raynutius. inte-  
rim tamen hi descendentes habebunt  
alimenta ab ipso monasterio, vt voluit  
Cinns in d. Anthen. si qua mulier, cum  
quo transit D. Nico. in d. c. in præ-  
sentia, sentit, quòd filius possit legitimā  
petere in vita patris, per tex. in cap. cum  
scimus, de regu. Idem sentit Bald. in Au-  
then. ingressi, C. de sacrofan. eccl. Se-  
cundo fallit in eo, qui ingreditur ordi-  
nem, siue monasterium mendicantū,  
& Fratum Minorum, Prædicatorum,  
mendicantium, nam tunc bona eius ve-  
niunt ad succedentes ab intestato, cum  
ingressis pro mortuo reputetur, 16. q. 1.  
cap. placuit, cum ipi fratres non possint  
capere nisi quod habetur in Clem. Exi-  
ui. de verb. signific. secundum D. Anto-  
nium in d. cap. in præsentia. Tertio fal-  
lit, quando tales ingredientes monaste-  
rium decederent infra annum profesio-  
nis, nam tunc bona illorum pertinent  
ad illos, quibus reliquerint si fuerint te-  
stati, cum possint intra illud tempus te-  
stari. Ioan. Andr. in cap. beneficium, de  
reg. iur. in 6. si verò non fuerint testati,  
tunc

# De quibusdam Decis. &c. Cap. XXVI. 246

tunc ad venientes ab intestato devoluuntur, ita Ioan. de Imo. in dicto cap. in presentia. Pet. de Anchatur. in dicto cap. beneficium, plenè per canon. in d. cap. in praefentia. Quarto fallit, quando persuasione alicuius Abbatis, vel prælati quis ingrediatur monasterium, quoniam hoc calu bona non Monasterio applica buntur, sed debent restituiri eis, qui forcent sui hæredes, tex. est singu. 20. questio. 3. cap. constituit, quem tex. allegat glos. in cap. pen. de off. deleg. Illeatus verò dicitur, quando quis verbis, munusculis, vel promissionibus, ex toto per talia esset attractus, aliás non facturus, nā si aliás esset hoc facturus, sed quibusdam munusculis, & promissionibus, vel verbis adulatorijs, facilius est attractus, non credo, qd tunc monasterium debere ledī, ita Arch. in d. c. constituit, nu. 1.

**28** Decimaseptima. Professus, † qui reliquo monasterio, & clauistro, clam contraxit matrimonium, est suspectus de hæresi, cum faciat contra votum castitatis, & illudat tanto sacramento matrimonijs: si autem hoc palam fecerit, presumitur potius error, quam malitia, ita deducitur ex Archid. in cap. nemo, 32. quest. 4. & in cap. presbyter, distinc. 28. si vero constitutus in sacris de facto contraheret matrimonium, de rigore vacant ipso iure beneficia sua, no. lo. And. Henr. & Panorm. in cap. 1. de cler. coniug. ne sint melioris conditionis qui illicitè contraxerunt, quam qui licite, can. nuper, de biga. & vera ratio perditio-  
nis beneficij est tacita renunciatio, seu habere proderelicto, quod causatur ex contractu matrimonij, cum fecerit a-  
etum omnino contrarium clericatu, vnde in quantum in se est, habuit beneficium pro derelicto, arg. c. ex transmis-  
sa, de renunc. patet à simili, quod si quis adipiscatur secundum beneficium curatum, de facto perdit primum, c. quanto, de translat. prælat. sic in in odium ipsius, qui voluit contrahere matrimonium carnale, cum non possit, debet certe beneficio, ac si contraxisset, licet

glo. si. in c. 1. de cler. coniug. & lo. And. in cap. Ioannes, eo. tit. dicant, quod ve-  
niat priuandus per sententiam.

**29** Decimaoctaua. † Monialibus licet sint prælata, non est licitū prædicare, c. in noua, de pœn. & rem. c. mulier. dist. 23. Quod intellige secundum Archid. ibid, ascendendo pulpitum, & faciendo sermonem ad populum: quia sic nec ma-  
ribus laicis, quin immo nec etiam cleri-  
cis, nisi sint curati, vel super hoc priuile-  
giati, c. dudum, §. huiusmodi, de sepult.  
& ibi Imola. Sed secretè in clauistro, vel  
choro, vel capitulo potest, si est Abba-  
tissa docere suas Monachas, vel conuer-  
sus, & eis prædicare.

**30** Decimanona. † Seruiales non de-  
bent haberi in numero monialium: pri-  
mo, quia si seruiales, & moniales pari-  
passu censerentur, non debuerunt di-  
uersis vocabulis nuncupari, C. de codic.  
l. si idem. Item si comprehendenderentur  
sub numero monialium, non fuisset eis  
licitum exire clauisuram ante tempus  
Benedicti X I. de statu monach. cap.  
vni. lib. 6. & tamen erat eis licitum exi-  
recum licentia tantu. Item natura corre-  
latiiorum est, vt vnum non sit alterum,  
cap. debitum, de baptis. sed seruen-  
tes, & Domina, scilicet moniales, qui-  
bus seruitur, sunt correlatiua, & ad cre-  
dendū, quod non debeant haberi in nu-  
ro, patet, quia non tenentur ad diuina  
officia. Item non habent vocem in ca-  
pitulo, sicut nec conuersi Minorum, &  
Prædicatorum, ut deelec. c. ex eo, lib. 6.  
vbi per Archid. ita habetur per Feder.  
de Sen. conf. 213.

**31** Vigesima. Licet † dixerimus in pri-  
ma par. lib. 1. de potestate confess. tit. 13.  
num. 45. quod confessor potest audire  
confessiones suorum subditorum etiam  
extra territorium, & illos absoluere e-  
tiam de peccatis extra territorium com-  
missis, tamen illud intelligitur de con-  
fessoribus proprijs. Hoc est summo Pô-  
tifice, vel legato Papz in provincia, Epi-  
scopo, vel presbytero parochiali, & co-  
rum vicarijs: quia in his, que fine stre-  
pitu

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

pitu sunt, nullius territorium ieditur : argu.de offic. leg. cap. pen. & fin. Secus autem de confessoribus extra ordinarij, de quibus habetur in Clem.fin.ver, extra ciuitates, de sepul. quia licet possint audire, non tamen possunt absoluere. Quod si faciunt vmbra quædam ostenditur in opere, veritas autem non subest in effectu, arg.de consu. cap. quanto. Vnde Zabar.not.ibi, quod otiam in foro pœnitentiali consideratur territoriū, ut sicut quis non potest exercere iurisdictionem extra territorium, ut Lfin. ff. de iurisd. omn. iudic. de relcip. cap. statutum, §. in nullo, de constit. cap. 2. li. 6. sic nec audire confessiones. Quod idem est dicendum de confessori penitus extraneo, ut si parochialis sacerdos absolvit parochianum alterius, fallit in viatore, & in periculo mortis, ita Zabar. in dicta Clemen. fin.in 4. no. & in questio. 4. & 5.

32 Vigesimaprima. In monasterijs† debet teneri magister idoneos, Clement. ne in agro, §. rursus, de statu monacho. alias si non esset idoneus, esset inutilis, & nullus, & inutilis æquipollent, de translat. cap. 2. qui monachos debet instruere in scientijs primitiuis, hoc est Grammatica, Logica, & Similibus, 27. distin. cap. si quis grammaticam, & cap. de quibusdam, imo etiam secundum Zenzelinum in iure canonico. Ita Zab. in d. §. rursus.

33 Vigesimasecunda. Religiosi† peccant inducendo testatores, vel procurando ut relinquant sibi legata, vel debita, vel male ablata, quæ alijs volebant relinquere, ita glo. in Clem. 1. de priuile. & excessi. prælat. vbi prohibetur religiosi, ne procurent, quod legata, vel debita, vel male ablata eis fiant in præiudicium aliorum, quibus scilicet debentur, vel quibus testatores legare volebant, vel respectu male ablatorum in præiudicium Episcoporum, quibus competit corum dispositio, & hoc ideo prohibetur: quia in ipsis notatur ipsorum cupiditas, & avaritia, quæ in clericis repro-

barur, de præben. c. avaritia, Zabar. in d. Clem. oppos. 1. & 9. not. & q. 5.

Vigesimatercia. Monachi communis 34 nicando† cum Abbatे excommunicato excludantur, cum sint quasi de familia Abbatis. Sic licet clerici non teneantur communicare cum Episcopo suo excommunicato, 93. distinct cap. miratus, & extra de excessi. prælat. cap. fi. tamen fallit, quando essent seruitijs eius continue occupati, cum in talibus sit ea dem ratio, quæ in alijs seruis mercenarijs. Turrect. in c. nos sanctorum, nu. 4. & 5. 15. q. 6.

Vigesimaquarta. Monachi non debent † vti camisij lineis, d. cap. cum ad monasterium, veleriam sericis, secundum Lau. in Clem. ne in agro, in princ. Quod idem dicit de alijs mollibus vestimentis pari ratione, de constit. c. translato. Debet tamen vigilare Abbas ad reformationem motum suorum subditorum tam in vestibus, quam in cibis, cum totus status hominum consistat in his duob. ff. de verb. sig. l. vi. c. 36 cibos verò quinque modis exceditur, de consecrat. dist. §. cap. quinque. Et qui laxiora, velduriora præ ceteris alimenta, vel indumenta querit, aut inremptrans, aut superstiosus est 41. dist. cap. 1. & cap. fin. Debent igitur vti modelta, ut eorum indumenta non sint nimis exquisita, sed simpliciter ornata, facit tex. in cap. ultimo, de custod. Euchar. ita glo. in dicta Clement. ne in agro. verb. exquisitum.

37 Vigesimasexta. Camisij† Monachi licet uti non debeant, tamen illis uti possunt Canonici regulares: seruitur enim regulæ laxiori, cap. quod Dei, de statu monach. sunt etiam dissimiles in habitu. Item aliqui Canonici carnes comedunt in refectorio. Monachi autem nullo modo, cap. cum ad monasterium, §. in refectorio, de statu monach. Item diuersi sunt authores eorum: quia monachorum sanctus Benedictus Canon. 38 nicorum Augustinus. In quibus † autem equiparentur, dico quod in multis. Et

Et primo in tribus substantialibus regulae, scilicet in obedientia, cap. cum in ecclesijs, de maior. & obed. in abdicatione proprij, d. cap. quod Dei. & in castitate, de voto, c. vno, lib. 6. & c. vt clericorum, de vita & hon. cler. Neutri debent exire claustrum, nisi Abbatे imperante, & pro utilitate monasterij, de postul. c. ex parte. Neutri audiunt legem vel physicam, ne cler. vel mon. cap. non magno. Vtique debent comedere in refectorio, & dormire in eadem domo, de vita & honest. cleric. cap. quoniam: Vtique debent facete capitulum prouincia le, de ita. monach. c. cum in singulis, & c. seq. & breuiter, nisi in exceptis debent se conformare cum alijs religiosis, c. praesens, 20. q. 3.

Vigesima septima. Monachi tam in 39 oratorio t̄ id est Ecclesia, quam in refectorio, in quo reciuntur fratres id est, simili comedunt, quam in dormitorio, in quo simili dormiunt, de vita, & honest. cler. cap. quoniam semper seruare debent silentium, cap. cum ad monasterium, §. in oratorio, de itatu monach. Et ita intellige vi. caput Regule beatii Benedicti. Pariter in claustro quoque seruare debent, & hoc laudabiliter fuit institutum, quia nimis possent laxare linguam, sed nec post completorium loqui debent, ut in regula 144. Et ex hoc nota laudabiles consuetudines esse approbandas, ut in dicto §. in oratorio, alias autem in melius commutandas, vt legitur, & no. in cap. cum omnes, ad finem, de constit. An autem vti camisijs, & 40 non seruare silentium, sit peccatum mort. Dicquid non: quia in Regula B. Benedicti, quædam, quæ continentur sunt precepta, quædam monitionis, sive comilia.

### SUMMARIUM.

- 1 Visitationis materia explicatur per articulos 9.
- 2 Visitationis materia ubi tractetur per Doctores.

- 3 Visitatio non Dominus multis modis.
- 4 Visitatio multiplex, generalis, & specialis, annua, & quotidiana.
- 5 Visitatio annua ad quæ pertinet, & quare instituta, item quotidiana, quare fiat.
- 6 A visitatis visitatione generali, non recipitur instrumentum, secus in speciali.
- 7 Visitator an virtute generali inquisitionis posse procedere contra dissimilatos.
- 8 Crimina notoria qua.
- 9 Visitare an teneatur Episcopus sub praepotio suam diœcesis.
- 10 Visitatio generalis diœcesis an fieri possit per vicarium Episcopi.
- 11 Vicarius habens speciale mandatum quam visitationem facere possit.
- 12 Episcopo deleganti visitationem credendum est.
- 13 Episcopus ienit de delicto, quod commisit vicarius in visitatione quam illi commisit.
- 14 Episcopo frequenter visitantem diœcensem debent procuratio, roties, quories.
- 15 Visitare qui de iure, ac consuetudine, vel ex delegatione possint.
- 16 Archiepiscopi, & Episcopi an magis honorandi quam Cardinales.
- 17 Cardinales multiplici prærogativa maiorata precedunt omnes ecclesia prelatos post Papam.
- 18 Visitatio Monachorum ad Abbates Speciales, & visitatio de consuetudine ad Archidiaconum, & Archipresbyterum.
- 19 Visitare an possit capitulo sede vacante.
- 20 Capitulo sede vacante episcopo succedit in potestate visitandi. fallit n. seq.
- 21 Capitulo vacante sede non succedit Episcopo in potestate literatum executorialium.
- 22 Vicarius datus à Capitulo sede vacante, non potest absolvire à casibus, cuius absolutionem Papa mandauit alternatè Episcopo, aut Vicario.
- 23 Vicarius datus à Capitulo absolvit à casibus referentibus Episcopo.
- 24 Collegium Cardinalium non potest exercere regale ad Papam pertinenti nisi, &c.
- 25 Visitandi potest etiam quis commisit.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 25 Visitatorum potest au<sup>r</sup> quanta, & an extenda<sup>r</sup>ur ad priuandum beneficio, & officio.
- Crimina digna depositione que.
- 26 Visitator datus à Papa quando non possit amonere.
- 27 Sed an vicarius generalis Episcopi.
- 28 Visitator datus à Papa Ecclesia cathedra<sup>lis</sup> potest conferre beneficia, non autem datus ab inferiori.
- 29 Visitandi formam, qua habeatur in c. Romana, de cens. non tenetur seruare Legatus Papa.
- 30 Episcopi, & alii visitantes differunt à legatu in alio in exactione expensarum.
- 31 Episcopo visitanti quare debeatur procuratio.
- 32 Visitator Archiepiscopus qualiter interroguab<sup>it</sup> Episcopum.
- 33 Visitandi prouinciam modus obseruan-  
dus ab Archiepiscopo.
- 34 Quid inquirere debeat.
- 35 Archiepiscopus non solum debet visitare clericos, sed etiam laicos. & nn. 43.
- 36 Visitanti Archiepiscopo debeant pro-  
curatio.
- 37 Pro officio imperiendo nihil à prelato re-  
cipiendum nisi in casibus.
- 38 Procuratio exigitur in consecratione, &  
visitacione.
- 39 Visitatio Archiepiscopi debet esse perso-  
nalis, si potest.
- 40 Visitare suum Capitulum in aula sua Ar-  
chiepiscopus non potest.
- 41 Visitator mutare non potest pro fratribus  
ut deponant vota sua ad locum habi-  
tationis sua, nu. 107.
- 42 Abbas s<sup>i</sup> monasterium sibi subiectum po-  
test visitare per alium.
- 44 Archiepiscopus an libere visitata sua dice-  
cti possit visitare eam prouinciam.
- 45 Visitari an possint per Episcopum eccl<sup>esi</sup>, qua in nullius sunt diocesis.
- 46 Hospitalia Episcopus an, & quando visi-  
tare possit.
- 47 Sed an collegia, & confraternitates lo-  
corum.
- 48 Procuratio debeatur pro visitandis istis  
piis locis.
- 49 Oratoria an possint per Episcopum vi-  
stari.
- 50 An gaudeant immunitate ecclesiastarum.  
In oratoriis non debent celebrari sine au-  
thoritate Episcopi.
- 51 Loca pia an possint fundari, ita quod Epi-  
scopi nullam iurisdictionem habent.
- 52 Oratoria publica, & priuata, & qua-  
publica.
- 53 Oratorium quādo presumatur publicū.
- 54 Oratoria publica possint ab Episcopo vi-  
stari, & procurari.
- Oratoria priuata qua fini.
- 55 Hospitalia an possint erigi sine authori-  
tate Episcopi.
- 56 Locorum piorum gubernatio debet com-  
mitti viris promidis.
- 57 Rector semel reddens rationem, an possit  
uerum cogi.
- 58 Visitatio an possit per eundem repeti.  
Successor an possit vestigia prioris visita-  
toris diligenter inquirere.
- 59 Visitator si sibi denegetur aditas an possit  
frangere portas eccl<sup>esi</sup>.
- 60 Visitator si venit cum maiori numero, an  
possit repellis.
- 61 Visuando quando concurrat Archiepisco-  
pus, & Episcopus, quis admittendus.
- 62 Episcopo negligente inquirere, an iurisdi-  
ctione denoluantur ad Archiepiscopum.
- 63 Visitare ordinario visitans, non des-  
cogere quenquam ut dicat corrindenda.
- 64 Archiepiscopus visitans, an possit audiire  
confessiones suffraganorum, & quid  
de visitatore regulari.
- 65 Visitatores regularium in actu visualio-  
nis an possint absoluere religiosos a cas-  
bus reservatis.
- 66 Et an possint alteri talem facultatem co-  
mutare.
- 67 Archiepiscopus dum visualias, non potest  
dare ordines, seu litteras commendati-  
tias ad ordines.
- 68 Visitandi forma qualis, & nn. 113.
- 69 Modus in visitacione tenendus.
- 70 Visitans religiosus quales securus ducat per  
sonas
- 71 Iura Episcopalia, ad qua tenentur eccl<sup>esi</sup>, qua.

# De visitatoribus. Cap. XXVII.

248

- 72 *Invisidilio Episcopalis ad tres partes reducitur.*
- 73 *Episcopus quamuis à se ecclesias eximat, quatuor retinet.*
- 74 *Episcopus concedens ecclesiam Abbati non potest abdicare omnem iurisdictionem, quam habet in illa.*
- 75 *Episcopus non potest abdicare oculo, fallit in casibus, ut nū seq. & 77.*
- 78 *Exempio generalis facta religiosis sufficit ad emittandam visitationem Episcopi, non autem legatis.*
- 79 *Pralatus religiosus visitationi non resistens, sed tantum excipiens se exceptum, an posset excommunicari.*
- 80 *Episcopus nec tempore constructionis ecclesia non potest à se abdicare potestatem visitandi.*
- 81 *Visitatio an tollatur per compositionem.*
- 82 *Consuetudo, vel pactum Archiepiscopi an illam tollat, vel reparationem.*
- 83 *Consuetudo omnis cessat, quando agitur de periculo anima.*
- 84 *Procuratio quid, & quosplex.*
- 85 *Procuratio consistit in visitalibus. Et horum nomine qua consueantur.*
- 86 *Procuratio datur in signum subiectionis.*
- 87 *Episcopus non debet visitare suam diocesim sumptibus suis.*
- 88 *Procuratio quandoque non debetur.*
- 89 *Procurationis loco an possit haberi pecunia.*
- 90 *Procuratio in pecunia an ab invito posse exigi.*
- 91 *Visitans non potest recipere munera, sed nec aliquis de familia, nū. 94.*
- 92 *Visitator finita visitatione an possit aliquid sponte oblatum accipere.*
- 93 *Index finito officio illud potest.*
- 95 *Visarius si deliquerit in actis visitandi, Episcopus seneatur.*
- 96 *Episcopus non prodest donatio facta à visitato.*
- 97 *Episcopus non visitans non debet habere procurationem.*
- 98 *Procuratio luci regulariter debetur pr uno die, tamen quandoque potest haberi pro pluribus diebus.*
- 99 *Episcopus visitans ecclesiam, qua distat,*
- non debet habere expensas in cuncto, & redendo.
- 100 *Visitans si stetit per medium diem, an habebit integrum procurationem.*
- 101 *Procuratio debita Episcopis non praescrivatur, nisi in casibus.*
- 102 *Archiepiscopus si ad aliam diocesim ac cedit non causa procurations an sit procurandus.*
- 103 *Hospitalia, & oratoria, quando visitans tur, possunt procurari.*
- 104 *Monasteria non exempta singulis annis visitari debent per ordinarios locorum.*
- 105 *Monasteriorum exemptorum dva sunt species.*
- 106 *Monasteria exempta qualuer cognoscantur.*
- 107 *Locus exemplis an sit de diocesi Episcopi.*
- 108 *In locis exemplis licet multa possit Archiepiscopus exercere, non tamen visitare.*
- 109 *Archiepiscopus quando in locis exemptis possit exercere iurisdictionem contentious.*
- 110 *Archiepiscopo quod dum visitat, vel non visitat, licetum sit facere deferriri cunctum est ex privilegio.*
- 111 *Monasterium Monialium quod alterius subest, per quem visitabitur.*
- 112 *Monasteria monachorum dignorum debent visitari per Abbatem.*
- 113 *Exempio generalis sufficit quo ad intra Episcopalia.*
- 114 *Visitantes Moniales de quibus corrigere debent.*
- 115 *Av. visitandi forma prescripta Episcopo, & Archneepiscopo excipiuntur legati, & religiosi.*
- 116 *Visitatores debent se conformare laudabilibus consuetudinibus monasteriorum.*
- 117 *Facta à pralatis facile trahuntur à subdito in exemplum.*
- 118 *Visitatores quando visitant, in primis debent proponere verbum Dei.*
- 119 *Visitatores qualiter se habeant erga subditos.*

# Décis. Aurearum Par. II. Lib. III.

- 120 *Visitatores regularium an possint priuare officio, & administratione.*
- 121 *Visitator regularis an possit mittere pro fratribus, ut in eos visitationis officium exerceat.*
- 122 *Visitator quid faciet, si innenerit aliquem diffamatum. & dignum correctione.*
- 123 *Visitator extra suam legationem an possit pricipere monachis in sua legatione, vel extra.*
- 124 *Visitator deputatus in Tuscia non potest visitare fratres de Lombardia eo venientes causa peregrinationis.*
- 125 *Excedere possunt pralati visitando in numero equorum.*
- 126 *Si proficiuntur cum canibus, & quibus.*
- 127 *Item in sumpuosis epulis.*
- 128 *Si frangunt valvas monasteriorum, & ecclesiarum.*
- 129 *Si recipiunt plures procurations in una die.*
- 130 *Si recipiunt procurationem, & non visitant.*
- 131 *Si priuant officio, cum non possint. Vbi etiam remissione de xxx. granamibus.*
- 132 *Visitationis effectus.*

## De Visitatoribus. Cap. XXVII.

**D**E INDE dicendum est de visitatoribus, & primo † de Multiplici visitatione. Secundo quibus incumbat officium visitandi. Tertio quis committat potestatem visitandi. Quarto de potestate visitatorum. Quinto de forma, & modo visitandi. Sexto, An visitatio possit tolli. Septimo, de visitatione quo ad Regulares. Octauo, de procuratione, que annexa est visitationi. Nono, de excessibus, qui in illa committi possunt.

2. De materia autem preter † ea, quae diximus in prima parte lib. 3. de Regul. nro. 141. vide omnes scribentes, 10. q.1. per totum in e. dilectus, de rescrip. 1. in e. cum l. & A. de sent. & re iudic. in e. in singulis, & seq. extr. de sta. monac. Car

din. & Imol in Clem. attendentes eod. tit. & in Clem. 1. de censi. Ioan. And. At chid. Gemin. & Franc. in 6. de censi. & in extr. duos plenissimos tractatus per Mar. Soc. Sentorem, & Fran. Pau. quorum reminiscitur Feli. in e. cum ex officij, de prescrip. Item Paul. Fusc. in tracta. de visita. & regim. eccl. per totum, & tandem per Conc. Trid. c. 7. & seq. sess. 7. & c. 8. sess. 21. cap. 3. sess. 24. cap. 20. sess. 25. Circa primum sciendum est, quod visitatio multipliciter dicitur. Primo † quoniam Deus dicitur nos visitare in morte, iudicando nos, iuxta illud. Vbi te inuenero, ibi te iudicabo, & de hac visitatione dicitur in prima Epistola Petri cap. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Secundo modo dicitur Deus nos visitare, ut ab hostibus liberet. Vnde ludic. c. 4. in fi. Omnes orabant Dominum, ut visitaret populum suum. Tertio visitat nos Dominus, temporale beneficium conferendo. Sic visitauit Dominus Sarum sicut promisit, & impleuit quae locutus est, concepit, & peperit filium. Quarto, visitat, gratiam conferendo. Quinto, corripiendo. Hinc Ps. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sexto, naturam nostram assumendo. Hinc Luc. cap. 2. visitauit nos oriens ex alto, & Psal. Visita nos Domine in salutari tuo. Septimo fit visitatio congratulationis causa. Ut Beatisima Virgo Elizabeth Luc. cap. 1. Octauo pro ea, quam quisque Praelatus, vel alius charitatiem hospitalitatis causa ecclesias, Monasteria, hospitalia, leprosoria, aut similia visitat loca, facit Clem. 2. vers. nos igitur de censib. Nono, quando pralatus ex debito officij sui visitat, de qua in hoc tractatu agendum est. Et hanc duplex est † generalis, & specialis: Generalis est illa, quando datur potestas tam in capite, quam in membris, Abb. antiqui. & Ioan. de Anan. in cap. cum l. & A. de sent. & re iudic. vel quando datur facultas visitandi ciuitatem, & diocesim, &

& multo magis prouinciam, ita Feder. cons. 4. f. n. 2. Specialis vero est, quando datur potestas visitandi certam personam. Est etiam visitatio annua, & quotidiana. Prima pertinet ad quemlibet praelatum, cui visitandi officium in tumbit de iure communni, ut in cap. conque rente, de offic. ordin. & ibi glo. & in c. decernimus, cum duobus cap. seq. 10. q. 1. & in gl. 1. c. si Episcopus, de offic. ordin. in 6. & in e. est communis opin. Quod quidem sancte institutum fuit secundum Turretin. in cap. relata, 10. quest. n. vii. prelati singulis annis visitant ecclesiastas & diocesis. Primo, ut errores, & heres exiti possint. Secundo, ut nouos infideles instruantur. Tertio, ut confirmant exemplum Apostolorum: qui cum audissent quod Samaria receperisset verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem, qui imponentes manus super illos, accipiebant spiritum sanctum<sup>2</sup>, Act. 8. In quo intelligitur sacramentum confirmationis, quod a solis Episcopis non ab alijs inferioribus conservari potest. Quarto pro salute animarum, vel pro culto diuino amplificando, vel conscientiae status ecclesiarum, vel reformatione tam in capite, quam in membris, per not. in cap. cum Apostolus, de censi. c. procuraciones, eodem tit. & cap. r. codem titulo libr. 6. ibi, ne animatum profectus aliquatenus negligatur. Sacit a 8. q. 2. cap. visitandi. Quotidiana autem visitatio quae pro frequenti necessitate multis de causis emergentibus accedit, potest bis, ter, & quatuor, & quoties opus fuerit fieri id est quoties ecclesia causam prebuerit, & correctione indiguerit. 18. q. 2. c. visitandi, & c. non semel. Host. de offi. Arch. in sum. num. 4. Sed modo deueniamus ad questiones.

6. quatuum: Prima. At visitatis visitatione generali non recipitur instrumentum, seclusus in speciali, Francus in cap. 1. §. fane, de censib. in 6. Hinc sit, quod Archiepiscopus, qui est visitator generalis, potest visitandos compellere ad ueniendum, & respondendum, nam alias frustrate-

rijs esset eius iurisdictio, cap. ex literis, de offic. deleg. tamen non potest eos cogere ad iurandum, secundum lo. And. in d. §. fane.

7. Secunda. Virtute generalis inquisitionis non potest visitator procedere contra infamatos de crimine, sed debet de novo speciale inquisitionem facere; & inchoare, & contra eum procedere. Franc. in d. §. fane. Item testes recepti in generali inquisitione sunt iterum repetendi postea, quod contra tertiam personam agitur, ut dicit Innoc. in c. bo. n. cl. i. in glo. in uerbo testes, de elect. Quae quidem generalis inquisitio tunc fieri debet, quando contingit aliquod maleficium esse notorium, nam tunc iudex debet statim inquirere generaliter, & non contra certam personam, & facta inquisitione, vocare postea nominatos in inquisitione de maleficio, ut se descendant. ita Innocentius in d. cap. bo. n. Quae autem sunt crimina notoria, sciendum est, t. quod corum, que sunt notoria, quædam sunt notoria iudici, & incognita alijs, quo casu loquitur 2. q. 1. cap. multi, & cap. si peccauerit. Alia sunt manifesta alijs, & occulta iudici, quo casu locum habet eadem quest. c. Deus omnipotens. Quædam uero nota sunt iudici & alijs, quo casu locum habet ead. quest. cap. scelus. Quod si dubium est iudici an crimina sunt notoria, primo debet de hoc inquirere, & si ita inuenetur, pronunciet tantum, quod si ueniret punire hæc maleficia, quia sunt notoria, cum solum in hoc videatur cognoscere an sit sua iurisdictio puniendi. lo. And. & Franc. in d. c. 1. §. fane, de censib. in 6. Notorium uero crimen in hoc casu secundum Athid. in d. cap. 1. c. 1. cuius testis est populus, & illud est notorium facti, cuius populus testis est, & dissimilatio, siue negationi non est locus, ut in cap. tua; de cohabital. & mul. & intelligentia populus esse testis, siue sic crimen notum omnibus, qui sunt in loco, siue maiori parti, 2. q. 1. de manifesta, c. uesta, de cohab. cler. uel mul.

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

**Tertia.** Episcopum per cunctas diceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, c. Episcopum, 10. q. 1. in uerbo oportet. Vnde in eadem quest. in ea decreuimus, ponitur sub decreto; & decreuimus necessitatem habet, cap. decretu, 2. quest. 7. Quod si ipse aut languore, uel infirmitate, aut alijs occupationibus occupatus, huiusmodi officium per se adimplere nequicuerit, presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, c. Episcopum, 10. quest. 1. cap. inter catena, de offic. ord. cap. si Episcopus, eod. tit. lib. 6. unde glossa in d. cap. si Episcopus; quae dicit uisitationem per ahum fieri non posse, intelligitur, nisi sit iustum impedimentum, uel nisi Episcopo ex Apostolo lico priuilegio uisitare per alios sit permisum, iuxta Ext. Benedicti, Vas electionis, §. si uero, de censib.

**Quarta.** Visitatio generalis Diocesis non t̄ potest fieri per uicarium Episcopi generalem, sed requiritur speciale mandatum, sicut nec uicarius capituli sede vacante uisitare potest absque speciali concessione, glo. & Doct. in Clem. 1. in uerb. capituli, de heret. & ratio esti quia uisitatio uidetur Episcopo referuata, quia regulariter cessante iusto impedimentoo ipse uisitare tenetur, ut etiam habetur per Conc. Trid. cap. 3. de resom. sess. 2. 4. in princ. ea uero, que referuata sunt, non ueniunt nisi specialiter exprimantur. Abb. in cap. prudentiam, §. lexica, de offic. deleg. quia in generali mandato non ueniente ea, que uerisimiliter Episcopus non esset concessurus.

**Quinta.** Vicarius t̄ si habet speciale mandatum, illam uisitationem facere potest Episcopo impedito, qua speclat ad Episcopum, & quam Episcopus potest cui uult committere, modo sit idoneus, d. cap. Episcopum, & cap. decernimus, per Conc. Trid. in d. cap. 3. ibi, per suum uicarium, aut uisitatem. Non autem poterit facere uisitationem quotidiam, quae pro frequenti necessitate multis de causis emergentibus sit, nam illam Episcopus non potest committu-

re cui uult, sed tantum Archidiacono, secundum glo. in d. c. Episcopū, in uerb. annos Archid. in d. c. si Episcopus. Hugo in c. perleonis, dist. 2. Conc. Trid. in d. cap. 3. in uer. Archidiaconi, ubi Archidiaconi, Diaconi, & alij inferiores, in ijs ecclesijs, ubi uisitationem legitime exercere consueuerant, debent assumptu. Notario de consensu Episcopi per leipso tantum ibidem uisitare, ergo exclusi uidentur Vicarii Episcoporum. Ponderando dictiōnē illam, tam, positam in dicto Concilio, cuius natura est affirmare quod ponit, & excludere. & negare omne aliud, ut in L. C. de patr. potest. Et sic nota, quod Episcopus de iure communī uisitat, sed Archidiaconus de consuetudine, ut not. Hosties, & de offic. Archidiaconi sum numero 4.

**Sexta.** Episcopo deleganti Vicario uisitationem, uel alteri t̄ propter impedimentum, credendum est. ita communē dicunt Doctor. esse sententiam in L. ff. de officiis, & in cap. i pro debilitate, de offic. delegat. Hinc glossa in cap. post cessionem, ubi etiam Canoniste, de probat dicit, quod literis Episcoporum credendum est tanquam publico instrumento, & maximē, & sump sigillo authentico munite, prout literis Vicariatus, in quibus delegantur uisitationes, Crauet. cons. 1. 22. num. 14. in fine, Franc. in rubr. de collat. §. teneantur, in uerba eorum uicarij.

**Septima.** Episcopus tenetur de dilectione, quod commisit Vicarius in negotio uisitationis, l. 1. in princ. ff. de ex. ac. Lobseruare. §. profici, ff. de offic. proc. Vnde si plus debito extorquet à subditis, Episcopus tenetur, ut habetur per Iean. And. in cap. 6. Episcopū, de offic. ord. in 6. Butt. Holt. & Zahar. in cap. ad hac de offic. Archid. Quid intellige in materia uisitationis, alias non tenetur, si Vicarius, uel alius delinqueret extra illam matrem uisitationis, ita belinus, in cap. si quando, num. 2. extra detegrip. & in cap. Petrus, num. 11. cum

etum seq. de homic. vbi ponit alias decla rationes, an episcopus teneatur de deli cto Vicarij sui, vel officialis.

Oltiu. Episcopus, quando frequen ter visitat in anno Ecclesiam, quia sic oportet, potest accipere procurations toties, quoties visitabit, ita Archid. in e. Episcopum, 10.q.1. modo ecclesia cau sal praebeuerit, & correctione indigne tie, cap. visitandi. i.8. quest.2. imputent enim sibi ecclesias, que se tales reddunt, vt habeant pluries visitari, iux. nota. per Iean. Andri. in cap. mandamus, de offic. Archid. super vlt. glo. Turrect. in d. cap. Episcopum, num. 7. An vero Episcopus iuri visitandi possit renunciare, videbi mus infra de procuratione.

*Quibus incumbat officium visitandi.*

Circa secundum, sciendum est, quod 15 multi possunt visitare. † Alij quident de iure, alijs de consuetudine, & alijs ex delegacione. De iure visitat Episcopus, 10.q.1. cap. Episcopum, cum simil. Item Archiepiscopus, cap. Romana, de censi: in 6. Episcopi Cardinales, c. cum Apo stolus, ext. de censi. In quo quidem tex. Concilium praescribit numerum equorum, quos secum debent habere praefati visitantes. quia Episcopus cum 20. vel 30. equis. Item Archiepiscopus cum 40. vel 50. equis. & Cardinalis cum 25. Et ita nota ex illo tex. quod Archiep 16 scopi, † & Episcopi sunt magis honorati, quam Cardinales. Et intellige de Cardinalibus non Episcopis: Nam maior numerus equorum permittitur Archiepiscopo, & Episcopo, quam Cardinalibus, & hinc est quod alibi disputatur. Nunquid Episcopus sit maior Cardinali, vide bonam glossam in c. quan quam 2. q. 7. & ibi per Turrecre. vbi con cludit quod Cardinalis multiplici prerogativa majoritatis precedunt vires vos. alios ecclesias praefatos post Romanum Pontificem. Vnde dicuntur pars corporis papaz. Tum majoritate curæ, & administrationis, cum sint assistentes

papaz, consulendo in rebus tingensibus totam Rem publicam Christianam, ut patet in cap. venefabilem, & cap. funda menta, de elec. lib. 6. & aperte colligitur ex cap. bonaz, extra de postul. prælat. vn de ideo Cardinales nominantur, quia sicut cardine ostium regitur, ita istorum consilio, prudentia, & diligentia totus orbis Christianus regitur, & gubernatur. Tum etiam maiestate tribunalis, quia Senatus, siue Collegium dominorum Cardinalium vna cum Romano Pontifice sunt maius tribunal in Ecclesia, ut colligitur ex cap. per venerabilē, qui filij sint legit. & in e. pater, 9.q.3. Tu etiam autoritate respectu cautarum, quibus praesunt: nam majoribus causis praesunt: maiores enim causæ ecclæ fixæ ad Papam: cum Cardinalibus referuntur, c. maiores, de baptis. cap. quod translationem, de offic. legati. Visitare etiam possunt omnes Legati Apostoli ci, quanvis non sint de latere, sed missi, aut etiam nati, cap. cum instantia, c. procurations, de censiib. Item Nuncio Apostolici, quibus à Sede Apostolica visitationis officium committitur, d. cap. cum instantia, & cap. procurations. Nam plerumque Sedes Apostolica maxi mis curis, & sollicitudinibus exagitat ur, secundum causarum, personarum, & locorum qualitatem, ac grauissimum negotiorum varietatem, ea propter præter hos, quos Sedes Apostolica perpetuos ordinarios praefatos deputauit, plerumque etiam per Legatos à Latere, aliquando & per legatos missos, non nunquam per Nuncios suos visita tiones adimpler. Item visitant Patriarchæ, & primates, ita probat textus in c. 2. & c. felicis, de censi. in 6. Visitatio etiam 18 Monachorum † ad Abbates spectat, c. in singulis, cap. fin. de fla. monach. habe tur in Extr. Benedicti, Vas electionis, de censiib. Sed de consuetudine prescripta, visitat Archidiaconus, cum 3. vel 5. equis. cap. mandamus, de offic. Arch. Item Archipresbyter cu duobus equis, cap. 1.2. & 3. de offic. Archipresby. Item

ex delegatione. Legatus à Summo Pon-  
tifice, cap. cum instantia, de censib. vel  
si est deputatus ab Archiepiscopo vel  
Episcopo aliquo iusto impedimento ex-  
istente, d. cap. Episcopum, & cap. decer-  
nimus, ro. q. 5. & habetur per Coneil.  
Trid. sess. 24. cap. 3. de reform. Et tan-  
dem concludendum est, quod quicun-  
que Praelatus iurisdictionem habens or-  
dinariam, potest visitationis officium  
exercere, ut est text. in cap. 1. §. hanc au-  
tem, de censib. lib. 6. vbi gloriam exem-  
plificat in Plebanis, quod intellige mo-  
do iurisdictionem habeant in subditos,  
quoniam iurisdictioni annexa est iuri-  
ratio, tex. est in cap. cum venerabilis, de  
censib. est bonus tex. in c. in singulis, de  
stat. regul. Oldr. consil. 204. Licet quandoque  
contingat, ut quis in certos nul-  
lam iurisdictionem habeat, & tamen il-  
los visitare possit, exemplum patet, quā  
do Episcopus de iure speciali visitat mo-  
naliteria monialium exempta, Clem. at-  
tendentes, de sta. monach. Franc. in c. 1.  
num. 1. de maior. & obed. lib. 6. tandem  
vice ordinati omni multi alij possunt vi-  
sitare, ut habetur per glo. in verb. per a-  
lios, in dict. Extr. Sed modo deuenia-  
mus ad decisionem, quā hæc sit.

Licet dubium sit secundum lo. And.  
in c. 1. de maior. & obed. in 6. an Capitu-  
lum sedile vacante posse visitare, & pro-  
curationem accipere, tu tamen conclu-  
des, quod Capitulum succedit in potestate  
visitandi, ita glo. ordinaria in Clem. 1.  
uersio. Capituli, de hæret. Archidiac. in  
cap. si Episcopus, de suppl. negl. prelat. in  
6. & ratio est: quia in iurisdictionibus  
capitolium succedit Episcopo sede ua-  
cante, cap. cum olim, eum similibus, de  
maior. & obed. Sed Episcopus habet  
hanc iurisdictionem, ergo &c. Secun-  
do, quia alias sequeretur absurdum, scilicet  
quia tempore uacationis remane-  
rent omnia incorrecta. Quod tamen di-  
ctum † limita tribus modis. & Primo,  
ut non procedat in generali uisitatione  
Ciuitatis, & diecesis, nam illa facere nō  
potest Capitulum, sed specialem tan-

tum contra certas personas, uel ecclæ-  
sias, uidetur sequi in d. cap. uni. de maio;  
& obed. in 6. Paul. & Pet. de Ancharan.  
& Imola in Clement. 1. in glo. capituli,  
de hæretic. Secundo nisi essent mo-  
nasteria monialium exempta, quia non  
poterit Capitulum, licet ipse Episcopus  
ipsa uisitare poterit, d. Clem. attenden-  
tes. Et ita transit Gemini in d. cap. unic.  
& ibi Francus, num. 5. & ratio poterit es-  
se: quia id dicitur competere Episcopo  
potius de iure speciali, & ex priuilegio;  
& in priuilegijs non succedit capitulu;  
Franc. in d. cap. vnic. num. 5. Tertio, ut  
Capitulum incedat in iurisdictione e-  
piscopali sibi competente iure ordina-  
rio, & non in delegato, uel iure specia-  
li, Fel. in cap. can. te, nu. 17. de re script.  
Doct. in cap. cum olim, extr. de maio, &  
obed. Deci. in capit. quoniam Abbas,  
numero 15. de offic. delegat. & con-  
sil. 128, 11. col.

21. Hinc inserit † Fel. quod Capitulum  
vacante sedile non succedit in potestate  
literarum executorialium, huc datur  
in persona Episcopi, si conseruant poté-  
statem, quæ non concurrit cum poté-  
state iuris communis, ita notabiliter di-  
cit Butt. in cap. uerum, de foro compre-  
per famosum dictum Innoc. ibi, quod  
Capitulum succedit solum in compre-  
tentibus Episcopo iure communi, &  
non iure speciali. Et est glossa in cetero  
dictum, in uerbo speciali, de elect. & ibi  
22. Abb. Inseritur etiam quod † uicarius da-  
rus à Capitulo sede uacante iux. Conc.  
Trid. sess. 24. cap. 16. de reform. (sic enim  
hodie tenetur creare Vicarium: nam an-  
te poterat per ipsum exercere iurisdi-  
ctionem, nec cogebatur creare Vicar-  
ium, Abb. in cap. irrefragabili, num. 21  
circa princip. de offic. ordin.) non potest  
inquam absoluere à peccatis, cuius ab-  
solutionem Papa mandauit alternatiuē  
Episcopo, uel eius Vicario, ita glossa in  
uerbo eius, in Clem. 1. de hæret. & ra-  
tio est: quia Capitulum non potest ista  
absoluere, ergo nec eius Vicarius, con-  
sequenter probatur per h. nemo potest  
ff. de

si de reg. iu. c. quod autem, de iure patr. nam in mandato facto. Episcopo capi- tulū non succedit in materia non com- petente sibi de iure communi. Et si di- ceres, licet capitulum non possit, tamen iste potest, cū sit Vicarius Episcopi nam respondeo, quod non est Vicarius Epi- scopi, vt dicit glo. in d. Clem. 1. & Feder. consil. 30. Abbas cap. cum olim. 1. no. de maio. & obed. & est communis testis Ro- mano, consil. 56. num. 13, in f. Sed est Vicarius iurisdictionis episcopalis, & ordinataria, & sic illius, quam assumptus à Capitulo; non delegata, hūx nein. est in capitulo, & nec in eis. Ita etiam tenet Card. in Clem. 2. num. 13, de relect. b. In- etiam insertur, quod eum transeat ad ea pitulum iurisdictionis Episcopi ordinaria, ut successorem episcopi. Et successor, & antecessor pro una persona reputantur, c. 1. de solut. c. dilecti, de foro compo-  
 23 tellt. Vicarius t̄ datus à capitulo ab eo- uere à causib⁹ reseruatis episcopo. Abba- in cap. his, quā, in f. de maior. & obed. in f. Feder. consil. 30. quod incipit, an- capitulum. Vbi inquit, quod peniten- tiarius, & electus confessor à capitulo Sede vacante, potest absoluere peniten- tes in casibus episcopo reseruatis, cum capitulum succedit episcopo Sede vacante, cap. vnic. de maior. & obed. lib. 6. Fallit tamen in collegio Cardinah. Im- Sede vacante, quia non potest exercere ea, quā ad Papam pertinerent, nisi in casibus, de quibus per Feder. d. consilio 30. Si quis tamē velit scire casus, in qui- bus capitulum succedit sede vacante, & in quibus non succedit, videat Ioan. Andr. & post eum Francum, in cap. 1. num. 3. de maior. & obed. in 6. Vbi Fra- cus ponit casus 11, in quibus succedit, & quatuor, vbi non succedit.

Deinde videndum est, quis commit-  
 24 tar t̄ potestatem visitandi, & dico quod potest datus visitator à Papa. de quo Do- ctores intelligunt tex. in c. dilectus, el. 1. de rescript. Item potest dari a iure, de quo loquitur tex. in cap. episcopum, 10. q. 1. & cap. in singulis, de stat. monach. Item

potest quis visitare per consuetudinem, vo Archidiaconus, & Archipresbyter. Item iure speciali, sic episcopus de iure speciali, & ex privilegio visitat monaste- ria monialium, Clem. attentes, de sta. monach. Item potest visitator dari ab inferiore, quando legitimo impedi- menta esset impeditus, dico episcopum, & habetur per Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. de reformat.

Postea considerandum est de quar- to, scilicet de potestate visitatorum, id- est quam potestatem t̄ habeant visita- tores, an in eos transferatur tantum co- gnitio, & facultas inquirendi, vel etiam putandi, & deponendi ab officio, & dignitate. Circa quem articulū dico ex mente Doct. in cap. dilectus, 1. extra de rescript. pōnendo plures decisiones. Quārum prima. Visitator datus à Papa potest non solum inquirere, sed etiam priuare, beneficio, si criminālē sint grauiā, & manifesta, que hoc expōcat, modo in forma mandati sit clausula illa inquiras, & corrīgas; cum verbum cor- rectiōnis interdum depositionem con- tineat, de verb. signific. c. querenti. Que autem criminālē digna sint depositione, dicit plene Abb. in c. vt si clerici, de iud. & in c. cum non ab homine, vbi decla- rat quā sint criminālē grauiā, & graues excessus. Quod intellige, præmissa cita- tionē, & legitimis exceptionibus discus- sis per visitatorem, vt colligatur ext. de sta. monach. c. vlt. in princ. & in verbo visitatores, ibi, contumaces inuenerint. Feder. consil. 55. Quā quidem conclu- sio ampliatur primo, si visitator sit datus à iure, nam tunc etiam potest quem priuare, si in forma mandati sint dicta verba. Inquiras, & corrīgas, arg. eius, quod glossa dixit in capit. in singulis, §. statuimus, de stat. monach. Imola in d. Clem. attentes. Secundo si visitator fuerit datus ab inferiore, quām à Papa: modo qui talem facultatem commi- lit, h̄abet potestatem amouendi à be- neficio, & sint verba illa inquitas, & corrīgas: quia vno concesso, intelligun- tur

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

tur concessa omnia , &c. de offic. deleg. cap. i. cap. præterea , & cap. suspitionis , & vno concesso intelliguntur concessa omnia accessoria ad illud , cap. prætentiam , de offic. deleg. limitatur modo ,  
 26 vt non procedat quando visitatore fæset datus à Papa , sed in forma mandata essent tantum illa verba , inquiras , & regulam seruari facias , quia tunc in hoc casu non potest perpetuo amouere , ita Paul. in d. Clem. attendentes , prout ibi refert Imola in 6. col. vers. iuxta prædicta . Rursum , vt non procedat quando in forma mandati effet specialiter referatum , vt visitatores non possint priuare . Item fallit in visitatoribus religiosorum , nam uon possunt deuenire ad priuationem , c. in singulis , de sta. monach. sed de hoc insta . Rursum fallit in Vicario generali ipsis episcopi , quia licet caualarum cognitione in ipsum transferatur , non tamen officium visitandi , seu corrigendi , cap. fin. de offic. Vica. in 6. Quare non potest inquirere , vel punire crimina , vt ibi dicitur , & sic nota , q. Vicarius non potest facere ea , quæ potest ipse iudex , cuius vices gerit . Quod tamen limita primo , nisi Vicarius generalis episcopi inquireret non vt puniat , sed vt remittat ad episcopum talem criminorum , cap. ad hæc , de offic. Archid. Item limita , nisi velit inquirere , vt delinquentes se corrigan , & emendent quod male fecerint , vt per Innocent. in cap. ad nostram , de iure iur. el 2. vel nisi velit inquirere in crimine heræsis , vt in cap. præsidentes , & cap. vt commissi , de hæret. lib. 6.  
 28 Secunda . Licet nullum sit tamen discrimen inter visitatorem datum à Papa ecclæsiæ cathedrali , & visitatorem datum ab inferiore ipsi ecclæsiæ , quando in mandati forma effet clausula illa . Inquiras , & corregas , vt supra probauimus , tamen differentia est in alio , quia primus potest conserre beneficia , secus si datus effet ab inferiore , c. fin. de suppl. neglig. prælat. in 6. Item in forma visi-  
 29 tadi , t. quia Legatus Apostolicae sedis in

visitando non tenetur seruare ordinem de quo habetur in cap. Romana , ext. de censi. tum quia ipse vices Papa gerit , de offic. lega. cap. i. Tum quia legatus in officio iurisdictionis maior est Episcopo , vt paret , de offic. deleg. c. sane , quia , & c. pastoralis , & de offic. leg. c. studiisti . ergo non includitur sub clausula generali , argum. de rescrip. c. sedes Apostolica , extr. de sent. excom. cap. quia periculose . Tum , quia ecclæsia Romana non consuet contra se priuilegium concedere , de censi. c. cum instantia , & ita concludit Host. in sum. de censi. §. & qualiter , num. 27. Rursum episcopi , & 30 alij visitantes differunt tamen à legatis , & nuncijs Apostolicis in alio , quia Legati , & nuncijs Apostolici possunt exigere expensas , quas faciunt in cundo ad locum , vel elemendo equos loco equorum mortuorum , vel vesturas eorum , & hoc ultra numerum procurationis , quæ impenduntur in victimis , quod fecerit in episcopis , & alijs , qui non possunt illa exigere , sed procurationem duntaxat , vt dicit Panorm. in c. procurationes , extr. de censi. tum , quia propter hoc habet bona dignitatis , vt quæ ad dignitatis officium spectant , exercant . Et quia procuratio hoc respectu potius datur in signum subiectionis , & propter hospitalitatem , quam de necessitate iuris naturalis , cum suos redditus 31 habeant . Et si dices , tamen quare episcopis debetur procuratio , quando visitant , cum propter hæc onera habeant redditus episcoparum . Resp. Arch. in c. i. de censi. in 6. quod habet in signum subiectionis , & vt dicit Panorm. in d. c. procurationes , nu. §. vt faciliter inducantur ad visitationem . Sicut videmus in Canoniceis , quibus quotidie dantur distributiones propter interessentiam diuinorum , licet teneantur ad diuina officia , vt in c. i. & ibi not. de cler. non resid. lib. 6. Differunt etiam Legati ab episcopis , quia Legatis debetur procuratio non principaliter ratione visitationis , sed quia subeunt onera aliorum , vt in cap. 2.

cap. 2. de officiis leg. in 6. facit tex. in e. cum instantia, ext. de censi. Panor. in d. c. pro curationes, num. 5.

32 Tertia. Visitator, † si est Archiepiscopus, licet fieri posset, & sic viderit expedire, poterit episcopum interrogare de statu suo, simul cum alijs, tamen decentius est, ut primo episcopum interroget seorsum, & seorsum corrigit, si quid fuerit corrigendum; cum alijs sit in exemplum, de elect. capit. cum in cunctis, de voto. cap. magna. Et bene potest caput corrigi sine membris, & correctione membrorum differri, cap. cum l. & A. de sent. & re iudic. Archid. in d. c. 1. & ibi Io. Andr. nu. 13. de censi. in 6.

33 Quarta. Visitator, † si Archiepiscopus est, suam volens visitare provinciam, debet prius ecclesias sua Capitulum, ac ciuitatem, & diaecesim propriam plenè visitare, ita vt nulla parochia remaneat non visitata, dummodo commodè visitari possit, & visitationis causa subsit, & hac sunt redigenda ad boni viri arbitrium, ita text. & glo. in verbo plenè, de censi. in 6. c. 1. Hinc dicit Archid. in d. ver. plenè, quod si duæ, vel aliquæ paucæ remanent, propter hoc nihil impedit ut non sit facta plena visitatio, argum. 7. q. 1. cap. denique. vbi indignatus est Dominus omni semini Israël, & tamen non tribui Iudeæ, & Benjamin, & ita verbum generale non se extendit universaliter ad omnia, ad idem c. bonæ, el 2. extr. de postul. Igitur Archiepiscopi potestas se extendit prius ad suam diaecesim. Et non solum ad ecclesiæ maiores, sed etiam minores, id est curam animatum non habentes, dicto capit. 1. Quod Archidiaconus in c. episcopum, 10. q. 1. extendit etiam ad diaecesanum,

34 nam debet prius † diuinum inuocare auxilium 23. dist. c. in nomine, de testi. c. in nomine, & missam de Spiritu sancto celebrebat, vel celebrare faciat, & hanc orationem faciat, vel aliam, si magis adiuueniat conuenientem. Omnipotens, sempiterne Deus, cui licet omnia manifesta, & nihil penitus sit oc-

cultum, & cui omnia corda, & hominum intentiones sunt in aperto, ad nostrum tamen exemplum descendere, ac videre voluisti utrum clamorem, qui ad te peruerterat, opere compleuerint, præsta quæsumus pro tua ineffabili clementia, & pietate mihi indigno falso tuo iniuncta mihi visitationis debitam, ac legitimam potentiam, illumina intellectum, labia aperias, linguam diriges, atque omnes actus, & cunctas operationes instrue, & confirma, ut hanc visitationem, quam facere intendo spiritu sancto cooperante, & intercedente sanctissima, atque intermerata Virgine Maria, atque omnibus sanctis universorum tam clericorum, quam laicorum salutem, omniumque ecclesiarum tuarum, ac religiosorum, piorumque locorum conseruationem, augmentationem, & catholicæ fidei exaltationem, necnon ad tuam cedat laudem, & gloriam sempiternam, per Dominum &c. Quia peracta, magna cum grauitate, veneratione, ac religione intrat Ecclesiæ, & facta genuflexione, ac debita reverentia, ac oratione de qua supra in singulis ecclesijs repetita, oculos, ac mentem in primis dirigat ad locum, in quo præcessum corporis Christi sacramentum conservatur, atque reconditur, & inspiciat si locus sit nitidus, purus, ornatus, & clausus, nam clauibus eucharistia, & sacrum chrisma clausa custodiri debent, ut habetur de custo. Euch. Deinde locum reliquiarum conspicere debet, & demum baptismi, in quo regeneramur. Altaria, & vasæ altaris, & vestimenta ecclesiæ an sint munda, & honesta, & in loco mundo teneantur, c. 2. de custo. Euchar. si corporalia munda, & nitida conseruentur, nam nimis videatur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecent etiam in priuatum vestibus, d. c. 1. & 2. Debet etiam videacan ecclesia sit ordinata, vel cooperata, ut dicitur in c. decernimus, 10. q. 1. Item debet inquirere secundū Io. And. in d. c. 1. §. sane, de vita, & conuersatio-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

ne rectoris, Quomodo ecclesiam, &c ipsius iura gubernet, nam ut dicit Archid. cum ibi possit delinqui, & ecclesiam non reparari, ergo locus est visitationi.

**35 Quinta.** Archiepiscopus† non solum debet esse intentus circa visitationem clericorum, qualiter baptismum, &c alia sacramenta ministrent, & qualiter se habeant in ecclesia, & in vita, 10.q. 1.c. placuit, & de custo. Euch. c. 2. Sed etiam laicorum. d.c. 1. de censi. in 6. & d.c. placuit. Vbi habetur, quomodo debeat populum visitandum admonere, & docere a quibus debeat abstinere. Quod intellige quo ad crimina ecclesiastica, ut super matrimonij, & alijs ad ecclesiam pertinentibus, secus in alijs, quia sic visideretur velle usurpare iurisdictionem iudicis secularis, de iudic. c. nouit. Hoc autem intellige secundum Francum in d. c. 1. Quarto not. quando vellet inquire ad finem penitentiam imponendam, d.c. 1. §. notoria, secus si ad penitentiam, quae datur de crimine, quia tunc posset, ut not. in cap. nos, de purg. cano. Gemin. in d.c. placuit.

**36 Sexta.** Cum Archiepiscopus† populum suum visitat, poterit ab eo, procurationem exigere, qua debetur causa visitationis. Hoc videtur expressum, 10.q. 3. c. cauendum, Archid. in d.c. placuit. Vnde Hugo in d.c. cauendum, dicit, quod poterit episcopus, una die esse cum clericis, & alia cum laicis sumptibus eorum, quia non est magnum si episcopus metat carnalia, vbi spiritualia se minauit, 13.q. 1. §. in dicece. ver. quia ergo. Et hoc procedit de iure, nam de conseruidine laici non soluunt. Gem. in c. 1. de censi. in 6. Et ita episcopus in civitate manens, & visitans potest exigere procurationes, c. venerabili, extr. de censi. & est ratio, quia visitationi annexa est procuratio, extr. de simo. cap. cum sit Romana. Licit sit de consilio, quod episcopus, cui proprii sumptus non desunt, non accipiat, & ita Arch. intelligit tex. in d.c. cauendum. At qn sit de precepto, videbimus infra de procuratione.

**37 Septima.** Licet † regulariter ordinarius, ut praefatus pro officio impertiendo nihil debeat percipere, cap. vendentes, 1.q. 1. cap. cu[m] ab omni, de vita &c. honest. cleric. vbi Panor. num. 13. Tamen certi sunt casus in iure excepti, in quibus etiā ordinarius licet petit sumptus. Quorum primus est, si episcopus siue praefatus vadit ad consecrandam ecclesiam, ut extra de simo. cap. cum sit Romana: Quod procedit etiam data vicinitate locorum. Vnde quantumcumq; ecclesia consecranda sit vicina episcopatu[m], nihilominus potest à consecrante, exigi procuratio, tum quia d.c. cum sit, loquitur generaliter. Tum quia idem est in procuratione debita ratione visitationis, quia debetur etiam ab ecclesiis, quae sunt in propria ciuitate, ut supra diximus. Vnde non datur h[ab]ere procuratio pro labore, sed præstatur in signis cuiusdam superioritatis, & ut scilicet praefati inducantur ad visitandum, & consecrandum. Quare autem in † consecratio[n]e, & visitatione exigi potest procuratio, & non sic à baptizandis, glos. 10.q. 3. cap. relatum, dicit hoc fieri, ne propter auaritiam, seu paupertatem homines subtraherentur a sacramento baptismatis. Ita Panorm. in d.c. cu[m] ab omni.

**38 Octava.** Archiepiscopus quando visitat † suā diocesim, deberet si potest, personaliter accedere ad locum cuiuscumque ecclesie, d. cap. 1. de censi. in 6. & de offic. ord. cap. conquerente. ibi. Ita quod cum. Quod si commode, vel ab eo difficultate accedere ad vim quamq; non poterit, ut forte propter niues, vel nigrices, aut inundationes aquarum, vel aliud simile, per quod iter, vel via redditur difficultis, ad hoc cap. 3. de eccl. x. difficile. tunc potest visitationem facere in alio loco congruo, qui sit honestus, omnibus communis, prout est possibilis, & qui possit omnes recipere quoad necessaria, prout erit possibile, cap. accepimus, de fide instrum. cap. cum persona, de priu. & ratio est, quia illud solum possumus

possimus, quod commode possumus, l. nepos Proculo, ff. de verb. signifi. Et ex his collige secundum Ioan. Andr. & Franc. in d. c. 1. quod locus visitationis non est de substantia, sicut nec locus electionis, de quo in c. bonæ, et 1. de elect.

Nona. Cum visitatio debeat personaliter fieri d. c. 1. ibi, accedere ad vnam quamque. Hinc sit quod si Archiepisco 40 pus vult † vocare suum capitulum ad se, & visitare in sua carerla, vel aula, vel alias Ecclesiæ civitatis, non potest, d. c. conquerenter. Ioan. Andr. in d. c. 1. ibi in glossa patet in fin.

41 Pariter sequitur, quod si visitator † extra monasterium existens pro fratribus sigillatim mitteret, vt vadant ad locum habitationis suæ, vt ibi deponant vota sua, vt unus denunciet alterum de criminis, quod talis citatio non valer. Si in litteris Apostolicis dicatur monasterium personaliter accidentes. & q. citati patere non debent, ad hoc, de constit. c. 1. in 6. cum indiscreta citatio non debeat arctare citatum, vt extra elect. c. bona memoria, §. sermonem. cum etiam omnia iura clament, cap. si cupis, 16. quæflio. 1. religiosum non debere extra claustrum exire, sed in illo morari. Facit etiam quia forma mandati ipsius visitationis est diligenter obseruanda, de scrip. c. cū dilecta, ff. mand. 1. diligenter. Pariter si monasterium mo 42 nialium subsit alteri monasterio † monialium, cum illa maior prælata clausuram exire non debeat, cap. vnic. de statu monach. lib. 6. & sic cum non possit per se visitare tanquam iuste impedita, poterit visitare per alium, argum. 10. q. 1. cap. episcopum, de offic. ord. c. inter. per Concil. Trid. cap. 3. less. 24. Non tamen poterit visitari per ordinarium, glos. in Clem. attendantes, de sta. monach. vbi etiam Imola. Intelligendo sane de monasterijs exemptis ab ordinario, & alteri subiectis. At quando visitatio debe fieri personaliter, tunc si sit per alium, visitator non habebit expensas, arg. 10. q. 3. c. relatum, de censi. c. cum venerabi-

lis, vers. decernimus, Atchid. in c. si episcopus, de offic. ord. in 6.

Decima. Debet etiam Archiepisco 43 pus non solum † clericos, sed etiam laicos visitare, sed separatim, quia separata est uita talium, dist. 4. cap. statuimus, & c. denique. i. & à clericis inquirere qualiter sacramenta ministrent, & qualiter se habeant in ecclesia, iux. rex. in cap. 2. de custo. Euchar. & in vita. Deinde populo prædicare verbum Dei, illum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamq; accedere, & quod resurrectionem speget, & diem iudicij timeat, vitia mortalia fugiat, seleq; in bonis operibus exercet, ita Ioan. Andr. in c. 1. de censi. nu. 2. & Conc. Trid. c. 3. less. 24.

44 Undecima. Visitata † sua diœcesi Archiepiscopus potest de iure etiam episcopi negligientia non expectata visitare suam prouinciam, cap. fin. de censi. in 6. sed secundum Conc. Trid. cap. 3. less. 24. de reform. non potest visitare cathedrales ecclesiæ, neq; diœceses suorum comprouncialium, nisi causa cognita, & probata in concilio prouinciali. Accidentes vero causa uisitandi debet honosificè recipi secundum suum gradum, vt cap. episcopi, velpresbyteri, 7. q. 2. & clerici associantes Archiepiscopum, vel Episcopum debent esse honesti in habitu. iux. not. per Host. in cap. ut circa, de offic. ordin.

45 Duodecima. Episcopus ille, cuius † cathedralis ecclesia est proximior, uisitare debet ecclesiæ illas seculares, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur. Alioquin uisitentur ab eo, qui semel in concilio prouinciali à prælato loci illius electus fuerit tanquam sedis Apostolice delegato, non obstantibus priuilegijs, & cohaerentibus quibuscumque, etiam immemorabilibus. ita habetur in Concil. Triden. less. 24. cap. 9. Cetera de monasterijs, an, & quando uisitentur per episcopos, vide Concil. Triden. less. 25. cap. 11. Et an commendata. less. 21. c. 8. Et sedi Apostolice subiecta quomodo uisitentur.

## Decis. Aurearum

## Par. II. Lib. III.

visitentur, uide sess. 2. §. capit. viigesimo.

**Tertiadecima.** Archiepiscopus, siue 46 episcopus † an possit uisitare hospitalia. Abb. in c. opere, ext. de cens. num. 5. dicit, quod sic, quando certum est esse religiosa, ut puta auctoritate episcopi fundata, cap. 1. in verb. pia loca, de cens. in 6. uel si habent signa religionis, ut quia habent campanile cum campana, & ibi publice celebrantur diuina quotidie, quia presumptio est, quod sint religiosa, ut not. Arch. de consecr. dist. 1. c. nemo. Abb. in cap. patentibus, de priuili. Feder. cons. 106. Franc. in d. cap. 1. §. deinde, num. 2. Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. Si uero constat quod sint hospitalia priuata, Panorm. dicit, quod si uiuit ille, qui hospitale erexit, non poterit episcopus eo iuuito illud uisitare, quemadmodum domum propriam alicunus priuati, uide Feder. cons. 130. Sed si ille decessit, & uoluit hospitale remanere in suo statu, tunc superior poterit illud uisitare, argum. opt. in Auth. de cod. tit. §. si quis ædificationem.

**Quartadecima.** Episcopi etiam tan- 47 quam sedis Apostolice delegati † habet in casibus à iure concessis ius uisitandi collegia quæcumque, ac confraternitates locorum, etiam quas scholas, siue quocumque alio nomine uocant, non tamen quæ sub regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia. Item eleemosynas montis pietatis, siue pietatis, & pia loca omnia quomodo cum que nuncupentur, capitulo 1. §. deinde, de cens. in 6. etiam si predictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio sint munita, ac omnia, quæ ad Dei cultum, & animarum salutem, seu pauperes sustentando instituta sunt, ut haberetur per Concil. Trid. sess. 22. c. 8.

**Quintadecima.** Cum episcopus ista 48 loca pia † uisitare possit, & debeat, sit, quod procurations recipere possit, d.c. 1. de cens. in 6. in verb. pia loca, cum uisitationi sit annexa procuratio, & uisitando debet uidere, & inquirere, an bo-

na horum locorum deputata ad usum miserabilium personarum, consumentur ad prædictum usum, & si illud, propter quod constructa sunt, cum propter hoc fiant ibi eleemosynæ à fideli- bus, ita Feder. cons. 1. 1. questio talis est.

**Sextadecima.** Episcopus an possit vi sitare oratoria. Io. de Anan: in c. autho- tate, extr. de censi. & Henri. sic conclu- dunt, quod si huiusmodi oratoria ha- bent populum, & curam, tunc sunt visitanda, & per consequens procuratio annexa visitationi recipienda, ro. q. 1. c. placuit, & c. Episcopum. Rursum si in tali oratorio celebratur publicè, & indis- ferenter omnes admittuntur, tunc talis celebratio bene concluderet esse subiectum episcopo, ita Archid. de conse- cr. dist. 1. c. nemo. Quod secus esset, si in oratorijs celebraretur secretè, nam tunc non concluderet locum esse subiectum episcopo, & per consequens non esset vi sitandum. Dom. Anto. in d. cap. authori- tate. Vnde dicit etiam Host. ibi, † quod talia oratoria, in quibus secretè celebra- tur diuina, non gaudent immunitate ec- clesiastica, quia non sunt propriè Deo consecrata, nam hodie potest esse orato- rium, cras camera, hodie hospitale, cras domus. Et non obstat c. fin. de immuni. Eccl. vbi ecclesia non consecrata gau- det priuilegio ecclesiarum, quia ibi lo- quitur de Basilica consecranda, & ratio est, quia non potest redire ad humanos usus, quare potest episcopus visitare Ba- silicam quæ est ei subiecta, c. omnes ba- silicæ, de consecr. dist. 1. & nota, quod non debent in oratorijs celebrari diuina sine auctoritate episcopi, nec debet episcopus omnibus diebus dare licen- tiā, c. si quis etiam, de consecr. dist. 1. Nam non debet dare in festo Nativitas, Resurrectionis, & in alijs, ut ibi. Pa- riter si oratorium esset ordinatum, vt es- set ibi locus ad orandum tantum, & quod quilibet posset ibi orare, qui vel- let, tunc non esset episcopo subiectum quo ad visitationem, & procurationem. Henr. in d. c. autoritate, num. 1. De his orato-

oratorijs vide Concil. Trident. sess. 22. ciquanta, vbi dicit oratoria ab episcopis esse visitanda, deputata ad Missarum celebrationem.

Decimaseptima. Hæc loca pia posse sunt taliter fundari, t̄ quod episcopus nullam habeat iurisdictionem in eis, dummodo non sint principaliter fundata ad missam celebrandam, seu ad alia ecclesiastica sacramenta conferenda, nec sit ibi constitutus vicarius perpetuus, sed dominus assignata pro eo, licet ibi sit altare, & missa ibi celebretur de licentia episcopi, nam tunc episcopus quamdiu viuit fundator, non potest sibi vendicare, quinimmo nec talis locus gaudet immunitate ecclesiastica, cum non sit vere religiosus, secundum Hosti. ita Guil. vt refert Imola, in Clement. quia contingit, versi. Ulterius queritur, de relig. domi.

Decimoctaua à nu. 47. vsque 50. collige, quod oratoria sunt duplices generis, quædam sunt publica, sive sacra, & quædam priuata publica sunt, t̄ quæ non sunt construenda sine authoritate diocesani, sic loquitur text. in c. authoritate, de priu. in 6. Item missa in istis oratorijs celebratur præterquam in quibusdam magnis solennitatibus, de conse. dist. 1. c. si quis etiam extra, nisi essent priuilegiata a summo Pontifice, vt in his missis libere celebrarentur, vt consuluit Calder. de relig. domi. c. 6. in fin. Item oratorium publicum, & sacrum non potest profanari, de conse. dist. 1. c. ligna, & c. vestimenta. Item oratorium publicum dicitur, quando sic est ordinatum, quod persona, vel aliqua de certis ibi deferviat, nam tunc talis minister semper est praesentandus episcopo, etiam si tale oratorium sit grangia. argum. 16. q. 1. c. in parochia. Item præsumitur oratorium t̄ publicum, & locus ecclesiasticus, quando est ad similitudinem ecclesie, scilicet, cum campanili, & campanis, vel quando publice pulsantur campanæ quando esset celebrandum, de priu. c. patentibus, & quod ibi not. Feder. de

Sen. conf. 106. Quæ quidem oratoria publica possunt visitari, & ita t̄ episcopi habere possunt procurationem, cum locus facer sit, argum. c. de zenodochijs, de relig. domi. sunt sub potestate episcopi. Innoc. in c. pen. de censi. non possunt profanari. d. cap. ligna, si polluantur, sunt reconcilianda, vt ecclesia, vt nos dimicemus in 1. pat. li. 2. c. 15. num. 24. Item gaudent immunitate, & non possunt alienari, cum sint loca ecclesiastica, unde non possunt ad alium vsum trahi sine licentia sedis Apostolice, Clem. quia contingit, de relig. domib. Oratoria vero priuata sunt, quæ sunt sine autoritate diocesani, c. vnicuique, de conse. dist. 1. vbi text. dicit, quod vnicuique licet oratoriū habere in domo sua, & sit tātum ad orandum. Hoc potest profanari, c. inter dilectos de donat. & not. Inn. & nō est, quia nō intercessit auctoritas episcopi, quæ facit de priuato sacrū, c. ad hæc de relig. domi. vbi gl. ordin. dicit quare requiratur auctoritas episcopi, quia priuatus non facit locum sacrū. In tantum, §. sane, de rerum diuis. potest alienari in qualcunque personas, c. ad hæc de relig. dom. si polluitur non reconciliatur, vt nos supra diximus, num. 24. Et in hoc oratorio potest episcopus indulgere vt celebretur cum altari portatili in sua dioecesi, c. in his, & ibi Ioan. Andr. de priu. potest etiam ibi esse campanella secreta, argum. text. a contrario sensu, in c. patentibus, de priu. & tale oratorium non potest ab episcopo visitari. Licet Innocent. dicat, quod si hi, quorum sunt oratoria, non teneant ea honestè, nec faciant ibi celebrare, quod episcopus ea destruet, c. omnes. 1. de conse. dist. 1. vide ad hæc Zabar. in conf. 11. & omnino Calder. de relig. dom. cōf. 4.

Decimanona. Hospitalia non possunt erigi, seu fieri sine authoritate Episcopi diocesani, si sunt cum ecclesia, altari, vel cemiterio, vel alio iure parochiali, vel si alias esse debent perpetua, & religiosa, vt quia sit ibi constitutus Vicarius perpetuus, vel dominus pro eo, se-  
cus.

eus si non fierent cum tali iure , nec ref-  
sent alia religiosa. Nam etiam sine au-  
thoritate dicēsanū possit quilibet do-  
mum suam , vel eius partem deputare  
ad hospitalitatem pauperum, quo casu,  
quando sunt sine authoritate episcopi,  
nec cum tali iure, episcopus nullam iu-  
risdictionem in talibus locis habet, &  
nec aliqua iura episcopalia , quod Gui-  
dicit procedere ēsi ibi sit altare, in quo  
missa celebretur de licentia episcopi , c.  
vnicuique, de consecr. distin. 1. & cap. si  
quis etiam, ita Imola in d. Clemen. quia  
contingit, ibi, §. ceterum.

56 Vigesima. Gubernatio locorum pio-  
rum † committi debet viris prouidis ,  
idoneis , & boni testimonij, qui sciant,  
velint , & valcent loca ipsa, ac bona co-  
rum utiliter regere , & eorum prouen-  
tus ; & redditus in vsum perlonarum  
miserabilium fideliter dispensare , qui  
singulis annis etiam non requisiti de ad-  
ministracione sua tenentur reddere ra-  
tionem episcopis . Hoc habetur in Cle-  
men. quia contingit, §. ut antem, de re-  
lig. domib. cum glossa, nisi sint Hospita-  
lia militarium, ut S. Ioannis Hieroly-  
mitani , &c. nam tunc rectores dicto-  
rum locorum ordinum militarium, uel  
religiosorum , ut cruciferorum si non  
redderent rationem superioribus isto-  
rum locorum, & dicti superiores essent  
negligentes ad cogendum rectores di-  
ctorum locorum, possent supplere loco  
rum ordinarij , de suppl. negl. p̄tlat. c.  
2. Et hoc quidem uisitando, ita Lapus  
in d. Clemen. ut rescribit Imola ibi, sed  
57 querit. An uero rector, † qui semel  
reddidit rationem, teneatur amplius su-  
per eisdem reddere rationem ? Archid.  
post Ioann. Mon. in c. uni. de cler. egrot.  
in 6. tenet, quod non, quod est uerum ,  
quando plenam rationem reddidit, pro-  
ut debuit , ut ibi tenet Ioann. Andr. se-  
cundum Lapum.

58 Vigesimaprima. Pariter visitator † si  
plenē uisitauerit suam diocesim , uide-  
tur ex supradictis, quod non poterit am-  
plius illam in anno uisitare, nisi ex cau-

sa, quia tunc poterit plures uisitari , &  
quoties opus fuerit, alia sufficit annua  
uisitatio, capit. Episcopum, & ibi Tute  
cre. 10. q. 1. quia semel uisitando sanctus  
est officio suo. de offic. deleg. c. in literis .  
Nam licet dubium sit, an uisitator sit iu-  
dex ordinarij , uel delegatus, tamen ue-  
tior uidetur opinio, quod sit iudex dele-  
gatus, per c. in singulis, de stat. monach.  
& ibi Ana. Nam inquisitores hereticz  
prauitatis qui firmorem, & amplorem  
iurisdictionem habere uidentur, & cen-  
suntur, quam uisitatores, censentur de-  
legati, facit quod not. de acus. c. quali-  
ter, in fine, per gloss. ita Feder. de Senis  
consl. 145. num. 5. Si uero sit successor,  
tunc potest uestigia prioris uisitatoris  
diligenter perquirere, & si superior est,  
corrigeret, si inferior, superiori denunci-  
care, c. fin. §. seq. de stat. mona. Host. in-  
sum. de offic. Arch. col pen.

59 Vigesimal secunda. Visitator † non de-  
bet frangere portas ecclesiarum , si fibi  
denegetur aditus ad faciendam uisita-  
tionem, ita Innoc. in d. c. 1. de immun.  
eccles. quia bona ecclesiarum sunt san-  
cta sanctorum, & Domino consecrata,  
16. q. 1. c. similiter, & 17. q. 4. cap. consti-  
tuit. 10. q. 1. cap. nouerunt. Et sic qui ui-  
lentiam facit, qui factilegiū committit,  
12. q. 2. cap. nulli licet, & c. quicunque .  
sed potest ut gladio spirituali. i. excom-  
municatione, uel interdicto , facit text.  
in cap. dilecto, de sent. excommun. in 6.  
& ita desendere suam possessionem ,  
hoc est uisitationem, ita not. per Inno-  
cen. & Host. in cap. uenerabili , de cens.  
Imola in Clemen. ad nostrum. col. 2. ibi  
glo. stranguntur.

60 Vigesimal tercia. Si uisitator † uenit  
cum maiori numero. glos. in c. cum A-  
postolus, de cens. in uerb. contenti, di-  
cit, quod potest uisitatus numerum su-  
perfluum non admittere, argum. tex. in  
L. 1. 5. Trebatius, ff. de aqua quotid. &c  
est. Quod si forte superfluuus numerus  
a permisso separari non potest, ut quia  
prælatus uisitans non permittit, quod  
pars aliqua admittatur, alia parte reie-  
cta,

Et, & tunc Zab. & Doct. in d. cap. cum Apostolus dicunt, quod poterit visitator ex tali causa in totum prohiberi. per l. i. §. idem quartus, ff. de aqua. quot. & xlii. in hoc tamen calu. cōsulit Mar. Soc. subdito, quod acer sitis ad se tellibus, & rogato notario, si facultas adesset, offerret se paratissimum; & promptissimum visitatorem cum debito numero receputum, & protestaretur, quod per ipsum non stat, quo minus illum cum debito numero admittat. Si tamen visitator excommunicatus subditus, & in sententia excommunicationis exprimitur causa iniusta, quia nollet eum procurare, vel causa est notoria, & tunc licet non sit expressa, Panorm. in d. cap. cum Apostolus, num. 4. tenet quod subditus non est excommunicatus, si vero causa non expressa non esset notoria, tunc erit excommunicatus, l. i. q. 1. c. 1. & 2. Sive ro iniuste denegetur visitatio, excommunicari potest denegari, c. cum instantia, in fi. cap. nuper, de cens. 4.

Vigesimaquarta. Si in visitando conseruantur † Archiepiscopos, & Episcopos, ambo sunt admittendi. Et si ecclesia non sufficeret utriusque, praesertim prius ueniens. Et si hoc non apparet, praesertim Archiepiscopus. Et si in visitando concuerat episcopus cum praetorio sibi subditu, praesertim episcopus, nisi obstat consuetudo. Ioan. Andr. & Franc. in c. i. §. deinde, de cens. in 6.

62. Vigesimaliqua. Si episcopus † visitator, qui inquirere tenetur, non vult inquirere, licet secundum aliquos propter eius negligentiam deuoluatur inquisitio ad Archiepiscopum, argum. 9. q. 3. c. cum simus, & cap. seq. tamen cum hoc non sit iure canonico expressum, argum. ad hoc, 10. quart. 3. cap. quia cognovimus, 18. quest. 2. cap. hoc tantum, ideo verius est sententia secundum Archid. num. 4. & Ioan. Andr. in cap. 1. de cens. in 6. num. 7. quod potest Archiepiscopus compellere ipsum Episcopum negligentem ut procedat, & puniat, & quidem Archiepiscopus ratione prædi-

ct: negligentia facere potest, cum pastor eius sit, vt 34. dist. cap. quorundam, 22. dist. cap. de his, in fi. Et hoc suspendendo, vel excommunicando, ita Innocent. & Host. in cap. ex tua, decler. non resid. Qualiter autem probetur negligenta ordinati, uide Franc. in d. cap. 1. §. sane, num. 3. vbi dicit, quando factum est notorium, cui debet prouideri ex dispositione iuris, & non prouidetur.

Vigesimaliesexta. Licet Archiepiscopus, vel alius iure ordinario † uisitans non debeat quenquam cogere ut dicat quae sunt corrigenda circa hoc, quae ad ipsius officium spectant, sed simpliciter debet querere, & uolentes respondere, audire, tamen bene potest cogere per excommunicationem clericos cum uisitare, si nollent dicere ueritatem super his, in quibus eos corrigit, & emenda re debet, puta si sunt negligentes in his, quae facte debent, & nec a principio debet exigere iuramentum, per quod aliquid promere obligetur, licet postea poterit exigere iuramentum, ita Archidia. in d. cap. 1. num. quarto, & nos supra diuinus, num. 6.

Vigesimaseptima. Archiepiscopus iux. tex. in cap. fin. de cens. in sexto, dum 64 uisitatur, potest confessionem † subditorum suffraganeorum audire, & absoluere, & ipsis penitentias iniungere salientes, non nimium auferas, 26. q. 7. cap. alligant, uel ut dicit alia glossa in Clem. dudum, uerb. audire, de sept. prius imponere penitentiam, deinde 65 absoluere. Pariter uisitatores † regularium in actu visitationis datum possunt absoluere religiosos à casibus reseruatis, argum. text. in d. capit. fin. Quod in monachis nigris manifestum est, ut habetur in regu. De potestate præsid. & uisit. num. 13. capit. primo. ubi etiam extendit ad uisitatorem, qui effet actu, & 66 non officio. An uero talis facultas † absoluendi possit delegari? dicerem, quod sic, quando calus occurret, non autem generaliter, ut diximus à simili, in notis decisi. par. 1. lib. 1. cap. 13. num. 16.

An

# Decis. Aurearum. Par. II. Lib. III.

- 67 An t̄ autem posset Archiepiscopus tales subditos ordinare , seu dare literas commendatitias ad ordines , dic quōd non , ut in cap. cum nullis , & ibi not. de tempor. ordin. in sexto . & an possit cum talibus dispensare , not. per Innoc. in ca. ad extirpandas , de fil. presbyt.
- 68 Subsequenter uidendum est t̄ de forma uisitandi per Archiepiscopum , quā qualis sit , habetur per bonum text. in cap. i. de cens. in sexto . Et in capit. placuit. 10. quest. 3. ponitur forma , quē obseruanda est per episcopum . Et in capit. penult. & ult. traditur modus uisitatio- nis faciendae per religiosos , de quo ha- betur per Hostiens. in summa ; de statu monach. uerb. Et de uisitatione. num. 8. Igitur quando ordinarius suam dioce- sim uult uisitare , debet in uisitatione prius discutere clericos , qualiter baptis- ma , & alia sacramenta ministrent . Qua- liter se habeant in ecclesia , an Eucharis- tia sub fidelis custodia clauibus adhibi- tis conseruetur , qualiter reliquiae conseruentur . An vela ministerij , & uesti- menta ministrorum , ac Palla altaris , nec non ipsa corporalia munda conser- uentur & oratoria , iuxta text. in capit. primo , & secundo , de custod. Euchari- stie . Item de ordine missarū , & de offi- cijs in ecclesia celebrandis . Item qualiter se habeant in uita , & si omnia recte inueniat , Deo gratias agat : Sin autem , instruat eos , & puniat puniendo . Do- 69 inde t̄ mane conuocata plebe doceat eos errores fugere , specificando crimi- na mortisera , & quod sibi nolunt , alijs ne faciant , & ut resurrectionem , & diē iudicij , & alios articulos credant , & in bonis operibus se exerceant , & sic epi- scopus de ecclesia illa ad aliam profici- scatur , 10. quest. prima , cap. placuit . Si videat aliquos amouendos , ipso amoueat , cap. dilectus filius Abbas , de refer. Ita quōd si à contumacia incipiat , ser- uet illum ordinem de quo dicitur . Coer- ce monendo . Corrigere suspendendo , & excommunicare degradando , 23. quest. 4. cap. forte , in si. 24. distin. cap. quorundam

Si vero à crimine incipiāt , quod degra- dationem requirit , tunc incipiāt degra- datione , & finitur in excommunicatio- ne , & demum potestati traditur secula- ri , cap. cum non ab homine , de iudic. si- cut legitur in cap. nouimus , de uerb. si- 70 gnif. Quando autem prälatus t̄ religio- sis uisitat , non debet secum intromi- tere seculares , nisi forte duos , uel tres de Canonicis proprijs , & illos in decenti habitu , quos tamen uoluerit , alijs reli- giosis adiunctis , capit. ut iusta , de offic. ordi. nam uisitatio sine consilijs eorum fieri non deber , de accusat. cap. qualiter , secundo. 15. quest. 7. cap. episcopus nul- lius , cap. si quid uero , distinet . 86. Cano- nici autem sine episcopo corrigere pos- sunt , si de confusitudine sit , cap. irrefra- gibili , de offic. ordin. Ratio diuersitatis est , quia cum Canonicī plures sint , pos- sunt inter se deliberare , & cōsilium ha- bere : episcopū uero , quia solus est , ha- ber necessē consilium aliorum require- re , quia vē soli , & cap. monachi , de statu monach. Quando vero Canonicī se in- dignos reddunt , succedunt religiosi , et nulla , de concess. præben. Religiosi in- quam non tam habitu , quam scientia , & honestate , cap. in nostra , §. nos uero , de sepult. Hæc Hostiens. in summa , de offi. ordin. §. sunt autem , sed modo sequi- tur uidere de alio . An uisitatio possit tol- li ? Pro cuius intelligentia sciendum , 71 quōd multa sunt iura t̄ episcopalia , ad que tenentur ecclesiæ dioecesis . Primo enim tenentur ad canonicam obedien- tiā , & per hanc cognoscunt episcopū in iudicem , pro hoc cap. quanquam , 23. dist. & ad hanc tenentur non solum cle- rici , sed etiam laici quantumcumque po- tentes , in his quā concernunt animam , cap. omnes Principes , de maio . & obed. Secundo tenentur ad subiecctionem , & in hoc recognoscunt eum ut Dominū , facit cap. grauen , de excē. prēlat. non ta- men ut Dominū secularem , quia scri- ptum est . Non tanquam dominantes in clero , cap. solite , de maio . & obe. De- bent enim tractare clericos , ut filios , vide

vide bonum text. cum glo. in cap. esto subiectus, distin. 95. Tertio tenentur ad reverentiam, & per hanc recognoscunt ut patrem, nam parentibus, & magistris debetur reverentia. Quarto habet episcopus in ecclesijs correctionē, quia potest corriger subditorum excessus, c. irrefragabili, & cap. licet, de offic. ordin. Quinto habet reformationem, id est iusreformandi mores, d. cap. irrefragabili. Sexto habet facultatem referuandi absolutionem maiorum criminum, iux. glo. in cap. 2. de pen. & remiss. lib. 6. glo. in cap. conquerente, de offic. ordina-  
rj. Septimo habet vt omnia sacramen-  
ta, quæ sunt ordinis episcopalis acci-  
piantur ab eo, vt est ordinum collatio, consecratio uirginum, & ecclesiastum,  
vt in c. veniens, de praefit. Octavo ha-  
bet synodium, i.e. omnes clerici ecclesia-  
rum teneantur ire ad synodum episco-  
pi. i. congregationem clericorum, quam  
annuatim facere debet. Nam episcopus  
facit synodum, & Archiepiscopus consilium prouinciale episcorum, cap. si-  
cuit, de accus. vide Innocent. in c. graue,  
de preben. Nono habet synodaticum  
& cathedralicū. duos solidos aureos  
secundum loci consuetudinem à qualibet ecclesia. De hoc dixit Abb. in c. ve-  
nerabilis, de relig. dom. Decimo habet  
quartam decimatum, ac mortuario-  
rum, unde licet de iure communis deci-  
ma non pertineant ad episcopum, ta-  
men quarti decimarii debetur ipsi epi-  
scopo ab ecclesijs percipientibus doc-  
mis, vnde decimo, habet visitationem an-  
nualem, & per consequens procuratio-  
nem, c. Episcopum, 10. q. 1. Secundo  
sciendum est, quod onus more antiquorum, vt non bene doctrinali, quidico-  
bant potestate episcopi reduci ad  
duo tantum, scilicet ad legem iurisdi-  
ctionis, & diocesanę, vt patet ex not.  
10. q. 1. in summa, per Innocent. de sta-  
mona c. 1. per h. Holt. in sum. de offic. or-  
din. ver. sunt autem, dico, episcopalē  
iurisdictionalē reduci totam ad tres  
71 partes. Nam quædam pertinet ad di-

gnitatē episcopalem, quædam ad ordi-  
nem, quædam ad iurisdictionem, ita Pa-  
nor. in c. accedentibus, de execf. prela. &c  
in cap. quanto, num. 1. de const. Fel. in c.  
dilectus, de offic. ord. Batrius conf. 19.  
num. 1. Quæ autem sibi ordinis episco-  
palis, vel dignitatis, vel iurisdictionis, la-  
te enumerantur per Iacobum Sbroz-  
zium de Vica. Episc. lib. 2. q. 2. 3. & 4. vbi  
in q. 4. dicit, quod visitare, corriger, &  
reformare, pertinent ad iurisdictionem  
episcopalem, sed modo ad decisiones de-  
ueniarum, quarum prima

73 Episcopus quantumcumque † generaliter ecclesijs à se eximat, semper vide-  
tur quattuor retinuisse. Primum, so-  
licet correctionem, 16. q. 2. cap. visis. Se-  
cundum, visitationem, Tertium, procu-  
rationem, quæ ratione visitationis de-  
bet, c. cum venerabilis, de censi. & c.  
venetabili. Quartum, cathedralicum, c.  
pastoralis, de dona. cum ista contineantur  
sub episcopali imperio, quod non po-  
test Episcopus à se abdicare seu abij-  
ce, facit quod not. in d. cap. pastoralis, sic  
etiam dicimus in patrono, qui qualitū  
eūque ius patronatus remittat, genera-  
liter tamen quædam iura retinet in li-  
berto, puta reverentiam, argum. C. de  
bon. liber. c. fin. ita Host. in lum. de offi-  
ordi. ver. sunt autem. Imol. in Clem. 1.  
de cens. super glo. legitima. Hinc infer-  
tur secundum Ioann. And. in c. cum ue-

nerabilis, de censi. quod si † Episcopus  
concedit aliquam ecclesiam pleno iure  
alicui Abbatii, quod non potest abdicare  
omnem iurisdictionem, quam habet  
in illa, etiam si interueniret consensus  
capituli, ita glossa concludit, in c. uisib.,  
16. q. 2. scilicet quo ad quattuor, videlicet  
quo ad visitationem, correctionem,  
procurationem, d. cap. cum vene-  
rabilis, & quo ad cathedralicū, qui  
etiam addit alia quattuor, hoc est, quo  
ad reverentiam, quo ad charitatium  
subsidium, quo ad institutionem autho-  
ritabilem, id est date curam anima-  
rum. Item quo ad administrationem or-  
dinis episcopalis, puta conficeret chris-  
ma,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

ma, ita sequitur Panormit. in dicto cap.  
cum venerabilis.

75 Secunda. Episcopus † non potest alio-  
quomodo abdicare se ista octo, quia  
non potest facere alium ordinatum in  
sua diocesi, glo. in c. 2. ne prela. vic. su. et  
go non potest facere quin alteri compe-  
tant ista octo. Tum etiam, quia tunc epi-  
scopale est ius publicum, & priuatorum  
pactio tolli non potest, ius publicum,  
si de pæct. cap. si diligenter, de foro  
compe. Hinc cum visitare, & corrigit  
sit ius publicum, dixit Archid. in c. rela-  
ta, i. o. q. i. quod iuri visitandi etiam ex-  
presse renunciate non posset, fallit in  
multis casibus, in quibus omnis iurisdi-  
cio episcopi abdicari potest. Quorum:

76 Primus, si episcopus consentit, & inter-  
ueniret confirmatio Papæ, glo. in c. con-  
stitutus, de relig. domi. Secundus, si est  
iudicatum super hoc, & non est appellata  
sum, c. inter vos, de re indi. Hoc est, lata  
est sententia super plena exemptione.  
Tertius casus est, ratione pæscriptio-  
nis, unde potest quis contra episcopum  
pæscribere iura episcopalia in ecclesia  
episcopo subiecta, vt in capit. auditis, &  
capit. cum olim, de pæscript. Quartus,  
si Papa vult eximere expresse, per cap.  
exemptionem, de priu. lib. 6. Clement.  
1. de cens. Quintus, si priuilegio Apollo-  
lico, dicta Clement. 1.

77 Tertia. Episcopus licet hæc à se abdi-  
care non possit, potest tamen concedere  
alicui, puta Abbatii, & ille exercet no-  
mine episcopi, & visitationem, & corre-  
ctionem, & alia, & tunc non est abdica-  
tio, quia si Abbas erit negligens, poterit  
appellari ad episcopum, ita lo. Andr. in  
d. c. cum venerabilis, potest etiam epi-  
scopus ita concedere per delegati-  
onem. D. Ant. in d. c.

78 Quarta. Ad euitanda dicta onera.  
sufficit simplex, & generalis exemptione  
facta religiosis cum ecclesijs habitis, &  
habendis, c. dilectus, de offic. ordin. Sed  
quo ad euitandum onus prorationis  
legatorum non potest exemptione facta  
simpliciter ab episcopali iurisdictione,

sed demum si sit specialiter facta super  
non soluendis prorationibus legato-  
rum Sedis Apostolice, alias autem e-  
xempti tenerentur ad tale onus, cur nec  
contra tales prorationes currat pæ-  
scriptio, de pæscript. c. accedentes. Et  
ita debet intelligi text. in c. cum instan-  
tia, extr. de censi. ita Imola in d. Clem.  
1. in gloss. exemptione. Ex quibus habe-  
tis, quod religiosi si non sunt simpliciter,  
& vniuersaliter exempti, sed tan-  
tum ad quodam casu, & priuilegium  
exemptionis nihil de visitatione expri-  
meret, tunc non possunt effugere visita-  
tionem Episcopalem, vel Archiepisco-  
palem, cum limitata concessio limita-  
tum pariat effectum, vt in cancellae-  
rat, si de his quæ in fra. cred. c. licet, de  
deci. tum etiam quæ ex separatis non  
fit illatio, capit. quod ad translationem;  
de offic. ord. & priuilegia sunt strictissi-  
me interpretanda, c. 1. & 2. de fil. pres-  
by. in 6. At si vniuersaliter, & simpliciter  
essent exempti, tunc viuuntari non pos-  
sunt, arg. c. cuin personæ, de priu. in 6.  
Quod idem arbitror, si monasteria, vel  
ecclesiæ, vel aliqua loca essent excepta  
à iurisdictione prælati, cum visitatio fit  
annexa iurisdictioni, cap. 1. §. hanc au-  
tem, de cens. in 6. Hac tamen non pro-  
cedunt quo ad visitationem legatorum  
79 Sedis Apostolice. An vero † prælatus  
Religiosus excipiens se esse exemptum  
posset excommunicati, si visitationi no-  
resistit. Dic, quod non, quia ut prælatus  
posset excommunicare, aut interdicere,  
aut aliam poenam imponere, necessari-  
num est vt prælatus visitationi resistat,  
non autem sufficit, quod excipiat de ex-  
emptione, aut se exemptione alleget,  
cum per talen allegationem non videa-  
tur spoliare episcopum, cum excipiens  
& allegans, dicatur ut iure suo, quod fa-  
cere potest.

Quinta. Non solum post constructio-  
nem, & consecrationem ecclesiæ non  
potest episcopus à se abdicare potestâ-  
tem viuandi, sed nec † tempore con-  
structionis. Hinc Feder. cons. 247. di-

xlt, quod non potest episcopus tempore constructionis cuiusdam hospitalis ad petitionem constructoris ipsum hospitale generaliter, vel specialiter a iuri iudicione sua videlicet, quod non possit visitari ab eo, vel successore eximere, & ratio multiplex ponitur ibi per eum, quia hoc est valde praejudiciale, & onerosum episcopo, & episcopali mensa; quod ecclesia est in sua diecessi, & quod non habeat ius episcopale in ea, & si hoc fieret in una eccllesia, posset etiam fieri in alia, & sic posset enumerare totam iurisdictionem episcopalem, quod est ab absurdum, ergo.

81. Sexta. Per compositionem † visitatio tolli non potest, cum illa sit iuris publici, quod pacto priuatorum non leditur, de fato compet. cap. si diligenter, & ideo nec per consequens procuratio, quia illi annexa est, cap. cum ex officij, de prescr. Quod intellige de compositione, per quam tolleretur procuratio debita ratione visitationis, sed compositione, quia fieret super modo procurandi, vel numero procurandarum, bene teneret, cap. quicunque, 16. quest. 7. Clem. 2. verb. compositiones, de cens.

82. Septima. Consuetudo, & † pactum Archiepiscopi non potest impedire visitationem, sed neque reiterationem eius: Hoc ideo, quia ius, quod est de visitaione iteranda, est publicum authoritate, & utilitate, cap. si diligenter, de fato compet. sed si esset publicum utilitate, puta quia modicam procurationem daret, hoc & pacto, & consuetudine induci posset, 10. quæstio. ult. cap. relatum. Sic, quod procuratio non detur, hoc non potest prescribi, cap. ex officij, cap. cum non licet, de prescr. cap. soperit, cap. cum instantia, de cens. quia & hoc ius, quod procuratio detur, est publicum utilitate, quia si nulla daretur, negligenter visitatio, & consuetudo quia mali occasio- nem tribuit, non est tolefanda, 12. dist. cap. nos consuetudinem. Archid. in ca. relata, 10. q. 1. in cap. fin. de cens. in 6. Si

retur, & ex quo de hoc agitur, scilicet de periculo animæ, omnis consuetudo celsa, cap. fin. de elect. Omnis constitutio, cap. quoniam omne, de praescript. & omnis appellatio, cap. ad nostram, de appell. & cap. cœlulit, & omne iuramentum, cap. quanto, de iure iur. 21. quest. 4. cap. inter cetera, & omne priuilegium, L 1. in fine, C. vbi senatores, vel cla. C. de episcop. & cler. l. raptores. circa medium.

Subsequenter videndum est de alio, scilicet de procuratione, quia (ut plures diximus) annexa est visitationi. Vnde 84. sciendum est, † quod procuratio nihil aliud est, nisi prandium, aut cœlium, quod fit uisitantibus, ut dicit Archid. in cap. 1. de censib. in 6. colum. 3. & Turrecre. 10. quæst. 1. & Fel. Hac autem multiple est, secundum glo. in cap. procurations, de cens. Una, quæ dobetur ratione visitationis, d. cap. procurations, & cap. cum venerabilis, & cap. cum nupc. Alia ratione confuetudinis, 18. quæ stio. 2. cap. seruitum. Tertia ratione pateti, quod appositum fuit in ipsa fundatione, de iure patro. cap. præterea. 2. & c. quando, cap. Elcutherius, 18. quest. 2. de cens. cap. quanto. vel ex antiquo usu de cens. cap. petuenit. glo. in Clement. prima, de cens. in 6. verbo solita. Imola in Clemens. ad nostrum, eod. tit. & ibi, glo. specialis, vbi dicit, quod procuratio interdum debetur de iure communi, vt episcopis, & Archiepiscopis, interdum ex confuetudine, ut Archidiaconis, & Archipresbyteris, si de confuetudine habent visitationem. Interdum ex priuilegio Sedis Apostolice, interdum ex compositione, vel pacto, de cens. in 6. c. Romana, & d. c. Elcutherius, & interdum, quia res aliqua habens onus annexum peruenit ad ecclesiam, in quam transiuit cum onere suo, 16. quæst. 1. c. si quis laicus. Interdum etiam procuratio dicitur quasi debita, vt qua debetur causa charitatis hospitalitatis; 42. distin. §. 1. 85. dist. c. Florentinum.

85. Rursus notandum est, † quod procuratio consistit in visitationibus. Horum

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

a nomine continentur efus, potus, uestis,  
& stramenta, & omnia hominis necessaria ad uiuendum, sive de uerb. signific.  
Liuitus, & hospitium, sive de alim. leg. l. leg.  
garus. Hæc autem procuratio, siue conuiuium datur in signum subiectiōnis,  
& potius propter hospitalitatem, quām  
86 de necessitate iuriū naturalis, quia propter ea episcopus habet bona episcopatuſ  
ut ex eis hæc, & alia ad suum officiū  
pertinentia faciat, ad hoc de vita & honeste cleric. cap. cum ab omni. Hinc fit,  
quod ecclesiæ penitus impotentes, quas  
evidens paupertas adeo arctat, ut nihil  
conferre possint, non debent grauari, cap. cum Apostolus, de cens. verum si  
non essent penitus impotentes, sed ali-  
quid conferre possent, quamvis ad totā  
procurationem episcopo faciendam nō  
lūsſicerent, tunc episcopus debet recipere  
procurationem quantum pensatis  
facultatibus earundē moderatē pos-  
sunt exhibere, & ita intelligitur text. in  
cap. conquerente, de offi. ordin. facit tex.  
in lis, qui, de cess. bon. ubi patet, quod  
debitor in quantum potest, soluere de-  
bet, non in totum, nam debet haberiri ra-  
tio ne egeant. Rectores Ecclesiastum,  
earumque ministri, nam non sunt frau-  
dandi alimētis quotidianis, L qui bonis, sive de cess. bonorum. Ita Archid. in c.  
1. in verb. De pluribus, de cens. in 6. Sed  
modo deueniamus ad decisiones. Qua-  
rum prima. Episcopus non debet uisita-  
re diœcesim sumptibus suis, & sic ex  
propriis redditibus uiuere, dii facit uisita-  
tionem, ita Dom. Abbas, in ea cum  
ex officij, colum. 2. vers. sed contra, de  
præscriptio. & ratio est, quia negligeret  
episcopus uisitare, quando hoc deberet  
facere proprijs expensis. Tum etiam,  
quia hæc procuratio, seu conuiuū de-  
bet ratione subiectiōnis, & ideo non  
debet facere suis expensis, ut etiam te-  
net Feli. in d.c. cum ex officij. Declara-  
tur primo, vt non procedat, si viuitalia  
exigentur à clericis, uel laicis cum scā-  
dalo, quia tunc expensas habere nō pos-  
set, 1. q. 1. cap. aliud quidem, 1. q. 2.

cap. placuit. Alioquin ab eis posset exige-  
re: quia non est magnum si metamus  
temporalia, vbi seminamus spiritualia,  
cap. cum ex officij, de præscript. Innoc.  
in cap. inter cetera, de offi. ordin. Secun-  
do declaratur, vt non procedat in ijs loci,  
seu prouincijs, in quibus consuetu-  
do est vt nec viuitalia, nec aliud quic-  
quam à visitatoribus accipiat, sed om-  
nia gratis fiant, quia tunc huiusmodi  
consuetudo obseruanda est, vt habetur  
in Concil. Trident. cap. 3. vers. in ijs loci.  
Quæ quidem visitatio potest fieri  
per alium. Et tunc episcopus in omnibus  
visitantibz prouidebit, secundum lo-  
Andr. & Archid. in cap. si episcopus, de  
offi. ordin. in 6.

89 Secunda. Episcopus visitans tū suam  
diœcesim, potest loco procurationis, seu  
conuiuū habere pecuniam: modo vi-  
tatus sponte illam velit dare, quia ab in-  
uito exigi non potest, ita tex. in cap. fel-  
licis, de cens. in 6. Gemin. in cap Relata,  
10. questio. prima. Quæ quidem quanti-  
tatis taxata est, secundum diuerſitatem  
Prouinciarum per constitutionem Be-  
nedicti in Ext. quæ incipit. Vas electio-  
nis, de cens. Si tamen clericus faceret pa-  
tum de soluendo pecuniam, loco vi-  
tualium, non ligaretur successor, ita  
Gemin. in dicto capit. Relata. & Ioan.  
Andr. in cap. fellicis, de censibus, in sex-  
to. Hodie vero secundum Concil. Tri-  
dent. sess. 24. capir. 3. est in optione eo-  
rum, qui visitantur, si malint soluere  
id, quod erat antea consuetum solui  
certa pecunia, an vero prædicta viuitalia  
subministare, saluo tamen iure con-  
ventionum antiquarum cum monaste-  
rijs, alijsque pijs locis, aut ecclesijs noh  
parochialibus initio, quod illæcum per-  
maneat.

Tertia. Cum in viuitalibus tantum  
90 consultat tū procuratio, d. cap. 1. §. pro-  
curationes, de cens. vel in pecunia, quæ à  
volente potest recipi, seil nō ab inuito,  
qui potius vult dare viuitalia, hinc fit,  
quod prælatus visitans si perdit equum,  
vel tollit vecturas equorum, vel fini-  
les.

les expensas, quas facit, petere talia non possit, quia tñm viuetalia percipere debet, d. §. procurations, nec posset petere expensas, quas facit in via eundo pro visitaione facienda, ita Franc. in d. §. procurations, nu. 2.

91 Quarta. Visitans nō potest recipere munera, seu dona, nisi sint esculentia, & poculenta, secundum Ioan. Andr. in d. §. procurations, dicentem tamen periculorum esse recipere viuetalia portanda, sed tantum comedenda. Qued quidem procedit, quando procuratio recipitur in viuetalibus. Secus si procuratio recipitur in pecunia, d. cap. scilicet. Nam tunc tute non posset recipere viuetalia comedenda, quia posset fraus committi. Franc. in d. §. procurations.

92 Sed an † finita visitaione possit visitator aliiquid sibi sponte oblatum mera liberalitate recipere? credo quod non, cum adhuc non sit pronunciata sententia, & ideo potest ob id corrumpi.

93 Sed an finito † iudicio possit iudex recipere aliiquid sibi sponte oblatum mera liberalitate partis, pro qua sicut lata sententia? puto quod sic, cessante fraude, quia causa prohibitionis tunc cessat, qua sicut ut iudicium pure, & sine corruptione iudicijs procedat, vnde cessante causa corruptionis, ex quo pronunciatur est, debet cessare prohibitio legis, de appet. c. cum cessante, facit etiam tex. in c. insuper de rescr. in 6. in verbo qualitercunque, ad excludendum quemcumque modum muhertum, & non dixit quandomcumque, & sic videtur voluisse includere nisi tempus quo durat iudicium, ita Genin. in d. cap. insuper num. 10. Quod secus est in visitatoribus, vt num. 92. diximus, & quo ad monachorum nigrorum visitatores, vide cap. prium, nu. 23. in 2. parte constitutionum Capituli generalis.

94 Quinta. † Nō solum visitans non debet recipere pecuniam, sed tantum expensas moderatas in viuetalibus, sed nec aliquis de familia, quamvis hoc faceret occasione alicuius officij, vt puta

scriptoris, vel sigillatoris, cap. r. §. proportiones, de censi. in 6. Et hoc si petatur ratione visitaione, alias si clericus literas faciat, & pro labore aliquid habeat, tunc licet peteret, arg. 12. quæst. 2. cap. charitatem, & cap. ecclesiasticis, nisi talis de publico reciperet salarium; quia tunc stipendijs suis debet esse contentus, 23. q. 1. c. militare, ita Ioan. Andr. & Franc. ibi in glo. officij.

95 Sexta. Vicarius si deliquerit in actu visitaione, in recipiendo plus debito, tan episcopus teneatur? dic quod sic. l. 1. in princ. ff. de exc. arg. ff. de offic. procons. Lobseruare. §. proficiisci. Archid. in cap. si episcopus, de offic. ord. in 6. Butr. Host. & Zabar. in c. ad hęc, de offic. Archid. facit 86. dist. cap. an putatis. gl. in extr. 1. de censi. verb. Dupli. Pœna autem exigen- tis, vel recipientis ultra taxationem impositam in dicta extr. preter maledictionem aeternam, id est pœnam aeternam, quæ debetur pro peccato mortali, cap. 1. de censi. in 6. est dupli restitutio in tra mensam facienda, cap. exigit, de censi. in 6. cap. 3. less. 24. in Concil. Trident. applicanda non parti, neque visitanti, sed ecclesiæ, à qua id receptum sicut, d. cap. exigit, gloss. in extr. 1. de censi. in verb. pœne.

96 Septima. † Licet nil sit tam naturale, quam voluntate domini rem suam in alium transferri, Inst. de rer. diuis. §. per traditionem, & quilibet in re sua sit moderator, & arbiter, Lin re mandata. C. manda. tam non prodest visitato donatione facta à visitante, vt non teneatur ad dictam pœnam, c. exigit, de censi. in 6. & d. extr. cap. immo credo, quod hoc procedat, etiam si post donationem factam ille iterum donaret, propter verba illa geminata, quæ apponuntur in d. extr. prout dicit glo. ibi, in verbo remissio- nem, ponderando verba illa. Liberalitate, vel gratia.

97 Octaua. Episcopus si non visitat, non debet habere † procurationem, ita Abb. not. per illum text. in cap. procurations, de censi. capitu. 1. de censi. in 6. ibi

procurationem ratione visitationis debitam, & in c. felicis, eod. titu. & lib. & c. si episcopus, de offic. ordin. in 6. Si tamen pralati occupati per alios visitant, debetur illis procuratio, vt non in c. inter cetera, de offic. ordin. sed solum tanta, quanta est necessaria illi, per quem visitauit, d. cap. si episcopus. Fallit tamen quod diximus in Legatis à latere Papæ, quia illis debetur procuratio, etiam si non visitauerint, quia Legatis, vel Nuncijs Papæ, datur procuratio non principaliter ratione visitationis, sed quia subeunt aliorū onera, cap. accedentes, de prescr. c. ego N. de iure iur. d. cap. cum instantia. Præterea si procuratio non est debita de iure communii, sed forte ex onere apposito in fundatione, iux. c. Eleutherius, 18. quæst. 2. tunc si ille, cui debetur, non habet visitationem, sed procurationem tantum, & tunc procurari debet, licet non visitet. Sed si procuratio est debita tali, qui etiam visitationem ibi habet, tunc procuratio non debetur, nisi uisitetur, argum. c. procurations, 1. respond. & ibi Henric. Boich. Felin. in c. cum ex officij, num. 4. de prescr.

98 Nona. Licet procuratio + regulariter debeatur pro uno die, vt habetur in Extr. 1. in ver. Diei, de censi. nam debet, lero quando venit visitare clericos, & expedire, secundum Io. Andt. in cap. 1. de censi. in 6. & habere procurationem, id est prandium, vt dicit Henr. eo. tit. cap. procurations, & deinde mane facto sermone ad populum ire ad aliam ecclesiam, iux. text. in c. placuit. 1. §. sane, 10. quæst. 1. fallit tamen hoc, quando ex causa oportet visitantem ibi stare per plures dies ex causis necessarijs, & culpa visitandorum, vt habetur in c. conquerente, de off. ord. tunc enim sibi debent imputare visitandi, quia legem necessitas non habet, ita gloss. in d. Ext. verb. Diei.

Rursum episcopus, qui forte distat  
99 fab ecclesia causa visitandi per tres, vel  
plures dictas, non debet habere expen-

sas in eundo, stando, & redeendo ad instar testium, de rescrip. in 6. c. statutum, in fine: sed tantum debet habere procurationem pro uno actu, quantumcumque sint plures dictas. c. cum sit Romana, de simo. 10. q. 1. c. decreuimus, c. episcopū, c. placuit, pro hoc de censi. Felicis, lib. 6. nā ideo sunt assignati redditus episcopatus, vt ex illis se sustenter ambulando per diœcœsim, & supportando onera episcopatus, de vit. & ho. cler. c. cum ab omni. Innoc. in c. Romana, in verbo visitatis, de censi. lib. 6. Qui etiam dicit, quod episcopus dicitur visitare, cuiam si vadat pro communi nego cio, quod multos tangit, & ita videtur posse tenere contra Vincentium, qui dicebat procurationem non deberi in reconciliatione ecclesiæ. Ita Zabar. in Clem. 1. q. 14. & 15. de celeb. miss.

100 Decima. Si visitans + stetit per medium diem, debet habere integrum procurationem, secundum Do. Petrum de Anch. in cap. procurations, de censi. & ratio est: quia dies incepit debet haberi pro completa. L. qua etate. ss. de testim. Et hoc, quando illo medio die implicuit visitationem, facit l. 3. ss. de operis liber. Quod quidem maximè procedit in Legatis, & Nuncijs, quibus etiā debetur procuratio ratione oneris iniuncti in itinere.

101 Undecima. Procuratio debita episcopis non potest præscribi, + ter. est in c. cum ex officij, de prescr. cap. cum instantia, de censi. lino. in Clement. 1. eo. tit. Declaratur. Primo, & non procedat in modo soluendi procurationem, puta vt soluat in pecunia, potius quam in virtualibus, quia si per longum tempus in pecunia est facta solutio, valeret prescr. Felin. in dicto cap. cum ex officij. An vero talis limitato subsistat, vide Felin. in dicto cap. cum ex officij, vbi dicit, quod non de iure, sed forte sic, in praxi. Declaratur secundo, vt dicta prescr. bene currat contra tertium, non autem quo ad episcopum, & hoc, quia unus potest prescrivere contra

tra clericos diocesis, quia tenentur solvere praescriptenti Felin. qui supra, num. 11. Declaratur terrio, ut non procedat in procuratione debita alia ex causa, quam ex causa visitationis, quia contra talem procurationem currit praescriptio Imola in Clem. 1. de cens. vlt. col. & ibi Dom. Card. quæst. 13. Fel. in d. cap. cum ex officij, nu. 14. Declaratur quarto, ut non procedat in procuratione debita de iure speciali, puta si pretlatius inferior iure speciali visitaret, quia contra talem pretlatius inferiorē pōr̄ prescribi circa procuratione, Imo. in d. Cle. 1. de cens. vbi exemplificat si fieret contra Archidiaco num. glo. in d. c. cum ex officij. Multas alias limitationes vide per Fel. in d. cap. cum ex officij.

Duodecima. Archiepiscopus ad unam 102 diocesim accedens, † si transit per aliam diocesim, non est procurandus iure visitationis, sed sic procuratione quādam quasi debita iure hospitalitatis, quæ quidam hospitalitas nemini deneganda est, de empt. & vend. c. 1. Et secundum hoc idem est ecclesia propriæ diocesis, per quam transit, ita lo. And. in c. 1. nu. 4. de cens. in 6.

Tertiadecima. Hospitalia, & oratoria, quando licet † visitari possunt per ordinarium, tunc licet ei debetur procuratio, vide Abb. in cap. hospite, de cens. & quæ nos supra diximus, nu. 43. & 46. grangias autem, licet ibi sint priuata oratoria, non licet visitare, & per consequens nec procurationem recipere. lo. Andr. in d. c. 1. nu. 13. quem sequitur Francus, de censi. in sexto.

Postea considerandum est de visitatione quo ad religiosos. Vnde secundum est primo, quod singula monasteria † singulis annis debent visitari per ordinarios locorum, ita text. in Clem. attendentes, de stat. monac. quod quidem intellige, si non sint exempta, id est subtracta à iurisdictione, vel etiam si sint excepta, sed Papæ immediate subiecta. Nam non exempta visitabit ordinarius auctoritate propria. Exempta

verò, Papa subiecta, auctoritate Apostolica d. Clement. attendentes, sed hodie per Concil. Trid. sess. 8. c. 25. debent visitari per visitatores electos à generali capitulo, subsunt tamen episcopis in vento tantum casu quoad visitationem, ut ibi, in fine.

105 Secundum notandum est, quod tamen monasteriorum emperorum duæ sunt species, quia quædam sunt, quæ non recognoscunt superiorē, nisi Papam, & illæ sunt immediate Papæ subiecta. Quædam verò sunt exempta, quæ non sunt immediatè subiecta Papæ, sed sunt ordinum exemptorum, sicut Monasteriorum ordinis Cisterciensis, & Camaldulensis, &c. Et talia Monasteria non corrigit ordinarius loci, nec visitat, sed solum Abbas, Prior, vel Minister, vel Provincialis ordinis, cui subsunt, ita not. per glo. in Clem. attendentes, de stat. monac. sed nec etiam monasteria immediate Papæ subiecta, ut diximus supra nu. 91. per cap. ea, quæ de statu monach. Cald. de cens. cons. vlt.

Tertio notandum, quod monasteria 106 excepta † cognoscuntur per ea, quæ habentur per text. & gloss. in c. si Papæ, de priuileg. 6. (verbi gratia) quando expresse hoc exprimitur in priuilegio, ut quia dicitur, ab omni iurisdictione episcoporum talem ecclesiam denunciamus exceptam, nam haec clausula in totum eximit, d. cap. si Papæ, & de maior. & obed. cap. cum inferior. vel si dicitur, quod est iuris B. Petri, vel quod vestrum cœnobium ad nos, & Romanam curiam nullo mediante pertinet, & quod fratres illic seruientes ab omni potestate liberi Roman. eccles. libertatis gratia potiantur, de priuileg. cap. cum olim. Arch. in d. c. si Papæ. Imola in Clemenc. 2. de priuileg. vide Maria. Socin. in c. recipimus, num. 3. 2. vsque 41. de priuileg.

Quarto. Licet Lapus in d. Clem. 2. de 107 priuileg. dicat, quod locus † exceptus, quamuis sit in diocesi, non tamen est de diocesi episcopi, ut probatur in d. Cle. 2. ver. prouinciat, & sic dicit, quod aliud

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

est dicere . Talis locus est diœcesis talis, vel in tali diœcesi, & aliud est dicere de tali diœcesi, nam locus exemptus licet sit diœcesis, vt in d. Clem. 2. & in diœcesi, cap. cum episcopus, de offic. ordin. in 6. non tamen est de diœcesi, tamen cum iure talis differentia non probetur inter De, & In. dicimus quod potest dici, quod locus exemptus est in diœcesi, & de diœcesi, non autem de iurisdictione diœcesis. ita Imo. in d. Clem. 2.

108 Quinto. In locis exemptis per totam suam prouinciam omnia potest Archiepiscopus exercere quæ sunt voluntariae iurisdictionis, vt crucem liberè, id est nullo requisito, vel sine alicuius licentia ante se portari facere, Benedicere populo solemniter, Diuina officia priuatim, vel publicè audire, celebrare in pontificalibus cum palio, in diebus tamen permisis, vt habetur in d. Clem. 2. de priuil. Non tamen potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis contentiose, sicuti est conserre ordines, vbi requiritur examinatio, dist. 24. cap. episcopus, vel sedere pro tribunali, de tempor. ord. c. cum episcopus, in 6. vel visitare, glo. in Clem. attendentes, de sta. monach. cap. in singulis, cod. tit. An vero Monasteria subiungit visitatione episcopi, vide Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. Etan monasteria commendata, & beneficia regularia. vide Concil. Trid. c. 8. sess. 21. & cap. 20. sess. 25. An vero, & quando monasteria sedi Apostolice subiecta visitentur per episcopos. vide cap. 8. sess. 25. in Concil. Trident.

109 Sexto. † Licet Archiepiscopus, siue Metropolitanus, quod idem fuit, nam Metropolitanus trahit nomen à Metros, quod est mensura, & polis ciuitas, & sic trahit nomen ab ecclesijs, & earum numero, sed Archiepiscopus à personis, ab Archos, quod est princeps episcoporum, 12. dist. clerus 81. dist. per totum, non posse exercere ea, quæ sunt iurisdictionis contentiose, de quibus nu. 96. vel christi marie in fronte, tamen fallit nisi inuiteatur per illos, ad quos loca pertinent, arg.

7.q.1. cap. episcopus, & cap. sicut.

110 Septimo. † Quod Archiepiscopo licet per totam prouinciam ante se facere deferri crucem, non solum procedit, dum non visitat, sed etiam dum visitat, & hoc non iure communii, sed ex priuilegio Clem. 2. ibi, duximus conceden dum, de priuile. & excess. prælat. ita Zabat. ibi, q. 3.

111 Octavo. Quando monasteriū † Monialium subiungit alteri monasterio monialium, tunc de iure non ordinarius loci, sed Abbatissa, tanquam legitimè impedita potest facere visitare per alium, argum. 10.q.1. cap. episcopum, de offi. ordin. c. inter, cod. tit. cap. si episcopus in 6. Archid. in cap. vnic. de sta. mon. in 6. ita etiam tener glossa in d. Clem. attendentes. Hodie vero quia moniales vel subsunt ordinario loci, vel prælatis regularibus, Ab illis, quibus subsunt visitari debent.

112 Hinc in cap. in singulis, aperte habetur, vers. ordinetur etiam, de sta. mon. quod visitatores ordinati in prouinciali capitulo monachorum nigrorum ordinis Sancti Benedicti possunt, & debent visitare monasteria monialium nigrorum habitus sicut etiam aperte facit Clem. attendentes, de sta. monac. facit tex. in Clem. ne in agto, in fide sta. mon. Feder. conf. 291. Ego Ioan. And. vbi etiam dicit, quod in actu visitationis deberet fieri ne tantus concursus marium ad religiosas feminas habeatur, sed illi soli illas, visitare deberent, de quibus in d. Clem. attendentes.

113 Nono. Quo ad iura episcopalia † sufficit exemptio generaliter facta religiosis cum ecclesijs habitis, & habendis, de offic. ordin. c. dilectus. Quo autem ad evitandum onus legatorum non prodest exemptio facta simpliciter ab episcopali iurisdictione, sed ita demum, si sit specialiter facta super non soluendis procurationibus legatorum Sedis Apostolice, alias autem exempti tenerentur ad tale onus, & sic requiritur exemptio specialis. Intola in Clem. in glo. Exemptio ne

# De visitatoribus. Cap. X X V I I .

260

ne de cens. & ratio est , quia legatus vi-  
ces Papæ gerit, de offi. leg.c. i. & non præ-  
sumitur Ecclesiam Romanam contra  
se priuilegium cōcēdere, nisi exprimat,  
facit e. cum instantia, de cens.

114 Decimo. † De quibus debeant corri-  
gere moniales uisitantes , habetur in  
Clem.attendentes, de sta.monac. Quo-  
rum aliqua concernunt ornatum inde-  
bitum circa ipsatum personas, An in co-  
muni viuā, s̄ sint proprietariæ, & sunt  
coercenda ab omnibus mundanis, & il-  
licitis delectionibus, & inducendæ ad  
seruendum altissimo.

115 Undecimo. † Quamvis sit præscri-  
pta forma uisitandi episcopo, atque Ar-  
chiepiscopo , vt habetur in c. i. de cens.  
in 6. tamen ab hac forma excluduntur  
legati, cū vices Papæ gerant, & religiosi:  
quia ipsi formam aliam habent, quam  
sequentur, de sta.monach.c. in singulis,  
& c. si.vbi habetur, quod ipsorum offi-  
cium est absque iudiciorum strepitū in-  
tendere regulari disciplinæ, & reforma-  
tioni ordinis. Si quis tamen velit videte  
modum: visitandi regulares, & interro-  
gationes à visitatoribus facendas secū-  
dum personarum diuersitates , videat  
R. P. D. Victorinum Abbatem Ceno-  
bij S. Seuerini de Neap. virum nostra  
estate omni laude dignissimum in sua  
præclara institutione de modo proced.  
in causis Regularium cap. 9. de ratione  
visitandi Regulares, num. 1. & 2.

Duodecimo. Visitatores, qui potesta-  
tem legatam habent ut destinati à capi-  
tulo generali ad uisitanda monasteria ,  
cap. in singulis, c.ca, qua, de stat.monac.

116 debent in actu uisitationis † se confor-  
mare laudabilib[us] confuetudinibus, &  
cōstitutionibus monasteriorum, & con-  
tentari comedere cum alijs in refecto-  
rio, & dormire in dormitorio, vt melius  
ualeant oculo percipere , quomodo se  
habeant omnia tam in ecclesia, quam in  
mensa, & tam de die, quam de nocte ob-  
bonum exemplum, ita glossa not in Ex-  
tr. i. verb. Abbates, de censib. Nam ea,  
117 qua † prælatis fiūt, de facili trahūtur

à subditis in exēplū, c.magnæ, ext.de uo-  
to. Vnde Greg. circ[um] debet prælati, q[uod] per-  
uerfa perpetrant, quòd tot mortibus di-  
gni sunt, quot ad subditos suos perditi  
nis exempla transmittunt, i. q. 3. c. præ-  
cipue. Nec excusatur pastor, si lupus ouē  
comedat, & ip[s]enesciat , cap. penult.de  
reg.iur. Tenentur enim uisitatores non  
minus exemplo, quam uerbo adficare,  
& plantare, c. quoniam, c. inter cætera,  
& offic. ordin. facit, capit. Romana, de  
censibus in fato.

Tertiodecimo. Quando visitatores  
118 volunt uisitare, in primis † debent pro-  
ponere uerbum Dei, & postea inquire-  
re de vita, & conuersatione ministran-  
tium, De diuino cultu, & alijs, vt supra  
diximus , & hoc de plano, sine strepitu  
iudicij, quia in huiusmodi actibus regu-  
laribus non sunt subtilitates, neq[ue] glo-  
ſæ exquidetæ, nec appellations admit-  
tendæ, sed simpliciter omnia sunt expe-  
dienda, cap.ad nostram, c.reprehensibili-  
lis, c. cum ipecialis , de appellat. Nisi in  
uno casu , verbi gratia , si prælatus reli-  
gioſus in mortali constitutus, notorius,  
uel infamatus esset incorrigibilis, & pro-  
pterea à subditis appelletur , nam tunc  
debet appellacioni deferri ; quia ad ta-  
lem non pertinet iudicialis correctio ,  
z. qualitio. Septima, cap. iudicet.glos.in  
Extr. i. verb. Abbates, de censibus.

119 Quartodecimo. † In visitatione de-  
bent visitatores esse erga corrigitib[us]  
misericordes in animaduersione , 45. dist.  
cap. vera , erga incorrigibilis feueri, de  
postu.prælat.cap. i. & Misericorditer, &  
non passim sunt corrigiendi monachi ,  
& non more latronum in grauem cap-  
cerem detrudendi , de sta.monach.cap.  
ea, qua. Et non debent esse visitatores  
nimis graues in corrigoendo, alias de cō-  
filio capituli est correctio temperanda,  
c.reprehensibilis,in fine,de appell.c.no-  
uit,de his,qua fiūt à præla, & c.ca nosci-  
tur,gl in Extr. i. verb. Abbates, de cens.

120 Quintodecimo. Visitatores † depu-  
tati in capitulo generali religiosorum,  
nō possunt criminosum ab officio amo-

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

nere, & ab administratione, ita tex. in c. in singulis, & seq. de stat. monach. vbi Zabar. in d. cap. seq. §. si vero, not. 7. notat, quod visitatores non habent super Abbates excepitos potestatem super depositione, facit glo. in Clem. attenden- tes, verb. compelli, cod. tit. nisi sint depu tati visitatores, & iudices ad corrigend um, & ita procedat tex. in ca. dilectus, de rescr. 1. c. per inquisitionem, de elect. de iudic. c. 1. de accusa. c. qualiter, 1. & 2. Quod ex forma potestatis sibi commis sive apparebit, de priuil. c. porro, de offic. deleg. c. cū in iure, vel nisi talis potestas sibi specificē fuerit data, & cōcessa. Hen ric. in d. cap. dilectus.

Sed quid si visitatores Abbatē ab ad ministratōne suspenderint, quis alium administratōrem deputabit? dic quod visitatores, vel per pr̄esidentem, si fuerit à pr̄esidente suspensus. Vel inter im administratōrē prior, qui est post Abbatē, ita colligitur in cap. ea quæ, §. si uero, de sta. monach. nam dum dicit, quod Abbatē per visitatores, vel pr̄esidentem suspenso, deputetur monasterio admini strator, debent intelligi repetita illa verba per visitatores, vel pr̄esidentem, ss. de lega. 3. l. in reperendis. Zabar. in d. §. si vero, quest. 8. Qui administrator debet esse talis, qui diligēter temporalium curam gerat, donec fuerit de Abbatē prouisum, d. c. ea quæ, §. quod si Abbas de sta. monach.

**121** Sextodecimo. † Existens in vno Mo nasterio visitator, non potest mittere pro monachis, vel fratribus alterius mo nasterij, vr in eos visitationis officium exerceat sine iusta, & rationabili causa, alioquin processus visitationis est nullus, tamquam factus contra formam mandati, vbi regulariter apponitur clau sula, personaliter accedentes, de rescr. c. cum dilecta, de offi. deleg. c. cum vene rabili, & cod. titu. cap. statuimus, in glo. lib. 6. Item nec posset mittere pro eis, vt denuncient alios, vel accusent, quia hi actus ad visitationem non pertinent.

**122** Sed cum visitator finuenerit aliquem

diffamatum, & dignum correctione, in ci piat specialem inquisitionem contra aliquem diffamatum, & si ad probandum veritatem criminis nominantur testes aliquorum monasteriorum, seu locorum, vel etiam alterius ordinis, po test compellere dictos testes, vt veniant perhibituri testimoniam veritatis, sicut quilibet delegatus P̄apæ, quia uno com misso, intelliguntur commissa omnia, sine quibus, &c. de offic. deleg. cap. 1. &c c. pr̄terea, & cap. suspicionis, & tenen tur ire expensis iphus monasterij, con tra cuius Abbatē, vel monachum sit ipsa inquisitio, quia de utilitate illius monasterij agitur, argum. de accus. cap. ex parte, ita Feder. de Senis, consil. 145. numero 5.

**123** Decimo septimo. † Visitator existens extra suam legationem, si precipit aliquibus monachis, vel fratribus in sua le gatione, vel extra, pr̄ceptum est nullum, de offi. lega. c. nouit. Si vero existat in sua legatione, puta in Tuscia, & pr̄cipiat aliquibus monachis, vel fratribus existentibus in Lombardia, quod compareant coram eo, & prouincia Lombardia non sit de sua legatione, non te nentur comparere coram eo, nisi eos vocaret causa testimonij faciendo modo, & forma, prout nūn. 121.

**124** Decimo octavo. † Visitator deputatus ad visitandam Tulciæ monasteria, non poterit visitare fratres, de Lombardia, qui non sunt de legatione ipsius, si cau sa peregrinationis, vel alia de causa trā situm faciunt, vt viatores. Quinimmo nec si delinquunt in Tuscia, dum trans situm faciunt. Et non obstat, quod ratione delicti quis forum sortitur, cap. 1. de rescr. cum sua materia, quia illud procedit in iudicibus ordinarijs, qui ter ritorium habent, c. 2. de const. lib. 6. sed visitator est iudex delegatus, vnde non potest visitare nisi fratres dictorum locorum, siue pr̄elatos, siue subditos. Immo nec ipsi transeuntes possunt sponte facere se visitari per illos absque vlo de dicto, c. nō dicatis. Feder. consl. 145. nu. 6.

Postremo , videndum est de excessibus visitatorum , qui committi possunt in visitatione . Vnde habetur ex Concilio Lateran . in cap . cum Apostolus , de censi . quod Prælati visitantes possunt 125 excedere in numero equorum . † Quid ergo si plures ducant , nunquid poterint in superfluo prohiberi , dicit glossa . quod sic , in d . cap . cum Apostolus , verbo contenti . Sed quid si subditi excommunicentur , an teneat sententia , vide supra numero 60 .

126 Rursum , prohibet dictum † Concilium , ne cum canibus venatorijs , & aubus profiscantur , hoc idem habetur in Clem . ad nostrum , cod . titu . dum dicit , dum procurations recipiunt , canes venaticos , & falcones , & accipitres secum habent . Hinc tex . in c . i . de cler . ven . apponit penam clericis in sacris existenti bus , quod intellige , modo ex causa voluptatis , & frequenter infistant , vt ibi per Doct .

127 Rursum † solent Prælati excedere in sumptuosis epulis . ita text . in d . cap . cum Apostolus , ibi , nec sumptuosas epulas quadrant . Quod idem habetur in d . Clement . ad nostrum , eodem titu . vbi Clemens V . dicit , dolentes referimus , quod ecclesiæ prælati ad monasteria Cisterciensis ordinis accedentes cibis tam regularibus non contenti , contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt , & si eis non ministrentur , auferunt violenter . Quare dicit glos . in verbo , si voluerit , quod honeste saceret episcopus , quando de iure , vel vt delegatus visitat monasteria supradicta , declinaret ibi dem sexta feria , vel Sabbato , veldie , qua non comeduntur carnes , vt sic vitatur eisdem cibarijs , quo & monachi , tam si non vult eo die declinare , & vt cibis regularibus , non potest cogi . facit 40 . dist . c . non cogantur .

Item excedunt visitatores , dum nisi 128 voluntati eorum † satishat , frangunt valvas monasteriorum , vel ecclesiæ verbi gratia ex causa , quia monasterium non vult ei aperire valvas ad vi-

tationem , allegando exemptionem , nam vt diximus supra nu . 59 . episcopus non debet venire ad fractionem . Sed bene potest excommunicare Abbatem , & in terdicere conuentum ; an vero licitum sit strangero valvas monasterij habenti iustum causam , & possidenti , cui deneratur pensio , vel hospitium , vel procuratio , plenè habetur per Abb . in cap . t . de immunit . eccl . Innocent . in c . venerabilis , de censi .

129 Præterea , si visitans recipiat † plures procurations vna die , Clement . ad nostrum , cod . titu . quia visitans non debet trahere moram in uno loco ultra vnam diem , & sic vnius diei procurationem ab una ecclæsia recipiet , 10 . quæst . 3 . c . in ter cetera , cum visitatio sit principale , & procuratio accessorium , vnde vnius diei visitationi non debet accedere procuratio plurium , ne accessorium sit maius quam principale , cap . accessorium , de regu . iur . Si tamen necessitas aliud indicat , potest quis visitando esse per plures dies , & ita recipere procurationem , & ita procedat cap . placuit . 10 . quæst . t . Quin immo , præter necessitatem non licet visitanti recipere nisi vnam procurationem , etiam si vna die plura loca visitauerit , capitu . scilicet , de censi . in 6 . alias enim posset totam ciuitatem vna die visitare , & tot procurations recipere , quot ibi essent ecclæsæ , quod esset absurdum . Numerus ergo procurationum non excedat numerum dierum , de censi . capitu . procurations . glo . in d . cap . scilicet .

130 Rursum † si in pecunia numerata recipit procurationem , visitationis etiam officio non impenso , cap . exigit , de censi . in 6 . Clem . ad nostrum , cod . titu . nam dum plumbus , quod receptoris Ecclesiae , à qua id receptum fuerit , infra mensim reddere tenetur , d . c . exigit . Fallit tamen in Legato , nam iura loquentia de visitantium procuratione , non vindicant fibi locum in legato , nam legatus recipit procurationem à locis non visitatis , c . procurations , de censi . Item vltra vi- etualia

# Decis. Aurarum Par. II. Lib. III.

Qualia potest recipere pecuniam pro ve-  
cturis, & equis, & mulis, & alijs expen-  
sis in veniendo, & redeundo, vt notat  
Io. Andr. & alij eo.ti.in 6. Feder.conf. 3.  
nu. 11. vers. Item queritur. Archid. in d.  
cap. exigit, vbi dicit quod episcopus nec  
si indigeat, potest recipere expensas pro  
vecturis, vt supra dixit in cap. 1. verb. vi  
Quaatum. Item si visitator virtute ge-  
neralis inquisitionis vellet procedere  
cōtra diffamatos de crimen, nam prius  
debet de nouo specialem inquisitionem  
facere, vt supra diximus, nu. 7.

- 13 1 An vero † visitatores possint amoue-  
re quem ab officio, cum non possint, vi-  
de remissione in cap. seq. num. 67.
- 13 2 Item ex visitatione multiplices esse-  
ctus producuntur sanctissimi, necessarij, & vtiles. nam ex ea insurgit anima-  
rum salus, ecclesiæ utilitas, nam ecclæ-  
sia Dei sanctius regitur, & criminis pur-  
gantur, & virtutes inseruntur, & tan-  
dem producuntur fructus uberrimi, &  
salutiferi, qui nunquam pectent, vt di-  
cit tex. in c. procurations, de censi.

## S V M M A R I V M .

- 1 Permissio, & tolerancia materia vbi  
agatur.
- 2 Alium humanorum ires sunt diffe-  
rentie.
- 3 Permitti aliquid dicitur multipliciter.  
Principis quandoque ponitur pro per-  
mittendo.
- 4 Permissio rationis est permissi minusma-  
lum ad cuiandum maius.
- 5 Permissio secundum Ioan. Andr. potest iri  
pliante accipi.
- 6 Concessio indulgens paenam, & tollens im-  
pedimentum.
- 7 Permissio prestans iuuenien, que.
- 8 Malum multipliciter tolerari potest.
- 10 Malum maius tripliciter vitari potest.
- 11 Ius civile non debet aduersari iuri cano-  
nico.
- 12 Usurpar missa est à iure civili permissio  
ne simplici, non apponendo paenam.

- 13 Malum nunquam est permittendum pra-  
texiu boni.
- 14 Malum corporale non esse permitten-  
dum pro bono spirituali qualiter intel-  
ligatur.
- 15 Malum non est ab aliquo permittendū,  
vi alius evenerit manus malum.
- 16 Malis de duobus minus esse eligendum,  
qualiter intelligatur. nu. 34.
- 17 Malum corporale permittitur propri bo-  
num corporale.
- 18 Tolerantia Papa quando inducit dispen-  
sationem, remissiū.
- 19 Militare ex sui natura non est pecca-  
tum.
- 20 Legi permittenti actionem indifferenter,  
vel consilio nemo obedire astringitur.
- 21 Excusatio insta potest suspendere obediē-  
tiā praecepis iniusti.
- 22 Transgressor Canonis qua poena pu-  
niciatur.
- 23 Consilium perfectionis, & reverētia quid,  
num. seq.
- 25 Praceptum licet omnino sit adimplendū,  
tamen fallit.
- 26 Clericus verberas seipsum, est excommu-  
nicatus, ac si alium verberasset.
- 27 Vir ut dormiens cum uxore non interet ec-  
clesiam, est consiliī.
- Ingressus ecclesia nec pro peccato mortali  
alii prohibetur, nisi in casibus.
- 28 Praceptum secundo subendi propter eni-  
standam incontinentiam est consiliī.
- 29 Ecclesia quandoque tolerat minus malū  
ut emittat maius.
- 30 Monitio debet incipi à nobilioribus, &  
maioribus.
- 31 Multitudini detrahitur de feneritate  
paene.
- 32 Multitudi non parcitur quo ad culpat.
- 33 Permissio comparativa non excusat à  
peccato.
- 34 De duobus malis minus est eligendum,  
qualuer intelligatur.
- 35 Præcipians se ad euadendum inimicū,  
an peccet.
- 36 Meretrices quare ab ecclesia tolerantur.
- 37 Ecclesia quandoque patient alquem fla-  
re in peccato, vi emittat manus malū.

- 38 Causa rationabilis qua, remittitur arbitrio boni viri.
- 39 Permissio est comparativa, ut ecclesia non obstante voto castitatis permittat contrahere matrimonium.
- 40 Iuramentum, quod non sit dandum aliqui, de cuius transgressione dubitatur, ecclesia ad evitandum maius malum tolerat.
- 41 Correctio, que est de precepto ut statim non fiat, eadem ratione ecclesia tolerat.
- 42 Correctio quando facienda.
- 43 Videntes virtutalia ultra premium a legge taxatum peccant, licet tolerentur.
- 44 Usura an possit permitti aliquo iure. Iuris ciuilis, & Ponificis iuris.
- 45 Usura nullo, etiam potissimum bono permittenda est.
- 46 Malum quod incurrit usurariis, diciunt maximum peccatum proprius quae iuris.
- 47 Usura quandoque ex parte debitoris est permittenda.
- 48 Altius unus, & idem potest ex parte unius esse vinosus, & non ex parte alterius.
- 49 Inducere aliquem ad peccandum an licet.
- 50 Inducorum ritus licet tolerentur, non rationem aliorum infidelium.
- 51 Paganorum ritus aliquanda ecclesia toleravit.
- 52 Iudei: suos ritus observantes peccare mortaliter.
- 53 Fideles debent summam habere curam de his, qui pereunt.
- 54 Pralatio aliter tenetur ad correctionem, & aliter subdit.
- 55 Tolerandum non est malum spirituale ad evitandum corporale.
- 56 Excommunicatio emittitur ex minori causa, quam merita.
- 57 Tolerans malum in hunc vi absolia non peccat.
- 58 Mulier per vim absolutam oppressa, non peccat.
- 59 Mulier per vim corrupta an habeat au-reolam.
- 60 Mulier non licet se occidere, ne ab alio corrumptatur.
- 61 Fornicatio, vel adulterium minus peccatum est, quam homicidium.
- 62 Mulier an debet permitti se ab alio tangi mala intentione.
- 63 Boni debent in nouem casibus tolerare infirmos.
- 64 Tolerandi quare sunt mali.
- 65 Visitatoris officium est prudenter se gerere in visitationis officio.
- 66 Iudices semper sequi debent mediocritatem.
- 67 Visitatores an possint quem ab officio amovere.

De multiplici permissione, seu tolerantia. Cap. XXVIII.

**D**E materia† habetur per glo. in c. denique, dist. 4. & in ca. qui sincera, & ibi Doct. dist. 45. & in c. f. dist. 3. vbi Praepos. & in c. commissationes, distin. 44. Item per Ioa. And. in regula peccatum, num. 17. de reg. iur. in 6. per Doct. in c. quia circa, de consan. & affin. per Host. in c. 3. ne cler. vel mona. & in nostris de c. par. 1. lib. 1. c. 14. de scient. confess. nomine. 2. Sed ut rem altius explicemus, inulta prius pro facilitiori intelligentia praemitteremus. Deinde ad decisiones deueniemus. Igitur premitto primo secundum D. Tho. † 2. 2. q. 92. ar. 2. quod tres sunt differentiae humanorum actum: nam quida sunt actus boni ex genere, ut pote actus virtutum, & circa hos lex præcipit, vel imperat, præcipit enim lex omnes actus virtutum, ut Deum colere, & c. quidara vero sunt actus mali ex genere, sicut sunt actus vitiis, ut non adulterari, non surari, & hos lex prohibet, & contrafacientes punit. Quidam vero ex genere suo sunt actus indifferentes, & respectu horum lex permittit. Hinc dicit tex. in c. f. dist. 3. quod omnis lex aut permittit aliquid, aut præcipit, aut vetat, aut punit. Et licet quādoque

## Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

que lex consulat, ut ff. de rei vendic. l.i. si qui destinavit, & in lage cum Geminiano, C. de transac. tamen secundum glossam in l. legis virtus, ff. de legi opus consilendi ipsius legis reducitur ad opus permittendi. Et ita permittere, & consilere sunt aequivalentia, & id, quod reducitur ad aliud, censetur idem cum illo, pro quo est glossa in l. i. ff. de stat. hominum. Secundo præmitto, quod permitti aliquid dicitur multipliciter, uno modo, quod nullo iure prohibetur, ut secundas nuptias contrahere, vt 31.q.1. c. hac ratione, &c. Deus, ubi Apostolus præcepit, id est permisit secundas nuptias, ut vitaretur fornicatio. Et ita verbum præcipinus, in d.c. hac ratione, capititur pro permittimus. Secundo modo dicitur permisso indulgentia contra constitutiones humanas, ut contrahere in quinto gradu, vt 35. q. 3. c. quedam, & hæc est vera permisso, & dicitur absolute permisso, ita glos. in d.c. omnis, distinc. 3. Tertio modo dicitur permisso indifferentis actionis, quæ non præcipitur, nec prohibetur, ut dum vir fortis petit præmium, d.c. omnis, ad quod etiam facit tex. in c. militare, 23. quest. 1. nam ut dicit ibi text. per hoc, quod militi assignatur stipendum, tollitur ei occasio, ne propter bellum ut prædo grasseatur. Quarto modo dicitur permisso obligationis, ut cum viri permittit uxorem aliquo uoto se altringere, quod post de necessitate est adimplendum, ut 33.q.5. c. manifestum. Quinto dicitur permisso rationis, ut cum permittitur minus malum, & illicitum, ad euitandum maius, ut comedationes die dominico, c. denique, dist. 4. & permittitur adulterium, ne sit homicidium, ut 33.q.2.c. si quid verius. Et hæc dicitur comparativa permisso, & melius dicitur tolerantia, quam permisso. Et secundum hanc permissionem dicit cano, q. ea, quæ permittimus, non approbamus, vt 31.q.1. c. hac ratione, unde dicitur tolerantia permisiva, & non approbativa, & secundum hanc permissionem dicit De-

cret. quod multa toleramus, quæ si in iudicio dicuum deduceremus, cassarentur, ut ex tri. de præb. c. cum iam dudum. Tertio præmitto secundum Ioan. And. in reg. peccatum, num. 13. de reg. iur. quem sequitur Præpos. in c. fin. dist. 3. nu. 6. quod hæc simplex permisso, quæ alio modo dicitur tolerantia, potest accipi tribus modis, uno modo, prout est simplex permissione dimittens, vel indulgens penam, & de hac loquitur Grego. in c. denique, dist. 4. vbi tolerat laicos, qui consueverunt epulari solemnius diebus dominicis, & cum venia suo genio reliquit, ne forte peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur. Vnde ibi gl. in ver. venia, dicit, intelligas de venia penitentie, & non culpa. Vnde tales peccant, sed eos non punit. Igitur prima est concessio dimittens, & indulgens penam. Secunda est concessio dimittens, & indulgens penam, atque tollens impedimentum, de qua loquitur tex. in c. qui syncera, dist. 4. secundum quem modum ludati inter nos habitantes permittuntur ab ecclesia in obseruatione sui ritus, ut colant suas festiuitates, dicto capitulo. qui syncera, & cap. sicut, el 2. extr. de iud. patiter permittit ecclesia sine inquietudine ueteres habere synagogas, licet nouas non patiatur erigere. c. Iudæi, c. consiluit, cod. tituti. Hæc autem permisso quamvis glos. dicit in d. cap. qui sincera, in verb. licentiam, quod sit similis primæ, tamen dissimilis est, ibi enim sola fit remissio penitentie, sed ista secunda permissione plus facit, quia non solum permittit dictum malum, scilicet obseruantiam ritus Iudeorum, subtrahendo communionem, vel inflictionem penitentie, sicut prima, sed etiam remouenda impedimenta Christianorum, qui vellent impeditre obseruantiam dicti ritus, dicto cap. qui syncera, & quo ad hoc se habet per additionem ad illam. Tertio modo dicitur permisso præstans iuuamen, siue adiutorium, secundum quem modum ecclesia permittit quandoque clericum occidi a potestate laicarum. Et hæc persuasio

permisso includit primā, & secundam, quia indulget pœnam, vt in prima, tollit impedimentum, quod infuriebat ex clericatu, vt in secunda. Propter quod occisio poterat impediri, & ultra hoc præstat adiutoriorum in ipsa occisione clerici, qui dignus est morte, quia ipsum de gradat, & ponit eum in manibus potestatis secularis, vt crucietur, & occidatur, vt patet de verb. sig. c. nouimus, & de pœn. cap. 2. lib. 6. patet ergo, quod tribus modis potest capi concessio, vel per 3 missio. Quarto præmitto, quod malum quandoque toleratur, vt pote quandoque metur scandalum, vt quia multitudo est in causa, 1. q. 7. cap. quoties, 23. q. 4. cap. non potest, tunc enim ratione multitudinis non exercetur vindicta. 23. q. 4. cap. ipsa pietas. Vnde excommunicationis sententia non est ferenda, contra multitudinem, ne multitudo paruipendens, per eam efficiatur magis per injuria, & sacrilegia, vt dicit Card. in d. capit. non potest. Pariter malum potest tolerari, & dissimilari propter scandalum, modo illud malum ex autoritate non defendatur, vt de pœnit. dist. 6. cap. fin. in fin. glossa in cap. commissationes, dist. 44. Item toleratur malum propter periculum schismatis, glossa in cap. denique, 9 dist. 4. pariter tamen permittitur malum duabus de causis, scilicet propter bonum, quod inde oritur, vel propter maius malum, quod inde vitatur. Exemplum primi habes in c. qui sincera, dist. 45. vbi ecclæsa tolerat ritus Iudeorum, propter bonum quod inde sequitur, quia nostra fidei veritas in libris ipsorum velata, & in ritibus figurata, nostris oculis lucide demonstratur, & sic fidei nostra telamonium robatur, vt dicit Aug. 18. de ciuitate Dei. De secundo habetur exemplum in capitulo, denique, distin. quarta, scilicet, quod minus malum toleratur propter maius malum quod 10 inde timetur. Maius autem tamen vitatur tribus modis. Primo, quando vitatur malum spirituale in anima, quod est maius, propter malum corporale, quod

est minus. Secundo, quando vitatur maius malum spirituale propter minus malum spirituale, quod committitur, dist. 13. cap. nerui. Sicut si tepe permittitur minus peccatum, vt ouïtetur maius. Tertio, quando vitatur maius malum corporale, propter aliud corporale, quod est minus, & de his not. in ca. 3. ne cler. vel monach. in gl. Quinto præmitto, quod licet tamen ius civile non debeat aduertari iuri canonico, quod si contrariaretur, nullius esset momenti, c. cōstitutiones, dist. 10. tamen potest ius civile permettere simplici concessione per indulgentiam, non comminando pœnam, id, quod esset sui natura vitiosum, & haberet malitiam conuolutam, quod tamen ius canonicum nullo modo posset. Exemplū. Homicidium est sui natura vitiosum, quia est contra Decalogum legis, & tamen ius civile permittit homicidium in casu: nam impunitum relinquit maritū interficiēt vxore in flagranti crimine adulterij deprehensam, l. Gracchus, C. ad L. L. de adul. permittit in qua per sim. pliçem permissionem, non apponendo pœnam occidenti, non autem illud homicidium approbando. Sed lex pontificia nullo pacto permittit, cap. interfectio. 12 res, & cap. seq. 3; q. 5. Sic tamen contractus viurarius est permisus a iure ciuilis concessione accepta pro simplici permissione per indulgentiam pœnae, nam nullā pœnam comminatur, vel indigit propter dictum contractum. Sed non permittit permissione secunda, de qua supra diximus, quia non prohibet impedimenta fieri volentibus fœnerari, nec fœnerantibus dat aliqua iumenta. Sed ius canonicum nullo modo illas permittit, vel concedit, quia pœnas comminatur, vel infligit viurarijs facientibus dictum contractum, vt extr. de viur. cap. quia in omnibus, & capit. quamquam, eod. tit. in 6. Et nec mirum, si non permittit, quia nec permittere posset contra vetus, & nouum testamentum, de viur. cap. super eo, & ita habes differuntiam inter ius Ciuale, & Canonicum.

Sexto,

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

13 Sexto, quod prætextu boni nonnquam malum est permittendum simpliciter, & generaliter. prima quest. prima, non est putanda, 14. quæst. quinta, cap. fore, 27. quæst secunda, cap. si tu abstines, 32. quæst. quarta, cap. sicut sanctius, 22. quæstio. secunda, capit. primum, & capit. ne quis arbitretur, & de usur. capit. super eo, nam sicut dicitur ibi, sacra scriptura prohibuit pro alterius vita mentiri, ut habetur in d. capit. ne quis, ergo multo magis sicut concluditur ibidem, prohibendum est, ne quilibet pro redimenda uite captiuū usuratum criminis inuoluatur, cum tamen illud videatur potissimum bonum, quod possit ex usus prouenire. Et huc intellige, siue fit malum de iure diuino. Exemplum in d. cap. super eo, & cap. non est putanda, siue fit de iure positivo, nisi papa autho ritas hoc excusat, ut cap. gaudemus, cap. quanto, de diuino. uel alterius superioris ad hoc potestatem habentis, potest enim tollere malum, quod ex lex sua inducit, ad quod pertinet, quod legitur, & not. de concess. præben. capit. proposuit, de uoto, cap. i. in fin. & cap. magna, §. i. & §. fin. alias si non esset missio eius, qui posset in hoc dispensare, habetur pro non facta, argum. in c. dilectus, de tempor. ord. de iudic. at si clerici. Nec etiam est permittendum malum corporale propter bonum spirituale, 55. dist. cap. si euangelica. Quod intelligas, ubi damnuni inducit mortem, uel detractionem membrorum, ut ibi, secus si carnis macerationem, uel castigationem, sicut est uigilare, orare, & ieunare, quia talis admittitur, immo imponitur, de penit. dist. 1. cap. in actione, & c. agite penitentiarn, & distinct. 3. cap. ille rex. & distinct. 7. capit. nullus, & de obseru. ieun. per totum. Sic nec tamen quis debet permittere facere malum, ut alius euitet maius malum, uel ut alius consequatur bonum spirituale, uel corporale; quia non debet quis impediens animam suam commodis alienis, ad hoc vide gl. not. 14. dist. in summa. & cap. i. facit, ca-

ne quis, 22. q. 2. Vnde nullo modo debet quis peccare peccato quo cumque minimo & veniali, ut alius euitet maius, ita Panorm. in c. super eo, de usur. facit tex. in c. faciat homo, 22. q. 2. & D. Th. 2. 2. q. 25. art. 4. cum secundum ordinem charitatis teneat magis diligere salutem animæ suæ, quam proximi. Matth. c. 22. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, ergo nullus debet detrimentum salutis animæ suæ pati, quod fit per peccatum propter salutem proximi lui. Nisi superioris authoritas ad hoc habentis potestatem aliud indulget, vt dicit lo. And. in d. c. 3. ne eler. vel mon. facit tex. in c. quod prædecessor, 11. q. 3. vbi permittitur communio cum seductorib. propter charitatem, & ratio est: quia tunc te vera non potest dici malum perpetratum, cum per dispensationem eius, qui habebat facultatem, reddatur illud licitum. ita Præpos. in c. 2. nu. 4. dist. 14. Verum quando quis necessario esset commissus 16 rus tamen aliquod malum, tunc minus esset eligendum, & ita permittitur minus malum, ad euitandum maius, cap. duo, cap. nerui, dist. 13. & cap. si quidem verius, 33. q. 2. sic consulens minus malum, ad euitandum maius, non peccaret, quod intellige, quando res tam maioris, quam minoris essent eiusdem domini, & ille sine illo consilio esset omnino facturus maius furtum, vt diximus in 1. par. li. 2. 17 cap. 127. num. 11. Rursum tamen permittitur malum corporale propter bonum corporale, 33. q. 5. c. tamen salutabitur. vbi permittitur virginitatis corruptio propter bonum prolis, vt dicit Hent. in d. cap. 3. 18 ne cler. vel mon. num. 3. Septimo fesset premitendum, quod tolerantia papa induceret dispensationem, verum quia supra de haec materia diximus in 1. par. lib. 1. c. 14. nu. 1. & li. 1. c. 93. nu. 23. ideo ad ea uos remitto. Octauo, non solum malum toleratur propter bonum maius assequendum, vel ad euitandum maius malum, sed etiam a bonis malis tolerandi sunt, & infirmi, verum qualiter tolerantur sint, videbimus, apponendo more nostro

stro solito varias decisiones, vt res magis elucescat, & in praxim ducatur. quartum prima sit ista.

19. Militare non est peccatum, † immo milites possunt stipendia petere, cum militant, cap. militare, 23. quest. 1. Hoc enim inquit ibi textus prouide à lege sui permisum, vt militibus sint stipendia constituta, ne dum sumptus queritur, prædo graffetur, id est impingetur rapiendo, & spoliando homines. Graffari enim est crudeliter agere, improbe in alios stiueire, & aliena inuadere. Vnde de milites, qui non contenti suis stipendijs iniustè, & per violentiam exigunt, & extorquent ab alijs, peccant, cum nō militent ex causa iusta, vt causa acquirendi pacem. Sed militent principaliter ex auaritia, causa depravandi, & concutiendi proximum propter prædam. Igitur præda non debet esse causa militie, sed pax, & augmentum ecclesie, & Reipublice, vnde si postea sequatur vt milites prædentur publicos hostes, hoc non prohibetur. Ita Archid. Hugo. & Card. in d. cap. militare.

20. Secunda. Licet nemo fastigatur obdite legi permittenti aliquam actionem indifferentem, vel consilio, c. h. 14. q. 1. l. 2. ff. mand. cum opus consulendi ipsius legis reducatur ad opus permittendi, vt dicit P. t. pos. in c. vlt. dist. 3. tamen secus est, si lex præcipiat, aut princeps, nam ille, cui præcipitur, teneret præceptū adim plere, etiam si iniustum, c. contra mortem, dist. 100. ubi dicit tex. contra morē quippe ecclesiasticum est, si non patiens tolleratur, quod à vobis absit etiā iniusta correctio. ubi dicit glo. est argu. quod licet videatur iniustum, quod præcipit prælatus, patienter ferendum est; id est tolerandum, dist. 3. cap. ante triennium, dist. 19. ca. in memoriam. † Iusta tamē excusat, quare hoc non debeat, vel nolit sacerre, non auferunt, etiam si à Papa præceptum emanauerit, c. li quando, extra, de rescript.

At quali pena puniatur transgressor

22 Canonis, † dic breuiter colligendo spar-

sim dicta Doctorum, quod qui venit cōtra Canonem contemnendo potestatē authoris, & illam negādo, talis punitur ut hærticus, glo. super verbo inhibemus, in cap. generali, de elect. in 6. Paul. in Clem. i. de aita. & qual. & etiam talis est infamis, vt not. gl. in c. infames, 6. q. 4. Aut non contemnit potestatē authoris, sed obseruationem legis, tunc si lex est consilij perfectionis, nullo modo peccat. Ita intelligitur glo. super verbo inhibemus, & iura, quæ allegat. At si lex est consilij reuerentia, tunc veniens contra talem, peccat uenialiter, vt not. Arch. 6. dist. c. testamentum, allegat glo. fin. in c. ad aures, de temp. ordi. & idem 23 not. 25. q. 1. c. violatores. Et dicitur † consilium perfectionis, quando quis potest licet resistere actui, & ipse volens seruare consilium, vt ex eo magis placeat Deo, non resistit, vt patet ex eo. Si quis te per efferit in vnam maxillam, præbe ei aliam, 14. q. 1. cap. quisquis. & hoc vult gl. super verbo propter Deum, de maio. & 24 obed. c. solita. Consilium † vero reuerentia est, quando superior consuluit in materia, quam ille debet seruare, non tamē vult omnino præcipere, sed potius confulere, vt subditus abstineat, vt notabiliter sentit glo. f. in d. c. ad aures, glo. in Clem. i. de testi. Si vero lex est præcepti, quæ recepta est per subditos, si ueniens contra legem non omnino uenit contra finem legis præceptiæ, tunc transgrediens non peccat mortaliter; nam lex præcipit ieiunium, si tamen unus non seruat ex aliqua rationabili causa, & maximè tali, quam si sciuisse legislator, non dixisset illum seruare ieiunium, certè iste non peccat mortaliter, quia non repugnat omnino fini, & intentioni legis, conclusio est Archid. 76. dist. c. utinam. Si uero venit contra finem legis, tunc peccat mortaliter, transgrediens præceptum Canonis, cap. perpetua, de elect. in 6. etiam si in legi præceptiæ sit aliqua pena apposita, ut probat ille textus, quia dicit quod quo ad Deum punitur iste, & etiam ab Apostolica Se- dc,

# Decis. Aurarum Par. II. Lib. III.

de, ex quo tunc fecit à iure prohibita, lícet non perfecerit, tamen quo ad Deum fecit, vide optimum tex. in c. commissa, in f. eo. tit. in 6. & ibi Franc.

Tertia. Lícet praeceptum omnino sit adimplendum, ut supra nu. 10. affir-  
matus, tamen fallit, quando uerbū p̄-  
cipere † impropriè apponetur, prout  
apponitur in c. si quis partem, dist. 5. 4. &  
31. q. 1. cap. hac ratione. Vnde insertur,  
quod quāmuis sibi abscindens sponte  
digiī partem, etiam si non reddatur im-  
potens ad sacrificandum, ordinari non  
possit, cum sic puniatur seipsum muti-  
ans, ac alium, & eodem † modo punia-  
tur excommunicationis poena verbe-  
rans seipsum, ut alium, ut not. per Ar-  
chid. 23. quæst. 5. cap. non licet. lo. And.  
in c. i. de vita, & honest. cler. lib. 6. Doct.  
in c. contingit, de sent. excomm. tamen  
qui casu aliquo dū operi rustico curam  
impenderet, se non sponte percussit, hūc  
canones p̄cipiunt, id est permittunt ad  
ordines promoueri, & pro motu non  
abici: ita tex. in c. si quis partem, distin.  
55. nam in primo casu voluntas est iudi-  
cata, qua sibi causa fuit serrum iniice-  
re, in secundo casus ueniam meruit, &  
ita simplicitati, & ignorantiæ venia tri-  
buitur, de consecr. dist. 2. ca. 3. de rerum  
permitt. c. cum vniuersorum, gl. in d.c. si  
quis partem. Et ita permisso iuris non  
cogit aliquid adimplere, sed relinquit il-  
lud iudicio aliorum, quando indifferen-  
ter potest illud facere, uel dimittere sine  
peccato, 33. q. 4. c. vir cū. Item insertur,  
q. quāmuis tex. in d.c. uir, dicat, q. uir cū  
27 propria † uxore dormiens nisi lotus a-  
qua, ecclesiam intrare nō debet, sed ne-  
que lotus statim intrare, sed secundum  
Card. ibi, in fine, transfacta una die, ta-  
men illud est consilij, cum talis commix-  
tio sit peccatum ueniale, immo nec pro  
peccato mortali ingressus ecclesiaz alicui  
prohibetur, nisi sit excommunicatus, uel  
interdictus, uel ei hoc specialiter inter-  
dicatur, ut sit cum quibusdam peniten-  
tibus, & contumacibus, ut dicit gl. sing.  
in d.c. uir cum, tamen quando quis com-

miscetur uxori causa prolis, suo iudicio,  
id est arbitrio relinquitur, utrum ex hu-  
militate uel abstinentia, uel ex deuotio-  
ne accedere, cum in igne concupiscen-  
tia, uel in igne, id est in amplexu mulie-  
ris nesciat ardere, id est libidini deserui-  
re, sed uxorem cognouit uel ad necessi-  
tatem, quia exactus, uel debitum exigit  
28 causa prolis. Pariter quamuis † tex. in c.  
hac ratione, 31. q. 1. dicat, quod Apostoli  
præceperunt secudas adire nuptias pro-  
pter incöntinentiam hominum, id est ut  
uitaretur malum fornicationis, tamen  
illud uerbū p̄cipimus accipitur im-  
propriè, id est permittimus, ut loquitur  
tex. in c. Deus, 31. q. 1. simile in c. Domi-  
no Sancto, dicitur, 50. unde ibi relin-  
quendus est uir mortua coniuge arbit-  
rio suo, an aliā uelit ducere: Lex enim  
permittit secundas nuptias, ne fiant pe-  
iora, non tamen p̄cipit propriè. Sed si  
uelit, potest hubere, ut dicit text. in cap.  
quoniodi, in fine, 31. quæst. 1.

Quarta. Ecclesia quandoque tolerat,  
29 & † permittit minus malum, ut euiter  
maiis, pbatur, in c. denique, dist. 4. ubi  
tolerat sc̄ulares, qui ipsa die Domi-  
nica carnis priuij plus solito ceteris die-  
bus accuratius appetunt, quod quidem  
est peccatum, c. quandoque, de consecr.  
dist. 5. &c relinquit eas suo genio, ne sor-  
te si tali consuetudine arceret, peiora  
committerent. Ex quo quidem tex. iun-  
cta gl. in uerb. uenia, nota, quod crimen  
toleratur ab ecclesia, & illud nō punit,  
ac relinquitur alterius arbitrio, cum ti-  
metur scandalum, sicut cum multitudo  
est in culpa, siue in causa, ut in d.c. Deni-  
que. Quod intellige, modo delicta non  
sint nimis enormia, quia tunc nullo mo-  
do toleranda sunt, si compesci possunt,  
c. flagitia, 32. q. 7. in uerb. omnes gentes.

Quinta. Et si multitudini sit parcen-  
dum, ita ut propter illam detrahatur se-  
ueritati, c. commissationes, distin. 44. &c  
ibi gl. c. ut constitueretur, dist. 50. ubi in  
d.c. commissationes habetur, quod cō-  
missationes, quæ sunt prohibita, ratio-  
ne multititudini sunt tollenda magis

monendo, quām minādo, quā quidem  
 30 monitio † debet incipi à nobilioribus,  
 & maioribus, ut prēlati, ut sic alij infē-  
 riores de populo, post facilius retrahant,  
 d.ez.in si. tamen in multis casibus mul-  
 titudini non est parcendum, quorum  
 31 p̄missus; quia ob † multitudinem de-  
 trahitur de seueritate p̄enā differen-  
 do, non ex toto tollendo p̄enam, sed e-  
 ius seueritatem, ita glo. in d.c. commis-  
 sationes. Secundus, quando aliquid ma-  
 le fit, & quasi ex autoritate defendit,  
 tunc enim non debet dormire seueri-  
 tas, sed quando non defenditur, tunc  
 dissimulari potest propter scandalum,  
 ueritas tamen nunquam propter scan-  
 dalum debet deserī, ut extr. de reg. iur.  
 cap. qui scandalizauerit, de temp. ordin.  
 cap. lani, sed seueritas p̄enarum potest  
 deserī, ut in d.cap. commissationes. Ter-  
 tius. Non parcitur multitudini nec quo  
 ad p̄enam, quando committitur Hagi-  
 tium nefandum, c.Hagita, 32.q.7. Quar-  
 tus fallit in regularibus, quia facientes  
 contra uotum sunt puniendi, non ob-  
 stante multitudine argum. in c.ea qua,  
 de sta. regu. & ibi not. Hostiudem Archi.  
 in c.ut constitueretur, dist. 50. Quintus.  
 propter maius maluin, quod posset ec-  
 clesiæ inserti, quia tunc detrahitur seue-  
 ritati, puta, quia, Rex aliquid disponit  
 de tebus ecclesiæ, cui si contradicret  
 prēlatus, peius ecclesiæ eueniaret, Archi.  
 32 in d.c. commissationes. Sextus, † quo  
 ad culpam, quia licet multitudini parca-  
 tur quo ad p̄enam, non tamen quo ad  
 culpam, ita glo. sing. in c.denique, dist.  
 4.uer.uenia, & in c. qui syneca, dist. 45.  
 ubi dicit glossa, quod licet Iudæi obser-  
 uando sua seita peccent mortaliter, non  
 tamen ecclesia eos tolerando, dat licen-  
 tiā peccandi, sed tamen indulget, &  
 tolerat quo ad remissionem p̄ene.

Quinta. Comparativa permisio,  
 33 † quae permittit minus malum, ad cuius-  
 tamduum maius malum, non excusat à  
 peccato, iuxta illud. Multa per patientiam  
 tolerantur, & c. ut in c. cum iam-  
 dulum, de præben. Hoc enim casu lex

humana dicitur aliquid permettere,  
 non quasi approbans, sed quasi id diri-  
 gere non ualeans, ut dicit S. Thom. in 2.  
 2.q.83.art. 3. Exemplum in c. denique,  
 dist. 4. in c. si qui, 26.q.2. ubi inquit text.  
 quod optandum est potius, ut aliqui de  
 paginis euangelicis futura colligant, si-  
 cut facit quis, cujus aperit euangelium,  
 ut per illud quod primo occurrit, præte-  
 rita sciat, uel futura, quām ut ad dæmo-  
 nia consulenda concurrat. Vnde uer-  
 bum illud. Etsi optandum sit, est potius  
 comparativa permisio, quia per-  
 mittitur minus malum, ut euitetur mai-  
 ius, ut 33.q.2.c. si quod uerius. Cardin.  
 in d.c. si qui. ubi in d.cap. si quod uerius,  
 permittitur minus malum, id est adul-  
 terium, quod est minus illicitum, quām  
 homicidium, hoc est effundere san-  
 guinem hominum, ubi glo. ibi, in uerb.  
 Adulterium dicit. Quod hic dicitur,  
 non est consilium, uel præceptum, sed  
 est comparativa permissio, quae non ex-  
 cusat à peccato.

34 Sexta. De duobus † malis culpe mi-  
 nus eligendum est, & ita minus est tole-  
 randum ad euitandum maius, quod in-  
 tellige, quando ille, qui eligit minus, ne-  
 cessario habet necesse incidere in alte-  
 rum de duobus. 13. dist. c.duo. & capit.  
 seq. 22.q.4. cap. quod Dauid, & cap. si ali-  
 quid, cum duobus capitu. seq. Hinc qui

35 murorum undique ambitu clauditur  
 ne fugiat, si ex honesta causa se præcipi-  
 taret, vbi breuior mutus inuenitur, nō  
 peccat, d.c. nerui. Quod intellige, quan-  
 do speraret, vel prælumeret euadere, a-  
 lias si se præcipitaret, etiam per breuo-  
 rem locum, non sperans euadere, vo-  
 lens propria morte perire, quām ab alio  
 occidi. Sicut fecit Saul, reus esset mortis  
 suæ, potius enim deberet serientis iētū  
 expectare, quia forte parceret ei, vel a-  
 lio modo continget eum euadere, vñ  
 de nullo modo debet sibi mortem inge-  
 rere, vt 23.q.5. cap. non est vestrum. Si  
 verò nimis sit depresso, ita quod sperat  
 euadere, quamvis aliter contingat, non  
 est reus suæ mortis, casus enim veniam

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

meruit, cap. qui partem, distin. 15. vide glossam in d. cap. nerui, verb. præcipitat. Pariter Apostolus permisit minima, id est immoderatam exactiōnē debiti coniugalis, ad euitanda maiora, id est fornicationem, ut dicit gl. in d. c. nerui, in verb. Maiora.

36 Septima ad meretrices accedere quānius peccatum sit mortale, text. optimus, 32. q. 4. cap. meretrices, & cap. nemo sibi, tamen ecclesia illud peccatum tolerat, ad euitandum maius malum, cap. inter opera, & ibi Panorm. de spons. non enim illud peccatum approbat, sed dissimulando tolerat, ut sic adulteria, incestus, aliasque foedissimas coniunctiones compescat. Hinc D. August. dicit. Tolle meretrices de mundo, & Sodoma totus erit repletus. Igitur ecclesia in tali casu censuram restrinxit, ne forsan deterius inde cōtingat, quia qui nimis emungit, elicit sanguinem. 4. dist. cap. denique.

37 Octaua. Ecclesia non † compellit quem preciſe ad prenitentiam, sed patitur aliquem stare in peccato, ut euitetur maius malum saturum, ita notabiliter probatur in c. requiuit, de sponsalib. vbi ecclesia potius monitione, quam coactione cogit iurantem contrahere cum aliqua, ut contrahat, si rationabilis causa matrimonium impedit, cum huius modi coactioñē soleant habere periculosos, & infelices exitus, ut patet in c. præterea, de sponsalib. cum matrimonia debant esse libera. Hinc ecclesia tolerat illud minus malum, de praesenti, ut euitetur maius malum futurū. Quæ

38 autem sit causa † rationabilis, remittenda est arbitrio boni viri, ut de sponsalib. c. præterea 2. Quid enim si vir adeo persequitur mulierem, uel contra, quod homicidium inde, vel bellum probabiliter sequeretur, si contrahendo compellatur. Dicendum est quod ecclesia debet censuram restrinxit in hoc casu, alioquin iux. tex. in c. 1. de sententia excommunic. in sexto, censura non esset medicinalis, sed mortalís, nec ad corre-

ctionem proferretur, sed ad deſtructioñem, contra Apost. 2. Corint. cap. 10. Et ita habes casum, in quo aliquis existens in peccato mortali penitentiam agere non cogitur preciſe, & hoc tolerat ecclesia, & dicitur comparatiua permisio ad tollendum maius malum. Maius enim malum effet contrahere coacte, & uxorem interficere, vel ipsam relinquerre, & aliam ducere, & sic adulterium committere, quām si violet iuramentum, & iē hoc tolerat ecclesia, sed nō placet sibi, nec factum approbat. Quod n. toleramus, dicunt iura, iniuti permitimus, 31. quæst. 1. c. hac ratione, simile 33. q. 2. c. si quod verius, de præben. c. cum iamdudum, in sibi de consecr. eccl. c. aqua.

39 Nona. Licet uotum casitatis † de praesenti impediat matrimonium contrahendum, ecclesia tamen ex causa matrimonii contrahi quandoque permittit, optimis tex. in cap. veniens, qui cler. vel vou. & talis est comparatiua permisio, ut dicit, ibi gloss. ac si dicat, quod illa contrahendo, non euitat peccatum, ex quo venit contra votum, sed ecclesia permittit ex causa, ut euitet maius malum, & periculum, quia apparet quod mulier erat iuuenis, & continere non poterat, ita Host. & Panor. in d. cap. venies.

Decima. Hac ratione, quia ecclesia minus malum tolerat ad euitandum maius, sit, quod non sit alicui † aliquid iniungendum per iuramentum, de cuius transgressione veritimaliter timeatur, argum. text. in capit. clericos, de cohab. mul. vbi clerici suscepit, & iuuenes, non sunt compellendi fornicariias abiurare, simile 22. q. 1. cap. non est contra præceptum, & cap. in nouo, & cap. ita ergo de præsumpt. cap. litteras. §. fin. Hac etiam ratione non imponitur penitentia grauis iuuenibus. dist. 5. o. c. penitentes, & hac ratione multa in patientia tolerantur, d. c. cum iamdudum.

Vndecima. Hac pariter ratione, quāuis omnes † de præcepto teneantur ad correctionem, capit. tua, de cognat. spir. gloss. in extr. 1. ne sed. vacan. tamen illa scri

42 fieri † debet , quando ad est opportuni-  
tas temporis , & quando credit peccantem  
prodeste, ita D. Thom. 2.2. quæstio. 33.  
& in 4. dist. 19. quæstio. 2. Nam si uellet  
hominem recenti vulnere affectum cor-  
ripercere, nihil aliud faceret, quam igni ad  
hibere ligna.

Duodecima. Rursum, quia toleran-  
tia est permisiva , & non approbativa ,  
& ideo a peccato non excusat, ut dixi-  
mus in nostris decis.lib.2.c.93.num.25.  
43 peccant quidem † vendentes viætalia  
ultra pretium à lege taxatum , quamvis  
sit consuetudo, quæ præsumitur à Prin-  
cipi sciri, cum sit notoria , & per conse-  
quens illam princeps tolerat, quia talis  
consuetudo cum sit irrationabilis , &  
contra legem naturalem, ut ibi probauim-  
us, tanquam irrationalis non uleret,  
capitu. quanto, de consuet. & multa to-  
lerantur, quia in iudicium non deducen-  
tur, vel non probantur, d.cap. cum  
iamdudum.

Tertiadecima. Ex his, quæ supra dixi  
44 mus, licet † uideatur posse concludi u-  
suram posse permitti aliquo iure, tum ci-  
uli, tum Canonico. Ciuiili quidem,  
quia finis illius legis est conseruare quietem, & pacem Reipublicæ, & ita inten-  
dit homines dirigere in bonum com-  
mune , sed finis Canonici est consulere animabus , atque conscientijs homini-  
num . Vnde cum per contractum usu-  
rariū multa mala vitentur, ut pote dam-  
num in rebus , & periculum in perso-  
nis, item pauperum sustentatio , & salu-  
tatio mercantiarū, quæ multum est utilis Reipublicæ, uidetur in his terminis  
permisibilis , & per consequens quod ad euitanda hæc maiora mala possit ec-  
clesia hunc tolerare contractum , cum  
de duobus malis minus sit eligendum,  
d.c.dup.c.nerui,distinct.13. Tamen op-  
positum constanter affirmamus. Scilicet  
cum nullo iure illam posse permitti, cum  
sit prohibita usura, quia peccatum. Non  
enim ideo peccatum est , quia prohibita,  
iux.tex.in cap. quid ergo 13. quæst. 2.  
sed prohibita, quia peccatum, tanquam

sui natura uitiosa, habens malitiam cō-  
volutam , & contra decalogum legis .  
Cum usura sit rapina. 14. quæstio. 4. c.  
si quis rapinam. Et licet uideatur ius ci-  
uile illam concedere, ss. & C. de usur. ta-  
mē illam non approbat, sed tātum per-  
mittit, non infingendo poenam. Verum  
ius Canonicum nullo modo illam per-  
mittit, quia iux.tex.in cap. quamquam,  
de usu.in 6. eos diuersimodè punit . Si-  
cūt à simili. Iura ciuilia impunitum re-  
linquit maritum occidentem vxorem  
deprehensam in adulterio , non tamē  
illud delictum approbat, sed ius Cano-  
nicum nullo modo , ut supra diximus .  
Quod si quis obijeciat, quod propter  
45 † multa bona, quæ inde ex usurâ sequi-  
tur, effet permittenda, respon. quod nul-  
lo modo ius Canonicum illam permit-  
tit, cum sit contra uetus, & nouum te-  
stamentum , cap. super eo. cap. quia in  
omnibus, de usur. Immo nec illam per-  
mittit pro redimendis animabus capti-  
uis ab infidelibus , quod est maximum  
bonum, & potissimum, quod posset ex  
usuris prouenire . Sic nec est toleranda  
propter maius malum euitandum. Cū  
46 illud malū, † quod incurrit usurarius ,  
dī maximum peccatum propter quatuor.  
Primo, quia contemnit Deum audaciū.  
Secundo, quia contemnit naturam ex-  
pressius. Tertio, quia contemnit scriptu-  
ram deterius. Quarto, quia contemnit iura diutius . Contemnit namque ipse  
usurarius Deum audaciū, quia cum in  
omnibus peccatis, quæ sunt expressæ cō-  
tra diuinā mandata, homo uerecundar-  
& erubescat, in isto tamē peccato  
quantumcunque sit expressæ cōtra Do-  
mini mandatum, non uidetur uerecundi-  
dari, sed potius gloriari, cum illam tan-  
quam licitam exerceat, cap. quia in om-  
nibus, de usur. Vtterius contemnit na-  
turam expressius, quia non solum con-  
temnit eam in uno genere rerum, sed  
etī in pluribus, scilicet in tribus . Vult  
enim contra naturam, quod numerabili-  
lia, sicut denarij, superualeant suo nu-  
mero, & ponderabilitia, sicut aurum, fu-

# Decis. Aurearum Par. II. Lib. III.

perualeant suo ponderi, & mensurabili, sicut vinum, & oleum, superualeant suæ mensuræ. Vlterius contemnit scripturam deterius, quia videtur eam contemnere per infidelitatem, qua est opposita fidei, quam in baptisino professus est. Nam si perfectè crederet, impossibile esset quod contra Deum, & scripturam sic aperte, & iniurcundè procederet. Item contemnit iura diutius, quia non obstante prohibitione, cuiuscunque iuris in dicta usurpa continuè perseverat usque ad mortem, ita ut decadant usurpati sine restituzione, sine paenitentia, & sacramentis, vnde sepe ipsis accidit, quod dicit August. in Serm. de Inno centibus. Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens oblituscatur sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. Quare ex his cum Ioan. And. in reg. pecatum, concludendum est, nullo pacto ius Canonicum debere concedere, vel permittere contrarium usurparium, nec propter consecutionem boni, nec propter maius malum vitandum, cum regulariter loquendo, non appare at aliquid maius in ipso, quod per ipsum valeat vitiari, quare cessat ratio tex. in c. de nique, distin. 4. & ratio text. in c. qui lycera.

47 Quartadecima.  $\dagger$  Licit ex parte usurparij nullo modo sit permittenda usurpa tamen fecus est ex parte debitoris, quia potest quandoque ecclesia permettere, vt duobus malis concurrentib. debitor, qui necesse habet vnum de duobus incidere, eligat id, quod minus est, & ratio est, ad maius malum vitadum, quia si ille vult esse homicida meus, mihi negando suisidem, possum ego illi suadere, vt mihi præstet ad usurpas, ne fame moriar. Volenti enim peccare licet suadere, vt minus peccet, & volenti homicidium omnino committere in Petru, possum consulere, vt vulneret, & volenti committere magnum sursum, vt minus committat, modo res surata tam magna, quam volebat surari, quam minima, sit vnius Domini. Ita diximus in

nostris decis. lib. 2. cap. 108. num. 4. & capitu. 127. nu. 11.

48 Quintadecima. Vnus,  $\dagger$  & idem actus potest esse vitiosus ex parte vnius, qui tamen non est vitiosus ex parte alterius, vnde quamvis contractus usurparius sit vitiosus respectu eius, qui mutuum præstat, non tamen respectu eius qui mutuum accipit. Sicut potest ponи exemplum in Passione Christi, quia per nitium attulit respectu Iudeorum, qui eam intulerunt, non autem ex parte Christi, immo ualde virtuosa. Sic & sanctissima Eucharistia respectu indignè sumendum maximam pernitientem assert, vnde dicitur in c. & sancta, de cōsecreta distin. 2. quod sancta oblunt malis, non illa, quia res illa mala sit, sed quia malus quod bonum est male accipit. Vnde dicitur in prosa. Mors est malis, vita bonis, vide paris sumptionis, quam sit dispar exitus. Id vero etiam comprobari possit exemplo arce domini, multaque alijs, vt diximus in festo Corporis Christi. Ser. 7. lib. 2.

49 Sextadecima. An verò alicui  $\dagger$  liceat inducere aliquem ad peccatum, verbi gratia, petere pecuniam sub usurpis. Dic quod sic, vt nu. 44. (v.g.) ex causa rationabili, licetum esset mihi petere pecuniam mutuo, quod si quis nollet nisi sub sonore dare, vtique illam possem recipere absque peccato. Sic an liceat inducere improbum ministrum ad consentendum, vide lib. 1. in nostris decis. ca. 16. & li. 2. de magis, c. 6. nu. 6. & nu. 10. Vbi an liceat dissoluere maleficium maleficos.

50 Decimaseptima. Liceret Iudei in suis ritibus tolerentur, cap. qui lyncera, dist. 45. propter aliquod bonum, quod ex eis prouenit, quia testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura nobis representatur quod credimus, tamen aliorum infidelium ritus, quia nihil utilitatis, aut ueritatis afferunt, non sunt aliquiliter tolerandi, nisi forte ad aliquod malum uitandum, scilicet ad uitandum scandalum, vel dissidium,

ditissimum, quod ex hoc posset proueniere, c. commissationes, dist. 44. vbi notat, ibi Archid. quod tacet quandoque Prælatus propter maius malum, quod posset ecclesiæ prouenire. Vel etiam propter impedimentum salutis eorum, qui paulatim sic tolerati conuertuntur ad fidem, propter hoc etiam hæreticorum, § 1. & paganorum ritus ecclesia aliquando tolerauit, quando erat magna infideliū multitudine, ita Card. & Præpos. in d. cap. qui syncera.

Decima octaua. Licet ecclesia toleraret ritus Iudaeorum, qui illos obseruando, peccat mortaliter, vt concludit Cardin. in d. c. qui syncera, nu. 1. non tamen consentit, † illos approbando. Et non obstat tex. in c. error, dist. 83. vbi error, cui nō resistitur, approbatur, & veritas, quæ minimè defensatur, opprimitur. q. a respōdetur: illud intelligi in delictis manifelis, ubi tenetur ad correctionem eorum, qui sibi subiiciuntur, hoc autē hic non habet locum in hac parte, cum Iudei sint extra uitatem ecclesiæ, & 52 ideo non dicitur consensus, sed permisio tolerantia, ne deterius contingat, & vt aliquo modo bonum eliciatur.

Decimanona. Et si oēs fideles † summan debent habere curam de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigitur à peccatis, aut si incorrigibiles apparcat, ab ecclesia separentur, vt probatur in c. error, dist. 83. in c. qua propter, 2. q. 7. in c. 1. q. 5. & in c. tam sa cerdotes, 24. q. 3. tamen possunt quādoque dissimilare, & omittere correctionem non solum non peccando, sed etiā ex charitate, vt si propterea quis obiurgandis, & corripiendis male agentibus parcit, quia oportunum tēpus inquirit, uel eisdem ipsis meruit ne deteriores ex hoc efficiantur, ita D. Aug. in c. 1. deciuit. Dei. Plerumque etiam boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent; quia lēge descruntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt. licet gl. in ver. tacent, dicat, quod tali casu dicat ei,

qui potest professe, & non obesse, 22. q. 5. ca. hoc videtur. Sed in publico nō debet hoc dicere, vt 6. q. 1. ca. si omnia. Verum nota, quod licet omnes fideles te neātur corrigerre peccata mortalia, alias tacendo videantur approbare, aliter tam ad hoc tenentur † prælati, & alter fideles. Nam prælati quidem mente, lingua, & manu. Mente quidem improbando, lingua, reprehendendo, & increpando. Manu quidem coetendo. Infectores verò mente, & lingua. Ita Card. & Præpos. in d. cap. error, dist. 83.

Vigesima. Nullo pacto quis debet tolerare maius † malum scilicet spirituale, ad euitandum minus malū, id est corporale, quoniam sit mortis. Ita text. in c. sacris, de his, qua vi. vbi communicante excommunicato propter metū mortis, licet metus attenuet culpam, tamen excommunicationis labē credimus inquinari. Et ita nullo modo debet tolerare excommunicationem ad euitandum periculum mortis. Et non obstat illud, quod excommunicatio euitatur † ex minori causa, quam ex metu. II. q. 3. c. quod prædecessor. & c. antecessor, ubi participans excommunicato in his, quæ ad salutem animarum pertinent, non est excommunicatus: nam soluit gl. in d. c. sacris, quod illud est indultum à iure, & 53 ideo non est trahendum ad consequentiam regu. quæ à iure, lib. 6.

Vigesimaprima. Tolerās aliquod malum inuitus † coactione absoluta, non peccat, verbi graia, qui trahitur inuitus in ecclesiam ad audiendam missam excommunicati, uel cum excommunicatis ibi audientibus, vel si ibi existens detinetur inuitus, ita ut nec permittatur exire, vel si hæretici Christianum inuitum uelutibus induit, ad fontes portant, & rebaptizant, uel cogunt idolo thurifacere apertim: lo manu ipsius, imponendo thus, & demum ipsam reuelando super prunas, quæ sunt ante idolum. dist. 50. cap. presbyteros, 45. dist. ca. de Iudeis, quia tunc pati magis, quā agere videtur, c. testamentum, dist. 6. Imo talis

# Decis. Aurearum

## Par. II. Lib. III.

lis inuitus dormienti comparatur, l. i.  
in f. ff. de author. tuto. glo. in d. c. factis,  
§ 8 verb. per coactionem. Pariter † mulier,  
quæ per vim absolutam sicut oppressa, nō  
peccat, etiam si virgo fuerit stuprata, at-  
que in ipsa corruptione sit facta seminū  
commixtio, cum peccatum ex voluptate  
nascatur, & talis mente non conicen-  
tit, verum si virginitatem amiserit, in-  
quit tex. quod licet nec adultera, nec for-  
nicaria dici possit, capit. puto, 32. q. 5. ta-  
men incontaminatis non debet se ex-  
quare virginibus, cap. ille autem. 32. q. 5.  
An uero talis, qua: amittit carnis integri  
§ 9 tate † per uiolentiam renitente uolun-  
tate, aureolam habebit. Resp. D. Thom.  
in 4. dist. 48. quod si aliqua per uiolentia  
oppressa fuerit, non amittit propter hoc  
aureolam, dummodo propositum per-  
petuo seruandi virginitatem seruet, il-  
li auctui nullo modo consentiens. & hoc  
siue pro fide, siue pro quacunq; alia cau-  
sa violenter corrumpatur, sed si hoc pro  
fide suffineat, ad genus martyrij pertine-  
bit. Vnde Lucia Sancta dixit, Si me in-  
uitam violare feceris, mihi castitas du-  
plicabitur ad coronam. Non quod habe-  
bit duas uirginitatis aureolas, sed quia  
duplex præmium reportabit, vnum pro  
virginitate custodita, aliud pro iniuria,  
quam passa est. Ita D. Thomam sequi-  
tur, Card. in sum. 32. q. 5. in fine.

Vigesimal secunda. Non licet mulieri  
60 se occidere, † ne ab alio corrumpatur:  
quia non debet in se committere crimen  
maximum, quod est sui ipsius occisio, vt  
exitet minus crimen alienum: Non. n.  
est crimen mulieris per violentiam uio-  
lari, si consensus non accedat, c. ille au-  
tem, 32. q. 5. nam non coinquinatur cor-  
pus, nisi de consensu mentis, ad hoc 32.  
61 q. 5. in prin. fornicatio autem † vel adul-  
terium minus peccatum est, quam ho-  
micideum, & precipue, quam uiri ipsius,  
quod est periculumissimum, quia nō re-  
stat tempus, vt per penitentiam illud cri-  
men expietur, unde nullo modo licet ho-  
mini interficere se ob timore, ne in pec-  
catum consentiat, quia non sunt facien-

da mala, ut ueniant bona, 14. q. 5. per to-  
tum. 22. q. 1. cap. is autem, & ca. ne quis,  
& c. faciat, uel ut uitentur mala, & pre-  
sertim minora, & minus certa: Incertū  
est enim an aliquis in futurum conser-  
nit in peccatum: potens est enim Deus  
hominem superueniente qualibet ten-  
tatione liberare à peccato, secundum D.  
Thom. ad hoc c. si non licet, iux. finem  
veri. Item hic dicimus. 33. q. 5. Archid.  
in c. non est, num. 2. ead. quest.

62 Vigesima tercia. † Mulier, quæ ab alio  
scit se tangi mala intentione, licet non  
consentiat, si tactus sunt ex suo genere  
uenerei, ut in locis genitalibus, aut uici-  
nis, uel oscula furtiva, nullo modo per-  
mittere debet, quantumcunque secreto  
fiat, sicut nec permittere, & tolerare de-  
bet ut quis in aliqua corporis parte, etiā  
si id secreto fiat, abutatur ea, sed debet  
omnino contradicere subtrahendo, imo  
si hoc non posset, debet cum Susanna  
clamare, alioquin si haec non faceret, ta-  
citè consentiret, mault enim: potius il-  
los tactus, quam recedere, quod constat  
esse mortale, & uoluntarium, sicut proie-  
ctio mercis in mare. Quod idem est, qn̄  
dubitaret an tactus sint libidinosi, mo-  
do tactus essent aperte impudici, ut nos  
diximus in nostris decis. in 1. par. lib. 2.  
cap. 75. num. 11. 12. & 13.

Vigesima quarta. Boni debent infir-  
63 mos tolerare in multis casibus, & Pri-  
mus, ipsis consueta non denegando, cap.  
denique, dist. 4. Secundus, debilitati qui-  
tum ad labores condescendendo, 47. di-  
st. 4. c. omnes, in fi. Tertius ipsorum de-  
fectus ad infamiam non detegendo, c.  
in scripturis, 96. dist. 1. ed. corripiendo,  
2. q. 1. cap. si peccauerit: Et hoc de oculis  
intelligitur, nam de manifestis cogi-  
mur accusare, premissi tamen admoni-  
tione, 2. q. 7. c. quapropter. Quartus com-  
misla eorum propter spem correctionis  
patienter supportando, ca. licet, dist. 4. 5.  
Quintus, ipsorum detractiones, & falsa  
iudicia et quanimitate tolerando, cap. de-  
teriores, & cap. seq. 6. q. 1. & cap. ex merito.  
Sextus, boni tolerant malos, non se  
vici-